
Est — 56
nº — 58

R. 16
417



CLEMENTINA.

HOC EST,

B. CLEMENTIS ROMANI, DIVORVM PETRI ET PAVLI PRINCIPVM APOSTOLORVM DISCIPVLI, ET IN ROM. SEDE SVCCESSORIS PONTIFICIS,

ſapientiſsimi Philoſophi, Martyriſq́ fortiſsimi OPERA, quæ quidem in hunc vſq́ diem à varijs auctoribus collecta, conuerſa, emendataq́ latinè exſtant, omnia.

CVM NOVA PRAEFATIONE DE VERIS FALſiſq; B. Clementis ſcriptis, poſtremaq; eorundem fideli emendatione, ac diligenti argumentorum difficiliumq; locorum explanatione, D. LAMBERTI GRVTERI VENRADII, Ad Reuerendiſsimum & illuſtriſsimum principem, D. DANIELEM, ſanctæ ſedis Moguntinæ Archiepiſcopum, ſacri Rom. Imperij principem Electorem, Germaniæq; Archicancellarium.

Quæ & præter Clementina hoc volumine contineantur, elenchus poſt præfationem declarabit.



COLONIAE AGRIPPINAE,

APVD IOANNEM BIRCKMANNVM.

ANNO SALVTIS M. D. LXX.

Cum gratia & Priuilegio Cæſa. Maieſtatis.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AMPLISSIMOQVE PRINCIPI, D. DANIELI, SANCTAE MOGVNTINAE SEDIS ARCHIEPISCOPO, SACRI ROM. IMPERII PRINcipi Electori, Germaniæque Archicancellario, Domino ſuo clementiſsimo, Lambertus Gruterus Venradius S. P. D.

EQVIDEM ſcio Reuerendiſsime præſul, ampliſsimeq́ Princeps, à pleriſq́ noſtro tempore ualde illos reprehendi ſolere, miriſq́ ſannis ac conuicijs paſsim proſcindi, qui putent ad diuinæ ſcripturæ auctoritatem, Eccleſiæ catholicæ traditionem, paternorumq́ ſcriptorum cognitionem vtilem, atque adeò neceſsariam eſſe. ſed me profectò nihil illi mouerunt hactenus, quin hanc ipſam ſententiam & veriſsimam eſſe ego mihi perſuadeam, in eademq́ libentiſsimè perſeuerem. Eſt quidem pulchra certè atque etiam vera oratio, qua ſacræ ſcripturæ plenitudinem, perfectionem vtilitatem & præſtabilitatem nobis commendant, atq́ vehementer euehũt: quis enim negauerit vnq̃? ſed, quod ad iſthanc, eccleſiæ perpetuam traditionem nolint accedere, eam verò errore pleniſsimam eſſe, res adeò teſtatur ipſa miſerrimaq́ hæc diſsidia, quibus, dolor, Eccleſia miſerabiliter iamdudum affligitur & deformatur, plùs ſatis abundè docent. vnde enim, quæſo tot tamq́ variæ hæreſes? vnde tam diſsidentes ſibiq́ mutuo repugnantes diuinarum literarum interpretationes? niſi, quod earũdem linea ad normam catholici ſenſus, vt ait ille, non dirigatur? hinc nimirum tot abſurdæ monſtroſæq́ nunc opinationes, quarum vel numerum inuenire, ſtudioſo homini futurum ſit difficile. vt autem ſciamus, quænam poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem initia incrementa quæ fidei fuerint, quæ præterea forma, diſciplina & praxis eccleſiæ, quis non videt, illos omninò conſulendos eſſe, qui ſcriptis ſuis iſta nobis reliquerunt? quippe, qui ſoli penè efficiant, vt & de certa apoſtolicaq́ doctrina, & de vera domini noſtri Ieſu eccleſia certiores confirmatioreſq́, reddamur. In eis verò ſcriptoribus ego quidem, Princeps clariſsime, præcipuum, vel inter primos certè nõ poſtremum poſui ſemper B. Clementem Romanum. doctiſsimus ſiquidem exiſtit philoſophus ille antè, Chriſto quàm nomen dediſſet. fidem autem didicit ab ipſo Apoſtolorum principe Petro, quem comes indiuiduus ad ipſius mortem vſq; ſtudioſè ſectatus eſt. in huius vitam ſanctiſsimam, & mores modeſtiſsimos quotidiè tanquam lucidiſsimum ſpeculum intuitus. ab hoc tum fidei analogiam atque normam, tum eccleſiæ gerendæ formam cognouit. huius ſedem, qui poſt eius deceſſum ſuſciperet, & præ cæteris dignus ab ipſomet Petro iudicatus, & coactus eſt: quod quidem verba B. Petri in deſignatione eius, quibus Clementem in ſuſcipiendo epiſcopatu modeſtè terguiuerſantem coram Pop. alloquitur, ſatis teſtificantur.

Vincentius Lirinenſis, in commonitorio.

tãtur. Quod ſi eſſet alius melior, *inquit*, ſi quis mihi alius adiutor tam ſedulus aſtitiſſet, ſi quis tam plenè doctrinæ meæ rationem cepiſſet, ſed & eccleſiaſticas diſpoſitiones à me tam plenè didiciſſet, habens alium talem, non te cogerem opus bonum ſuſcipere nolentem. *In hac deniq; ſede ob præclaram de Chriſto filio dei & S.N. confeßionem exſilio tandem mortéque mulctatus eſt. Hic tantus vir, Præſul ampliß.* ὁ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποςόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, *vt de eo ſcribit ſanctus*

Ir. li. 3. c. 3. Elenchi falſo nominatæ ſcientiæ

Martyr, & ſcriptor perantiquus Irenæus, qui vidit Apoſtolos, cum eisdémque contulit, haud paucos eiuſmodi ſanè reliquit Eccleſiæ libros, qui cùm ſanam fidem, tum verò rectam ipſius eccleſiæ formam, veram diſciplinam, & optimam praxin, ſi qui alij, copioſißimè profectò nobis indicare poſſent: ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποςόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, *vt porrò idem M. de eo ſcribit,* quòd inſonantem etiam tum illam Apoſtolorum prædicationem, traditionẽq; ante oculos haberet. Sed enim citra ſummum piorum omnium cruciatum, acerbißimumq; amicorum dolorem dici non poteſt, Princeps illuſtriß. quàm multos ipſius tanti viri libros, qui profectò præſtantißimi & vtilißimi nobis futuri erant, caſu, neſcio quónam indigno, amiſerit eccleſia noſtra. Deus autem bone, quàm alij, qui pleriq; adhuc ſuperſunt, indignè tractati? corrupti? mutilati, expuncti? nam eorum pleroſq; etiam ante mille ducentos annos ſic prauitas deprauauit hæretica, vt vix dum, ſint ne tam præclari ſcriptoris, cognoſcere liceat. acceßit dein, vt in alijs factum videmus, mira librariorum incuria, quin & plerorumq; corrumpendi libido acceßit. quo factum eſt, vt mendæ, quod fieri ſolet, in infinitum accreuerint. De hinc moroſum aliorum & periniquum iudiciũ, proculdubiò, quòd deformatiores, ab Apoſtolicaq; illa grauitate iam viderentur alieniores,* εἰς τὰ ἀπόκρυφα *damnata illa coniecit. audaciores inde effecti alij, ſuo auctori atq; parenti, hoſce ſuos quaſi liberos, atq;, vt ita dicam, viſcera, prorſus eripere & auferre ſunt conati. Quis, quæſo, non miſeraretur hic doctißimi illius philoſophi, ſanctißimiq; pontificis & Apoſtoli ſortem? nam cur non vocem Apoſtolum quem diuinum illud organum Paulus ſuum agnoſcit, adeóque prædicat* τὸν συνεργὸν *ac collegam? ecquis infelicem fortißimi martyris huius conditionẽ non deploret, cui tot periére labores? ſi modò tamen, ipſi perijſſe, dicendum eſt: quippe, cui pro ijs apud deum noſtrum remuneratorem merces repoſita eſt, amplißima, qua etiam ſanctus illius animus ex parte, dubio procul, nunc fruitur, fruetúrq; olim copioſiùs atq; perfectiùs, in illa iuſtorum omnium ad immortalitatem reſurrectione: nobis, nobis potiùs, quibus ad res permultas ſanè quàm vtilißimi fuiſſent, perijſſe dicendum eſt: hunc verò noſtrum caſum, quis non antiquitatis, pietatis & eccleſiæ catholicæ ſtudioſus deploraret? Quamquam nõ omninò nobis illi perierint. ſunt enim pleriq; mediocriter integri. In vitiſioribus reor faciundum eſſe, quod facit, cui vas ſine vitium quod pretioſum manibus elapſum confringitur. dolet ille quidem ob acceptum damnum, ſed quando integrum recuperare nequeat, teſtas, quod reliquum eſt & fragmenta colligit, collecta, adaptat, & ſeponit: contentus, vel aliquid ſupereſſe, neq; totum ſibi perijſſe. nihil eiuſmodi accidit nobis. nam quos adhuc habemus, eorum plerique ſunt*

*Citat. Euſebius P. li. 5. H. E. c. 5.

ſaltem

ſaltem deformatiores. Quocirca perſæpe demiratus ſum, ex tam frequenti doctorum hominum numero repertum hactenus neminem, qui maculas aliquas hiſce fœdiores abſtergeret: tametſi non eſt mihi quidem dubium, quin multos in ſpeciem apparens vilitas & deformitas ab hoc labore deterruerit: cùm præſertim in re parum vel vtili, vel magnifica ſe verſaturos vererentur. Me ſanè caſus quidam primùm ad eorundem diuulgationem impulit. nam ſuperioribus annis cùm poſt profanas literas iam ſacris initiatus ad ſacra ſtudia animum appuliſſem, caſuq́ in hunc ſcriptorem incidiſſem, diſputationibus & concionibus aliquot ipſius delectatus, & illectus, puta, de fato, de vero deo, de deorum, qui non ſunt, numero, cultu, vanitate, de noſtræ religionis veritate, de libero hominis arbitrio, de vera pietate, idq́ genus alijs, quæ certè in ſolis Recognitionum libris, vt taceam de cæteris, permultæ leguntur doctiſſimæ, facile equidem me adduci paſſus ſum, vt aliquid, cùm typis excuderentur, ſicuti tunc exſtabant, de vetere more in eos præfarer. quanquam hic nec ipſe mihi quidem ſatisfecerim. de vita ſiquidem auctoris, & vtilitate ſcriptorū, vti moris eſt, aliquid dixi, ſed perfunctoriè tenuiter autem ac modicè de eorum veritate, quod in primis neceſſum fuerat, cùm tanta ſit de ijs apud omnes dubitatio & controuerſia. Poſteà verò, quàm diligentiùs auctorem hunc verſare cœpiſſem, atq; mirificus inde amor ac reuerētia tam ſacri cunctis atq; admirandi nominis Clementini accederet, ſumma præterea vtilitas, & incredibilis voluptas maior indies atque maior ex ipſa lectione mihi caperetur: ſanè per quàm ægrè tuli, tantum Philoſophum, pontificem & martyrem tam diu ſperato laborum ſuorum fructu carere: tum Eccleſiam noſtram theſauro iſthoc longè vtiliſſimo pretioſiſſimoq́ ſic priuari. priuatur etenim, dū eū ſic habet, atq; legit. Mihi itaq; quædā primùm inter legendū annotare & repurgare cœpi. quo animaduerſo pleraq; familiares mei, graues atq; docti homines, in ijsq́ Hermannus Allerdingius, eximius theologus, Oſtiæ tuæ ad Mœnum Præceptor Antoniani collegij digniſſimus, quo viro ob ſingularē ipſius candorem, eximiam & pietatem & doctrinam multos iam annos vtor planè fraternè, viſoq́ libris me Clementinis admodum delectari, hortari, vrgere, atque etiam rogare me, operam vt dare vellem, eoſdem vt Catholici omnes maiore cum facilitate & auiditate purgatiùs explicatiuſq́ legere poſſent. facilè hîc mihi perſuaderi paſſus ſum, quod iam ipſemet mihi facturus eram. Cæterùm quid à nobis hîc præſtitum ſit, apud lectorem dicam: contrahendus enim mihi ſtylus eſt, ne amplitudinem tuam prolixiore epiſtola diutiùs à ſanctiſſimis illis grauiſſimiſq́ & Eccleſiæ & imperij negocijs atq; occupationibus remorari velle videar. Hunc verò laborem meum, diuinum auctoremque ampliſſimæ tuæ celſitudini, princeps clariſſime, benigne Mecœnas, potiſſimum dedicare atque inſcribere volui, idq́ his quidem præcipuè de cauſis. primùm, quoniam tam fortiter ſuſcepiſti patrocinium eccleſiæ atq; doctrinæ catholicæ, cui primus à Petro iuxta quoſdam præfuit hic B. Clemens noſter, ſimul eam profiteris ingenuè, ſimul & promoues liberaliter: cuius virtutis tuæ, cæterarumq́, quæ in te ſunt multæ, eximiæ, ac mirificæ, publicum exſtare teſtimonium, atq; etiam apud poſteros μνημόσυνον quoddam certe iuſtiſſimum eſt. quod licet tibi minimè gratum

eſſe ſciam, quæ eſt inſignis animi tui modeſtia, nos tamen facere decet: idq́ leue tibi negligendumq́ olim è terris iam in cœlos euecto videri poſſit, erit tamen certè magnum atq; optandum, vel in exemplum eorum, qui tibi ſucceſſuri, ac tunc victuri ſunt. cùm enim tot tamq́ præclara non in me ſolùm, ſed & in vniuerſam Moguntinam, adeoq́ Catholicam, vt dixi, eccleſiam tua exſtent beneficia, næ, ingratiſſimus vel in ipſum deum noſtrum, à quo tanquam largiſſimo fonte, quæcunq; ſint illa, & per quemcunq; dentur, proficiſcuntur certè bona omnia, ſi nõ cum pijs omnibus agnoſcamus eadem, prædicemusq́. Noui equidem generoſam animi tui modeſtiam, quàm ab iſta prædicatione, laudumq́ tuarum & virtutũ commemoratione abhorreas, imò, quàm parum gratiæ abs te hac ipſa ſcriptione initurus ſim, certè noui. ſed patere, quæſo, Princeps ampliſſ. noſmet iſtis dei noſtri beneficijs, quæ per te ſentit reſp. & eccleſia Chriſti, nos oblectare. In tantis ſiquidem temporum noſtrorum inclinationibus, iniquitatibus, conuerſionibusq́, in grauiſſimis ipſius eccleſiæ calamitatibus, & horrendis omni pene regnorum conquaſſationibus, in tanta deniq; fidei & religionis perturbatione & diſſenſione, vnum illud perſæpe bonos omnes haud certè parum afficit atq; recreat, quod dei benignitate viros adhuc virtute præſtantes ſupereſſe cernant, qui non ſolùm optimè de catholica doctrina ſentiant, ſed fide etiam ſua, induſtria, ſtudio, liberalitate, cura, conſilio, modis deniq; & officijs omnibus bene de eadem mereri non deſinant: vt eam modò tueantur atq; amplificent. atq; in his virgula certè diuina te principem & Archiepiſcopum nacta eſt Moguntina prouincia. quam ob rem & deo immortales gratias agimus, & nobis plurimùm gratulamur. Quid enim tu operæ & cogitationis non ſuſcepiſti, quas non moleſtias, labores, ſumptus, multos iam annos, inde ab initio archiepiſcopatus tui parato fortiq́ animo pertuliſti, vt eccleſiam tuam defenderes, iuuares, ornares? piosq; & doctos omnes promoueres? teſtata ſunt hæc, nulliſq́ non notiſſima. Excitata ſunt igitur abs te iam propè intermortua Moguntina ſtudia, ac, vt humanæ diuinæq́ literæ diligenter ibidem ſincereq; doceantur, idq́ gratis, magnis ſtipendijs viri à te pij doctiq́ ſunt conducti. ſic in alijs oppidis tuis eadẽ diligentia ſcholas foues. quod beneficium tuum certè magis prædicabit grata poſteritas, vbi fructum ſenſerit, qui ampliſſimus in Remp. ex bene pieq́ inſtituta iuuentute redire ſolet. Iam, quam non animi contentionem adhibes, vt pacem in ditione tua concordiamq́ conſerues? Ea demum laus eſt Archiepiſcopo omnium digniſſima, ita ad exemplum, & præceptum magiſtri ac ſeruatoris ſui IESV publicæ trãquillitati paciq́ ſtudere. atq; hinc etiam apud omnes ſacri imperij ordines tam gratioſus es: hinc tui te patrem ſuum læti ſalutant, amant, colunt. Sed, vt hæc beneficia tua intus dei domum pulchrè exornant, ita nec exteriùs eandem deſinis ornare. Tot oppida territoriaq́ oppignorata magno pretio redemiſti, tuæq́ diœceſi adieciſti, gaudentibus ſubditis, quòd ſub tua paterna protectione, & vigilanti curatione ipſis ſit viuendum. Quot interim ædificia collapſa, quotq́ exuſtas arces reſtauraviſti? Et quis ſatis hic in his omnibus prædicet ſingularem prudentiam, moderationemq́ animi tui, nunquam vacui curis, nunquam ſoluti ac liberi ab adminiſtranda tua prouincia? Quis verò benignitatem illam tuam, cùm in

pau-

pauperes omnes, tum verò in parochos tuos, quorum vicaria veteris opera in paſcendo grege dominico, atq; ſtudioſam iuuentutem, ſatis eloqui poßit? noui ego ſanè eius exempla, ſi quis alius, quàm plurima: quando per me largiter multis multa dediſti. Macte virtute, Præſul illuſtrißime, ingentiq́; in eccleſiam tuam merito eſto. At at, parciùs moderatiusq́; uideo tuas mihi haſce virtutes prædicandas eſſe, quòd periculum ſit, ne ſi tenuiùs eas, quàm par eſt, recenſuero, orationis meæ tenuitate te quaſi expertem, earū feciſſe videar, neue in turpis adulationis aſſentationisq́; ſupicionem, à qua non natura minùs, q̃ doctrinarum ſtudijs, vti ſcit tua celſitudo, ſemper abhorrui, ſi non apud te, apud alios ſaltem, incidam. at enim hoc ipſum mihi periculum, quale quantumq́; fuerit, tantiſper ſubeundum, nihilq́; pertimeſcendum eße putaui, dum & deo noſtro pro hiſce beneficijs per te collatis publica quaſi voce gratias agere, & cùm in me atq; vnicum fratrem meum Ioannem Gruterum Venradium, tot præſtitis beneficijs non ceſſaſti benefacere, quem mihi dubium nō fuit multò maioribus olim te ornaturum fuiſſe, niſi morte mihi præmatura fuiſſet ereptus, ego vicißim, quod re nequeo, ſaltem prompti animi aliqua ſignificatione gratum me erga tuam ill. celſ. memoremq́; declarare poſſem. Sed præter hæc omnia, quid eſt conuenientius, quid rectiùs, aut magis congruum, quàm B. Clementem, catholicæ eccleſiæ Archiepiſcopum, ſub quo & ego nunc delitſco, rectam fidei ſentētiam contra ethnicos & primos Chriſtianæ religionis hæreticos defendentem, ſanctißimaq́; viuendi decreta eccleſiæ præſcribentem, dicare tibi Clementi Archiepiſcopo. amplißimæ tam multarum in Germania eccleſiarum prouinciæ? cùm eo præſertim ſuos haud contra paucas hæreticorum incurſiones, inſultationesq́;, tum armare, tum defendere poßit? Dedi ſanè propterea operam, quemadmodum quidem volui, vt vno nunc volumine Clementina, quæ exſtant, & reperiri potuerunt emendatiora, puriora & explicatiora in hominum manus venirent: quod me aſſequutum quoque ſpero & exiſtimo. Quidquid autem huius eſt, ſub tui clarißimi nominis auſpicijs ædo, tuam ampliß. celſ. rogans, vt hoc meum officium æqui & boni conſulat, meiq́; laboris patrocinium ſuſcipiat. cui quando probari iſthoc ſenſero, nihil profectò verebor, ne parum alijs probetur. quis enim adeò fuerit impudens, vt à tam caſto doctoq́; iudicio diſſentiat? quod ſi quiſquam fuerit auſus, vel tacita tamen mihi tua patrocinabitur auctoritas: & efficiet, vt quæ nunc dudum in manibus habemus piſcorum patrum ſcriptis κειτήεια, aliquando in tuo illuſtrißimo nomine, aliaq́; quædam ad Opt. dei noſtri honorem, &, vti ſpero eccleſiæ catholicæ commoditatem, apparere poßint. Bene vale Amplißime præſul, princepsq́; illuſtrißime. Subitò, ex itinere apud Oſtiam tuam ad Mœnum, XIX. Septembris, anno ſalutis noſtræ partæ, M. D. LXVIII.

DE VERITATE, VTILITATE, PRAESTABILITATEQVE AC RESTITVTIONE QVORVNDAM SCRIPTORVM CLEMENTINORVM, AD CATHOLICVM *lectorem, Præfatio D. Lamberti Gruteri Venradij.*

PRIVSQVAM de labore noſtro ſtudioque nobis in hoc auctore poſito aliquid dicamus, viſum eſt opereæ pretium, Candide & catholice lector, pleraq; de libris ipſius paulò copioſiùs præfari, vt conſtet, quinam eorum veri ſint aut falſi, γνήσιοι, ἢ δὲ νόθοι καὶ παρεμβεβλημένα, quique nunc ex ipſis exſtent, aut deſiderentur nobis. quod vt commodiùs fiat, abs re profectò non erat, vitæ priùs hiſtoriam auctoris noſtri, ex qua, quiſnam & qualis fuerit, certò cognoſcatur, quando ea hîc in Clementinis ſparſim referatur, apud alios autem variè incerteque deſcribatur, quantum nobis quidem ex veriſsimis & antiquiſsimis ſcriptoribus eam obſeruare licuit, breuiter hoc loco tanquam in tabella ſubijcere. Clemens igitur noſter, Romæ natus fuit, patre quidem, Fauſto, quem Fauſtinianum plerique nominant, matre verò, Matthidia, ex clariſsima Cæſarum familia. puer à parentibus Athenas, vbi tunc maximè florebant ſtudia, ad diſcendam philoſophiam miſſus eſt, in qua ſe cum primis Platonicæ atq; Ariſtoteleæ diſciplinæ dedit, quam ſic breui percepit, vt paſsim etiam princeps ſcientiæ exiſtimaretur. Quo tempore matrem cum binis liberis, fratribus ſuis, (Nicetas ſiue Vincentius & Aquila dicti erant, in Græciam vitandæ Zelotypiæ cauſa, qua à leucro premebatur, traijcientem, itemq; patrem poſteà ſuos inſequentem, mirabiliter amiſit naufragio: quos tamen omnes diuina Petri Apoſtoli dexteritate factus iam Chriſtianus poſtliminio recuperauit, haud minùs certè mirabiliter. intereà cùm philoſophari pergeret Clemens, opinionumque varietate, quæ permultæ ſunt in ethnica philoſophia, magis indies magiſq; fluctuaret, ignarus, ecquam ex omnibus amplecteretur veriorem de beatitate, animorumq; immortalitate ſentẽtiam, proptereaq; aditis omnium regionum ſcholis varios ſapientes conſuleret, tandem accepto nucio de noua Chriſti Ieſu doctrina, ſtudio huius etiam cognoſcendæ commodè in familiaritatem Barnabę doctoris Euagelij incidit, etiam dum valde iuuenis, vti de ſe teſtatur: ab eo verò ad Petrum Apoſtolum, qui tũc Cæſareę Stratonis agebat, ductus, didicit ex ipſo Chriſtianę religionis myſteria. idq; factũ non multos poſt annos aſcẽſionis Chriſti in cœlũ. Porrò aſſumptus à Petro in comitẽ itineris ſic breui profecit, cõiuncta cũ fide ſapiẽtia illa, quã priùs in mũdo didiciſſet, vt Petro volẽte prędicationis munere nõnunquã fungeretur: dignus deniq; ſit habitus, cui poſt ſe verbi docẽdi munus apud Romã cõmitteret. Quo tempore bonã partẽ diſputationũ concionumq; Petri cõtra Simonem Magum primum in Eccleſia hæreticum habitarum, à ſeq; adiutarum, perſcripſit. qui libri Recognitionum nunc vocantur. ex quibus ſanè, tametſi non ita puri exiſtent, facile tamen, quantus in philoſophia fuerit, perſpici liceat. Quo tempore etiam ſcripſiſſe videtur canones ab Apoſtolis in Hieroſolymitano Concilio factos. de quo poſteà. Magnum deinde Paulum audiuit, eundem aliquandiu comitatus in docendo Euangelio: cui ſe ita probauit, vt ab ipſo inter præcipuos ſuos collegas ſit numeratus, eius præclara mẽtione facta, epiſtola ad Philip. c. 4. teſtãturq; probati ſcriptores, Paulũ hoc interprete dictâſſe epiſtolã Hebræis inſcriptã: proptereaq; olim de illa dubitatũ eſſe, quòd ſtylus Paulino diſsimilior foret. Et vt dicã, quod ſentio, hoc interprete exiſtimo dictâſſe Pe-

[Marginal notes:] Ni. Cal. l. 3. c. 35. Eucherius Lugdunenſ. Epiſt. ad Valerianum. Clemens, 8. Reco. — Recog. 1. — Recog. 8. — Recog. 3. — Hieronym. in Catalogo. & in 4. ca. ad Philip. Item, Epiſtola ad Dardanũ, to. 3. Nic. Call. li. 2. ca. 46.

ſe Pe-

ſe Petrum ſecundum ſuam Epiſtolam, paulò ante obitum ſuum ad eccleſiam catholicam datam: quando ea phraſis Paulinæ non adeò ſit abſimilis, & Hieronymus q. II. ad Hedibiam teſtetur, Petri epiſtolas binas propterea ſtylo & charactêre, ſtructuraque verborum diſcrepare, quòd pro neceſsitate rerum Petrus diuerſis vſus ſit interpretibus. Eum interpretem, Clementem fuiſſe, veriſimile eſt, & ex phraſi coniecturo. At enim hac doctrina Clemens, vitæq; ſanctitate celeberrimus fuit: quem etiam in pura ſanctaq; virginitate, omnem vitam tranſegiſſe, refert B. Ignatius martyr, Epiſtola ad Philadephios. Porrò poſt deceſſum Petri Apoſtoli, qui XIII. Neronis anno, ſuæque prædicationis circiter XXXV. cruci pro fide affixus eſt, ſedem eccleſiamque Romanam abs Petro iam morituro ſibi commiſſam, cum Lino & Anacleto, (qui & Cletus,) viris ſanctiſsimis gubernandam ſuſcepit. vbi non per ſe ſolùm magna induſtria ſtudioq;, verbo ſimul & exemplo fidem in D. N. IESVM CHRISTVM docuit & aſſeruit, pauperum, viduarum, & orphanorum ſummam curam habuit, Iudæos & Græcos fortiter & modeſtè confutauit, ſed alijs quoque populis per alios eandem in Gallia paſsim Germaniaque fidem prædicari curauit. Dionyſium ſiquidem Areopagitam, IX. virum Athenienſem, quem Paulus conuertit, de quo in actis, Romam Athenis, vbi conſtitutus erat Epiſcopus, venientem, vt Petrum ante obitum videre poſſet, cùm is iam martyrio perfunctus eſſet, in Galliam, ad Pariſios, Germaniamque, prædicatum miſit. Creſcentem quoque Pauli diſcipulum, Moguntiam in Germaniam miſit, cuius meminit Paulus, 2. Timoth. 4. Creſcens, inquit, in Galatiam profectus eſt. quo loco monet Epiphanius, pro Galatia, Galliam legendum eſſe. & quidem ſic habet traditio, primum Moguntinum Epiſcopum fuiſſe hunc Creſcentem: quem ipſe Clemens in Conſtit. Ap. libro ſept. ca. 46. ab ipſo etiam Petro teſtatur Galliæ ordinatum eſſe epiſcopum. ſic Euſebius Pamphilius libro 3. H. Eccl. cap. 3. itemque D. Hieronymus in Catalogos referunt in Galijs eundem Creſcẽtem docuiſſe, ſepultumq; eſſe. atqui Moguntiã in Gallijs nemo ignorat olim numeratam. Alios item ſanctos doctosq; viros aliò miſit prædicatum. atq; ita totum terrarum orbem noſtrum inſtruxit, & veluti Sol quidam præſtanti luce ſcientiaque euangelij illuſtrauit: abſentes quidem, ſcriptis libris, epiſtolis, Petri concionibus, miſsiſque doctoribus, Romanos autem, coràm, annos IX. ac quo tempore pontifex fuit, laudatiſsimam epiſtolam ad Corinthiacam eccleſiam tunc tumultuantem dedit, qua eos ad mutuam reuocat pacem, ita certè præſtantem vt etiam ſit olim publicè ſolita legi. Tandem Cherſonem Ponti vrbem eſt pulſus in exſilium propter fidem, vbi quòd eam non defineret propagare, ſubmerſus eſt in mari, Traiani cæſaris iuſſu, annoque tertio, vt notant veteres, tametſi ſint, vt Georgius Cedrenus, qui ſub Dometiano aiant necatio, quod eſt abſurdum: alij rurſus, qui contendant ſic ſubmerſum, ſeptimo Veſpaſiani C. anno. * ſed hanc diſſenſionem aliâs tractabimus. A morte quidem magnis claruit miraculis, quæ præclari nobis ſcriptores, Ephraimus martyr & Epiſcopus Cherſonis, Symeon Metaphraſtes, Nicephorus Calliſtus, denique & Gregorius Turonicus deſcripſerunt. Corpus autem ſancti viri à Cyrillo ſancto Sclauorum apoſtolo repertum eſſe Corſonæ, vbi in mare proiectum erat, circa annum ſalutis DCCCLVIII. Romamque deportatum, ſcribit Martinus Polonus in ſupputationibus ſuis: idque feciſſe Conſtantinum philoſophum, magnum virum & apoſtolicæ vitæ præceptorem teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius, epiſtola ad Carolum Regem de ſcriptis B. Dionyſij data. Sed de hiſtoria certa vitæ Clementis, vnde is cognoſci queat, pro inſtituto noſtro ſatis. Porrò ſeruamus nos animi ſui reliquias, libros, inquam, ab eo conſcriptos his orbi ſupereſt, etiam defunctus, his pluribus, & efficaciùs quidem loquitur mortuus, quàm viuus: his nobis quoque viuit, ſpirat, prædicat. de quibus porrò dicendum erit paulò accuratiùs, quòd de ijs non minima ſit dubitatio. Sunt enim, qui X. Recognitionum libros, vnà cum LXXXIIII. ſeu, vt alij diſtinguunt, LXXXV. Canonibus

Hildeuuinus, in Areopagiticis.

Metrodorus. M. Syngelus.

Epiph. hæreſi 51. contra Alogos.

Euſeb. li. 3. ca. 34. Hieron. in Cat.

Zonaras.

** Onufrius Pan.*

De libris Clementinis.

nibus apoſtolicis,& V. ſuis epiſtolis, quæ nunc dudum exſtant omnia, præterea li-
bros octo conſtit. Ap. quos nuper in concilio Tridentino Ioannes Bouius Epiſco-
pus oſtunenſis à ſe conuerſos foras dedit,non eos omneis germanos,ſed fictitios po-
tius,ſuppoſititioſq; eſſe contendant:quos pleroſq; tamen omnes nũc Catholici pro
veris Clementinis habere & agnoſcere ſolemus. Sed vt hæc noſtra opinio ſit proba-
tior,atque alijs magis perſpicua, primum de ijs ſcriptis,qui hoc nomine in manibus
ſunt,ordine agemus, indicantes argumenta teſtimoniaq; veterum haud leuia,qui-
bus ad credendum illud adducamur. De conſtitutionibus quidem nihil opus eſt di-
cere,ſimul,quod in eas diligenter fuſeq; ſatis R. D. Ioannes Bouius præfatus ſit: ſi-
mul etiam,quod ſi forte aut alibi diſſenſerimus,aut in eas quid deſideretur,ex his no-
ſtris ea deſumi deprehendiq; poſsint.de cæteris autem, de quibus hactenus nemo,
nos agemus. Deinde obiectiones quaſdam recitabimus, quibus permulti moti eas
reijciunt, ijſque reſpondebimus. Hinc pauca de vtilitate & dignitate, noſtroque,
quod propoſitum fuit, in his poſito ſtudio tractabimus.denique, quæ clementina
nobis deſiderentur,paucis notabimus, atq; his præfationi noſtræ finem faciemus.
Quantum igitur ad recognitionum clemẽtinarum libros attinet,eos vere Clementi
noſtro aſſcribo,tametſi coruputos eſſe agnoſcam, vt dicetur. Sed mihi de his dictu-
ro,pauca de Hieronymo ſunt commemoranda prius,is etenim vir, quoniam in Ca-
talogo ſcriptorum eccleſiaſticorum,horum librorum nullam mentionem facit,ple-
riſq; vel quod paulo iniquius de eiſdem iudicarit, vel tanquam veros non agnoue-
rit, videri perſæpe ſolet, ſed audiamus eius verba. Clemens,inquit, de quo Apoſto-
lus Paulus ad Philippenſes ſcribens,ait, Cum Clemente, & cæteris cooperatoribus
meis,quorum nomina ſunt in libro vitæ.&c. quartus poſt Petrum Rom. Epiſcopus,
ſiquidem ſecundus Linus fuit,& tertius,Anacletus,tametſi plerique Latinorum ſe-
cundum poſt Petrum Apoſtolum putent fuiſſe Clementẽ,ſcripſit ex perſona Rom.
eccleſiæ ed eccleſiam Corinthiam valde vtilem epiſtolam,quæ & in nonnullis eccle-
ſijs publice legitur: quæ mihi videtur characteri epiſtolæ, quæ ſub pauli nomine ad
Hebræos fertur,conuenire.ſed & multis de eadem epiſtola non ſolum ſenſibus, ſed
& iuxta verborum quoque ordinem abutitur.omnino grandis in vtraque ſimilitu-
do eſt. Fertur & ſecunda eius nomine epiſtola,quæ à veteribus reprobatur. Et diſ-
putatio Petri & Appionis longe ſermone conſcripta,quam Euſebius in tertio hiſto-
riæ eccleſiaſticæ coarguit. Hactenus Hieronymus, Quos hoc loco doctiſsimus vir
reſenſet Clementis libros,ij ſane nulli exſtant, exſtant autem eius nomine,quos
ille non commemorauit,quoſque nos hoc volumine complexi ſumns, ſed hac reti-
centia equidem adduci nequeo,vt germanos eos eſſe negare audeam. Qui fit igitur
vt vir ille antiquitatis omnium ſtudioſiſsimus,peritiſsimusque eos omiſerit? vel ſuſ-
pectos eum habuiſſe veriſimile eſt: ne id quidem mihi perſuadeo, fortaſsis in vulgus
ita noti erant,vt Hieronymus non putaret opus eſſe eorum enarratione, nan hac v-
na de cauſa multorum ſe libros preterijſſe, teſtatur ipſe, vt in Matroniano Euzoio,
Cæſarienſe & B. Ambroſio, Mediolanenſe epiſcopo: multos etiam præterijt om-
nino ne ipſorum quidem auctorum facta mentione,haud licet vulgarium:vti, Dio-
nyſium Areopagitam,Athenagoram,& alios multos, de quibus apud Suidam, Ni-
ceph. Calliſtum aliosque legere eſt : qui tamen ipſi nec omnes recitarunt. Ve-
rum enim ab Hieronymo non libros Clementis enumeretos eſſe omneis, vel ſolus
Epiphanius, B.Cypri. Epiſcopus, qui quidem æqualis & ſummus amicus ipſius fuit
abunde teſtari poteſt: qui & hos pluresque illi tribuit alios: itemque alij, quorum
mox teſtimonia adferemus perabſurdum fuerit,propterea Clementi hos detrahere
quia non recordetur illorum Hieronymus quin potius eum agnouiſſe colligamus
ex ſua confutatione apologiæ Ruſtinianæ,de adulteratis libris Originis ad Macari-
um; in qua cum queritaretur Rufinus,Origenica exemplaria à peruerſis hominibus
corrupta eſſe,exemplique cauſa ſic recognitionum hos libros corrupros aſſereret:
Hieronymus minuta quidam omnia excutit multa etiam refellit : ſed hocipſum,

quod

quod adfert Rufinus de Clementinis recognitionibus, ſilentio præterit prorſus, ſecunda ſua in Rufinum apologia: ſed eſt manifeſtius, quàm vt egeat probatione, omnes omnium libros ab Hieronymo enumeratos non eſſe. vt meritò nihil his ſcriptis malæ ſuſpicionis Hieronymus ſuo ſilentio adferre debeat. Sed nunc videamus ea teſtimonia, è quibus eorum veritas cuiuis palàm conſtare poſsit.

B. Epiphanius, Cõſtantiæ Cypri Epiſcopus, in Panario, cõtra xxx. hæreſim Ebionitarũ, enarrans libros, quibus illi vtãtur. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν, ταῖς περιόδοις, καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις. νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ᾽ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει. καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβίδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν, κατὰ ψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ᾽ ἡμέραν βαπτιζομένου, ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ, καὶ οὗτοι, ἐμψύχων τε αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν ὡς καὶ οὗτοι. καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς, τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης, λέγουσιν, ἐπειδὴ περ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιονῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων. Hoc eſt Vtuntur (Ebionitæ) præter corruptum S. Matthæi Euangelium, alijs etiam libris, nimirum Circuitionibus Petri appellatis, quæ per Clementem ſcriptæ ſunt. multa in ijs corrumpẽtes, pauca autem vera relinquentes, velut ipſemet Clemens ipſos per omnia redarguit, in epiſtolis, quas ſcripſit, encyclicis, quæ in ſanctis eccleſijs leguntur: quòd alium habeat characterem fides ipſius atque ſermo, ab his, quæ ab illis ſub ipſius nomine in Circuitionibus deprauata ſunt. Ipſe etenim virginitatem docet: at illi non admittunt. Ipſe etiam commendat Eliam, & Dauidem, & Sampſonem, omneſq; prophetas, quos illi abominantur. Itaq; in Circuitionibus totum in ſe tranſtulerunt, mentientes contra Petrum, multis modis: quemadmodum ſe ipſe in aqua quotidie tinxerit, purificationis cauſa, ſicut & ipſi: ab animatis item & carnibus ipſum abſtinuiſſe, ab omniq; edulio alio ex carnibus facto dicunt, quemadmodum & ipſi faciunt. nam & Ebion ipſe & Ebionitæ penitus ab his abſtinent. Hactenus Epiphanius. Manifeſtum eſt, hic ab ipſo recognitionum hoſce citari libros, quos appellet τὰς περιόδους, i. circuitiones, vt & Athanaſius facit, de quo ſuo loco poſteà, nimirum, quòd in ijs profectiones Petri ſuſceptæ euangelij docendi cauſa deſcribantur. porrò germanos eos Clemẽtis eſſe, palam ſuis teſtatur verbis, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις. niſi, quod Epiphanius hic moneat, ab Ebionitis eoſdem deprauatos eſſe. cæterum perfacile huic vitio poteſt occurri, cùm ex Epiphanio conſtet, quibus nam in locis corrupti ſint. adeoq; peruerſæ opiniones iſtæ ab interprete Rufino, magna quidem ex parte, in conuertendo ſint expunctæ, ſicut ipſe in præfatione ſua non obſcurè ſignificat: deniq; nos etiam, ſi quid ſuſpectum ſit ampliùs, diligenter notauerimus, quo de pòſt. Rurſus alias hoſce libros valde cum primis honorificè citat idem B. Epiphanius, eodem libro, contra xxx. hæreſin Valentini & gnoſtorum. Verba eius ſunt. ἡμεῖς δὲ ἀρκεσθέντες τοῖς τε παρ᾽ ἡμῶν λεχθεῖσιν ὀλίγοις, καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας συγγραφέων τούτων λεχθεῖσί τε καὶ συνταχθεῖσι. καὶ ὁρῶντες, ὅτι ἄλλοι πεπονήκασι. (φημὶ δὲ, Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ἄλλοι πλείους, οἳ καὶ θαυμαστῶς τὴν καθ᾽ αὐτῶν πεποίηνται ἀνατροπὴν) οὐ πάνυ τι τῷ καμάτῳ προσθεῖναι, ὡς προεῖπον, ἠθελήσαμεν, ἱκανωθέντες τοῖς προειρημένοις ἀνδράσι. Id eſt. Nos verò contenti paucis hiſce à nobis dictis, & his, quæ ab illis veritatis ſcriptoribus commemorata compoſitaq; ſunt, ac videntes, quod alij laborauerunt, (Clemens inquam, & Irenæus, & Hippolytus, alijq; plures, qui mirabiliter etiam ipſorum euerſionem fecerunt, ſiue, ipſius euertendis ſtuduerunt,) non valde quid amplius labori adiungere voluimus, vt diximus, contenti prædictis viris. Hucuſq;. Minùs clarum hoc pro libris hiſce teſtimonium quis fortè dixerit, quando id tam de Alexandrino, quàm noſtro Clemente queat intelligi, præſertim, cùm nullus titulus libri nominetur. Ego verò, tametſi nihil temerè aſſeuera-

reve-

re velim, reor non incommodè de noſtro auctore, ſuisq; his Recognitionibus hæc Epiphanio citata accipi poſſe, quòd Petri eiuſmodi diſputationes habitæ contra Simonem Magum, à quo quidem hæreſin ſuam Valentinus illè hauſit, hiſce libris contineantur, vt nuſquam ea luculentiùs confutetur: quocirca & Epiphanio vbiq; cæ familiares ſunt. Sed quiſq;, vt velit, accipiat. ſuperius teſtimonium Epiphanij manifeſtiſsimum eſt.

Doctus ille commentator, qui Chryſoſtomi nomine tituloq; in Mathæũ vſurpatur, maximi has Recognitionum feciſſe videtur cum, cum in vna homelia 49. in 24. c. Matthæi ter etiam citet librũ ſecundum. Primum. Hoc & Petrus apud Clementem exponit, loquens de euerſione templi Hieroſolymitani, exſtat autem is locus penè in extremo primo libro. Iterum. Sic petrus apud Clementem exponit, loquens de Magicis ſignis, quæ edidit magus Simon, & edet Antichriſtus. Locus eſt libro ſecundo in principio. Rurſum. Sicut in hiſtoria Clementis Petrus exponit in finem docens temporis, concedendam, diabolo poteſtatem ſigna edendi vtilia, qualia miniſtri Chriſti edere ſolent. Quem ſcholiaſtes hoc loco citat, exſtat in tertia recognitione, pag. 62: & eſt profectò locus ἀπομνημονευμάτων. Eraſmus negat hunc auctorem, Chryſoſtomum eſſe, atque ego libenter in eius hanc ſententiam abeo: quibus de cauſis, aliâs: doctiſsimum tamen illum ſcriptorem fuiſſe fatetur, omnesq; vel inuiti fateri cogentur, nec minus commendabunt, quam Eraſmus. vbi legerunt. Vide igitur, quanti doctus ille auctor, quicunque fuit, has Clementis Recognitiones fecerit? quas vno in loco tertium voluit citare, & quidem in difficilima materia.

GEORGIVS Cedrenus, Græcus Eccleſiæ hiſtoriographus, quem latinè conuertit Guil. Xylander, ſed pleriſq; locis paulò liberiùs, quàm par fuit, ſua paraphraſi nõnunquam liberiùs adiecta, aut inſerta, recitat diſputationem Petri ex Clemente noſtro, hiſce incipiens verbis. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλά, οὐ μόνομ ἐμ Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐμ Συρίᾳ πρότερομ: ἅτινα ΚΛΗΜΗΣ ὁ Ῥωμαῖος, καὶ πάνσοφος μαθητὴς Πέτρου, καὶ συνέκδημος διηγήσατο, ἀφ᾽ ὧμ ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα. Id eſt. Alia etiam miracula ediderunt multa, non ſolùm Romæ, ſed & priùs in Syria: quæ CLEMENS ille Romanus ſapientiſsimus diſcipulus Petri, Comesq; enarrauit, ex quibus pauca hoc loco componemus. Dein autem ſubijcit integram diſputationem Petri cum Simone Mago, de deo vno habitam: quæ tota & quidem pleniùs exſtat Recognitione ſecunda. Idemq; citat ibidem transformationem Fauſti in Simonem Magum, quæ eſt in X. Recognitione.

Nicephorus Calliſtus, libro 2. H. Eccl. c. 35. primorum Epiſcoporum Ro. eccleſiæ narrata ſucceſsione, vbi ad Clementem perueniſſet, ſummariam mox vitæ ipſius ſubijcit hiſtoriam, quæ quaſi argumentum eſt horum librorum, adeò, vt quis non inepte ſuſpicari poſſet, ex recognitionibus eam petitam eſſe: quæ tametſi huc non pertineat multum, ſubijciam tamen, ne hæc omnia fabuloſiora putet quiſpiam. Petrus, inquit, vna cum Simone Mago tanquam prodigiorum effector à Nerone Roma pulſus, Hieroſolima rurſus & orientales ciuitates petijt, & orbem miraculis illuſtrans in Fauſtum & Fauſtinianum ſiue Nicetam & Aquilam incidit: qui filij quidem clariſsimi viri Fauſti Romani Cæſarem genere attingentis, fratres autem Clementis erant. hos cum ab Simonis præſtigijs prodigioſis abduxiſſet, ciuitates viſebat Simonis ſemina vbique radicitus euellens. Deinde etiam ſacrum Clementem ad ſe pertraxit, eumque ſibi ad arcanas & obſcuras illius de anima & reſtitutione hominis, alijſque rebus ingentibus, quæſtiones per appoſitas ſolutiones rite præſentique animo reſpondens, atque inſuper miraculis multis, ac ſecretioris ſapientiæ vi familiarius coniunxit. Hæc Nicephorus. atqui vero quæſtiones huiuſmodi inter Petrũ Clementemque tractatas, hic contineri, nemo ignorare poteſt, qui Recognitiones euoluerit, ſed quando teſtimonium id non ita ſit perſpicuum, quod ſaltem adductum volui pro veritate materiæ in his libris tractatæ: manifeſtius audite, quod exſtat libro 3. cap. 18. vbi vitam ipſius ſcriptaque breuiter recenſet, de ſcriptis quidem

ſic.

ſic. Epiſtolam huius,S. Clementis nomine editam, magnam admirandamque Euſebius pamphili attingit,quam Romanæ eccleſiæ nomine ſcripſit Corinthijs, cum apud eos ſeditio eſſet.eam & antiquitus & ſuo tempore publice in eccleſia lectam dicit, in qua multis ſententijs epiſtolæ Pauli ad Hebræos vtitur. Fuit & alia ſub huius nomine Epiſtola priori illi longè impar,quam veteres ignorauiſſe, idem Euſebius ſcribit qui porro & exigua eius ſcripta,quæ Petri & appionis ait eſſe dialogum,reprobat: quæ inimicum ſinceram certamque Apoſtolicæ orthodoxiæ formam retinere negat. Ego vero (Euſebio,ſcilicet) ſi de ijs, quæ apud nos Clementina dicuntur ſentit,non aſſentior: Ea enim eccleſiæ recepta ſunt. Si vero præterea aliqua ſint alia nihil refragor.hunc autem & Apoſtolicarum Conſtitutionum,& ſacrorum quoq; Canonum eius auctorem eſſe credimus. Cæterum de Epiſtola ad Hebræos anceps eſt opinio,hicme ne Clemens,an Lucas Euangeliſta eam tranſtulerit,à Paulo, cuius natiua & propria eſt,dictatam. Huc uſque Nic. Quænam,quæſo, Clementina poterunt intelligi hoc loco,niſi Recognitionū libri? cū præſertim ſatis doceat,ex hiſce hiſtoriam ſe Clementis recitare, deque cæteris ipſius ſcriptis ſuum calculum adijciat quænā eorum vera vel falſa iudicet,ac indicet,non illa ſe Euſebiana ἀπωκρυφα vidiſſe? è quibus manifeſtè tum Canones,tum Conſtitutionum libros excipit, Clementique tribuit,de epiſtolæ autem Paulinæ ad Hebræos interprete, ecquis fuerit, in medium relinquit: Cæterum hoc Nicephori teſtimonium magis obſeruandum venit: quod in Euſebiano iudicio, quod habet lib.3. c. 38. permulta corrigat, pleraq; etiam explanet. Habet idem argumentum Abdias Babilonius, in hiſtoria ſua de Petro: vt inde vel Recognitionum argumentum afffrmari queat: qui ſi falſus auctor eſt,vt mihi quidem videtur: certè,quicunque eſt,aliunde deſumpſit,quod refert.Ipſe denique Clemens noſter haud obſcurè meminit argumenti horum librorum lib. 6. Conſt. Ap.c.8.&10. Sed de Græcorū teſtimonijs ſatis.veniamus ad Latina.Quid autem Rufiniano illuſtrius eſſe poſsit,quum & interpres fuit horum librorum Rufinus ille Toranus,æqualis & æmulus Hieronymi,familiaris B. Epiphanij, qui nuſquam non apertiſsime eos tribuit Clementi? Inter cætera memorabile teſtimonium eius eſt in apologia ſua ad Macarium, cuius ſupra facta eſt mentio, de adulteratis libris origenis. Clemens inquit, Apoſtolorum diſcipulis,qui Ro. eccleſie poſt Apoſtolos & Epiſcopus & martyr præfuit,libros edidit, qui appellantur,ἀναγνωρισμόσ, id eſt,recognitio: in quibus cū ex perſona Petri Apoſtoli, doctrina quaſi vere Apoſtolica in quamplurimis exponatur,in aliquibus ita Eunomij dogma ſcribitur,vt nihil aliud,quàm Eunomius diſputare credatur, filium Dei creatum ex nullis exſtantibus aſſeuerans.tum etiam illud adulterij inſeriturr genus, vt naturam diaboli, cæterorumq; dæmonum non propoſiti voluntatisq; malitiá, ſed excepta ac ſeparata cræaturæ produxerit qualitas, qui vtiq; in cæteris omnem rationabilem creaturam docuerat liberi arbitrij facultate donatam.ſunt etiam alia nonnulla,quæ eccleſiaſtica regula non recepit omninò. Quid quæſo de his ſentiendum eſt,quod Apoſtolicus vir,imo pene Apoſtolus, non ea ſcribit,quæ Apoſtoli dicunt? cui Paulus Apoſtolus teſtimonium dedit,dicens: Cum Clemente & adiutoribns meis cæteris,quorum nomina ſunt in libro vitæ: & ſcribebat hoc,quod libris vitæ contrariū eſt? An id potius credendum eſt,peruerſos homines aſſertiorem dogmatum ſuorum ſub virorum ſanctorum nomine,tanquam facilius credenda,inſeruiſſe ea, quæ nec ipſi ſenſiſſe,nec ſcripſiſſe credendi ſunt? Hæc Rufinus,cuius totum locum aſſcripſimus,ne ſit poſt repetitione opus.in eo ſiquidem manifeſtè Clementi tribuis Recognitiones atq; eum quidem contra Hieronymum exempli cauſa adducit, vt ſupra dictum eſt: qui ſi falſus fuiſſet,nequaquam ille ſiluiſſet,cum ſingula eius verba tam exactè excutiat,ventilet,ponderet,multa quoq; refutet. Fuit enim Rufinus æmulus Hieronymi, vt dixi,ſed qui adhuc huius veri pleniùs teſtimonium requirit,legat eius in Recognitiones verſas abs ſe ad Gaudentium præfationē.de quo etiam Gennadius teſtatur in Catalogo ſuo: Rufinus Clementis Romani libros Recognitiouum vertit.

Doctus Beda, qui vixit ante annos D. CCCXL, enarrans in actis Lucæ, hiſtoriam captorum à Phariſæis Apoſtolorum, & per interceſsionem Gamalielis dimiſſorum in illa Lucæ verba, quæ cap. 5. leguntur, Surgens autem quidam in Concilio Phariſeus, nomine Gamaliel. ex prima Recognitione citat eam hiſtoriam plenius. Hic Gamaliel, inquit, vt Clemens indicat, Apoſtolorum erat in fide ſocius, ſed eorum conſilio permanens apud Iudæos, vt eorum in tali turbine poſſet ſedare furorem. Extat is locus à Beda citatus, in poſtrema prima Recognitione, pag. 19. vbi Petrus hiſtoriam hanc ijs verbis narrans, inducitur. His à me dictis, ingemuit omnis multitudo ſacerdotum, quod eis de templi ſubuerſione prædixerim quod cum vidiſſet Gamaliel princeps populi, qui latenter frater noſter erat in fide. &c. Legatur locus nam & tunc temporis ab homine magni iudicij, ingenijq; fide dignos habitos eſſe conſpicietur. Idem venerabilis auctor, libro de Ratione temporum, cap. tertio, ſic ſcribit. Denique ſanctus Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & Rom. eccleſiæ tertius poſt Petrum Epiſcopus, in ſexto hiſtoriarum ſuarum libro, ita ſcribit. In principio fecit Deus cœlum & terram. terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. Hactenus Beda Ecce in difficilima queſtione citauit Beda hunc Clementis locum, qui quidem ſexta Recognitione paulo poſt principium, in concione Petri exſtat, pag. 91. vt margini annotauimus. Porro duo velim te hic obſeruare. Primum Bedam in grauiſsima materia Clementinis hiſce libenter vti. Deinde & titulus conſiderandus eſt vocat hiſtorias, & quidem rectiſsime debet enim titulo ſubiudicari argumentum librorum, ita his perſcribit Clemens integram hiſtoriam, tum de occaſione, qua ad agnitionem fidemque Chriſti peruenerit, tum, quid ſibi & Petro in profectionibus euangelij cauſa ſuſceptis acciderit. Et ſequitur hic Bedam Brideſertus Rameſienſis vetus librorum de ratione temporum commentator. Sed quid multa? Vel vnus Beda ad teſtificandum de veritate, adeoq; auctoritate Recognitionum harum ſatis valuerit, quippe, cui ea perquam ſunt familiares.

Frechilfus Lexouienſis Epiſcopus, vir præſtanti eruditione, qui vixit anno D.CCCXL. ſub Leudouico Pio, Cæſare II. noſtrate, tomo ſecundo chronicorum ſuorum libro 2. c. 10. citat verbotenus totum pene principium ex prima Recognitione. Vſque adeo & tunc temporis ab hominibus eruditis & claris certi libri fideq; digni ſunt habiti. Et hos quidem ſequuta poſteritas maiorum noſtrorum hactenus eoſdem pro Clemementinis habuit ſemper. Atque iam nunc tempus foret indicare, quam diuerſa ab his recentiorum fuerint quorundam iudicia, ſed quando rationes eorum non in has ſolum, ſed & cætetos Clementis libros dirigantur, ſuo loco de ijs nunc ad canones veniamus.

DE CANONIBVS. Nam & hos vere equidem ab Apoſtolis conſtitutos, à beatoq; Clemente conſcriptos eſſe, multis & certis adducor argumentis, vt credam. Primum, quod ita nobis ab vniuerſa eccleſia Græca ſimul & Latina traditum ſit. quæ traditio cum olim vocaretur in dubium, ſub Iuſtiniano, qui ῥινότμητος eſt vſurpatus, ab vniuerſa Conſtantinopolitana ſynodo ſexta in Trullo habita, rurſum confirmata fuit: aſſeueratumque ibidem, Canone ſecundo, hos ipſos canones & verè apoſtolicos, & à B. Clemente conſcriptos eſſe. Verba Concilij ſunt.

Hoc quoque huic ſanctæ ſynodo pulcherrime & honeſtiſsime placuit, vt ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem firmi ſtabileſque maneant, qui à ſanctis patribus, qui nos præceſſerunt, ſuſcepti ac confirmati ſunt, atq; adeo nobis etiam traditi ſunt, ſanctorum & glorioſorum Apoſtolorum nomine, LXXXV. canones. Quoniam autem in his nobis canonibus præceptum eſt, vt eorundem ſanctorum Apoſtolorum per Clementem ordinationes ſuſciperemus, &c. quibus adulterina introducta ſunt, &c. reiecimus. Rurſus canone 3. & c. 6. citantur hi Canones Apoſtolici: deniq; per omnia inſiſtit id concilium hiſce Can. quod ſtudioſus lector cognoſcet perfacile. Idem vero repetitum confirmatumq; eſt ſeptima ſynodo œcumenica, habita ſub Conſtantino & Irene matre ipſi-

ipſius,anno DCCLXXXIX.contra Iconomachos.Canone primo hæc ſunt Concilij verba inter cætera.

Diuinos canones libenter amplectimur,eorumq; conſtitutionem integrã & illabefactabilem confirmamus, QVAE EDITA FVERVNT A SANCTIS, SPIRITVS TVBIS, OMNI EX PARTE BENEDICTIS APOSTOLIS. Scio equidem,à doctis pleriſq; hoſce Canones non recipi,tanquam germanos,quòd nullos eos fecerint illa concilia:vti aiunt,cui obiectioni poſtea reſpondebimus. agnouit certè & recepit ſanctus Iuo,agnouit Gratianus,agnouit & Theodorus Balſamon,Patriarcha Antiochenus,qui & ſcholijs illuſtrauit eos ſuis. Sed ad Canonum probationem redeamus. Nec enim ſola traditio eos Clementi tribuit,ſed & permulti certiſsimi auctores:quorum pleraq; teſtimonia indicabimus,omiſsis prolixioribus ſententijs,ne nimis prolixi eſſe cogamur.Ioannes Chryſoſtomus non ſemel citat leges Apoſtolorũ, vt hom.86.in 26.c.Matth.& alibi,haud obſcurè Canones hos intelligẽs.alibi Commentator Chryſoſtomicus in cap.6.Matth.ho.13.dum librum canonum Apoſtolicorum,citat,intelligit non obſcurè Conſtitutionum libros. ſed ad rem. quia enim non tam clarum eſt hoc teſtimonium,audiamus clariora.Ioannes ille Damaſcenus, Manſur dictus,vt notat Suidas,vir ſanctiſsimus & doctiſsimus, quẽ ſub Leone Iſauro Iconomacho circa annum domini DCCXXIIII. claruiſſe pleriq; ſcribunt, libro quarto Orthodoxæ fidei,cap.XVIII. de ſcripturis tranctans,inter Canonicos libros refert hos Canones,hiſce verbis poſt Apocalypſin Ioannis,Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος,id eſt,Canones ſanctorum Apoſtolorum,per Clementem,S.deſcripti. Iam Photius, ſanctus Patriarcha Conſtantinopolitanus qui vixit anno domini,877. vir, vt ſcribit Zonaras, valde doctus,nuſquam non in Nomocanono per omnes penè titulos atq; capita hos canones agnoſcit & allegat. Vide primi tituli ca. 1.5.6.12.14.15. Eorum etiam meminit Symeon Metaphraſtes in Commentario ſuo de Petro & Paulo. Et agnoſcit pro germanis Nicephorus.eius teſtimonium ſuprà poſitum nobis eſt. Agnouit & Theodorus Balſamon, qui commentariolos in eos ſcripſit,à nobis Ipſis canonibus adiectos,ſingulari quodam conſilio, tametſi Eccleſiæ noſtræ Latinæ non adeò fauerit.in eoſdem Conſtantinus Harmenopulus ſcripſit:qui commentarij nondum ſunt typis excuſi, quod ſciam, & alibi aſſeruantur in bibliothecis.Sed ſatis teſtimoniorum Græcorum,cum ex his abundè cognoſci queat,quid Græci de Canonibus ſenſerint. Verè enim crediderunt Canones hos ab Apoſtolis ſtatutos,& à Clemente conſcriptos eſſe. neq; verò aliter ſtatuit Latina Eccleſia.B.Papa Marcellus,nobilis martyr,qui Romanæ ſedi præfuit anno CCCIIII,in docta & graui illa epiſtola,quam ad Aurelium Maxentium,Romæ Chriſtianos grauiter affligentem,pro Chriſtianis ſcripſit,citat hos canones, clementique manifeſtè tribuit,dum ita ſcribit:Quod laici,aut ſuſpecti epiſcopos non debeant accuſare, neque accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum ſit,& à B. clemente, ipſis eum inſtruentibus Apoſtolus legimus definitum,& nos eadem firmamus. Eadẽ ferè citat B.Zephyrinus.PP.Martyr,epiſtola ad epiſcopos Aegypti. Videntur aũt canonẽ 74.intelligere.Idẽ Zephyrinus ad epiſcopos Siciliæ 60. canones Apoſtolis tribuit.Leo IX.tribuit eis L.Iſidorus teſtatur epiſtola in capita Canonũ hos Canones olim à quibuſdã habitos apocryphos ſed tamẽ plures eos recepiſſe, eorũq; ſentẽtias ſanctos patres ſynodali auctoritate roboraſſe,& inter canonicas cõſtitutiones poſuiſſe.Quid verò hic obijciatur,pòſt videbimus.Sed,quid multis opus eſt? Ipſa Romana eccleſia,quæ diuino quodam priuilegio & eſt, & vſurpatur Apoſtolica, à multis inde ſeculis illos Clementi tribuit,& vti verè Apoſtolicos agnouit, prædicauit, obſeruauit:niſi forte ratione temporum,quatenus temporariæ vel perpetuę cauſæ fuerunt,quædam aut mitigauerit,aut immutarit. Quin ipſe Cæſar Iuſtinianus claris verbis eos Apoſtolis aſſcribit.Deniq;,vt in pauca contraham, illud nemo inficias ire poterit,aut hos canones pro Apoſtolicis agnoſci, aut planè ficticios, καὶ ψευδεπιγράφους æſtimari debere : cùm Petrus 28. canone ſic loquens introducatur, ὡς Σίμων ὁ

Vide 16. diſt. Gratiani.28.c. Si quis doc. 30.ca.Illud autem.

 μάγος

μάγῳ ὑπ' ἐμοῦ Πετροῦ: quemadmodum Simon Magus à me Petro, loquitur hic ipſe Petrus. id ſi quis ab aliquo ſic fictum, ſuppoſitum, vſurpatumque nomine Petri dixerit, vide, quæſo, quantum is concordi patrum Græcorum & latinorum eccleſiæque ſententiæ refragetur, qui verba hæc Petri iudicauerunt ſemper? nullius itaque iam erunt. Atq; hactenus de canonibus.

EPISTOLAS paucis porrò aggrediamur. earum nomine quinque nunc exſtant quas decretales appellare ſolemus. ſunt, qui fuſticias eas eſſe clamitent, quorum iudicia non tanti fieri debent citra rationes, cum iamdudum ab eccleſia notata, damnataque ſint. Ego verò, num auctorem habeant Clementem cunctæ, cogor dubitare: tametſi certo ſtatuam, aut germanos eſſe, aut ex alijs Clementis ſcriptis conſarcinatas. adeo mihi Clementem ſapiunt. adeo pulchre etiam non ſolum hiſtoriæ ordinem continuant, vitam Clementis cæteraq; acta, atq; obitum Petri declarant, ſed & doctrinam, poſtremasque ipſius conſtitutiones aptiſsime referunt. Sed de ſingulis noſtram ſententiam aperiemus.

Primam omninò Clementi cenſeo tribuendam: quod ab ipſius inde ſeculo pro ſua fuerit agnita. & eſt valde erudita, in qua pulchrè eccleſiaſtica ἱεραρχία deſcribatur ideoq; toties à ſanctis vſurpata reperitur.

Anacletus, Clementis ſucceſſor & collega, tertia ſua Epiſtola nominatim agnoſcit, multis inde ſumtis ſententijs. Alexander I. PP. Martyr, in vtiliſsima & grauiſsima ſua epiſtola ad omnes Chriſtianos ex Concilio ROMæ ab ipſo habito data, locum de ordinatione Clementis, & auctoritate ſecerdotum ex hac mutauit. Damaſus PP. pōtificali ſuo in Clemente eandem germanam agnoſcit: Clemens, inquit, ex præcepto B. Petri ſuſcepit eccleſiæ pontificatum gubernandum, ſicut ei fuerat à Domino Ieſu Chriſto cathedra tradita vel commiſſa. tamen in epiſtola, quæ ad Iacobum ſcripta eſt, qualiter ei commiſſa ſit à B. Petro eccleſia, reperies. Rufinus Toranus, Clementis interpres non modo agnoſcit & citat præfatione ſua ad Gaudentium, in Recognitiones: ſed & conuerſione ſua dignam iudicauit. Leo IX. PP. doctus, qui ante quingentos annos vixit ex hac locum citat de conſtituendis epiſcopis, epiſt. ad Petrum & Ioannem, Africanos Epiſcopos. Denique vt multa teſtimonia prætereram agnouit germanam, approbauitq; antiquum illud VASENSE Concilium, quod habitum eſt Anno Domini CCCCXLIIII. ſub Theodoſio iuniore & Leone PP. I. Canone VI.

Ex epiſtola ſancti Clementis vtilia quæque præſenti tempore eccleſijs neceſſaria ſunt honorifice proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus & præcipuè clericis recipienda. ex quibus, quod ſpecialiter placuit propter venerandam antiquitatem ſtatutis præſentibus roboramus, quod ſupradictus B. Martyr de beatiſsimi Petri Apoſtoli conſtitutione Commemorat: dicens. Deinde recitantur quædam verba ex hac Epiſtola.

II. Epſtolā agnoſcunt ſcrinia quidē primitiuæ ECCLESIæ, quę VVolfgangus Lazius edididit, ſi-modo titulo credendum erit, quo notatur ad Iacobum F. D. eam perſcriptam eſſe. duas autem refertur iſthic ad eum ſcriptas, quarum alia nulla propriè ad illum exſtat. Marianus Scotus diligens notator temporum eandem tribuit Clementi lib. 2. hiſtoriæ ſuæ. Equidem vix à communi hominum opinione ſententiaque diſſentire audeo, præſertim, cum ſciam, permulta ex hac tum in ius pontificium à Gratiano decretorum hinc mutuata. at ægre adduci quæo, quod vt ingenuè dico, ita modeſtè accipi peto, eam à Clemente vt ſic credam conſcriptam. quibus mouear argumentis, haud opus eſt dici, cum perſpicua ſint legenti. tametſi libenter mihi perſuadeam, totā Clementis ſententiā eſſe, ab aliquo rapſodo collectā ex alijs ipſius libris.

De III. & IIII. quod vir doctus Ioannes Sichardus ſenſit eas collectas eſſe ex Recognitionibus, ſiue ab auctore ipſo, qui Petri doctrinam ſic colligere voluerit, ſiue ab alio quopiam antiquitatis ſtudioſo, idem & ego factum exiſtimo. Itaque margini adieci, vnde pleraque deſumpta ſint, vt facilior eſſet collatio. Marianus tribuit Clementi

menti tertiam. Vtriuſque doctrina certè eſt Apoſtolica. Feliciter. profectò, quicunque is fuit, ex tam varijs locis tertiam conſarcinauit: cui ſtudio fuiſſe videtur, vt varias Petri conciones ſummatim comprehenderet. & poteſt fieri, vt ipſemet Clemens eandem magiſtri ſui doctrinam alio modo ad alios atq; alios ſic propagare ſit conatus. qua in re quiſq; ſuo iudicio vti poteſt. Quarta verò tota deſumpta eſt ad verbum ex ſexta recognitione. recitatur Petri tota Concio ad Tripolitanos, accommodato ſaltem principio & fine.

V. nihil impedit, ſi inſcribatur Clementi, quo certè non indigna eſt viſa eidem Mariano Scoto. Tria docet hortaturque Hieroſolymitanam eccleſiam. Primum, vt perſeuerent in apoſtolica rerum omnium communione: quo loco tamen lector ſibi cauere debet à Nicolaitis, vbi dicitur, in omnibus ſine dubio & coniuges eſſe: vel locus eſt corruptus, vel ex margine in textum relatus. Secundò, vt in intelligendis ſcripturis non proprium ſenſum, ſed patrum potiùs traditionem ſequantur. Denique, vt citra diſcrimen ætatis, vitam omnes in pœnitentia ſanctam peragant. in quibus omnia certè Apoſtolica ſunt: vt libenter traditioni Eccleſiæ acquieſcam, quę tribuit eam Clementi.

Hæc hactenus de ſcriptorum Clementis veritate mihi commemoranda ſunt viſa, vt conſtare poſſet, quibuſnam cauſis & teſtimonijs fidem ijs habeamus. deinceps videamus, quid ſit, cur eadem plerique impugnent, & ficticia, vt ſomnia, vt falſò tanto viro inſcripta, irrideant, reijciant, damnentque tum in genere, tum in ſpecie. Primùm igitur Eraſmus Roterodamus mihi occurrit, vir certè in dijudicando valdè perſpicax, at non minùs plerunque moroſus & delicatus: is ait Clementis permulta ſuppoſiticia eſſe, eiusque titulo ab aliquo conſcripta, qui notas infulſerit ſtudioſè, quò eadem diuino huic viro aſsignare poſſet. nec id ſcribit vno loco, vt in 3. & 16. annotat. epiſtolæ ad Rom. & in 2. Petr. 3. cap. nec verò ſatis explicat, quænam ſcripta intelligat, Recognitiones ne, an canones & epiſtolas, an verò vniuerſa Clementina, vti reor. Nouum quidem non eſt, plurimos libros, quos nunquam ſcripſerunt, magnis hominibus ſemper tributos eſſe: eaque impoſtura, ſi vnquam, maximè certè primam Chriſti eccleſiam turbauit: quod commemorat Lucas præfatione ſui Euangelij, nemo enim ignorat, quot Apoſtolorum titulo nominibusque prodierint olim Euangelia, vtpote, Thomæ, Matthiæ, XII. apoſtolorum, Nicodemi, adeoque & hæreticorum, Baſilidis Apellis, atque aliorum, qua de re Euſebius refert primo libro hiſt. ſuæ, itemque Beda præfatione in Lucam: vbi meritò doctorum hominum diligentia commendanda venit, bono iudicio à falſis vera diſcernentium. Sed nec id quidem nouum eſt, pleraque veterum ſcripta à quibuſdam tanquam ficticia reijci, quorum fortè palato non ita ſapiunt: quod & ſuperioribus ſeculis factum eſt, & fit etiam nunc, à quibuſdam eccleſiæ noſtræ aduerſarijs, in diuinis illis quidem, vna, Iacobi, vna etiam, Iudæ, & altera, Petri, epiſtolis: quæ itidem dixerint ſuppoſiticia, vt Euſebius Pamph. Hieronymus, Sophronius, Hieronymi æqualis & contubernalis, Nicephorusque Calliſtus teſtificatur: quod etiam factum eſt in Epiſtola ad Hebræos ſcripta, de qua graues quondam auctores dubitauerunt, neque adhuc deſunt, qui à Paulo ſiue dictatam, ſiue conſcriptam pernegent. quin legimus, pleriſque priſcis hæreticis diuinos legis Euangelicæ libros aut reiectos omnes, aut quoſdam: aut, ſi receperunt, corruptos fuiſſe: quamobrem & hic opus eſt diligentia. Verùm enim verò reiectionis huius aut ſiniſtræ ſuſpicionis Eraſmo cauſa nulla fuit: cùm præſertim tam præclarè docta de ijs vetuſtas ſcripſerit atque iudicarit, vt ſuprà indicatum eſt: cuius iudicia ſi non fortaſsis occurrerunt, minus ve perſpecta obſeruataque fuerunt, paulò certè modeſtiùs, neque tam temere de his homini tam prudenti iudicandum pronunciandùmque fuit. Planè, quominus eiuſmodi ſint, vt ille æſtimat, refragatur orationis æquabilitas, deinde & doctæ diſputationes, eæque perſonis accommodiſsimæ, veriſsimæ topographiæ, perpetua denique

hiſtoria, quequidem citra manifeſtum vanitatis ſuccum ita effingi non potuit: cum hic omnia pulcerrime conueniant in Recognitionibus conſentiantq́;at enim, quod habet argumentum Eraſmus, præter ſolam ſiniſtram ſuſpicionem? verum hic Rufini, Gennadij, Bedæ, & aliorum ſupra commememoratorum teſtimonia manifeſtoria ſunt, quam vt ſic refelli quæant. Bedæ, autem vni quantum tribuerit ſemper Eraſmus,non eſt ex ſuis annotationibus obſcurum.

Sunt Apocryphi vt teſtatur quidem B.Athanaſius,Alexandrinus epiſcopus in ſynodi diuinæ ſcripturæ,citans inter alios Circuitum Petri, & doctrinam Apoſtolorum Clementinam. Circuitum autem vocat Recognitiones,vt & ſupra Epiphanius:per doctrinam verò,Conſtitutiones videtur intelligere. Nihil nunc diſputo de hoc ſcripto,ſit ne Athanaſij.nihil eſt opus. Nam & nos inter apocrypha numeramus.diſcreti namque ſunt exemptique ab auctoritate canonicorum, qui vocantur, & diuinorum librorum, qui omni exceptione & contradictione ſunt maiores. qua in re modeſte ab Ioan Damaſceno atque alijs diſſentio. Sed hic intelligendum eſt,nec Athanaſium ipſummet apocriphorum eandem rationem habere. Sunt enim vt ipſe ait,ex Apocriphis veriora quædã, ſpiritusq́; Dei inſtinctum recipientia, quæ tranſſumta ſunt,& vt legantur,ſelecta.atque hos ipſos apocriphos teſtatur Athanaſius cognitionis gratia ſelectos expoſitosque eſſe. Sunt autem nothi alij atque reprobi,ab hæreticis vel incertis auctoribus conſcripti. hos reijcit eccleſia. porrò in prioribus illis numeramus Clementis libros,cùm nec ab incertis, nec ab hæreticis conſcripti ſint: quando nec in alio loco habuerint eosdem Epiphanius,Rufinus,Beda,Nicephorus Calliſtus Cedrenus,& alij.& vero talia ἀπόκρυφα,pleraque ſunt patrum ſcripta omnia.

Sed in iure ſacro noſtro X V.diſtinctione c.Sancta Ro.eccleſia, à beato doctoque P P.Gelaſio,in concilium 70.Epiſcoporum,Recognitiones titulo itinerarij damnantur? Nihil minus.qui iſthic reiecti ſunt,libri ſunt octo.noſtri ſunt decem, ſic ab ipſo Clemente diſtincti,quod præter manu ſcripta exemplaria docet vel ipſa argumentorum tractatorum ratio. Sed ſi ἀπόκρυφα omnia reijcienda erunt,vide quæſo, quot bonis auctoribus carendum erit. certè innumeris,optimis,doctiſsimis. quo circa ratio habenda eſt ipſorum apocriphorum,quando non omnia ſint vnius generis.

At impius ille Ioan.Caluinus in ſcripto ſuo de Eccleſia contra doctum & catholicum hominem Ioannem Cochlæum edito,reijcit hæc Clementina,quod Apoſtolico iſthoc viro ſtilus ſibi parum dignus videatur. Quæſo, quid huic homini facias? parum nimirum diligenter libros hoſſe legiſſe, manibusque verſauiſſe videtur. inſpexit forſitan, & vt fuit impudens cenſor atque audax παλαμομάςιξ cum minus arrideret inæquabilior latina illa dictio, eos ſtatim virgula illa ſua cenſoria reijcere fuit auſus. Atqui vero Græcè ſcriptos eſſe à Clemente, cogitandum ipſi erat, tum à Rufino Torano parum bene latine conuerſos,vt fuit infelicior interpres ille, quemadmodum quidem ex alijs ipſius conuerſionibus quiuis poteſt colligere. Cæterum in eiuſmodi ſpinoſa difficilique materia, de qua inter Cephum Magumque controuertebatur, an dilucidius, acutius, & vtrinque firmiùs diſputari potuiſſet? Tentet quis vel hoc ſeculo, quo ſibi plurimum fidunt & tribuunt docta ingenia, verſet modo has materias. illud mihi dubium quidem non eſt. quin huic tandem ſeries orationis argumentorumque valde ſit placitura. Quod ſi autem ſtilus præ ſe tulerit horridiuſculum quid,quod vel ex latina conuerſione græcè docti poſſunt olfacere, profecto non debet id impedire, quo minus Clementi hæc ſcripta tribuantur:quando conſtet ex vetuſtis auctoribus,ſtylo eiusmodi virũ hunc dudum philoſophum,& in Chriſtianæ fidei quæſtionibus multum ſtudioſeque volutatum, vſum fuiſse:eaque de cauſa libentius olim à patribus non paucis ad Hebræos epiſtolam inſcriptam ipſi eſſe,quippe, cuius character perſimilis foret epiſtolæ ſuæ ad Corinthios datæ durior ſcilicet obſcuriorque,ſed tamen grauis atque grandis : vt B.

Hie-

Hieronymus epiſtola ad dardanum, & Nic. Calliſtus, libro 2. c. 46. H. Eccl. teſtantur. Mihi verò ſubolet alia cauſa reijciendorum Caluino horum librorum, nimirum, quod in ijs tam apertè ipſius impiæ ſententiæ de prædeſtinatione, de ſeruo arbitrio, & id genus aliæ damnentur Apoſtolo Petro.

Rurſum alius quidam, homo certè quidem diligenter in patribus verſatus, ſed parum ſibi conſtans, & vel diligentia ſua nimis abutens, vel tandem ſenili quodam delirio abberrans, epiſtolis Clementinis & aliorum vetuſtiorum pontificum detrahit veritatem, & auctoritatem, quòd citatæ in eis ſcripturę verſionem alicubi habeant Hieronymianam. Friuolum profectò argumentum, cum & græcè ſint epiſtolæ ſcriptæ, & ætate Hieronymi à Rufino in latinum ſermonem conuerſæ, qui fortaſsis ad Hieronymianam dictionem, ſuam interpretationem accommodare voluerit, quam cerneret auide, vt fit in nouis rebus, à Latino populo arripi & vſurpari. denique caſu poteſt fieri, vt in Græca ſententia latinè reddenda plerunque conueniant interpretes. quin venerabilis Beda tanti fecit verſionem hanc Recognitionum, vt in explicando principio Geneſeos eam adhibuerit, quòd ſupra dictum eſt.

Fortaſsis autem aliquem moueant ſcrinia illa primitiuæ eccleſiæ, è quibus VVolfgangus Lazius hanc edidit de Clemente ſuisque ſcriptis hiſtoriolam. Clemens Petri in Epiſcopatu ſucceſſor fuit: quo velut amanuēſi vſus eſt etiam Paulus apoſtolus, quem Philippenſibus ſcribēs ob inſignem pietatem præ cæteris vxori ſuæ commendauit: ſcripſit itinerarij vitæ libros viginti. Diſputationis Petri, librum vnum. item epiſtolas aliquot, in quibus ſunt duæ ad Iacobum Apoſtolum, de morte Petri. item vna ad Corinthios. claruit anno CIII. Hæc in ſcrinijs Lazij, quæ qualia, aut vnde petita ſint, ipſe viderit. Vtinam haberemus ſcrinia illa priſcorum Ro. eccleſiæ notariorum? quibus nihil foret vtilius, ſed quod attinet ad hanc hiſtoriolam, neminem ea mouere debet, quaſi ab hoc ſcriptore, quisquis ille tandem fuit, negentur recognitionum libri: imò aſtrui hic potius dixerimus, cum preſertim itinerarij libros viginti recenſeat: in quibus rationem argumentumque τοῦ ὁδοιπορικοῦ tenere Recognitiones, nemo negauerit. tametſi ſint pleraque quæ mihi teſtimonium hoc ſuſpectum reddant. primum, quod vxorem Paulus habuiſſe feratur, quam per ipſius verba intelligit, Philipp. 4. ναὶ ἐρωτῶ σε σύζυγε γνήσιε, cuius quidem ſententiæ fuerunt plerique, vt Clemens Alexand. & Euſebius P: nam Ignatij locus manifeſte corruptus eſt: ſed ea opinio à cæteris patribus, vniuerſaq; adeo eccleſia eſt exploſa, quæ Pauli verbis palam refragetur, 1. Cor. 7. velim omnes eſſe, ſicut ego ſum. Deinde, quod libri inſcribantur antiquis damnato titulo, de quo ſupra, poſtremo, quod libri referantur viginti, cum octo Gelaſius numerarit alios autem libros, eosque multos Clementi ſcriptos eſſe certum eſt ex 1. & 3. recognit. ſed nihil hoc teſtimonium contra Recognitiones.

Nunc recitemus argumentum, quod fortiſsimum contra canones à pleriſque exiſtimatur. Iſidorum aiunt auctorem eſſe, quod Apoſtolica ſedes non recipiat canones, qui dicuntur, apoſtolorum. citatur diſtinct. 16. c. Canones idemque doceri poſſe ex Leonis IX. teſtimonio contra Nicetam, eadem diſt. c. Clementis, præterea ex Gelaſij cenſura, diſtinct. 15. cap. S. Rom. Eccleſia. Quantum ad Iſidorum, is præfatione in volumen conciliorum ſatis ſe explicat, citaturque eadem 16. diſtinct. cap. propter eorum auctoritatem: quo loco ſcribit, vt & ſupra commemoraui, Canones olim à quibusdam habitos quidem apocriphos: ſed plures tamen eos receпiſſe, præterea ſanctos patrum ſynodali auctoritate eorum ſententias roborauiſſe & INTER CANONICAS CONSTITVTIONES CONSTITVISSE. Iam quod attinet ad Leonem IX. certe ille excipit ab apocryphis 50. capita. atque hic videre licet, olim maiores noſtros non ita certos fuiſſe de numero canonum: quod certius deprehenditur ex teſtimonio Beati Zephyrini qui 60. ſequentias tribuit

Apoſtolis. vbi qui dicunt, diſtingui capita à ſententijs, aliquid quidem dicunt,ſed
nihil certum,firmumque. Ego verò priſcis aliam incertioremque diſtinctionem
fuiſſe puto, vt quiſque certè animaduertit aliter atque aliter eos canones diſtingui
poſſe:donec concilium ſemel atque iterum de numero ſtatuiſſet. Ad apocrypho-
rum rationem ex ipſo Athanaſio ſit reſponſum.nec enim, quod apocryphum, mox
haberi debet incertum,aut damnatum,minus ve firmum. At Synodus,inquiunt,
Trullana,quæ dicitur ſtatuiſſe & definiuiſſe de Canonib.Apoſtolicis,canonas nul-
los fecit.Imò fecit:vti ſatis vnus Gratianus demonſtrat citatis toties Trullanis cano-
nibus, nomine ſextæ ſynodi,vt 16.diſtinct. cap. Placuit. 28. diſtinct. cap. Presbyte-
rum de conſecrat.diſtinct.cap.Illud autem.27.q.1.cap.Si quis Epiſcopus. Et de con-
ſecrat.diſt.1.c.Iacobus:iterumque de conſecrat.diſt.2.c.Didicimus. Quin Innocen-
tius III. de ætate & qualit.ord.c.à multis,citat ſextum canonem Trullanum nomi-
ne 6.ſynodi.Sic Adrianus PP.ad Tharaſium Patriarcham ſynodum hanc, canones-
que,tanquam ab illa editas recipit:vt 16.diſt.ca.Sanctam ſextam ſynodum.& de con
ſecratione,diſt.3.c.eodem,Sextam.itemque Ioan.Damaſcenus,de imaginibus citat,
citat,libro 3. Præterea prima actione ſeptimæ ſynodi approbat eandem Tharaſius:
itemq; act. 4. Petrus Epiſcopus.& actione 6.Epiphanius.adhæc eadem ſynodus act.
5.& 6. vtitur Trullanorum Canonum auctoritate. Nicolaus etiam PP. ijs vtitur ad
Michaëlem Imp.Denique Florentinorum Concilium ſeſsione quinta Ferrariæ cele
brata citat etiam hoc Trullanum ſiue VI.Conſt.Concilium. Vides igitur,quantam
auctoritatem habeat,quodque Canones fecerit,in quorum altero cùm tam clarè,vt
ſuprà recitatum eſt,canones apoſtolici aſtruantur,Clementique tribuantur,ecquis
ampliùs refragabitur?Sed enim nolo prolixior hic eſſe illud namque libenter dede-
ro,vti ſe res habet,concilium hoc VI.nullos canones feciſſe,cùm primùm ſub Con-
ſtantino Pogonato circa annum Domini 681.coijſſet, contentum ſola damnatione
Monothelitarum,rectæque fidei confirmatione: ſed cùm poſteà ſub Filio Iuſtinia-
no,qui ῥινότμητος ab inſecto naſo dictus fuit reuocatum & continuatum eſſet,ho-
ſce nimirum tunc fecit canonas: in quorum ſecundo ſic Canones Clementini pro-
bantur.Vt vt ſit,magni certè viri fuerunt auctores eorum:ideoq; facile auctoritatem
poſterioribus ſeculis habuerunt.Aiunt rurſum. canone 84. tres libri Maccabæorũ
aſſeruntur:idque contra conſenſum omnium pene eccleſiarum.Quid ſi dicam, ali-
ter eos libros diuiſos fuiſſe?aut adiunctam Ioſephi hiſtoriam? quid autem, ſi dicam,
id videri ab aliquo attextum?cuius cauſa debuerit etiam concilium VI.definire de cer
to canonum numero.Vt vt ſit,cauſa hæc iuſta non videtur damnandorũ canonum
omnium.

Supereſt vnum adhuc telum,quo maximè epiſtolas impeti poſſe reor: hoc
nimirum,quod neque tempori, neque rationi conſentaneum videatur, Clemen-
tem ad Iacobum F. D. de nece beati Petri ſcribere potuiſſe, qui dudum ante Pe-
trum fuerit ob fidem necatus. vnde abſurdum ſit, eas epiſtolas Iacobo ſcriptas à
Clemente, germanas eſſe poſſe: ideoque vel ipſam horum ſcriptionem, vel certè
inſcriptionem neceſſariò ficticiam videri debere. nam Iacobus frater domini no-
ſtri,cùm XXX. annos adminiſtraſſet Hieroſolymorum eccleſiam, à Iudæis ſeptimo
Neronis anno lapidatus ſcribitur, vindicantibus in illo,quòd Paulum interficere
nequiuiſſent: iam Feſto defuncto præſide καιρὸν εἰς ἐξουσίαν λαβόντες, τὴν Αναρχίαν,
vt ſcribit Euſebius Pamph. libro 2. cap. 23. eodemque loco apud eundem Hegeſip-
pus, & apud Niceph. Calliſtum lib.2. c.38.H.Eccle. quos etiam ſequitur Beda mar-
tyrologio ſuo. Atqui Petrus vltimo Neronis anno interfectus eſt, qui eius imperij
fuit XIII. tot etenim præfuit, cum diebus octo, Hegeſippo teſte, libr. 4. cap.20.ex-
cidij Hieroſolymitani: tametſi alij plures dies, menſesq; aliquot annumerent.Non
ergo de nece Petri, ſuaq; ordinationatione Clemens potuit Iacobo iam ſexennium
occiſo quicquam perſcribere. Quo argumento ita plerique mouentur, viri etiam
docti

docti, vt epiſtolis nihil omnino, aut perparum certè tribuant. neque vero ipſe diffiteri poſſum, hac cogitatione me quoque ad dubitandum vehementer aliquando incitatum fuiſſe: niſi communis me eccleſiæ ſententia, maiorumque reuocaſſet iudicium. animaduertiſſemque permagnam illam apud priſcos paſsim hiſtoricos annos computandi annotandique veritatem. qua motus equidem, longè rem ſeſe aliter hebere putaui. quæ cuiuſmodi mihi viſa ſit, haud grauabor explicare. Quod igitur ſcribunt hiſtorici, Iacobum, ad quem à Clemente hic ſcribitur, cum annos ab aſcenſione domini XXX. tenuiſſet eccleſiam, in ſeditione necatum eſſe, defuncto præſide, ſic puto intelligendum eſſe, vt illi anni non mox aut præciſè numerentur inde ab aſcenſione domini, quando communi tunc adhuc coniunctaque opera Apoſtoli tenuerunt Hieroſolymorum eccleſiam: vt & ex actis Lucæ clarum eſt, & ex Hegeſippo, qui ait, poſt Apoſtolos Iacobum gubernandam accepiſſe eccleſiam: itemque ex apollonij Martyris, Romani nobilis ſenatoris teſtimonio deprehenditur, qui narrat ex veterum traditione accepiſſe ſe Apoſtolis præceptum à domino, ne ante 12. annum Hieroſolymis diſcederent: vt refert Euſebius libr. 4.c.18. & Nicephorus Calliſtus libr. 4. c. 25. ſed alia quadam ratione fortaſsis à diuiſione Apoſtolorum, qua in vniuerſum orbem ad prædicandum euangelium diſperſi fuerunt. Gregorius namque Turonicus libro 1. hiſt. ſuæ Iacobum fratrem domini ſcribit occiſum ſub Petri martyrium. & Nicephorus Calliſtus lib. 3. cap. 3. breui ante vrbis euerſionem refert necatum: quod in cauſa fuerit, Hegeſippo Ioſephoque teſtibus, libro. 2. cap. 23. apud Euſebium, quare pij Iudæi vrbis excidium cædi Iacobiticæ imputauerint, nimirum, quòd eam breui conſequuta foret obſidio: idemque Hegeſippus narrat apud Nicephorum Calliſtum libr. 3. cap. 9. poſt vrbis euerſionem, Iacobo Symeonem Cleopæ F. ſucceſſorem datum eſſe. & apud eundem libro 2.c.3. teſtatur Euodius Apoſtolorum ſucceſſor Antiochiæ, epiſtola ſua φῶσ inſcripta, ab aſcenſione domini ad lapidationem vſque Stephani, annos ſeptem effluxiſſe: quo certè tempore in Iudæa verſabantur apoſtoli. porrò triginta annos Iacobum tenuiſſe eccleſiam, teſtantur plerique omnes: ſed è nullo clarè additum memini, mox Chriſto iam in cœlos euecto ab Apoſtolis eum conſtitutum eſſe Epiſcopum, illoſque annos ſtatim ab aſſenſione computari debere at annos tot epiſcopatus ſui fuiſſe, cum necaretur. verum, quorſum hæc omnia? Nimirum hinc coligo, ſic annos Iacobi numerari oportere, vt pene pertingant ad initia vſque cæptæ obſidionis: unde appareat, ſub idem propè tempus Hieroſolymis quidem, Iacobum Iuſtum obliam, Romæ verò Petrum Paulumque necatos eſſe. Nemo hic non videt, quam facilè potuerit fieri, vt Clemens in iſto contra Hieroſolymam bellico apparatu, Romanoque in Neronem tumultu, Petro iam crucifixo, neſcierit Iacobum Iuſtum interfectum eſſe, quod illa mox facta fuerit paulo ante vrbis obſidionem: ideoque ſuas epiſtolas iam mortuo, quem tamen viuere putarat, dedicarit & inſcripſerit. Certè Iacobi ætas, (nam 96. annos natum ſcribit Epiphanius hæreſi 78. dum occideretur) non multum ab hoc tempore poterit diſſentire. Sed hæc diſputatio, nihil aſſeuerans, & ſuum cuique permittens iudicium. Nam alias bene dicere poſſum, Iuſto illi dedicatas haſſe epiſtolás, qui tertius ex ordine fuit Hieroſolymorum epiſcopus, Symeonis ſucceſſor, vir ſantiſsimus, ſuamque functionem ad Traiani vſque tempora perduxit de quo Euſebius lib.3.c.35. & Nic.Call.lib.3.c.2. quæ ſententia, neſcio, quam ſit alijs placitura, mihi certe non adeò diſpicet.

Apud Euſe. loco, vt ſ.

Sic Maimo Halbeſtadius, in epitome ſuæ hiſto.

Hactenus igitur dictum ſit de veritate ſcriptorum quorundam noſtri Clementis prolixus fortaſsis ſed uix paucioribus licuit, ſi modo tot remouendæ eſſent obactiones. Vt formoſum corpus agnoſcas, fœdæ lacereque veſtes detrahendæ ſunt lutumque aſperſum eſt eluendum. Porrò iam per ſe dignitas & formoſitas librorũ ſatis ſe oſtendet ipſa. cum enim conſtet, verè hæc eſſe Clementina ſcripta, ecquis

non

non cernit ab apoſtolis per apoſtolicum virum ad nos ea proficiſci? Hoc ipſum qui
cum ſuo cogitat animo, certè non reprehendat ille Ioannem Damaſcenum virum
ſanctiſſ. & doctiſsimum, quòd inter Canonicos libros numerarit. nam quicquid hic
ſcripſit B. Clemens, ſcripſit ex ore Petri magni apoſtoli, magiſtri ſui: ſcripſit vir do-
ctus ex ore iuſſuque ipſius, ſcripſit teſtis oculatus, vt teſtatur Irenæus, adeoque
ſpiritu dei plenus ſcripſit. Et quæ ſcripſit, res illæ ſunt omnium grauiſsimæ, maxi-
meque ad ſalutem omnibus neceſſariæ: vt ſunt, de vero & vno deo, de vera ipſius ag-
nitione, de lege ipſius, de Prouidentia, de CHRISTI IESV magni illius
prophetæ aduentu, euangelioque, de myſterijs fidei, de ſacramentis eccleſiæ, de bap-
tiſmo, de Euchariſtia, & alijs id genus præſtantiſsimis rebus, de rectè conſtituenda
adminiſtrandaque eccleſia. Sed enim, ſi quis rurſus ſecum cogitet quàm verſu-
tiſsimis hæreticorum fraudibus plerique hi libri fuerint defœdati, non mirabitur
ille quicquam, B. Athanaſium & alios magnos viros remouiſſe hoſce libros ex pub-
lico hominum vſu & conſpectu, hoc eſt, ἀποκρύφους iudicaſſe. Cæterùm cùm hui
vitio mediocriter occurſum ſit, tum ab Epiphanio, qui, quibus in dogmatis corrup-
ti eſſent, notauit, tum à Rufino Torano, denique & à nobis ipſis, quorum ille qui-
dem, quæ iudicauit ſuſpecta, in conuerſione ſua expunxit, ego autem notaui etiam
atque indicaui, quæ obſcuriora vel fabuloſiora viſa ſunt: perfacile videbit Catholi-
cus lector, quanta cum vtilitate & iucunditate in horum librorum lectione verſa-
bitur. Profectò de grauiſsimis fidei diuinæque ſapientiæ quæſtionibus, quæ etiam
magnis clamoribus tumultibusque hoc tempore diſputantur, ſolidiſsimas inueni-
et lector inſtitutiones. hic videbit, quibus Satan artibus eccleſiæ nouellæ iam pullu-
laſcenti ſit inſidiatus, non ſolùm manifeſtis perſequutionibus, ſed etiam hæretica
perfidia aſtutiaque per aptiſsimum illud organum ſuum Simonem Magum. qui
nuſquam viuidiùs cum peſtilentiſsima ſua hæreſi depingitur, atque hic fit in Reco-
gnitionibus: nuſquam præterea ſolidiùs refutatur, quàm eiſdem ipſis libris, in qua
certè tractatione Clemens noſter Epiphanio multò luculentior eſt. nuſquam verò
ſinceriùs, vel acutiùs, veriúsue, pace omnium, vera ſententia περὶ προνοίας aſtruitur,
atque tribus poſtremis recognitionibus. Et certè multò rectiùs intelligetur do-
ctiſsimus Irenæus in elencho ſuo falsò nominatæ ſcientiæ, itemque cæteri priſci
ſcriptores plerique multò faciliùs, cognitis diſputationibus & concionibus, quas
Petrus de rebus præſtantiſsimis & ſaluberrimis contra Magnum ethnicosque phi-
loſophos doctrinam euangelij oppugnantes, Cæſareæ, Tripoli, Laodiceæque ha-
buit. Deus autem bone, quàm interim iucundum erit ſpectare, cuiuſmodi con-
ciones priſcorum Chriſtianæ eccleſiæ magiſtrorum fuerint apud ethnicos, cùm
necdum ſcriptura diuina ſuam apud ipſos fidem & auctoritatem haberet? Sed de
hac vtilitate & iucunditate aliquid diximus ad ſingulos libros. Porrò ex his ipſis li-
bris plurimùm augebimus etiam illuſtrabimusque eccleſiaſticam hiſtoriam, in qua
pij perſæpe deſiderant, quas in euangelio docendo Petrus profectiones, quasque
conciones & diſputationes inſtituit & ſuſcepit quo loco necdum me meæ pœnitet
ſententiæ, quam olim tuli de hiſce libris, nempe videri illos mihi non contemnen-
dam acceſsionem actorum apoſtolicorum. Lucas ſiquidem in actis ſuis, vbi ad Pauli
conuerſionem peruenit, paulatim intermiſit Petri diſputationes & prædicationes,
contentus narratione mirabilium, multorum, & difficiliũ Pauli laborũ in docendo
euangelio ſuſceptorũ. quàm paucis quàm multa de Petro complectitur, dũ ait? Factũ
eſt autem, vt Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad ſanctos, qui erãt
Lyddæ. Multò latiùs Clemens hic enarrat, quomodo Petrus perambularit omnes
eccleſias. Dixi nunc paucis de Recognitionum præſtabilitate: dicam etiam paucis
de Canonibus & epiſtolis. Nam videtur mihi Apoſtoli omniũ nudiſsimè rationes
præſcribere voluiſſe regendæ eccleſiæ, atq; etiam in ſempiternum quoddam tempus
eius conſeruandæ ſpectauiſſe: dum tam modicis quidem, ſed claris apertiſque ver-
bis

bis officia epiſcopi,presbyteri,diaconi, cæterorumq; eccleſiæ ordinum nobis ante oculos ponunt. Neque vero opus eſſet diuturna deliberatione aut conſulatione ipſius reformandæ,ſi in has modo præceptiones atque canonas quiſque eccleſiaſticorum hominum diligenter intueri vellet: & quod paſsim dici vult,eſſe etiam atque agere ſtuderet. auſim hercule affirmare,vel ſexcentis eccleſiam hæreſibus infeſtantibus,breui tamen bene ſperandum eſſe de repurgatione & reformatione ipſius: cuius nunc in hoc quidem rerum ſtatu vix pij ſpem habere poſſunt. Pudet enim quemque ſui officij.qui eccleſiam regendam ſuſcipit,non ordinat, non docet non viſitat ipſe: nec tuetur auctoritate ſua docentes, non promouet,non fouet:aut ſi promouet atque fouet, indoctum iuxta ac doctum, nebulonem perinde atque bonum virum promouet. Et quod turpiſsimum fuit olim in ſacrato viro,id nunc omnium honeſtiſsimũ auguſtiſsimumq; habetur.& contra. Inſpiciant quæſo 6,8, 26,36,37,41,44,57,75,80,82, cæterosque Apoſtolicos canonas,cum iiſdemque ſtudia ſua & actiones componant.næ videbunt,quam longe diſceſſum ſit ab Apoſtolicis veſtigijs. Eequem non commune faciat ſui officij vel tam amabilis illa Petri oratio,qua,dum ſibi ſucceſſorem conſtituit,Clementem affatur? Ecquis non videt in his epiſtolis,quanta cum religione, decore, honeſtate, diligentia voluerint ſancti apoſtoli noſtri tractari ſacras res? Facile nimirum ſibi conſtabat eccleſiæ dei ſplendor atq; ſtatus,etiam in grauiſsimis hęreſibus & perſequutionibus,dum modo diuinus iſte.(vt ait Nicephorus Calliſtus.)vitæ morumq; diſciplinæ ordo,& doctrinæ ſinceritas retinebatur. Et huc nos Canones certè reuocare debebant.breui cerneremus nunc ita deformatam pulcriorem eccleſiam. N.C.l.4. c.5.

Et verò tantæ vtilitates horum librorum, voluptatesque quas inter legendum ſum capere ſolitus,inter cæteras cauſas me certe non minimum commouerunt, quare ad editionem repurgationemque huius diuini auctoris venerim: in quo quid à me ſit præſtitum, porro paucis explicabo. primum igitur orationis contextũ,quem valde vitioſum deprehendi,conatus ſum emendare in quo labore perſæpe animum abieci, qua neſcio, ægritudine, quod per puſillum videri poſſet, quod præſtandum erat. nec enim nunc cernent, qui nunc lecturi ſunt, mendas illas, quibus cum nobis colluctandum fuit, quæ fuerunt certè plurimæ, ita,vt coactus ſim, totum mihi volumen ſumere corrigendum,reuidendumque, vti loquuntur. magnus fuit mihi labor hic ſuſcipiendus, magnum tedium deuorandum. Quod ſi lectiones corruptas vere à me ſincereque reſtitutas indicare velim, liber mihi exſurgeret. tot fuere.ſed facile id ipſum videre licebit, ſi quis ſuperiora exemplaria, cum iſthoc quod apparauimus, modo & illud rectè fideliterque fuerit excuſum, quod hercle in mea præſertim tam longe à typographia abſentis poteſtate non fuit, conferre velit.ſane moleſtiam non ſentient,quam ſenſi ego.Præterea autem latinam dictionem feci plerunque æquabiliorem. Palam eſt, Rufinum interpretem ex bonis Græcis latina feciſſe non tam bona,quod norunt docti,verſique ab illo libri planè conuinciunt.itaque vt ſenſus foret ſubinde clarior.perſpecta ſententia mutauimus alicubi verbi modum,ita tamen,vt vix aduerti quæat. nam manet eadem ſententia, & interim ſuauior eſt atque æquabilior oratio. modiceque id ipſum & temperanter magna cum religione feci,ne in alieno labore doctus aut ſapiens eſſe velle viderer, quo in nihil vereor,quin vel moroſo Rufino,ſi viueret, ſatisfacturus eſſem. Vtinam autem Græcam lectionem nanciſci potuiſſem: de integro namque maluiſſem conuertere, quam ſic corrigere, at nuſquam volens quod plerunque factitant ſcioli,dum libros reſtituere videri volunt,ſenſum permutaui. teſtor Deum. ſed quemadmodum ij, qui alijs à ſe inuitatis opipara inſtruunt conuiuia, ac in gratiam voluptatemque conuiuarum ſumtum omnem laboremque facilem & leuem ducunt ita & ego omnes mihi leues putaui moleſtias, dum à chatolicis doctiſsimi huius opt. martyris ſcripta cõmodius legi poſſent.quamobrẽ argumẽtis etiã ſummã librorũ cõplexus ſum:vtq; lectio dulcior eſſet,ſcoliolis textũ,& inſolẽtes quęſtiones modicè

dicē enarraui, næuos, indicaui, quæ deniq; fabuloſa aliquando videri poterant, tum vera, tum grauia eſſe demonſtraui, collatis ſubinde probatis alijs auctoribus. In ijs ordine ſum vſus commodo, maximeq; naturali. nam primùm poſui Recognitiones, tum, quòd contineant certam & dilucidam vitæ Clementis & ſuorum hiſtoriam, & Petri pleraſq; diſputationes & conciones, tum verò, quod ipſo tempore priores ſint. his ſubiunximus, Canones & Conſtitutiones Apoſtolorum, quòd complectantur doctrinam fidei, rationemq; benè conſtituendæ & adminiſtrandæ eccleſiæ. hinc epiſtolas decretales, vti vocant, quod ex Canonibus conſtitut. q; conſcriptæ appareant, & eodem pertineant. Demum, auctoris incerti compendium hiſtoriæ Clementinæ apposuimus, quòd in eo permulta ſint, quæ in hiſce non legantur. de quo ſuo loco. ſed nolo laboris mei encomiaſtes eſſe. ſi placuerit eccleſiæ, pijsq;, quibus volui, profuerit, vehementer gaudebo. Atq; hæc ferè ſunt, candide lector, quæ de exſtantibus Clementinis in medium proponere, viſum mihi fuit operæpretium: à quibus ſi quis forte diſſenſerit, non ægrè equidē feram. ſaltem cādoris, chriſtianæq; modeſtiæ vt meminerit, velim. nihil hic præſcriptum eſt eccleſiæ catholicæ, cuius ſententiam meam ſententiam ſemper eſſe volo. Nunc verò tandem accipe, quæ nobis Clementina deſiderentur? I. Nominatiſsima illa epiſtola ad Corinthios, cuius meminerunt fermè ſcriptores omnes: Irenæus, elencho 3. c. 3. quem locum græcè citat ex ipſo Euſebius Pamph. lib. 5. c. 63. & lib. 3. ca. 16. Hieronymus ex hac ſententiam citat memorabilem, lib. 2. commentariorum in c. 4. ad Epheſios, inquiens, Cuius rei & Clemens ad Corinthios teſtis eſt ſcribens: VINCVLVM CARITATIS dei quis poterit enarrare. Idemq; rurſus in LII. c. Eſaiæ in commētarijs ſuis, recitat ex eadem epiſtola memorabilem locū, hiſce verbis. De Chriſto Clemens, qui poſt Petrū Romanā rexit eccleſiā, ſcribit ad Corinthios. Sceptrū Dei, dominus Ieſus Chriſtus nōvenit in iactantia ſuperbiæ, cùm poſſet omnia: ſed in humilitate, in tantū, vt verberatus à miniſtro ſacerdotis, reſponderet: Si malè loquutus ſum, argue de peccato: ſin autē bene, quid me cedis? habēs XII. angelorū millia. Hactenus ex illa Hieron. Meminerūt aūt huius & alij ſuprà citati II. Encyclicæ epiſtolę de quib. ſupra citato loco Epiphanius. vnius ex ipſis meminit Hieronymus, lib. 1. aduerſus Iouinianū, hiſce verbis. Ad hos, eunuchos, & Clemens ſucceſſor Apoſtoli Petri, cuius Paulus meminit Apoſtolus, ſcribit epiſtolas, oēmq; pene ſermonem de Virginitatis puritate contexuit. Et eādem citat Epiphanius XXX. hæreſi Ebionitarum. III. Liber de vero propheta cuius meminit Clemens ipſe, 1. Recognitione. idemq;, de præfinitione ſeu prædeſtinatione dei. Recog. 3. quem vtrunq; dictante Petro ſe ſcripſiſſe teſtatur. præterea alij x. Libri: quorum argumenta ipſe recenſet. Petriq; ſolutiones difficilium quæſtionum. Rec. 3. Hæc deſideramus: quæ quiſquis in lucem protulerit, omnino bene de eccleſia merebitur.

Bene vale candide lector, noſtrumq; ſtudium & laborem gratum habe.

ELEN-

ELENCHVS HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

X. Libri ΑΝΑΓΝΩΣΕΩΝ, *ſiue Recognitionum B. Clementis interprete Rufino Torano Aquileienſe. repurgati per Lambertum Gruterum Venradium à fœdis multisque mendis, & illuſtrati argumentis ac nouis ſcholijs. fol.* 1.

LXXXX. Canones Apoſtolorum, conſcriptore Clemente, Græci Latiniq́ꝫ, ex vetere & noua præterea Gregorij Holoandri conuerſione, vnà cum ſcholijs Theodori Balſamonis, patriarchæ Antiocheni, per Gentianum Heruetum conuerſis. 157.

VIII. libri Conſtitutionum Apoſtolicarum interprete Ioanne Bouio, Epiſcopo Oſtunenſe, cum eiuſdem prolegomenis atque ſcholijs. 195.

V. Epiſtolæ Clementis decretales, illuſtratæ & declaratæ ſcholijs Lamberti Gruteri Venradij. 345.

Epitome hiſtoriæ Clementinæ de geſtis B. Petri, Interprete Ioachimo Perionio, collata cum Recognitionibus, per D. L. G. V. 378.

Epiſtola D. Ignatij. 422.

Epiſtola D. Polycarpi Martyris ad Philippenſes. 454.

Epiſtolæ duæ D. Martialis Apoſtoli. 457.

Confeßio Conſtantini Imperatoris. 471.

De primitiua Eccleſia ex Synodo Nicena. 473.

Niceni Concilij præfatio, Canones, & ſymbolum. 480.

Conſtantinopolitani Concilij canones & ſymbolum. 486.

Epheſini Concilij epiſtola ad Neſtorium, ſymbolum, & decreta. 487.

Concilium Chalcedonenſe. 494.

Marcellini Papæ epiſtolæ duæ. 506.

D. Marcelli epiſtola inuectiua contra Maxentium tyrannum. 510.

Euſebij Papæ epiſtolæ tres. 513.

Aegyptiorum Pontificū epiſtola ad Marcum Papam, & eiuſdem reſponſio. 522.

Epiſtola D. Athanaſij & Aegyptiorum Epiſcoporum ad Liberum Papā, eiuſdemq́; Liberij reſponſio. 525.

Epiſtola Aegyptiorum Pontificum ad Felicem Papam. 528.

Felicis Papæ Epiſtola. 532.

Liberij Papæ epiſtola. 534.

Epiſtolæ aliquot Damaſi & ad Damaſum Papam. 536.

Synodus Romana ſub Damaſo. 537.

Carthaginenſis Concilij epiſtola ad Innocentium Papam, eiuſdemq́; Innocentij epiſtola ad idem Concilium. 553.

Mileuitani Concilij epiſtola ad Innocentium, cum reſponſione eiuſdem. 558.

Cœleſtini papæ decreta. 561.

INDEX

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE SPARSIM IN HISCE D. CLEMENTIS, ALIORVMQVE SANCTISSIMORVM SCRIPTIS inſperſa ſunt, & annotatione digna viſa ſunt ſumma cura in alphabeti ordinē digeſtus. Literæ autem poſt numerum paginarum adiectæ, earundem ſectionem quadruplicem oſtendunt.

A.

Aron vnctus fuit tanquam princeps populi fol.15.a
Ablutio corporis exterior quando ſit vtilis 375.a
Abrahæ progenies & conditio 11.a
Abrahæ filij Iſmaël & Helieſdros, quos populos produxerint 11.c
Abraham aſtrologus, ab angelo doctus fuit 11.b
in Abſtinentia modus ſeruandus eſt 446.e
Accuſatores fratrum non temerè recipi debere 552.f.542.h
Accuſatorem ſedulò explorandum ante iudicium 541.b.c.235.d
Ad agnitionem dei præuia ianua quæ ſit 117.b
Adæ corpus ex 4 elementis conflatum fuit 446..
Adam propheta non cœcus fuit 389.d
Adam vnctus fuit a deo atq; propheta 15.b
Adamo cur eſus ligni vetitus fuit 317.a
Adamus libertate arbitrij deceptus ſe ſuosq; omnes perdidit 562.h.556.h.558.f
Adonias propheta inobediens deo à leone præcatur 257.c.
Aduentus Chriſti duos probat Diuus Iacobus 20.h
Adulterij pericula grauiſſima 290.c 284.g
Aegyptij incommunicabile dei nomen contumelijs affecere omnibus 83.c.d
Aegyptiorum Epiſcopi quàm grauiter ab Arrianis fuerint oppreſſi 530.g
in Aegypto non pluit ſed Nilo inundante terra fœcunda ſit
Aeternæ voluntates quæ ſint 8.h
Aëtius hæreticus qua forma baptizauit 325.c
Afflictiones pro remedio datas pij repudiant 40.h
Agapas, communia qui ſint vocandi 230.e.334.e
Alleluia quando cantari inſtitutum ſit 529.a
Alexander Alexandriæ Epiſcopus Arrium ab errore fruſtra reuocat 481.b
Altaris dominici pallæ quomodo & vbi abluendæ 361.a
Altare dei, eſt pauper accipiens munus 256.e
Amazones qualibus præditæ moribus 131.d
Amicitiam cum deo quomodo adipiſcamur 9.d. 86.f
Amon eorum qui ex contemptu peccant exemplar 226.h
Ananias & Saphira, cur mortui ſublati 376.a
D. Andreas de imaginatione præclarè diſſerit 44.e.d
Angeli, virtutes quomodo vocentur 41.d
Angelorum ordines nouem recenſentur ab Ignatio 425.b
Animæ defunctorum loco aliquo læto ſeruantur 16.g
Animam & corpus quæ polluant 77.a.
Animalia ſub virtutum ſpem Aegyptij ſe colere dicebant 83.d
Animalium aliquorum monſtroſa cōceptio eſt 113.c
Animæ omnes deo viuunt 328.h
Animæ ſingulis hominibus creantur nouæ 265.d
Animarum immortalitas conuincitur 386.f
Animus hominis ſine Chriſti cognitione non conquieſcit 2.e
Antiocheni pœnitentes Petrum læti ſuſcipiunt 155.b.411,d
Antiochenæ Eccleſiæ concordia commendatur 444.e.f
apud Antiochiam à Petro multa ſigna ſanitatum oſtenſa 155 c
Appion Romanus fruſtra diſſuadet Clementi fidem 391.a.b ſunt
Apollinaris hæreſis damnata 504.f
Apoſtoli dei voluntatem quod niſi ſunt tamen nūciarunt 35.c
Apoſtolorum doctrina, per Clementem ipſorum iuſſu, communicata 284.g
Apoſtoli à deo docti ipſi alios docent 450.e
Apoſtolicæ prædicationis ſumma 279.d
Apoſtolicarum præceptionum & Chriſti æqualis authoritas eſt 195.
Apoſtoli, ordines, officia, & ritus in eccleſia inſtituerunt vt neceſſaria 195.196.
Apoſtoli ſcripta factaq; mutuo communicant 21.d

Apoſtolorum prædicationi tota trinitas teſtimonium perhibuit 466.f
Apoſtolorum munus quale ſit 35.a
Apoſtolos qui non recipiũt quomodo puniendi 71.d
in Apoſtolorum concilio quid ſit actum & cur coierint. 280.f g & 281.a b
inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus cæteris præfuit 354.e
Apoſtolos eorumque ſucceſſores qui contemnunt Chriſtunm ſpernũt 359.a 364.c
Apoſtolorum in diſquirẽdis dubiis magna cura 7.c
Aqua ſupra firmamentum quaſi gelu concreta 9.d
Aqua & ſpiritu conſtat omnia 414 e
per Aqnam renaſci omnes oportet 92.e 374.e
ex Aquis omnis giguntur 92.e
Aradus columnas vitreas habens 98.h 397.e
Ara ignoti Dei in cuius Honorem poſtea fueret conſecrata 458.e
Arabes iudæorum circumciſionem ſunt imitati 120.h
Aram dæmonibus quis primus ſtatuerit 10.g
Arias cœleſtis vnde fiat 117.d
Archiepiſcopus in quauis pronuncia eſſe debet 181.b
Arinanenſis concilij patres errorem ſuum fatentur 551.c
Ariſtoteles quintum adijcit elementum 110.
Arithmetica etiam docet à viſibilibus ad inuiſibilia progredi 108.h
Arriani canones Nicenæ Sinodi, alioſque libros catholicos exurunt 522.g
Arrius & Eunomius filium & ſpiritum ſanctum creaturas dixerunt 537 b
Arrogantiæ malum periculoſiſſimum eſt 356.h
Artes multæ cum fide ſyncera pugnant 325.c
Artium liberalium vtilitas & ſcopus 9.a
Aſtra cœli ad quid hominibus data ſint 267.d
Aſtrorum perpetuus & conſtans curſus dei prouidentiam arguit & conditorem omnium 110.h
Athanaſij aliorumque Epiſcoporum AEgiptij commendatio a.d. Marco Papa 523.c
Athanaſio ab Arrianis grauiſſima perſecutio excitata eſt 522.
Athanaſius fidem ſuã Liberio tranſcribit 525. c h
Auari pro Deo Mammona colunt 249.c d
Auarus ſerpenti ſimilis dicatur 256.f
Aufidius dux multis fidelibus cæſis D. Clementem ſubmerſione tollit 418.g
D. Auguſtini vita & ſcripta approbantur 562.f
Auxentius Epiſcopus. Mediolanenſis hæreſes damnatus 551 g
Auxilio dei opus ſibi non eſſe qui dicunt valde ſunt ingrati 557.a

B

Babylonia à quo ſit ædificata 11.g
Baptiſmata tria in vno myſterio ſunt perficienda 186.e
Baptiſmatis forma & ritus certus ſeruandus eſt 167.a.185.d
Baptiſmi aqua & oleum benedici debent 305.d
Baptiſmi Dei angeli gaudent 406.f.& 412.e
Baptiſmi & Euchariſtiæ Sacramenta explicantur 19.b
Baptiſmi quanta neceſſitas & vtilitas ſit 17.b. 20.h.103.b.128.g.h.374.f
Baptiſmi ritus oleique conſecrandi rationes dantur 64.f.235.8.
Baptiſmi veſtem puram quæ polluant 77.a
Baptiſmus in locum ſacrificiorum ſucceſſit 13.b
Baptiſmus Iudæos male hebuit 17.b
Baptiſmus per crucem ſanctificatus eſt 459.d
Baptiſmus quando iterari poſſit 158.b.c.& 282 g
Baptizandi cur exorcizari debeant 564.h
Baptizandos eſſe paruulos negant Pelagiani. 554.h
Baptizare quibus fuerit olim permiſſum 186.e. & 251.b
Baptizandus qualis eſſe debeat 251.a.b
Baptizari paruulos debere 183.a
Baptizati ab hæreticis non cenſentur initiati 282.h
Baptizati ab hæreticis, quatenus ſint repaptizandi 139.c
Baptizati quoq; ſuis hoſtibus impares ſunt 563.b
Baptizati cum illotis edere non poſſunt 46.e
Baptizati vnctio, cõſirmatio profeſſionis eſt 253.c
Baptizatos apud hæreticos, manuum impoſitione recipi debere 513.b
Beptizatos rebaptizantium & non rebaptizantium pœna 166.g
Baptizatus animæ duntaxat ſordes abluit 306.f
Baptizatus quomodo orare debeat 306.g.& 341.d
Barnabæ oratio ſimplex ad Romanos 3.a.b
Barnabas qui & Mathias, in Iudæ locum aſſumptus fuit 3.a.b
Bellorum quæ fuerit origo 11.a
Bellum pacis matrem eſſe putat Simon 32.g
Benedictio æterna quibus contingat 533.a
Benedictiones magnæ ad Solos Epiſcopos pertinent aliæ præsbyterorum ſunt 334.f
Benedictionis ordinatorum quanta ſit efficacia 344.e
Bigamia indecora fuit olim habita poſt profeſſionem iniqua 247.c.337.e
Bona Eccleſiæ pauperum bona ſunt 188.f
Bona opera ſcopus prædicationis D. Petri ſunt 88.e

Bono

Bono malum ſemper quaſi ex fœdere annexum 120.f.g
Boni eſſe non poßumus libero ſublato arbitrio 53.e 60.f
Bonitas cum iuſtitia in deo ad quid coniuncta 71.d
Bonum non eſt bonum, ſi non benè fiat 374.h
Bonum non eſt qui impium aliquid poſtulat 42.h
Burgus à Smyrnenſibus Ignatio in miniſterium miſſus eſt. 442.h

C.

Caiaphas Chriſtum leuitatis arguit 18.g
Caiaphas, mortem ſibi conſciuit 309.d
Caiaphas pontifex cum apoſtolis diſputat 14.f
Caiaphas hæreticorum more ad ſcripturas confugit 20.g
ad Cælibatum hortatur Petrus 57.d
Cædes iuſta Magiſtratui ſeruari debet 293.a
Cœli duo ſunt, eorumq; diſcrimen 45.a. & 54.e
Cœlum & terra domus vna in duas regiones diſtincta eſt 9.c.d.& 125.b.
Cæſari tantum tribuenda quæ ſunt cæſaris 237.b.
Cæſarienſes ex petri diſceſſum, triſtes conſolantur 65.a
Calamitatum quæ ſint cauſæ 140.h
Calidi imbres peſtilentes ſunt 113.a
Calix domini ad ſacrificium quomodo præparari debeat 361.c
Calumniam iniuſtè patiens beatus eſt 116.f
Calcedonenſe concilium quibus de cauſis coierit 494.e
Calcedonenſi concilio qui interfuerint quiq; confirmarint 501.d.502.h
Canones Apoſtolorum ſexta ſynodo illegitima dãnantur 199.
Capillitium diſcriminatione non exornandum eſſe 209.a
Cariſma ſpiritus quæ ſint & in quem vſum data 308.f.h
Caſtimonia coniugalis in quo ſita ſit 375.a
Caracteres duo in homine ſunt 428.h
Cariſmatum varia diſtributio cur ſit 309.c
Caro Chriſti viuificatrix panis eſt vitæ 453.c. 492.g
Cathecumenus pro Chriſto moriens veriorem conſequitur baptiſmum quàm alij 264.e.336.g
Cathedra Epiſcopali quis ſit dignus 350.h.413.a
Celeſtini papæ decreta qui non obſeruat, fidelis nõ eſt 569.b
Celeſtius in concilio Carthaginenſi errorem confitetur 555.a
Cham Mezcaim filio ſuo artem magicam tradidit 74.g
Cham ſeruorum pater occiduam regionem nactus eſt 10.g
Charitatis encomia 348.f.g.510.f.g.514.g.h
in Charitatis præceptis fidei vitæq; ſumma conſiſtit 352.h
Chriſtiani impij grauiùs quàm ethnici iudicabuntur 94.e
Chriſtiani hominis officia 561.c.253.a.349.a
Chriſtianis Iudæorum interdicitur circumciſio 282.f
Chriſtianiſmi initium, credere dei prouidentiam 70.f
Chriſtianis caſtimoniæ præmia ſunt repoſita 94.f
Chriſtianos non dici ſed eſſe beatos reddit 428.h
Chriſtianos ab infidelibus, pietate vinci turpe eſt 94.e
Chriſtianum nomen vnde ad fideles ſit deriuatum 430.e
Chriſtianum eſſe in noſtra eſt poteſtate, non apoſtolum aut prophetam eſſe 309.c
Chriſti paſſio & incarnatio à multis negata eſt apoſtolorum tempore 424.e
Chriſti præſentia & opera, prophetas arguit veraces fuiſſe 18.e
Chriſti paſſio Martyres in aduerſis animat 440.h
Chriſti ſanguinem ab infidelibus requiret deus 454.g
[redacted] 30.f.262.f
in Chriſto Deus & homo vna eſt perſona 59.b
pro Chriſto mori melius eſt quàm toto orbe regnare 453.a
Chriſto non obedire irremißibilis interitus eſt 439.b
Chriſtum non agnoſcere ſolum ſed eius voluntatẽ facere debemus 69.d
Chriſtum negare execrabile crimen eſt. 262.f. 163.b
Chriſtus à quibus inueniatur 122.h
Chriſtus cur extremum diem ſe ignorare dixerit 141.b
Chriſtus à Iudæis in reſurrectione magus eſt habitus 14.e
Chriſtus communi vocabulo rex dicitur 14.h
Chriſtus annus eſt, apoſtoli 12. menſes ſunt 76.h
Chriſtus cum Moſe componitur 17.d.18.e
Chriſtus D. Petri oratione depingitur 81.a
Chriſtus natura ſua primus eſt pontifex 330.g. 439.c

Chriſtus deus pariter & homo fuit.432.e.434.f. 472.f.476.e.451.a.489.a.b.537.a.
Chriſtus non in duos filios diuidi poteſt. 489. d. 493.c.
Chriſtus in omnibus eſt non tamen omnibus prodeſt. 122.g.
Chriſtus Legem imbecilliorem abſoluit 13.a
Chriſtus omnium ſæculorum medicus eſt 19.c
Chriſtus verè & incarnatus & paßus eſt 426.f g. 440.g.492.g.431.b.
Chorepiſcopi, epiſcopali auctoritate carẽtes quod munus habeant.& quare id nomen habent. 546.e.547.c.d.548.
Circuncifio à deo eſt non à ſtellis 132.f
Circumcidi qui ſe patiuntur gratiam negant 429.b.
Clemens à D.Petro baptizatur 94.f & 395.c
Clemens actus apoſtolorum ſcripſit. 173.a.
Clemens adhuc infidelis corporis voluptates frenat 381.a.
Clemens à d.Petro humaniter excipitur 5.a & 384.f.
Clemens Barnabam in Iudæam ſequitur 4.g. & 383.c.
Clemens cum fratribus plliloſophicæ diſciplinæ docti fuere. 108.e
Clemens deorum vanitatem geneologiam factaq; allegorias docte perſequitur 141.d 142.143. 144.
Clemens matrem agnoſcit naufragam 100. b & 350.h.
Clemens modeſtiſsimè Epicopatum detrectat. 413.a & 350.h
Clemens quomodo omnibus gratiſſimus fuerit. 414.ef
Clemens oratione fuſa fontem aquæ vitæ aperit. 418.ef
Clemens auditor Petri & Pauli Anacleto ſuccedit 424.e
Clemens quibus cogitationibus ad Chriſtum ſit perductus 1.a b.& 38.fg
Clemens viuaci memoria præditus fuit 8.g.& 9.c
Clementis oratio multa diuini ſpiritus gratia cõdita 417.c
Clementis pro Barnaba oratio 3.d
Clementem quæ quæſtiones ſolicitum habuerint. 5.b
Clementis corpus mari naperto quotannis oſtendi- 418.11.
Clementis ſequens erga petrum affectus 395. d. 396.e.f
Clementis progenies nobiliſſima fuit 95. d. 390. h
Clementis parentum ac fratrum error admirabilis 98.e & 398.
Clementis ordinationes cum aliquando prohibita 19[...]
Clericus cum ſorore aut proxrma habitare d[...] 361.c
Clericorum in caupona ſedentium pœna 16[...] 169.c.187.c
Clericus quis eſſe poßit 160.g 178.h[...]
A Clericatu vel monachatum ad militiam r[...]ens anathemate feritur 4[...]
Clerus ob populi inſolentiã punitur interdũ 1[...]
Climata orbis ſeptem explicantur 1[...]
Concordiæ magna vtilitas & ad eam adſort[...] 433.b c,236.h 438.h 448.f 467.c 533.h
Confeßio auricularis approbatur 3[...]
Confeßio fidei antiquitus qualis fuerit 47[...]
Confeßiones quis poßit excipere 18[...]
Confirmatio qua forma ſit tradita 47[...]
Confirmatio baptizatis exhiberi inſtuta 374
Concilia apud veteres in præceptis numerata ſ[...] 332.e
Conſilium dei cur tam diu homines latuerit [...] & 489. g
Conſuétudinis bonæ magna vis, & altera natu[...] 25.c 54.h 55. a
Conſuetudinis male vitia quomodo ſint reſecanda 90.[...]
Conſtantinopolitanus Epiſcopus à Romano primus eſt 486.g
Conſtantini in Niceno concilio præſidentis prudẽtia 474.[...]
Conſtantini Imperatoris confeßio 471. b c d. 47[...] 475.c. d.
Conſtantini miri pietas & liberalitas in Eccleſiĳs 478.[...]
Conſtantini Imperatoris decretum 479.b c
Conſtantini in conciliũ mirabile factum 481.b c
Conſtantinus Romanum imperium Summo pontifici cedit 474.[...]
Conſtantinus Imperatorum primus fidem recepit 474.[...]
Conſtantinus leproſus apoſtolorum monitu Sanatur 472.g
Conſtantinus Petrum & Paulum ex imaginibus agnoſcit 373.a
Etſi quando obtinebat is ſermo, quod immortalis eſſet anima, gratulabar: ſi quãdo verò arguebatur, quaſi mortalis, cum triſtitia diſcedebam: neutrum tamẽ in corde meo firmitudinem veritatis tenebat: ſed hoc tantùm intelligebam, quod ſententiæ ac * definitiones rerum, non pro natura ſua ac veritate cauſarum: ſed pro ingenijs defendentium, falſæ imaginarentur, aut veræ: eoq; magis in profundo pectoris cruciabar, quòd neque aliquid ex his, quæ dicebantur, tanquam firmum tenere poteram: neque abijcere deſiderium requirendi: ſed quantò magis negligere conabar ac ſpernere: tantò ardentiùs, vt ſuprà dixi, velut cum quadam voluptate latenter inrepens huiuſcemodi cogitatio, mentem atque animum poſsidebat. Coanguſtatus

**Def. Γνώμη. quam paulò poſt Petrus repetit & approbat pagin. vj.*

igitur inuẽtione rerum, aiebam apud memetipſum: Quid inaniter laboramus, cùm manifeſtus ſit terminus rerum? Si enim poſt mortem non ero, nunc ſuperfluò crucior: Si verò erit mihi vita poſt obitum, ſeruemus illi vitæ ſui temporis motus: ne fortè his, quæ nũc patior, aliqua me ibi triſtiora excipiant, niſi piè ac ſobriè vixero: & ſecundum nõnullorum ſententias philoſophorum, nigri * Phlegethontis fluuio, vel Tartaro, vt Siſiphus & Tityus: ſed & Ixion, ac Tantalus æternis inferno ſupplicijs tradar. Et rurſus mihijpſi reſpondebam: Sed hæ fabulæ ſunt: vt, ſi ita eſt, in rebus dubijs præſtat piè viuere.

Pyriphlegethontis. Fabulæ de inferis. Vide 6. Aeneidos Virgilij

Vide, quibus cogitationibus æſtuet prudentis hominis animus ſine certa cognitione Ieſu Chriſti.

Sed iterum reputabam mecum. Quomodo poſſem ſub incerto iuſtitiæ præmio, à peccati me libidine continere? maximè, cùm etiam, quæ ſit ipſa iuſtitia, quæ Deo placeat, apud me habeatur incertum? & neque, ſi immortalis ſit anima: ac ſit ea, quæ aliquid ſperare poſsit, agnoſcam: neque, quid certi futurum ſit, nouerim. nec tamen quieſcere ab huiuſcemodi cogitationibus poſſum. Quid igitur agam? hoc faciam: Aegyptum petam, atque ibi Hierophantis vel prophetis, qui adytis præſunt, amicus efficiar: & pecunia ab eis inuitatum magum precabor, vt educat mihi animã de infernis, per eam quam Necromantiam vocant, tanquam de aliquo negotio conſulere cupienti. Mihi verò hæc erit conſultatio, nam immortalis ſit anima. Probatio autem animæ, quod immortalis ſit, non ex eo quod loquitur, erit mihi certa: vel ex eo, quod audio: ſed ex eo. quod video: vt oculis meis cernens eam, certiſsimam de reliquo immortalitatis eius ſententiam teneam. Neque enim vltrà poterit veritatem viſus, verborum fallacia, & auditio incerta turbare. Veruntamen hanc ipſam deliberationem meam retuli ad quendam familiarem meum philoſophum, qui mihi conſilium dedit, ne hoc facere auderem. Si enim, inquit, euocanti mago nõ obediat anima: tu poſt hæc tanquam nihil eſſe putans poſt mortem, deſperabiliùs viues: quippe, qui & inlicita tentaueris. Si verò & aliquid ibi videre tibi viſus fueris, quæ tibi religio? aut quæ pietas ex inlicitis tradetur & impijs? Exoſum namque diuinitati huiuſcemodi negocium ferunt: & aduerſari Deum his, qui animas poſt abſolutionẽ corporum vexant. Ego verò his auditis, pigrior quidem ſum redditus ad hoc, quod parabam: nec tamen vſquequaq; aut deſiderium ponere poteram, aut moleſtiam cogitationis abijcere. Et ne longa vtar narratione, cùm his ego cogitationis meæ æſtibus agitarer, fama quædam ſenſim in imperio Tiberij Cæſaris, initio ex Orientis partibus ſumpto, peruenit ad nos, & per ſingula conualeſcens, velut à Deo bonus quidam nuncius miſſus, vniuerſum replebat orbem: nec patiebatur diuinam voluntatem ſilentio tegi. Diffundebatur namque per ſingula loca, adnuncians, quod eſſet quidam in Iudæa, qui ſumpto à tempore veris exordio, regnum Dei euangelizaret Iudæis: idq; percepturos diceret eos, qui mandatorum ſuorum, & doctrinæ inſtituta ſeruáſſent.

Hierophantæ, Sacerdotes Aegypti. Necromantia quibus euocet deos, vide apud Pliniũ.

Incerta fama de Chriſto ſparſa multò ſincerior, quàm nunc multorum de doctrina Euangelij ſententiæ.

Vt autem ſermo eius fide dignus, ac diuinitatis plenus eſſe crederetur, virtutes multas & ſigna ac prodigia mira efficere iuſsione ſola, dicebatur: ita, vt tanquàm à Deo poteſtatem habens, ſurdos faceret audire. & cæcos videre: & claudos erigere: atque omnem infirmitatem, cunctoſq; dæmones ex hominibus effugâret: ſed & oblatos ſibi mortuos ſuſcitaret: leproſos quoque eminùs videns, curaret: & nihil omninò eſſet, quod ei impoſsibile videretur. Hæc & horum ſimilia proceſſu temporis, crebris iam rumoribus, ſed manifeſtis quodammodo aduentantium ex illis partibus nuncijs, firmabantur: & ipſa iam per dies ſingulos rei veritas pateſcebat. Denique in vrbe per loca conuentus fieri: & de hoc ſermone tractari: atque in admiratione res haberi cœpit. quiſnam is eſſet, qui apperuerit, vel quid nuncij à Deo hominibus detuliſſet: donec ſub eodem anno vir quidam adſtans in vrbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens.

Barnaba

A *Barnabæ oratio ad populum Romanum. Eum primùm omnium Euangelium Romæ prædicâſſe & docuiſſe, teſtatur in vita ipſius Symeon Metaphraſtes.*

Audite me ô ciues Romani. Filius Dei in partibus adeſt Iudææ, promittens omnibus, volentibus audire ſe, vitam æternam: ſi quis tamen ſecundum voluntatẽ eius, à quo miſſus eſt Dei patris, actus ſuos direxerit: Propter quod conuertimini à malis ad bona, & à temporalibus ad æterna. Agnoſcite vnum eſſe Deum, cæli terræque Rectorem, in cuius iuſtis aſpectibus, vos iniuſti mundum eius habitatis. Sed ſi conuertimini, & ſecundum voluntatem eius agitis, ad futurum ſeculum venientes, & æterni effecti, ineffabilibus eius bonis ac præmijs perfruemini.

Barnabas quis fuerit, deſcribit Clemens. Hebræum fuiſſe, diſcipulum Chriſti (fortè ex LXX.) ſimplici oratione præditum, non dialecticum.

Erat autem vir iſte, qui hæc loquebatur ad populum, ex orientis partibus, natione Hebræus, nomine Barnabas, qui ſe etiam vnum ex eius diſcipulis eſſe diceret: miſ- B ſumq́; ad hoc, vt volentibus indicaret. Quibus ego auditis, cum reliqua multitudine, ſequi eum cœpi, & audire, quæ diceret. Intelligebam ſanè, quòd nihil dialecticæ artis eſſet in homine, ſed ſimpliciter & abſque vllo dicendi fuco, quæ audiſſet à filio Dei, vel vidiſſet, exponeret. Adſertiones enim ſuas non argumentorum virtute muniebat: ſed verborum & mirabilium, quæ adnunciabat, teſtes multos, ex ipſo etiam circunſtante populo, producebat. Verùm, quoniam ad ea, quæ ſyncerè dicebantur, libenter annuere populus, & amplecti ſermonem ſimplicem cœpit: hi, qui ſibi eruditi videbantur, vel philoſophi, ridere hominem, ac ſpernere cœpére: ſyllogiſmorũ in eum tendiculas, velut validiſsima arma, proferre: At ille interritus, & velut deliramenta, argutias eorum ducens, ne reſponſione quidem dignos eos iudicabat: ſed ea, quæ propoſuerat exequebatur intrepidus. Denique cùm loquenti ei, quidam propoſuiſſet, cur ita factus eſſet culex, vt cùm ſit animal exiguum, & ſex habeat pedes, inſuper ei additæ ſint & alæ: elephantus verò cùm ſit immane animal, neq; alas C habeat, quatuor tantùm pedes habeat.

Ridicula argutia Philoſophorum. Hoc pacto Marcionem creatoris operibus illuſiſſe referunt Irenæus lib. 1. Tertullianus, & Hieron. contra Pelag. Sed his Barnabas eleganter, amicè & perquam humaniter reſpondet.

Ad hæc ille ne reſpiciẽs quidẽ, ſermonem ſuũ, quem importuna propoſitio interruperat, cõtinuata intentione peragebat: hac ſola admonitione per ſingulas quaſq; interruptiones addita: Nos eius, qui miſit nos, verba, factaq́; mirabilia adnũciare vobis in mandatis habemus, fideq́; eorũ, quæ dicimus, nõ ex argumentis arte quæſitis, ſed ex vobis ipſis productis teſtibus confirmare. Agnoſco enim plurimos adſtare in medio veſtrùm ex his, quos vnà nobiſcũ memini audiſſe, quæ audiuimus: & vidiſſe, quæ vidimus. Sit aũt in veſtra poteſtate, vel recipere, quę adnunciamus, vel ſpernere. Nos enim quod expedire nouimus, tacere nõ poſſumus: quia nobis, ſi taceamus, dãnum eſt: vobis verò, quæ dicimus, ſi nõ recipiatis, pernicies. Sed & ſtultis propoſitio- D nibus veſtris reſpõdere perfacilè poſsim, ſi veritatis dicẽdæ cauſa quæreretis, de culicis, dico, atq; elephantis differẽtia: ſed nũc de creaturis dicere vobis aliquid, abſurdũ eſt: cùm à vobis ipſe omniũ creator & cõditor ignoretur. Hæc aũt cùm dixiſſet, velut ex vno cõſenſu, indiſciplinato ore oẽs ſimul riſum dedere, incutere ei verecundiã, ac ſilentiũ imponere cupientes: barbarũq; & minùs ſanæ mentis eũ adclamantes. Ego verò cùm hæc ita fieri cernerẽ, zelo quodã, neſcio vnde repletus, ac religioſõ furore ſuccenſus, ſilere nõ potui: ſed cũ omni libertate proclamans: Rectiſsimè, inquã, Deus omnipotens abſcondit à nobis voluntatẽ ſuam, quos agnitione ſui præuidit indi- „

Clementis diuinò furore ſucceſſi pro Barnaba oratio.

gnos: ſicut ex his, quæ nũc agitis, ſanè ſapientibus palam eſt. NAM cùm videatis præ- „
dicatores voluntatis Dei adueniſſe, quia nullam ſermo eorũ Grammaticæ artis ſciẽ- „
tiã profitetur, ſed ſimplicibus & impolitis ſermonibus, perferunt ad vos diuina mã- „
data: ita, vt omnes, qui audiunt, ſequi poſsint: & intelligere, dicuntur: ridetis „
vos ſalutis veſtræ miniſtros, & nuncios ignorantes. quæ veſtra, qui vobis periti „
& elo-

,, & eloquentes videmini, condemnatio eſt: quòd apud aggreſtes & barbaros habetur E
,, veritatis agnitio, quæ, cùm ad vos aduenerit, nec quaſi hoſpita ſuſcipitur: quæ niſi
,, intemperantia veſtra & libido obſiſteret, ciuis eſſe & vernacula debuiſſet: vt ex his
,, arguamini, quòd non veritatis amici & philoſophi, ſed iactantiæ ſectatores, & vani-
,, loqui eſtis: qui veritatem non in ſimplicibus verbis, ſed in verſutis & callidis creditis
,, habitare: & innumerabilia verborum profertis, vnius verbi nequaquam precio pen-
,, ſitanda. Quid ergo putatis futurum de vobis, vos ô omnis turba Græcorum, ſi erit
,, iudicium Dei, ſicut iſte dicit? Sed nunc, omittentes ridere in perniciem veſtri virum
,, hunc, reſpondeat mihi, qui vult ex vobis, quoniam quidem ſolo latratu veſtro ob-
,, turbatis etiam eorum aures, qui ſalui eſſe volunt: & mentes, quæ ad fidem paratæ
**inquam* ſunt, ad infidelitatis lapſum, veſtris obturbationibus declinatis: quæ vobis erit * vn-
,, quam venia, qui diuinitatis nuncium, promittentem vobis agnitionem Dei, ridetis,
,, & iniurijs afficitis? quem vtique, etiam ſi nihil veritatis adferret, pro ipſo tamen be-
,, nignitatis erga vos propoſito, gratum acceptumq; habere deberetis. Hæc & his ſi- F
milia cùm proſequerer, plurimus adſtantis populi fremitus concitabatur, dum alij velut erga hoſpitem miſeratione mouerentur: meumq; ſermonem conſequenter habitum probarent: alij petulantes, & ſtolidi, in me quoq; pariter, vt in Barnabam, effrenati animi, iracundiam concitarent. Sed cùm ad veſperum iam declinaret dies, *Familiaritas Clemētis & Barnabæ.* apprehenſa Barnabæ dextera, obluctantem licet eum, ad meam tamen adduxi domum: atque ibi manere feci: ne quis fortè ex indocili vulgo inijceret ei manus. Aliquantulis igitur diebus vnà poſiti, diſſerente eo paucis, ſermonem veritatis libenter audiebam: vrgebat tamen profectionem ſuam, dicens ſe diem feſtum religionis ſuæ, qui immineret, omnimodis apud Iudæam celebraturum, ibiq; de reliquo cum ſuis ciuibus ac fratribus permanſurum: euidenter indicans, iniuriæ ſe horrore perculſum. Denique cùm ego dicerem, tu mihi tantùm eius viri, quem apparuiſſe dicis, expone doctrinam, & ego meis ſermonibus tua dicta componens, omnipotentis Dei regnum, iuſtitiamq; prædicabo: & poſt hæc, ſi volueris, etiam nauigabo tecum: G valde enim cupio videre Iudæam, vobiſcum fortaſsis perpetuò permanſurus. Ad hæc ille: Tu, inquit, ſi quidem videre vis patriam noſtram, & diſcere, quæ deſideras: iam nunc mecum pariter nauiga: ſi verò te aliquid detinet, ſigna tibi habitationis noſtræ derelinquam, vt cùm venire volueris, inuenire nos facilè poſsis: ego enim craſtino *à prædicatione reuertitur in Iudæam.* ingrediar iter: Quem vbi immobilem vidi, deſcendi cum ipſo vſque ad portum: ac diligenter ab eo ſigna, quæ dixerat, habitationis accepi, dicens ei: Quia niſi aliquantulum pecuniæ neceſſariò mihi eſſet à debitoribus repoſcendum, nihil omninò differrem: velociter tamen inſequar iter tuum. Cùm hæc dixiſſem, commendato eò attentiùs his, qui naui præerant, regreſſus ſum triſtis. Habebat enim me recordatio conſuetudinis boni hoſpitis, & optimi amici. Diebus autē paucis remoratus, & his, quæ debebantur, ex parte aliqua profligatis: (plurima enim feſtinandi ſtudio neglexi, ne *Clemens in Iudæam nauigat, et apud Cæſaream Stratonis, Barnabam à ianua quærēs, ab ipſo deducitur ad Petrū.* à propoſito impedirer) enauigaui continuò in Iudæam: & pòſt dies XV. Cæſaream Stratonis, quę eſt Paleſtinę vrbs maxima, adpulſus ſum. Cúq; naui egreſſus, hoſpitiū H quærerem, rumore populi cōperi, quod Petrus quidā, illius, qui in Iudæa apparuit, & ſigna multa ac prodigia diuinitùs geſta inter homines oſtendit: diſcipulus probatiſsimus, craſtino cum Simone quodam Samaritano ex caſtello Githonum, habiturus eſſet verborum quæſtionumq; certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonſtrari mihi eius hoſpitium: quod cùm reperiſſem, atque ante fores conſtitiſſem, ingerebam ianitori, quiſnam eſſem, atque vnde aduentarem: & ecce Barnabas procedens, ſtatim, vt me vidit, in complexus meos corruit, gaudio lachrymans, atque apprehēſum me manu, introducebat ad Petrum, quem cùm mihi eminùs oſtendiſſet: hic eſt, inquit, Petrus, quem tibi maximum eſſe in Dei ſapientia dicebam: cuiq; de te rurſus ſine ceſſatione loquutus ſum. Ingredere igitur tanquàm benè ei cognitus. Omnia enim, quæ in te ſunt bona, veriſsimè comperit, & religioſum propoſitum diligenter agnouit, ex quo & ſummo deſiderio agitur, videndi te. Vnde magnum ei hodie

A hodie munus meis te manibus offero: ſimulq; oblato me ait, Hic eſt, CLEMENS, PETRE. At benigniſsimus PETRVS, audito nomine, adcurrens protinus inhæſit oſculis meis: & poſt hæc cùm ſedere feciſſet me, ait: Bene feciſti prædicatorem veritatis hoſpitio recipere Barnaban, nihil veritus populi inſanientis furorem. Beatus eris. Sicut enim tu legatum veritatis omni honore dignum duxiſti, ita te quoque peregrinantem, & hoſpitem, veritas ipſa ſuſcipiet: & ciuem propriæ vrbis adſcribet: & tunc tibi erit gaudium magnum, quòd exiguam nunc impartiens gratiam, æternorum bonorum hæres ſcribêris. Nunc ergo, ne labores exponere mihi animum tuum: cuncta enim de te & de moribus tuis Barnabas fideli ſermone perducit, quotidie penè & indeſinenter bonorum tuorum memoriam repetens. Et vt tibi breuiter tanquam vnanimi iam amico, quod in re eſt, definiam: ſi nihil eſt, quod te impediat, iter age nobiſcum: & audi ſermonem veritatis, quem habituri ſumus per loca ſingula, vſquequo ad ipſam nobis perueniendum ſit vrbem Romam: nunc tu ſi B quid deſideras, dicito.

Petrus humaniter excipit clementem.

Meminit huius hiſtoriæ Nicephorus Calliſtus libro 2. H. Eccl. cap. xxxv. hiſce verbis inter cætera. Petrus cùm per ciuitates vbique Simonis Magi ſemina radicitùs euelleret, ſacrum etiam Clementem ad ſe pertraxit, eumque ſibi ad arcanas & obſcuras illius de anima & reſtitutione hominis alijsq; rebus ingentibus, quæſtiones per oppoſitas ſolutiones ritè præſentiq; animo reſpondens, atque inſuper miraculis multis, & ſecretioris ſapientiæ vi familiariùs ſibi coniunxit. Lege porrò hunc in locum Primam Clementis Epiſtolam ad Iacobum. Conſidera quoque præclaras quæſtiones, quas doctus Clemens ſibi initio cupit ſolui. In his enim potiſsima conſiſtit philoſophia.

Cumque ei expoſuiſſem quid ab initio propoſiti geſſerim, & quomodo per inanes effuſus ſim quæſtiones, & illa omnia quæ tibi * domine mi Iacobe in principijs indicaui, (vti ne eadem repetam) libenter promiſi, cum ipſo me iter acturum: hoc eſt enim, aio, quod cupidiſsimè expetebam. Veruntamen priùs mihi cupio rationem veritatis exponi: vt ſciam, ſi mortalis, an immortalis eſt anima: & ſi immorta- C lis, vtrũ pro his quæ hîc agit, ducatur ad iudiciũ. Sed & quæ ſit iuſtitia, quæ Deo placeat, ſcire deſidero. Tunc prætereà, ſi factus eſt mũdus, vel quare factus eſt: aut ſi ſoluendus, & an in melius renouandus: aut ſi omnino poſt hæc non erit mundus: & ne per ſingula progrediar, hæc atque horum ſimilia vt ſe habeant, dici mihi velim.

** dilecte Deo.*

Orditur Petrus fidei doctrinam à cauſis eius ignoratæ. Vitia non ſecùs ac fumum quendam excæcâſſe mortalium animos: Solum Chriſtum eſſe, qui eſt, hunc ignorantiæ fumum diſpellat: hunc ſibi principio cognoſcendum & diſcendum eſſe. Elegantiſsima ſimilitudine hoc explicat, & accommodat fidei: cum dilucida introductione ad veram ſapientiam.

Reſpondit ad hæc Petrus: Breuiter, inquit, tibi ô Clemens, rerum ſcientiam tradam, & auſculta iam nunc. Voluntas & conſilium Dei latuit homines multis ex cauſis. Primò quidem pro inſtitutione mala: pro ſodalitatibus peſsimis: pro conſuetudine nequam: pro colloquijs non bonis: pro præſumptionibus minùs rectis: pro his, inquam omnibus, primùm erroris, inde contemptus, tum infidelitas & malitia, D auaritia quoque & vana iactantia, aliaq; his ſimilia mala, velut fumus quidam immenſus, vniuerſam mundi huius domum repleuit: & habitantibus intrinſecùs, intuendi conditorem ſuum, aſpectum liberum non dedit, neque, quę ei eſſent placita, peruidendi. Quid igitur his, qui ſunt intrinſecùs, conuenit? niſi, vt ex intimis præcordijs clamore prolato, auxilium inuocent eius, quem ſolum domus fumo repleta non claudit? & accedens aperiat ianuam domus, quò poſsit fumus quidem, qui intrinſecus habetur, excludi? lux verò Solis, quæ extrinſecus reſplendet, induci? Hunc ergo, qui ad auxilium domus, caligine ignorantiæ, & vitiorum fumo repletæ, perquiritur, illum eſſe dicimus, qui appellatur verus propheta: qui ſolus illuminare animas hominum poteſt, ita, vt oculis ſuis, viam ſalutis euidenter inſpiciat. Aliter enim impoſsibile eſt, de rebus diuinis æterniſq; cognoſcere, niſi quis ab iſto vero Propheta didicerit: quia, ſicut ipſe paulò antè memorabas, fides rerum, cauſarumq; ſententiæ, pro ingenijs magis defendentium ponderantur:

Paulò

Rom.8. aliquo ſtrepitu, ordinemque conſequenter exponere ſecundum traditionem veri E
Literæ Sacræ obſcuræ D. Petro Prophetæ, qui ſolus ſcit, quæ facta ſunt, vt facta ſint: & quæ fiunt, vt fiant: quæque erunt, vt erunt: quæ tamen manifeſtè quidem dicta, non tamen manifeſtè ſcripta ſunt: in tantùm, vt cùm leguntur, intelligi ſine expoſitore non poſsint: propter peccatum, quod coadoleuit hominibus, ſicut ſuperiùs diximus. Idcircò explanabuntur tibi per omnia: vt in his, quæ ſcripta ſunt: dilucidè, quæ ſit ſententia legiſlatoris agnoſcas. Cumque hæc dixiſſet, exponere mihi ſingula de his quæ in quæſtione eſſe videbantur legis, capitulis cœpit, ab initio creaturæ vſque ad id temporis, quo ad eum Cæſaream deuolutus ſum. Hæc mihi dicens, dilatio Simonis contulit, vt per ordinem cuncta cognoſcerem. Aliâs, inquit, ſecundum ea, quæ opportunitas ſermonibus adtulerit, de ſingulis quibusq;, quæ nunc compendioſiùs diximus, latiùs diſſeremus: vt ſecundum ea, quæ pollicitus ſum tibi, pleniùs de omnibus perfectiusq; cognoſcas. Quia ergo hodierna adhuc nobis ſupereſt dies, vt his, quæ dilata ſunt, volo tibi rurſus ea quæ dicta ſunt breuiter iterare, vt magis tibi ad F memoriam reuocentur.

Repetitio doctrinæ Petri ſummaria. Déin ſubÿcitur latior διαλογισμῷ.

Et incœpit hoc modo mentibus meis innouare, quæ dixerat. Meminiſti, ô amice Clemens, quæ mihi fuerit de æterno ſeculo, ac finem neſciente, narratio? Tunc ego, nihil, inquam, ô Petre aliquando retinebo, ſi hoc omittere, aut obliuiſci potuero. Et Petrus libenter hac mea reſponſione ſuſcepta: Gratulor tibi, inquit, quod ita reſponderis: & non quod hæc ipſa facilè dicas, ſed te meminiſſe protuleris: quæ enim ſumma ſunt, ſilentio honorari volunt. Ad fidem tamen eorum, quæ de ineffabilibus meminiſti, dic, quæ retines ex his, quæ in loco ſecundo à nobis dicta ſunt, quæ proferri facilè queunt, vt peruidens tenacitatē memoriæ tuæ, de quibus volo, promptiùs tibi indicem, & libenter aperiam. Tunc ego, vbi aduerti eum auditorum memoriâ gaudere: Non ſolùm, inquam, definitionis tuæ memor ſum, ſed & præfinitionis illius, quæ ante definitionem poſita eſt, & omnium penè quæ G expoſuiſti, ſenſum integrum ſeruo: etiam ſi verba non omnia: quia tanquam vernacula animæ meæ, & ingenita effecta ſunt, quæ dixiſti. Nimium enim ſitienti mihi
Ordo memoriam iuuat. dulciſsimum poculum porrexiſti. Et ne putes, quod rerum immemor, verbis te occupem, iam nunc quæ dicta ſunt in memoriam reuocabo: in quo me plurimum iuuat ordo diſputationis tuæ.

*1. Trinitas. Aeternas voluntates appellat filium & ſpiritum ſanctum: Mūdi creatio. Tempus. Hominum creatio. Eccleſia cōſtituta. *præfinitionem. nam videtur intelligere Prædeſtinationem. † conſilio*

Clemens ordinem doctrinæ Petri, methodumque laudat. Hoc eſt, quod Paulus deſiderat in Concionatore, vt rectè ſecet ſermonem veritatis. 2. Tim. 2.

Etenim, quia conſequenter directa ſunt, & libratè ordinata, quæ dicis, idcircò & facilè ad memoriam ordinis ſui lineis reuocantur. Multùm namque ad recordandum prodeſt ordo dictorum: cùm enim recolere ſingula per conſequentiam cœperis, vbi aliquid deeſt, ſtatim ſenſus inquirit: & cùm inuenerit, ſeruat: aut certè, ſi inueſtigare nequierit, à magiſtro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea, quæ poſcis à me, retexam breuiter, quæ de veritatis definitione tradidiſti. H Erat ſemper, & eſt, & erit illud, à quo prima voluntas genita ſempiternitate conſtat, & ex prima voluntate iterùm voluntas. Poſt hæc mundus, ex mundo tempus: ex hoc hominum multitudo: ex multitudine electio amicorum: ex quorum vnanimitate pacificum conſtruitur Dei regnum. Reliqua verò, quæ hæc conſequi deberent, aliâs te mihi dicturum eſſe promiſeras. Poſt hæc, cùm de creatura mundi expoſuiſſes: *definitionem Dei, quam in conſpectu omnium primorum Angelorum de ſua † voluntate promiſit, quamque æternam legem cunctis ſtatuit, intimâſti: & quod duo regna poſuit, præſentis dico temporis, & futuri: & tempora vtrique conſtituit, ſtatuitq; expectari iudicij diem, quam ipſe definiuit: in qua habenda ſit rerum, animarūq; diſcretio, vt impij quidē pro peccatis ſuis igni tradantur æterno: hi verò qui ſecundum voluntatē conditoris Dei vixerint, pro bonis operibus benedictione ſuſcepta clariſsima luce fulgentes, introducti ad æternam ſidem & in incorreptione durantes,

A rantes, ineffabilium bonorum munera æterna percipiant. Hæc me proſequente, gaudio perfuſus Petrus, tanquam ſuper filio tripudians, ne fortè in reliquorum memoria titubans, erubeſcerem: propter eos, qui aderant: ſufficit, inquit, ô Clemens: euidentiùs enim hæc, quàm à meipſo expoſita fuerant, ædidiſti. Et ego aio: Narrandi ordinem, & lucidiùs ea, quæ res expetit, proferendi, eruditio nobis contulit liberalis: qua ſi vtamur in antiquitatis erroribus, in perniciem vitæ, verborum decore ac ſuauitate decidimus. Si verò ad adſerendam veritatem, eruditionem ſermonis, & gratiam conferamus, puto ex hoc non parum vtilitatis acquiri. Veruntamen mi domine Petre, quanta me arbitraris gratulatione ſublatum, cùm in cæteris omnibus, tum præcipuè in illius doctrinæ ſententia: qua ais, vnus eſt Deus, cuius opus mundus eſt, quique quia iuſtus eſt omnimodis, vnicuique pro actionibus ſuis reddet? Et poſthæc addidiſti, dicẽs: Pro * cuius dogmatis adſertione innumera verborum millia mouebuntur: ſed in his, quibus veri Prophetæ conceſſa eſt ſcientia, om-

Artium liberalium quæ vtilitas, & quis debeat eſſe ſcopus.

**cuius) forte. alicuius*

B nis iſta verborum ſylua ſucciſa eſt. Et propter hoc, cùm mihi tradideris de vero Propheta ſermonem, omni me adſertionum firmitate roboraſti. Inde denique ego cùm aduertiſſem, in hoc ſummam totius religionis pietatisq; conſiſtere, ilicò reſpondi: Optimè proſequutus es Petre, propter quod de reliquo iam tanquam ſcienti, quæ ſint fundamenta fidei, & pietatis, veri prophetæ traditiones incunctanter expone: cui ſoli credendum eſſe, euidenter probatum eſt. Illam vero expoſitionem, quæ adſertionibus & argumentis indigeat, infidelibus ſerua: quibus nondum committere propheticæ gratiæ indubitabilem iudicaueris fidem. Et cùm hæc dixiſſem: Tu vtrunq;, inquam, pollicitus es, te hanc mihi ſimplicem expoſitionem, ac totius erroris expertem, & illam, quæ per ſingulas quaſque quæſtiones explicatur, quæ * & à te mouebantur, in tempore traditurum. Et poſthæc expoſuiſti per ordinem, à principio mundi, vſque ad præſens tempus conſequentiam rerum: &, ſi placet, poſſum memoriter vniuerſa retexere. Ad hæc Petrus: Magnificè, inquit, delector ô Cle-

Summa religionis noſtræ in vno Deo conſiſtit.

**quidem*

C mens, quòd tuto cordi verba committam: memorem namque eſſe eorum, quæ dicuntur, indicium eſt, in promptu habere operum fidem. Cùm verò malus dæmon ſalutis verba furatur, & de memoria rapit: etiam ſi velit, ſaluari non poterit. Perdit enim viam, qua peruenitur ad vitam: propter quod eò magis repetamus, quæ dicta ſunt, & confirmemus ea in corde tuo: id eſt, quomodo, vel à quo factus ſit mundus, vt tendamus ad amicitiam conditoris. Amicitia autem efficitur benè viuendo, & voluntati eius obediendo, quæ voluntas omnium viuentium lex eſt.

Luca 8.

Latiùs Petrus ſuam doctrinam repetit inde à creato mundo, doctiſſimè ſed obſcuriùs.

Breuiter ergo tibi hæc eadem firmioris cauſa memoriæ retexemus. In principio cùm feciſſet Deus cœlum & terrã, tanquam domum vnam, ipſa, quæ ex corporibus mundi reddita eſt vmbra, his, quæ intrinſecus clauſa fuerant, tenebras ex ſe dedit. Sed cùm voluntas Dei) introduxiſſet lucem, tenebræ illæ, quæ ex vmbra corporum factæ fuerant, continuò deuoratæ ſunt: tunc deinde lux in diem, tenebræ deputan-

Voluntas Dei) ſcilicet, Fiat lux. Gen. 1.

Lux.

Tenebræ.

Aqua.

D tur in noctem. Iam verò aqua, quæ erat intra mundum, in medio primi illius cœli, terræq; ſpatio, quaſi gelu concreta, & criſtallo ſolidata, diſtenditur: & huiuſmodi firmamento velut intercluduntur media cœli ac terræ ſpatia, idque firmamentum, Cœlum conditor appellauit, antiquioris illius vocabulo nuncupatum: & ita totius mundi machinam, cùm vna domus eſſet, in duas diuiſit regiones. Diuiſionis autem hæc fuit cauſa, vt ſuperna regio angelis habitaculum, inferior verò præberet hominibus. Poſt hæc quòd reliquum fuit, in inferioribus aquarum, iuſſu voluntatis æternæ, locus maris & chaos effectũ recipit: eiſque ad demerſa & concaua defluentibus, arida quidem apparuit terra. Congregationes autem aquarum, effecta ſunt maria. Et poſt hæc terra, quæ apparuerat, herbarum & virgultorum diuerſa genera produxit: fontes quoque & fluuios, non ſolùm in planis: ſed & in montibus protulit: & ſic cuncta præparata ſunt: vt hominibus qui habitarent in ea, eſſet facultas his omnibus pro arbitrio vti, id eſt, ſiue ad bona velint, ſiue etiam ad mala.

Cœlum, ſupera regio, beatorũ angelorũ domicilium.

Malè igitur, qui vbique illud conſtituũt.

Maria.

Terra.

Fontes.

Liberũ arbitriũ hominis.

Aſtronomiæ finis, vſus & approbatio. Caue autem intelligas hic ſuperſtitioſam Aſtrologiam, quam E nonus liber inſectatur: ſed è, qua homini ex prodigijs, qualia tempore Ezechiæ, Ioſue, aduentus & paßionis Chriſti viſa ſunt, & iudicij die futura, liceat diuinare alium ſtatum rerum.

Poſthæc ſtellis adornat cœlum iſtud viſibile. Solem quoque & lunã ponit in eo, vt alterius lumine dies, & nox vteretur alterius: ſimulque, vt eſſent indicio rerum præteritarum, præſentium, & futurarum. Pro ſignis enim temporum facta ſunt ac dierum, quæ videntur quidem ab omnibus: intelliguntur autem ab eruditis & intelligentibus ſolis. Cumque poſt hæc de terra & aquis produci iuſsiſſet animantia, Paradiſum fecit, quem & delitiarum locum nominauit. Poſt hæc autem omnia, hominem fecit, propter quem cuncta præparauerat, cuius interna ſpecies eſt antiquior, * & ob cuius cauſam omnia, quæ ſunt, facta ſunt: miniſterio eius conceſſa, & habitationis eius vſibus data. Igitur conſummatis omnibus, quæ in cœlo & in terris ſunt, atque in aquis, multiplicato etiam hominum genere: octaua generatione homines iuſti, qui Angelorum vixerant vitam, illecti pulchritudine mulierum, ad promiſcuos, & illicitos concubitus declinauerunt, & inde iam indiſcretè & contra ordinem cunctá agentes, ſtatum rerum humanarum, & diuinitùs traditũ vitæ ordinem permutârunt: ita, vt omnes homines, vel perſuaſione, vel vi peccare in creatorem ſuum cogerent Deum. Ex nona generatione naſcuntur Gigantes, illi, qui à ſeculo nominantur, non δρακοντόποδες, vt Græcorum fabulæ ferunt: ſed immenſis corporibus editi, quorum adhuc, ad indicium, in nonnullis locis oſſa immenſæ magnitudinis oſtenduntur. Sed aduerſum hos iuſta Dei prouidentia diluuium mundo introduxit: vt orbis quidem terrarum ab eorum contagione dilueretur: omnis vero locus ab impiorum nece verteretur in pelagus. Vnus tamen tunc inuentus eſt iuſtus, nomine Noë, qui in arca cum tribus filijs, eorumque vxoribus liberatus, poſt aquarum decurſus, cum his animalibus quæ ſecum clauſerat, & ſeminibus, mundi, habitator effectus eſt. Duodecima generatione, cum Deus benedixiſſet homines, & multiplicari cœpiſſent: acceperunt præceptum, ne ſanguinem deguſtarent: propter hoc enim etiam diluuium factum eſt. G

Primus hic huius libri næuus eſt. Prudenter eſt hoc intelligendũ, de quo poſt Argumentum ſuprà admoniti.

Geneſ.6. *Diluuium. Noë iuſtus.*

Geneſ.9.

Propter hoc.) Alter næuus. de quo item ſuprà.

Cham ſeruorum pater.

Tertiadecima generatione, cùm ex tribus filijs Noë, vnus, qui erat medius, patri feciſſet iniuriam, poſteritati ſuæ ex maledicto conditionem ſeruitutis induxit, cuius interim ſenior frater habitationis ſortem, eam, quæ eſt in medio terræ, ſuſcepit, in qua eſt regio Iudeæ. Iunior verò Orientis plagam ſortitus eſt: ipſe autem Occidentis accepit. Quartadecima verò generatione ex maledicta progenie quidam propter artem magicam primus aram ſtatuit dæmonibus, honorem ſanguinis litans. Quintadecima generatione primò omnium homines idôlum ſtatuentes, adorauerunt: & vſque) ad illud tempus diuinitùs humano generi data Hæbræorum lingua, tenuit monarchiam. Sextadecima generatione mouerunt ſe ab Oriente filij hominum: & venientes ad terras patrum ſuorum, vnuſquiſque ſortis ſuæ locum, proprij vocabuli appellatione ſignauit. Septimadecima generatione apud H Babyloniam Nemroth primus regnauit, vrbemq; conſtruxit, & inde migrauit ad Perſas, eosq; ignem colere docuit.

Vſque) vſq; ad cõſtructionem famoſæ illius Babylonicæ turris.

Gene.10. Gene.11.

Ignem hunc Vr dictum coluerunt, conati ſacrum ignem, qui in piorum ſacrificia ſolebat cælitùs decidere, imitari. Vocant hiſtoriæ Orimaſda, id eſt, ſacrum ignem, quem tanti fecêre Perſici reges, vt equo impoſitum ſibi anteferri vellent. Græci πυρεῖον vocarunt, ſacrum illum focum, & ignis templum. Eius Dei ignei cultum ad Theodoſij tempora vſque & vltra duráße, ſcribit Niceph. Calliſtus, libro hiſt. Eccl. 14. cap. 19. cuius ob cultus abrogationem Abdas Sanctus Epiſcopus Perſidis à Varane Perſarum rege occiſus fuit. N. Call. De eo copioſiùs Clemens in fine quarti libri Recogn. Hic eum) Vide Suidam in dictione, ἀβραάμ. nam is ex hoc loco, quemadmodum & Clemens Alexand. id eſt, ζρωμάτωρ, mutuatus mihi videtur ſua pleraque.

Octauadecima generatione muratæ vrbes factæ ſunt: & exercitus inſtituti: armaque & iudices: legesque ſancitæ: templa conſtructa: & principes gentium, tanquam

A quam dij, adorati ſunt. Nonadecima generatione, poſteri illius, qui poſt diluuium maledictus eſt, proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus ſorte ſuſceperant, eos, qui medium terræ fuerant ſortiti locum, in terras Orientis expellunt: & vſque ad Perſidem fugant: ipſiſque in expulſorum locis iniqua ſorte ſuccedunt. Viceſima generatione ob inceſti crimen, primus morte propria filius ante patrem defunctus eſt. Viceſimaprima generatione extitit vir quidam ſapiens, ex genere eorum, qui fuerunt expulſi, ex ſemine primogeniti filiorum Noë, nomine Abraham, à quo noſtrum Hebræorum ducitur genus: hic, cùm vniuerſus iterum mundus diuerſis erroribus eſſet oppreſſus, & pro immanitate ſcelerum maturum ei pararetur excidium, non iam per aquam, ſed per ignem: cumque iam plaga initio à Sodomis ſumpto, immineret & vniuerſo orbi terrarum: pro amicitijs, (quibus erat ei familiaritas cum Deo.) cui bene placuerat, vniuerſum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen, cæteris omnibus errantibus, ipſe, cùm arte B eſſet aſtrologus, ex ratione & ordine ſtellarum agnoſcere potuit conditorem, eiuſque prouidentia intellexit cuncta moderari. Vnde & Angelus adſiſtens ei per viſionem, pleniùs eum de his, quæ ſentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi eius ac poſteritati deberetur, oſtendit, & nō tam eis danda hæc loca, quàm reddēda promiſit. Igitur Abraham cùm rerum cauſas deſideraret agnoſcere, idque ſecum intenta mēte peruolueret, apparuit ei verus Propheta, qui ſolus omnium corda & propoſitum nouit: & omnia ei, quæ deſiderabat, aperuit: diuinitatis ſcientiam docuit: mundi originem, finemque pariter indicauit: Animæ immortalitatem ac viuendi inſtituta, quibus Deo placeretur, oſtendit: Reſurrecturos quoque mortuos: ac iudicium futurum: bonorum remunerationem: malorum pœnas: iuſto cuncta moderanda iudicio, declarauit. Omnibusque ritè ac ſufficienter edoctis, ad ſedes rurſus inuiſibiles ſeceſsit. Verùm cùm adhuc Abraham in ignorantia verſaretur, ſicut tibi & anteà iam diximus, nati ſunt ei filij duo, quorū vnus Iſmael, alius Helieſdros C appellati ſunt.

Bellorum origo. *Gene. 17.* *Gene. 15.* *Pſalm. 7.* *Act. 1.*

Tertius hic libri næuus. de quo ſupra dictum eſt.

Ex alio Barbaræ gentes, ex alio Perſarum populi deſcendunt: è quibus nonnulli Bracmanorum vitam, & vicina inſtituta ſectati ſunt. Alij apud Arabiam conſederunt, ex quorum poſteris nonnulli etiam in Aegyptum diſperſi ſunt. Indè denique & Indorum quidam & Agyptiorum circuncidi didicére, ac purioris obſeruantiæ eſſé, quàm cæteri: licet proceſſu temporis quàm plurimi eorum ad impietatem verterent argumentum, & iudicium caſtitatis.

Conſule Philonem, libello, de Circunciſione.

Veruntamen cùm hos duos filios tempore, quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, ſuſcepiſſet, Dei agnitione percepta petit ab eo, qui erat iuſtus, vt ex Sarâ, quæ ei erat coniunx legitima, cùm eſſet ſterilis, habere progeniem mereretur, & accepit, D quem & Iſaac nominauit, ex quo natus eſt Iacob. De Iacob autem 12. Patriarchæ, & ex ipſis duodecim ſeptuaginta duo. Hi fame exorta in Aegyptum veniunt, cum omni domo ſua, & intra annos. CCCC, benedictione & promiſsione Dei multiplicati, adfligebantur ab Aegyptijs. Cumque affligerentur, apparuit verus Propheta Moyſi, & Aegyptios quidem reſiſtentes, ne Hebræorum populus exiret ab eis, & rediret ad patriam terram, decem plagis cœleſtibus affecit: populum verò Dei eduxit ex Aegypto. Sed qui ſuperfuerant ex Aegyptijs, conſpirati cum animoſitate régis ſui, inſequuti ſunt Hebræos: quos cum reperiſſent ſuper littus maris & interimere omnes, ac delere cogitarent. Moyſes oratione ad Deum fuſa, mare in duas partes diuiſit, ita vt aqua dextera leuaque quaſi gelu concreta teneretur: & populus quidem Dei tranſiret velut iter aridum: inſequentes verò eos Aegyptij temerè ingreſsi necarentur. Vbi enim vltimus ex Hebræorum populo aſcendit, Aegyptiorum quoqué vltimus deſcendit in mare, & continuò aquæ maris, quæ vt gelu

Gene. 17. *Vide Geneſ. 46. & Gal. 3. & Suidas in Moſe.* *X. Plagæ.* *Exod. 7.* *Exod. 14.* *In deſerto Sur.* *Pſal. 117.*

conſtrictæ, relaxatæ tenebantur, præcepto eius qui conſtrinxerat, relaxatæ, pœnæ de impiorum populo recepta, Naturæ ſuæ libertatem ſumpſerunt.

Cur non compendio, ſed longis ambagibus Deus Iſraëlitas deduxerit in promiſſam terram, pulcrè explicat Petrus. Nimirum, vt mala ex Aegyptiorum conſuetudine tacitè percepta dediſcerent.

Poſt hæc Moyſes Dei omnia prouidentis præcepto, Hebræorum populum eduxit in deſerto: & iter breuiſsimum, quod fert de Aegypto ad Iudæam relinquens, per longos eremi plebem ducit anfractus, vt quadraginta annorum exercitijs, mala, quæ eis, ex, Aegyptiorum moribus, vſu longi temporis inuoluerāt, innouatione mutatæ conſuetudinis aboleret. Intereà venitur ad montem Sinâ, & inde lex eis, vocibus & viſionibus cœleſtibus traditur, decem cōſcripta præceptis: quorū primū & maximū fuit, vt ipſum ſolum colerent Deū, nec vllam ſibi aliam ſpeciem vel formam ſtatuerent ad colendū. Sed cùm Moyſes aſcendiſſet ad montem, ibiq; diebus quadraginta moraretur: populus, qui decē plagis percuſſam viderat Aegyptū, & diſruptū mare, ac pedibus ingreſſum: manna quoq; ſibi pro pane cœlitùs datum: & ex ſequenti petra poculum miniſtratum: quæ ſpecies ſibi per virtutem Dei, in quem quiſq; deſideràſſet, verteretur ſaporem: cūq; ſub plaga cœli ardentiore poſiti, ne æſtibus coquerentur, nube obumbrabantur in die, nocte verò columna ignis illuminabantur, ne ad eremi vaſtitatem horror quoq; accederet tenebrarum: Cùm, inquam, moraretur Moyſes, ipſi ſecundum ſpeciem Apidis, quem coli in Aegypto viderant, aureum caput vituli facientes adorauerunt: & poſt tot ac tanta, quæ viderant, mirabilia, veteris conſuetudinis ſordes elimare à ſe, atque abſtergere nequiuerunt: & ob hoc breui ſpatio iter, quod ex Aegypto ducit ad Iudæam relinquens, immenſo eremi ambitu egit eos Moyſes, ſi fortè poſſet, vt ſuperiùs memorauimus, vetuſtæ conſuetudinis mala nouellæ inſtitutionis permutatione diſcutere.

Exod.20.
X. præcepta.
Deut.8.

Cur Iudæis, ſint permiſſa & diuinitùs per Moſen præſcripta ſacrificia. Elegans & doctus locus pulcrè ad Euangelij gratiam accommodatus.

Cum interim fidelis & prudens diſpenſator Moyſes peruidens, populo ex Aegyptiorum conſortio altiùs inoleuiſſe vitium idôlis immolandi, nec poſſe de eis radicem mali huius excīdi, immolare quidem eis conceſsit: ſed Deo ſoli hoc fieri permiſit: vt mediam quodammodo partem vitij altiùs inoliti reſecaret. Aliam verò mediam, per aliud & aliud tempus reſeruaret emendandam, per illum ſcilicet, de quo ipſe dixit: Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus veſter, quem ſicut meipſum audite, ſecundum omnia, quæ dixerit vobis. Quicunq; non audierit Prophetam illum, exterminabitur anima eius de populo ſuo. Ad hæc autem, etiam locū ſtatuit, in quo ſolo liceret eis immolare Deo. Hoc autem totum eo proſpectu gerebat, vt cùm tempus opportunum veniſſet, & didiciſſent per Prophetam, quia Deus miſericordiam vult, & non ſacrificium: viderent eum, qui eos doceret locū Dei electum, eſſe ſapientiam eius, in quo conueniret offerri hoſtias Deo. Hunc autem locum, qui ad tempus videbatur electus, incurſionibus hoſtium & excidijs ſæpè vexatum, & ad vltimū quoq; audirent penitus excidendum: ad cuius rei fidem etiam ante aduentum veri Prophetæ, qui eſſet hoſtias cum loco pariter repudiaturus, ſæpè ab hoſtibus populatus eſt: & igni incenſus: atq; in captiuitatem populus abductus, in exteras nationes: & exinde, cùm ad miſericordiam Dei confugeret, reuocatus eſt: vt per hæc doceretur, quia ſacrificia offerens expellitur, & in manus hoſtium traditur: miſericordiam verò faciens, & iuſtitiam, ſine ſacrificijs de captiuitate liberatur, & in terram patriam reſtituitur. Sed hoc intelligere paucos admodum accidit.

Deut.18.
Oſeæ 6.
Matth.8.
In Chriſto qui ſapientia eſt patris, hoſtia oblata eſt.

Pauci rectè ſapiunt in fidei negocio. Hinc illud Pythagoræ in aureis ſyngrammatis, Publicam viam ne ingreditor.

Plures enim etiamſi ſentire hæc & aduertere poterant, vulgi tamen irrationali opinione tenebātur. Paucorū nanq; eſt recta cum libertate ſententia. Igitur Moyſes his adminiſtratis Anſem quendam nomine, præponens populo, qui eos reuocaret ad patriam terrā, ipſe ad montem quendam præcepto Dei viuentis aſcendēs, illic deſun-

Anſes, qui & Ioſue dictus.
IIII. nævus, de quo ſuprà.

A defunctus eſt: cuius tamen talis fuit mors, vt vſque in hodiernum diem ſepulturam *Deut.34.*
eius nullus inuenerit. Vt ergo populus patrium contigit ſolum per prouidentiam
Dei, primo ſtatim ingreſſu iniquarũ gentium habitatores fugantur: & ipſi hæredita
tem paternam iudices ſorte ſuſcipiunt. Tum deinde per aliquantũ temporis iudicib. *1. Reg. 8.*
non Regibus gubernati: ſtatu tranquilliore durárunt. Vbi verò tyrannos ſibi magis
quæſiuere, quam rêges, tunc etiam in loco, qui eis orationis cauſa fuerat prædeſtina
tus, templum pro ambitione regia conſtruxere. & ſic per ordinem rêgibus impijs ſi-
bi inuicem ſuccedentibus, ad maiores impietates etiam populus declinauit.

Multa paucis complexus Petrus feſtinat ad docendum Chriſtum. hunc eſſe promiſſum in lege magnum illum Vatem: hunc legẽ ea parte, qua erat imbecillior, abſoluiſſe: hũc ſignis et prodigijs ſe Deũ demõſtrâſſe.

Vt autem tempus adeſſe cœpit, quo id quod deeſſet Moyſis inſtitutis, vt diximus,
impleretur, & Propheta quem præcinuerat, appareret, qui eos primò per miſericor-
diam Dei moneret ceſſare à ſacrificijs: & nè fortè putarent, ceſſantibus hoſtijs remiſ-
B ſionem ſibi non fieri peccatorum, Baptiſma eis per aquam ſtatuit, in quo ab omnib. *Baptiſmus*
peccatis, inuocato eius nomine ſoluerentur: & de reliquo perfectã vitam ſequentes, *in locum ſa*
in immortalitate durarent: non pecudum ſanguine, ſed ſapientiæ Dei purificatione *crificiorũ*
purgati. Deniq; etiã hoc ponitur euidẽs magni myſterij huius indiciũ, vt omnis qui *ceſſit,*
credẽs Prophetæ huic, qui à Moyſe prædictꝰ eſt, baptizaretur in nomine ipſius: ab ex *Heb. vlt.*
cidio belli, quod incredulæ gẽti imminet ac loco ipſi, ſeruaretur illæſus: nõ credẽtes
verò extorres loco & regno fiant, vt vel inuiti intelligãt, & obediant voluntati Dei.

Nam Chriſtianos in vrbe Hieroſ. ante excidium Pellam ex vrbe commigrâſſe diuinitùs monitos teſtatur Euſebius ſ. Pamp. lib. 3. H. Eccl. 5. & Nic. Call. lib. 3. cap. 3.

His igitur præordinatis, adeſt, qui expectabatur: indicia ſui, quibus fieret manife-
ſtus, ſigna & prodigia deferens. Sed ne ſic quidem populus credidit, qui ad hæc cre-
denda tot ſeculis eruditus eſt: & non ſolùm nõ credidit, ſed addidit infidelitatis bla-
ſphemiam, voracẽ hominem, & ventri ſeruientẽ, ac dęmone agi eum, qui ob ſalutem *Ioann. 7.*
C ſuam venerat, dicens: In tantum nequitia, malorum myniſterijs valet: quod niſi ſapi *Matt. 11.*
entia Dei adfuiſſet his, qui diligũt veritatem, omnes penè ſimul impius error inuol- *ἐπιφώνη-*
uerat. Nos ergò primos elegit duodecim ſibi credentes, quos Apoſtolos nominauit. *μα.*
Poſtmodum alios ſeptuaginta (duos) probatiſsimos diſcipulos, vt hoc modo reco- *Matt. 10.*
gnita imagine Moyſis, crederet multitudo: quia hic eſt, quem prædixit Moyſes, ven *Duos) Vide*
turum Prophetam. *tur ex Lati*

Πρόληψις. *At qui in diſcipulis doctoribusq; ordinandis & conſtituendis quiuis numeretur, poteſt mu tari. At non ſigna poterit.* *na lectione adiectum,*

Sed fortaſsis dicat aliquis, quia immitari numerum cuicunq; poſsibile eſt: at quid
de ſignis & virtutibus dicet, quæ iſte faciebat? Etenim Moyſes virtutes & ſanitates
fecerat in Aegypto. Is quoq; quem ipſe prædixit, ſicut ſeipſum, ſurrecturum Prophe
tam, cùm omnem languorem, & omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes fa-
ceret innumeras, vitã euangelizaret ęternã, ab impijs actus eſt in crucẽ: quod tamen
D factum, virtute eius cõuerſum eſt in bonũ. Deniq; cùm pateretur omnis ei cõpaſſus
eſt mundus: nam & Sol obſcuratus eſt, & aſtra turbata ſunt: mare cõmotum eſt, mon
teſq; diſrupti: & ſepulchra pateſacta ſunt: velum templi ſciſſum eſt, velut lamentans
excidiũ, loco imminens. Et tamẽ, cùm omnis mundus cõmotus ſit, ipſi etiam nũc ad
inquiſitionẽ tantarum rerum nullatenus cõmouentur. Verùm, quoniã neceſſariũ *In locum*
erat, vt in locum eorum, qui increduli permanebant, vocarentur gentes, vt replere- *Iudæorum*
tur ille numerus, qui demõſtratus fuerat Abrahæ, mittitur in vniuerſum mundum *vocatæ sũt*
ſalutaris regni Dei prædicatio: Perturbantur ob hoc mundani Spiritus, qui liberta *gentes.*
tem quærẽtibus ſemper obſiſtunt: & ad deſtruendã Dei ædificationem errorum ma *Roma. 11.*
chinas quærunt: quibus hi, qui ad ſalutis & libertatis gloriam tendunt, obſiſtẽtes, & *Matt. 27.*
agônes aduerſum eos non minimos deſudantes, fortiores effecti, ad ſalutis coronam *Tenebræ*
veniant, non ſine palma victoriæ. Interim cùm paſſus eſſet, & ab hora ſexta vſque ad *Chriſto pa*
nonam mundum tenebrę preſsiſſent. Sole reducto, ac reb. in ordinẽ reſtitutis, etiam *tiente.*
homines nequã ad ſe atq; ad mores ſuos, metu ceſſante, regreſsi ſunt. Nam quidam

Matth. 28. eorum, cum omni cuſtodia ſeruantes locum, quem non potuêre reſurgentem tenere, mâgum dicebant: alij finxerunt furatum. Veruntamen veritas vbiq; vincebat. Ad indicium enim, quod hæc diuina virtute agerentur, nos, qui fueramus paucisſimi, *Actor. 2. 3.* proceſsu dierũ, adſtipulãte Deo, multò plures, quã illi, efficiebamur: ita, vt aliquando pertimeſcerent Sacerdotes, ne fortè per Dei prouidentiam, ad confuſionẽ ipſorum, in fidem noſtram vniuerſus populus conueniret: frequenter mittentes ad nos rogabant, vt eis de Ieſu diſſereremus, num ipſe eſſet propheta, quem Moyſes prædixit, qui eſt Chriſtus æternus. De hoc enim ſolo, nobis, qui credidimus in Ieſum, aduerſum non credentes Iudæos, videtur eſſe differentia. Verum cùm frequẽter ſuper hoc rogarent, nos autem opportunum tempus requireremus: ſeptimana iam vna ex paſsione Domini complebatur annorum, & Eccleſia Domini in Hieruſalem conſtituta, copioſiſsimè multiplicata creſcebat per Iacobum, qui à Domino ordinatus eſt in Epiſcopum, rectiſsimis diſpenſationibus gubernata.

Iacobus à Chriſto ordinatus Epiſcopus.

Cùm aũt nos duodecim Apoſtoli ad diem Paſchæ cum ingenti multitudine conueniſſemus, ingreſsi Eccleſiam fratrum, vnuſquiſq; noſtrûm, Iacobo interrogante, quæ à nobis per loca ſingula geſta ſint, audiẽte populo, breuiter exponimus. In quibus Caiaphas pontifex, miſsis ad nos ſacerdotibus, rogat venire ad ſe, vt aut rationę doceremus eum, quòd Ieſus æternus eſſet Chriſtus: aut ipſe nos doceret, quod non eſſet: quò in vtramlibet fidem vniuerſus populus conueniret: & hoc facere nos frequenter exorat. Nos verò ſæpè diſtulimus, tẽpus ſemper opportunius requirẽtes. Et ego Clemẽs reſpondi ad hoc: Puto hoc ipſum, quod quæritur vtrũ ipſe ſit Chriſtus, multũ prodeſſe ad fidei rationẽ: alioqui nunquam Pontifex pro hoc tam frequenter rogaret, vt de Chriſto vel diſceret, vel doceret. Et Petr. rectè reſpódiſti ô CLEMENS.

Elegans ſimilitudo, qua demonſtrat Petrus fidei neceſsitatem ad ſalutem. nam hanc ob rem vocat eam Paulus ὑπόστασιν. Heb. 11.

Sicut enim ſine oculis cernere nemo poteſt: nec ſine auribus capere auditũ: vel abſq; narib. odoratum: neq; ſine lingua guſtum ſumere: aut abſq; manibus aliquid contrectare: ita impoſsibile eſt abſq; vero Propheta, quæ Deo placeant, noſcere. Et ego reſpõdi: Quod ipſe ſit verus Propheta Chriſtus, te docente iam didici, ſed, quid ſit hoc ipſum, Chriſtus: aut cur ita appelletur: velim diſcere, vti ne vaga mihi ſit & incerta res tantæ notitiæ. Tunc Petrus docere me hoc modo cœpit. Deus cum feciſſet mundum, tanquam vniuerſitatis Dominus, ſingulis quibuſque creaturis principes ſtatuit: ipſis quoq; arborib. montibuſq;: ac fontibus: & fluminibus: & vniuerſis, vt diximus, quę fecerat: Multùm enim eſt ire per ſingula. Statuit ergo Angelis Angelum principẽ: & ſpiritibus ſpiritũ: ſiderib. ſidus: dæmonibus dæmonẽ: auibus auem: beſtijs beſtiã: ſerpentẽ ſerpentibus: piſcem piſcibus: hominib. hominẽ: qui eſt CHRISTVS IESVS. CHRISTVS autem dicitur eximio quodam religionis ritu: nam ſicut regum ſunt quædam cõmunia nomina, ita, vt apud Perſas, Arſaces, apud Romanos, Cæſar: apud Aegyptios Pharao: ita apud Iudæos, Chriſtus, cõmuni nomine, Rex appellatur: Cauſa autem huius appellationis hæc eſt. Quoniã quidem cùm eſſet filius Dei, & initium omniũ, homo factus eſt: hunc primùm pater oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat ſumptum: ex illo ergo vnguento Chriſtus appellatur.

Quinti næui loco hoc ſuprà notauimus. Quod enim ait Petrus hîc Chriſtum vnctum à patre, oleo ex ligno ſumpto, poterat fabuloſumq; videri: etſi & ad Pſalmum 44. alludat: & mox appellet myſticũ vnguentum. Nihil habet locus incommodi ſanè intellectus.

Inde deniq; etiam ipſe ſecundum prædeſtinationem patris, pios quoſq;, cùm ad regnum eius peruenerint, velut qui aſperam ſuperauerint viam, pro laborum refectione ſimili oleo perũget: vt & ipſorum lux luceat: & Spiritu ſancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti verò huius, ex quo ſumptum eſt iſtud vnguentũ, vniuerſam Naturam tibi ſufficienter expoſuiſſe me memini. Sed & nunc per breuiſsimam ſpeciem de omnibus te in memoriam reuocabo: In præſenti vita primus põtifex Aaron, chriſmatis compoſitione perunctus: quod ad imaginem illius, de quo ſuprà diximus,

A ximus, ſpiritalis vnguenti factum eſt: princeps populi fuit, & tanquam Rex primitias
& tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem ſorte ſuſcepta, de mun
dis immundiſque iudicabat. Sed & ſi quis alius ex ipſo vnguento perunctus eſt, tan-
quam virtute inde concepta, etiã ipſe REX, aut propheta fiebat, aut pontifex. Quod
ſi temporalis hæc gratia ab hominibus compoſita, tantùm potuit: intellige iam tu,
quantùm ſit illud vnguentum, quod à Deo de virgulto vitæ prolatum eſt, cùm hoc
quod ab hominibus factũ eſt, tam eximias inter homines conſerat dignitates? Quid
enim in præſenti ſeculo propheta glorioſius? pontifice clarius? Rege ſublimius? Et
ego ad hæc reſpondi: Memini PETRE dixiſſe te de primo homine, Adamo, quod
propheta fuerit: quod autem vnctus fuerit, non dixiſti. Si ergo ſine vnguento pro-
pheta nullus eſt, quomodo primus homo, cùm non eſſet vnctus, fuit propheta? Tũ
ſubridens PETRVS: Si primus, inquit, homo prophetauit, certum eſt, quod & vn-
ctus ſit. Licet enim vnctionem illius ſiluerit ille, qui legem in paginis cõdidit: nobis
B tamen intelligenda hæc euidenter reliquit. Sicut enim, ſi vnctum eum dixiſſet, non
dubitaretur & prophetam eum fuiſſe: etiam ſi ſcriptum non eſſet in lege: ita, cùm cer
tum ſit eum prophetã fuiſſe, ſimiliter certũ eſt & quod vnctus ſit, quia ſine vnguen-
to prophetare non poterat. Verùm hoc magis dicere te oportuit. chriſma arte myro
polica cõpoſitum eſt ab Aaron: quomodo primus homo perungi potuit vnguento,
antè, compoſitionis artib. nondum repertis? Et ego reſpondi: Non me traducas. PE
TRE, non enim de vnguento cõpoſito & temporali oleo loquor, ſed de illo ſimplici
& æterno, quod à Deo factum docuiſti: ad cuius ſimilitudinem iſtud compoſitum
eſſe ab hominib. dicis. Et PETRVS ad hæc, vt videbatur, indignans: Quid putas CLE-
MENS, num omnes omnia ante tempus ſcire poſſumus? ſed nunc, vti ne à propoſito
ſermone recedamus, aliàs tibi, cùm profectus tuus manifeſtus fuerit, de his apertiùs
exponemus. Tunc aũt vnguento compoſito perunctus pontifex, vel propheta Dei
altare ſuccẽdens, in omni mũdo clarus habebatur. Sed pòſt Aaron, qui põtifex fuit,
C alius ex aquis aſſumitur, non Moyſen dico, ſed illum, qui in aquis baptiſmi, filius à
Deo appellatus eſt: Ieſus namq; eſt, qui ignem illum, quem accendebat pontifex pro
peccatis, reſtinxit per baptiſmi gratiã: ex quo hic apparuit, ceſſauit chriſma, per quod
pontificatus præbebatur: vel prophetia: vel regnum. Hunc igitur antè futurum pre-
dixit Moyſes, qui legem Dei hominibus tradidit: ſed & alius ante ipſum * ſicut tibi
& antè iam tradidi. Ipſe ergo indicauit eũm venturum, primo quidem aduentu hu-
milem: ſecundo verò glorioſum. Et primum quidem iam impletum eſt: cùm venit
& docuit, & Iudex omniũ iudicatus eſt, ac peremptus. Secundo verò aduentu iudi-
caturus adueniet: & impios quidem condemnabit, pios verò in conſortium regni,
ſocietatemq; ſuſcipiet. Fides verò ſecundi aduentus conſtat ex primo. Prophetæ e-
nim de primo loquuti ſunt: & præcipuè * Iacob & Moyſes: nõnulla tamẽ de ſecun-
do. Sed magnificentia prophetiæ in hoc maximè comprobatur, quòd nihil ſecun-
dum conſequentiam rerum, de futuris dixerunt: alióqui æſtimáſſe potiùs ſapientes
D viri, quòd rerum conſequentia dictauerat, viderentur.

Nam hoc impius Porphyrius noſtris obiecit. Vide Hieron. in Danielem.

Quod autem dico, tale eſt. Chriſtum ſuſcipi à Iudæis, ad quos venerat: & credi ei,
qui expectabatur ad ſalutem populi, ſecundum traditiones Patrum cõſequens erat:
gentes verò alienas ab eo fore, quibus neq; promiſſum quicquam de eo, neq; adnun
ciatum fuerat, imò quibus ne nomine quidem ipſo aliquando innotuerat, & tamen
prophetæ contra ordinem & conſequentiam rerum, dixère eum expectationẽ gen-
tium, & non Iudæorũ futurum. Ita deniq; & geſtum eſt. Cùm enim veniſſet, ab his
qui eum expectare videbantur. ex traditione maiorum, omnino agnitus non eſt. Hi
verò qui nihil de ipſo penitus audierant & veniſſe credunt, & venturum ſperant: &
ita in omnib. prophetia fidelis apparuit, quæ dixit ipſum eſſe expectationẽ gentium.
Errauerunt ergo Iudæi, de primo Domini aduentu: & inter nos atque ipſos de hoc

eſt ſolum

Chriſmate vngebãtur reges & prophetæ.

Sine vnguẽto nemo prophetabat.

Hunc ad locum fortaſſis alludens Ioan. 1. epi. cap. 2. ſcripſit. Non neceſſe habetis, vt quis vos doceat. Chriſma ſiue vnctio, quam habetis à ſancto illo, docebit vos de omnib.

** (Abrahã vnum intelligit.)*

**Iacobus, Gen. 49.*

Fides prophetiæ vnde ꝓbetur.

Iudæi à chriſtianis in quo diſſentiant.

Iudæi à chriſtianis in quo diſſentiant.

eſt ſolum diſsidium. Nam quod venturus ſit Chriſtus, nôrunt etiam ipſi, & expectãt: quod autem iam venerit in humilitate, hic, qui dicitur, Ieſus, ignorant. Et in hoc maximè eius confirmatur aduentus, quod ei non omnes credunt. Hunc ergo Deus deſtinauit in fine mundi: quia impoſsibile erat, mortalium mala purgari per alium: integra duntaxat permanente humani generis creatura, hoc eſt, ſalua arbitrij libertate. Hoc igitur ſtatu incolumi reſeruato, inuitare venit ad regnum iuſtos quoſq;, & eos, qui placere ſtuduerunt ei, & quibus bona ineffabilia præparauit, & Hieruſalem ciuitatem cæleſtem, quę ſuper ſplendorem Solis fulgebit in habitatione ſanctorum. Iniuſtos verò & impios, & eos, qui pro nihilo habuerunt Deum, commiſſamq; ſibi vitam diuerſa ad flagitia contulerunt, ac tempus operis iuſti, exercitium fecêre malitiæ: competentibus, ipſiſque dignis vltionibus tradet. Cætera verò quæ ibi geruntur, proferri & eloqui, neq; Angelis, neque hominibus fas eſt: ſed hoc tantùm ſcire nos ſufficit, quod bonis æternam bonorum poſſeſsionem conferet Deus. His ab eo dictis, ego reſpõdi: Si Chriſti regno fruentur hi, quos iuſtos inuenerit eius aduẽtus, ergo, qui ante aduentũ eius defuncti ſunt, regno penitus carebunt? Tum PETRVS,

Liberum arbitrium.

Perpende, quanta religione arcana cæleſtis ſapientiæ communicârint rudioribus & infirmioribus: nolentes ante porcos margaritas mittere.

Cogis me, inquit, ô CLEMENS, aliqua de ineffabilibus publicare. Veruntamen quo aduſq; proferri licet, facere non pigebit Chriſtus, qui ab initio, & ſemper erat, per ſingulas quaſq; generationes pijs, latenter licet, ſemper tamen aderat, his præcipue, à quibus expectabatur, quibuſque frequenter apparuit: ſed non erat tempus, vt tunc reſolutis corporibus fieret reſurrectio. ſed hæc magis remuneratio videbatur à Deo: vt, qui inueniretur iuſtus, diutiùs permaneret in corpore: aut certè, ſicut de quodam iuſto euidenter refertur in literis legis, quod tranſtulerit eum Deus. Simili exemplo etiam cum cæteris geſtum eſt, qui eius voluntati placuerunt, vt ad Paradiſum tranſlati, ſeruentur ad regnum. Eorum verò, qui non ad integrum potuêre explere normam iuſtitiæ, ſed aliquas in ſua carne malitiæ reliquias habuêre, corpora quidem reſoluuntur, animæ verò ſeruantur in bonis, lætiſq; regionibus, vt in reſurrectione mortuorum cùm corpora ſua receperint, ipſa iam reſolutione purgata, pro his quæ benè geſſerant, æterna hæreditate potiantur.

Enochum intelligit, de quo Gene. 5. & Eccleſ. 44.

Petrus ſentit animas defunctorũ detineri alicubi in loco læto & bono, vſq; in iudicij diem: illamq́; reſolutionẽ corporis & animæ quoddã eſſe expiationis genus, fortaſſe, quod nũc vulgò purgatoriũ appellamus.

Et ideo beati ſunt oẽs, qui regnum Chriſti fuerint adepti, quia non ſolùm inferni pœnas effugient: ſed & incorruptibiles permanebunt: & primi Deum patrẽ videbunt: atq; inter primos apud Deum honoris ordinem conſequentur. Propter quod non minima de Chriſto quæſtio babetur, & infideles quiq; ex Iudęis immẽſa aduerſum nos inſania cõmouentur, verentes, ne fortè ipſe ſit, in quem peccauerunt. Et eò magis metus increſcit, quod ſciunt ſtatim, vt eum cruci adfixêre, vniuerſum ei cõpaſſum eſſe mundũ: corpusq; eius diligenti à ſe cuſtodia conſeruatum, nuſquam comparuiſſe: atq; ad fidem nominis eius innumeras multitudines conuenire. Vnde & compulſi ſunt vanà cum põtifice Caiapha, ſæpiùs mittere ad nos, vt de nominis eius veritate quæreretur. Cumq; crebrò depoſcerent, vt de Ieſu aut diſcerẽt, aut docerẽt, vnum, ipſe eſſet Chriſtus: viſum nobis eſt aſcẽdere ad templum: & coram omni populo proteſtari de eo, ſimul & arguere Iudęos de multis, quæ ab eis abſurdè gerebantur. In multas etenim iã partes populus ſcindebatur, initio ſumpto à Ioãne Baptiſta. Cùm enim iam immineret ortus Chriſti, ad ſacrificia quidem reprimenda, baptiſmi verò gratiam largiendam, inimicus, ex his, quæ prædicta fuerant, adeſſe tempus intelligens diuerſa ſchiſmata operabatur in populo, vt ſi fortè prius peccatum potuiſſet aboleri, ſecunda corrigi culpa non poſſet. 1 Erat ergo primũ ſchiſma eorũ, qui dicebantur Sadducæi, initio à Ioannis iam penè temporibus ſumpto. Hiq;, vt cæteris iuſtiores, ſegregare ſe cœpêre à populi cœtu: & mortuorũ reſurrectionem negare: idq; argumento infidelitatis adſerere, dicentes, non eſſe dignum, vt quaſi ſub mercede propoſita

1 Primum ſchiſma Sadducæorum.

A propoſita colatur Deus. Auctor verò ſententiæ huius primus Doſitheus: ſecundus
Simon fuit. Aliud Samaræum ſchiſma eſt, & ipſi enim reſurrectionem mortuorum
negantes, adſerunt, non in Hieroſolymis, ſed in monte Garazin adorandum eſſe
Deum. Qui tamen vnum verum Prophetam ex Moyſis vaticinationibus rectè expe-
ctantes, prauitate Doſithei impediti ſunt, ne hunc, quem expectabant, crederent
eſſe Ieſum. 2 Scribæ quoq; & Phariſæi in aliud ſchiſma deducuntur: ſed hic bapti-
zati à Ioanne & velut clauem regni cælorum, verbum veritatis tenentes: ex Moyſis
traditione ſuſceptũ, occultârunt ab auribus populi. Sed & ex diſcipulis Ioannis, qui
videbantur eſſe magni, ſegregârunt ſe à populo: & magiſtrum ſuum veluti Chri-
ſtum prædicârũt. Hæc autem omnia præparata ſunt ſchiſmata, vt & fides CHRISTI
per hæc impediretur & baptiſma. Veruntamen, vt dicere cœperamus, cùm frequen-
ter nos Pontifex per ſacerdotes rogâſſet, vt de Ieſu ſermo nobis haberetur ad alteru-
trum:* vbi opportunum viſum eſt, & omni Eccleſiæ placuit, aſcẽdimus ad templum:
B & ſtantes in gradibus vnà cum fidelibus fratribus noſtris, facto populi ſummo ſilen-
tio, prior Pontifex cœpit adhortari populum, vt patienter & cum quiete audirent,
ſimulq; eorum, quæ dicenda ſunt, teſtes & iudices fierent. Tum deinde, cùm multis
laudibus efferrent ſacrificiorum ritum, qui ad remiſsionem peccatorum humano
generi diuinitùs eſſet indultus, cauſabatur Ieſu noſtri Baptiſma, velut contra hæc
nuper inductum. Sed propoſitionibus occurrens Matthæus, euidenter oſtendit,
quod ſi quis Ieſu baptiſma non fuerit conſequutus, is non ſolùm cælorum regno
fraudabitur: verùm & in reſurrectione mortuorum non abſque periculo erit: eti-
amſi bonæ vitæ, & rectæ mentis prærogatiua muniatur. Hæc & his ſimilia proſequu
tus, ſiluit Matthęus. Sed Sadducæorum pars, quæ negaret reſurrectionem mortuo-
rum, indignata eſt: ita, vt quidam ex ipſis de medio populi exclamaret, dicens, mul-
tùm errare eos, qui putãt mortuos aliquando reſurgere. Cõtra hunc Andreas meus
frater reſpondens, docuit errorem non eſſe: ſed certiſsimam fidem, quod mortui re-
C ſurgant, ſecundum ea, quæ docuit is, quem Moyſes prędixit venturum Prophetam.
Aut ſi non videtur eis ipſe eſſe, quem prædixit Moyſes: de quo, inquit, primò requi-
ratur, vt cùm euidenter ipſe fuerit probatus, nihil de reliquo ſuper his, quæ docuit,
ambigatur. Hæc autem, & his ſimilia plura proteſtatus, ſiluit Andræas: Samaræus ve
rò quidam, contraria populo & Deo loquens, & neq; mortuos adſerens reſurrectu
ros, neq; eum, qui eſt in Hieruſalem, cultum Dei tenendum, ſed montem Garizin ve
nerandum: addidit etiã contra nos hæc, quod Ieſus noſter non eſſet ipſe, quem Moy
ſes Ptophetam venturũ eſſe prædixerit. Aduerſum hunc, & alium, qui cum ipſo hæc
eadem proſequebatur, Zebedæi filij Iacobus & Ioannes vehementer obniſi ſunt. Et
quanuis haberent mandatum, ne ingrederentur ciuitates eorum, neque verbum eis
prædicationis inferrent: tamen, ne ſermo eorum ſi confutatus non eſſet, aliorum læ
deret fidem, ita prudenter & fortiter reſponderunt, vt perpetuum eis ſilentium da-
rent. Nam Iacobus de reſurrectione mortuorum cum totius populi fauore perora-
D uit: Ioannes verò oſtendit, quia ſi ceſſarent ab errore montis Garizin, conſequenter
agnoſcerent ipſum eſſe Ieſum, qui ſecundum prophetã Moyſen, expectatur eſſe ven
turus: quoniam quidem ſigna & prodigia, vt fecit Moyſes, ita fecit etiam Ieſus: & du
bium non eſt, quin ſimilitudo ſignorum ipſum eſſe teſtetur, quem, ſicut ſe, dixit eſſe
venturum. Hæc & alia, plura his ſimilia proteſtati, ſiluêre: & ecce quidam de Scribis
de medio populi adclamans, ait: Ieſus veſter ſigna & prodigia, quæ fecit, vt magus,
non, vt Propheta, fecit. Huic Philippus vehemẽter occurrit, oſtendens, quòd hac ra-
tione accuſarent etiam Moyſen. Cùm enim Moyſes ſigna & prodigia in Aegypto
fecerit, ſimiliter autem & Ieſus in Iudæa: dubitari non poſſet, quin quod de Ieſu di-
ceretur, hoc etiam de Moyſe dici videretur.

Hæc, opinor, fuit cauſa, quur Ammonius de conſonantia Ieſu & Moyſi librum conſcriberet, vt teſtatur Euſebius.

Hæc & his ſimilia plura proteſtatus, ſiluit Philippus. Phariſæus autem quidam au

diens

Doſitheus & Simon principes Sadducæorum.

Ioann. 4.

2 Phariſæorum ſecundum ſchiſma.

Diſcipuli Ioannis iniquiores erant Chriſto præ ſuò præceptore

** ad alter. id eſt, inter nos mutuo.*

Baptiſmus Iudæos malè habuit: vt eius efficacitas & neceſsitas nunc pleroſque.

diens hæc, inſimulabat Philippum, quòd Moyſen ęqualem diceret Ieſu. Cui Bar-
lomæus reſpondens, conſtanter edocuit: quia non dicimus Ieſum ſolùm æqual-
Moyſi, ſed maiorem: quia Moyſes quidem Propheta fuit, quod fuit & Ieſus: qu
autem fuit Chriſtus, Moyſes non fuit, Chriſtus. Et ideo maior ille ſine dubio, qu
Propheta, & Chriſtus eſt: quàm ille, qui ſolùm propheta eſt. Hæc & his ſimilia p
proſequutus, ſiluit. Poſt hunc Iacobus Alphæi ſermonem fecit ad populum, qu
ſtenderet, non ideo credendum eſſe Ieſu, quia de eo prophetæ prædixerint: ſed
magis credendũ eſſe prophetis, quod verè prophetæ ſint, quia eis Chriſtus teſti-
nium reddat. Nam pręſentia & aduẽtus Chriſti, illos verè prophetas fuiſſe deſig
Decebat enim non ab inferioribus maiori, ſed à maiore inferioribus fidei teſti-
nium dari. Hæc & multa his ſimilia proſequutus, etiam Iacobus ſiluit. Poſt hu
Lebbæus* populum cœpit vehementer arguere, quòd non crederet Ieſu, qui eis
tùm profuerit docẽdo, quæ Dei ſunt: ſolando afflictos: medendo infirmis, paup
conſolando: ſed pro his omnibus bonis, odia, mortemque reddiderint. Hęc & hi
milia plura cùm eſſet populo proteſtatus, ſiluit. Et ecce vnus ex diſcipulis Ioa
adfirmabat Chriſtum Ioannem fuiſſe, & non Ieſum: in tantùm, inquit, vt & ip
ſus omnibus hominibus & Prophetis maiorem eſſe pronunciauerit Ioannem. Si
go, inquit, maior eſt omnibus, ſine dubio & Moyſe, & ipſo Ieſu maior habendus
Quod ſi omnium maior eſt, ipſe eſt Chriſtus. Ad hæc Chananæus Simon reſp
dens, adſeruit Ioãnem maiorem quidem fuiſſe omnibus Prophetis, & omnibus, q
ſunt filij mulierum: non tamen maiorem eſſe filio hominis: & ideo Ieſus quidem
Chriſtus eſt: Ioannes verò ſolùm Propheta: & tantùm intereſt inter ipſum & Ieſu
quantũ inter præcurſorẽ, & eum, cui præcurritur: & quantum inter eum, qui leg
dat & eũ qui legẽ ſeruat. Hæc aũt & his ſimilia proſequutus. ſiluit etiã Chananæ
Poſt quẽ Barnabas, qui & Matthias, qui in locum Iudæ ſubrogatus eſt, Apoſtolu
monere populum cœpit, ne odio haberent Ieſum, neq; blaſphemarent eum.

Tres fuiſſe Iacobos hinc intelligimus, de quo in fine huius libri. 1. Iaco. fuit Zebedæus. 2. Iacobus Alphæus. 3. Iacob. Iuſtus: ad quē hi ſcripti libri.

(Qui Thaddæus dictus eſt: Iudas Iacobi Alphæi frater.

VI. hic næuus ſiue ſuſpectus in hoc libro locus eſt, Matthiam Barnabam dici, de quo ſuprà.

Multò enim eſſe rectiùs, etiam ignoranti, vel dubitanti de Ieſu, amare eum, qu
odiſſe. Charitati enim Deus præmium poſuit, odijs pœnã. Hoc ipſum enim, inqu
quòd Iudaicum corpus adſumpſit, & inter Iudæos natus eſt, quomodo non om
bus vobis incentiua ſui amoris incuſſit? Hæc & his ſimilia quùm peroràſſet, dicen
finem fecit.

Caiaphas arguit contra Apoſtolos Chriſtum abſurdæ peruerſæque doctrinæ.

Tunc Caiaphas doctrinam Ieſu culpare tentabat, dicens eum res vanas loqu
Beatos enim pauperes dixit: & terrenas fore remunerationes promiſit: ac ſumm
muneris in terrena hæreditate conſtituit: cibiſque ac potu eos, qui iuſtitiam ſeru
rint, promiſit eſſe ſaturãdos. Et his ſimilia multa docuiſſe deprehenditur. Cui Tho
mas reſpondens, arguit eum fruſtrà cauſantem: oſtendens, quia Prophetæ mag
quibus etiam ipſe credit, iſta docuerint: nec tamẽ, quomodo erunt hæc, aut quo
do percipientur, oſtenderint: Ieſus verò, qualiter accipi hæc debeant, demonſtrau
rit. Et quùm hæc atque his ſimilia plura dixiſſet, ſiluit etiam Thomas.

Cōfutatio Thomæ.

*Caiaphas præcipuè Petrum accuſat, ceu coryphæum: hortaturque à Chriſto docendo vt deſiſtat. Pri-
mum ait, in perniciem ſuam id fieri. Secundò, deceptum ſe alios decipere. Denique, temerarium videri im-
peritum piſcatorem, doctorem velle agere. Sed Petrus huic doctè reſpondit.*

Poſt hæc rurſum Caiaphas me intuens: & nunc vt monens, nunc verò vt culpa
dicebat, ceſſare me debere de reliquo à prædicatione Chriſti Ieſu: ne in pernicion
mei hoc agerem, neúe ipſe errore deceptus, alios quoque meo errore deciperem.
Tunc prætereà arguebat me temeritatis, quòd quùm eſſem ipſe imperitus piſcato
& ruſticus, officium ſubire Doctoris auderem. Hæc & alia plura his ſimilia dicen
ego quoque in hæc verba reſpondi: Mihi quidem minus eſſe periculi, ſi, vt ipſe ai
iſte non ſit Chriſtus: quia doctorem legis receperim: ipſi verò ingens eſſe diſcrimen
ſi hic ipſe ſit Chriſtus, ſicut & certè eſt. Ego enim credo huic, qui apparuit: ipſe aute
cu

A cui alii fidem ſeruare ſe credit,qui nullus apparuit?Si verò & idiota,vt ais,& imperitus,ac piſcator,& ruſticus,ſuper presbyteros ſapientes intelligam:hoc tibi,inquam, magis metum debet incutere.Nam ſi ex eruditione aliqua diſputans,obtinerem vos ſapientes & eruditos,videretur vtique, doctrinam hoc mihi longi temporis, & non diuinæ virtutis gratiam contuliſſe: nunc aũt,cùm,vt dixi,nos imperiti, vos ſapientes conuincimus,& ſuperamus:cui ſenſum habendi nõ palam eſt,quia hoc non humanæ argutiæ opus eſt:ſed diuinæ voluntatis & muneris? *Doctà ἀπολογία Petri.*

Elegans ſumma totius Chriſtianæ doctrinæ Petri ad Iudæos.

Hæc igitur &alia huiuſmodi proſequẽtes,cõſequẽter proteſtati ſumus,ac docuimus nos imperiti & piſcatores,ſacerdotes quidẽ, de vno ſolo Deo cæli: Sadducæos, de reſurrectione mortuorum:Samaritas de conſecratione Hieruſalem: Non tamen ingreſsi ciuitatem ipſorum,ſed publicè diſputantes:Scribas verò &Phariſæos,de regno cælorum:Diſcipulos Ioannis,ne ſcandalum paterentur in Ioanne: Omnẽ verò B populum,quia Ieſus eſt Chriſtus æternus. Ad vltimum autem monui eos, vt priùs, quàm progrederemur ad gentes prædicare eis agnitionem Dei patris,ipſi reconcilia rentur Deo, ſuſcipientes filium eius : aliter enim nullo modo oſtendi poſſe ſaluari, niſi per ſancti ſpiritus gratiam, trinæ inuocationis dilui Baptiſmate properarent:& Euchariſtiam Chriſti Domini ſumerent:cui ſoli,de his, quæ docuit, credere deberent,vt ſic æternam ſalutẽ conſequi mererentur:aliter verò impoſsibile prorſus eſſe reconciliari eos Deo,etiam ſi mille ei aras,& altaria mille ſuccendant.Nos enim,inquam,pro certo comperimus,quòd ſuper ſacrificijs,quæ offertis, multò magis exaſperatur Deus,ſacrificiorum tempore etiam nunc expleto:quia vos non vultis agnoſcere,emenſum eſſe iam tempus hoſtias offerendi:ob hoc deſtruetur &templum,& abominatio deſolationis ſtatuetur in loco ſancto:& tunc gentibus Euangeliũ prædicabitur ad teſtimonium ueſtri,vt ex illorum fide veſtra infidelitas iudicetur. Omnis etenim mũdus diuerſis temporibus,diuerſas malitiæ ægritudines patitur,vel per C omnes generaliter,vel per ſingulos quoſque ſpecialiter: & ideo indiget medico,qui eum viſitet ad ſalutem.Nos ergo proteſtamur vobis,& quod vnumquenq; veſtrum latuit,nũciamus.Veſtrũ eſt deliberare,quid expediat vobis.His à me dictis ingemuit omnis multitudo ſacerdotum,quod eis de templi ſubuerſione prædixerim. *Baptiſmã.* *Euchariſtia.* *Daniel.9.* *Matt 24.* *Chriſtus medicus eſt*

Gamaliel clanculum fauebat apoſtolis. Act.5. Citat ibidem hunc locum venerabilis Beda. Ergo hi libri fide ſunt digni habiti,ante annos 834. Quo de copioſius in ſententia noſtra ſuprà.

Quod cùm vidiſſet Gamaliel princeps populi, (qui latenter frater noſter erat in fide:ſed concilio noſtro inter eos erat.) quia valde fremerent, & ingenti aduerſum nos furore mouerentur,adſurgẽs, ait. Quieſcite pauliſper,ô viri Iſraëlitæ.non enim aduertitis tentationem, quæ imminet vobis. propter quod deſinite ab hominibus iſtis. & ſi quidem humani conſilij eſt, quod agunt, citò ceſſabit:ſi autem à Deo eſt, cur ſine cauſa peccatis, nec proficitis quicquam? Dei enim voluntatem quis poteſt ſuperare? Nunc ergo,quoniam quidem in veſperã iam vertitur dies,in craſtino,hoc D ipſo in loco audientibus vobis,ego ipſe cum iſtis diſputabo, vt omnem errorem palàm arguam, dilucideque confutem. Et his dictis, repreſſus eſt eorum aliquatenus furor, ea præcipuè ſpe, quòd die craſtino erroris nos publicè arguendos ſperarent: & ſic cum pace populum dimiſit. Nos verò cùm veniſſemus ad Iacobum noſtrum, omnia quæ dicta geſtaque fuerant, exponentes, apud eum cibo ſumpto manſimus: omnipotenti Deo per totam noctem ſupplicantes, vt futuræ diſputationis ſermo indubitatam fidei noſtræ oſtenderet veritatem. Igitur poſtera die Iacobus Epiſcopus nobiſcum ſimul,& cum omni eccleſia aſcendit ad templum,vbi ingentem reperimus multitudinem, à medio noctis expectantem nos. Stetimus ergo in locis,quibus & priùs,vt eminentiùs ſtantes, ab vniuerſo populo cerneremur. Cumque eſſet ſummum ſilentium factum,Gamaliel,qui,vt ſuprà diximus,noſtrę fidei erat:diſpenſatione verò manebat inter ipſos, vt ſi quando iniquum aliquid aduerſum nos, aut impium molirentur, vel ipſos conſilio reprimeret prudenter apto : vel nos commo- *Gamaliel ex induſtria voluit videri diſſentire ab Apoſtolis.*

neret,vt aut curare, aut declinare poſſemus: Is ergo tanquam aduerſum uos age-
prior omnium Epiſcopum Iacobum intuens,hoc modo alloquutus eſt.

Gamalielis oratio ad Iacobũ, qua orditur alterius diei diſputationẽ cũ ipſo de Chriſto domino: ita inſtituta vt & placidos apoſtolis auditores faciat: & quaſi aduerſarię eos ad diſp. inuitet certè docta: vt omnia.

Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ,neque ſenectutis opprobrium duco, diſcere aliquid à paruulis, & ab imperitis, ſi quid fortè eſt vtilitatis, aut ſalutis acquirere: (Qui enim rationabiliter viuit, ſcit, quia nihil eſt anima preciosiùs.) quomodo non omnibus hoc amabile eſt, cunctiſque exoptatum, vt quæ ignorat, diſcat: quæ didicerit, doceat? Certiſsimum namque eſt, quod neque amicitia: neque propinquitas generis: neque regni ſublimitas, homini debet eſſe precioſior veritate. Et vos ergò fratres, ſi quid ampliùs nôſtis, populo Dei, qui adeſt, idemque fratribus veſtris proferre non pigeat, omni populo libenter & tota cum quiete, quæ dicitis audiente. Quomodo enim non hoc faciat populus, cùm me ipſum videat ſecum pariter velle à nobis diſcere, ſi quid fortè ampliùs vobis reuelauit Deus? Si verò vos in aliquo indigetis, ſimiliter etiã vos à nobis non pigeat doceri: vt erga vtranq; partem ſi quid deeſt, adimpleat Deus. Quod ſi aliquis vos fortè nũc ſolicitat metus, propter nonnullos noſtrorum, qui præiudicatis aduerſum vos animis vtuntur: & inſidias eorum verentes, non audetis apertè dicere, id, quod ſentitis, apertiùs ego, vt vos etiam huius occaſione timoris abſoluam, iuro vobis omnipotentem Deum, & viuentem in ſecula, quia nullam permittam iniicere vobis manus. Habentes ergo huius iuramenti mei omnem hunc populum teſtem, & idoneum pignus, ſacramenti noſtri fœdus tenentes abſque vlla cunctatione vnuſquiſque veſtrûm quod didicit, proferat: & nos fratres intentè, & cum ſilentio audiamus. Hæc dicens Gamaliel, non valde placebat Caiaphę: &, vt videbatur, ſuſpectum habens eum, ipſe magis inſerere ſe ſubtiliter diſputationibus cœpit.

Veritate nihil precioſius eſt.

Caiaphas perturbat actum colloquij Iudæorum & Apoſtolorum de Chriſto, more hæreticorum ad ſcripturas confugiens. Iacobus occurrit ipſi, per diſtinctionem ſcripturarum.

Subridens enim ad ea, quæ Gamaliel dixerat, Iacobum epiſcoporum principem, ſacerdotum princeps orabat, vt de Chriſto non aliunde ſermo, quàm de ſcripturis fieret: vt ſciamus, inquit, vtrum Ieſus ipſe ſit Chriſtus, an non? Tunc Iacobus primò, inquit, requiramus, ex quibus ſcripturis potiſsimùm diſputationem habere oporteat? At ille, vix aliquando ratione ipſa ſuperatus, reſpondit: ex lege habendam: poſt hoc etiam Prophetarum addidit mentionem. Cui Iacobus noſter cœpit oſtendere, quia & Prophetæ, quæ dicunt, ex lege ſumpſerint: & legi conſona ſunt loquuti. Sed & de libris regnorum diſſeruit aliqua, quomodo & quando: & à quo ſcripti ſint: & quomodo eis vti oporteat. Cumque & de lege pleniſsimè diſputaſſet, ac ſingula, quæ de Chriſto ſunt, puriſsima expoſitione protuliſſet in lucem, oſtendit abundantiſsimis probationibus, quia Ieſus eſt Chriſtus, & in ipſo vniuerſa, quæ de humili eius aduentu fuerant prædicta, complentur. Duos enim eius prædictos eſſe docuit aduentus. Vnum humilitatis, quem adimpleuit: alium gloriæ, qui ſperatur implendus, cùm veniet dare regnum credentibus in ſe: & ſeruantibus omnia, quæ præcepit. Cumque de his omnibus euidenter populum docuiſſet, addebat etiam hoc, quia, Niſi quis baptizatus fuerit in aqua, ſub appellatione trinæ beatitudinis: ſicut docuit verus Propheta, neque remiſsionem acciperet peccatorum, neque introiret in regna cælorum: & hanc eſſe Dei ingeniti præfinitionem, confirmauit. Quibus etiam hæc addidit: Nolite putare duos ingenitos dicere Deos, aut vnum diuiſum eſſe in duos: vel ſicut impij dicunt, eundem maſculum: & fœminam, ſui eſſectum: ſed filium Dei vnigenitũ dicimus, non ex alio initio, ſed ex ipſo ineffabiliter natum. Similiter etiam de paracleto dicimus. Sed & de baptiſmate, cùm aliquanta dixiſſet, per ſeptem continuos dies perſuaſit omni populo & Pontifici, vt confeſtim ad percipiendum baptiſmum feſtinarent. Cumque in eo iam res eſſet, vt venirent & baptizarentur: homo quidam inimicus, tunc cùm paucis admodum ingrediens templum,

Dũo aduentus Chriſti Sic Luc. 24.

De 1. Perſona Chriſti.

2. De trinitate & Natura vnius Dei patris, F. & S.S.

Labor omnis in con-

A ingrediens templum, clamare cœpit & dicere: Quid facitis ô viri Iſraelitæ? cur vobis tam facilè ſubripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infœliciſsimis, & à Simone Mago deceptis? Cumque hæc diceret, & ad hæc adderet, ac ſuperaretur ab Epiſcopo Iacobo: conturbare populum, & ſeditiones ſuſcitare cœpit, vti ne ea, quæ dicebantur? plebs poſſet audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata, conuellere: ſimulque incuſare ſacerdotes: & opprobrijs atque increpationibus cœpit accendere. & velut furibundus, ſingulos quoſque ad cædem concitare, dicens: Quid agitis? quid ceſſatis? O ſegnes & deſides, cur non manibus noſtris inuadimus, & diſcerpimus omnes hos? Et cùm hæc dixiſſet, primus rapto ex ara torre * robuſto, cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri videntes eum, ſimili efferebantur inſania: Et omnium clamor, cædentium pariter & cæſorum ſanguis plurimus funditur, fuga permixta habetur: cùm interim ille inimicus homo Iacobum aggreſſus, de ſummis gradibus præcipitem dedit: quem cùm mortuum B crediſſet, vltrà mulctare neglexit. Noſtri verò ſublatum eum colligebant: erant enim & numero plures, quàm illi, & virtute maiores. ſed propter reuerentiam Dei, ipſi magis interimi ſe à paucioribus, quàm interimere alios patiebantur. Cùm autem veſpera adfuiſſet, templum quidem ſacerdotes claudunt: nos verò ad domum Iacobi regreſsi & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem deſcendimus Hiericho ad quinq; millia viri. Poſt triduum autem, venit ad nos ex fratribus quidam à Gamaliele, de quo ſuprà diximus, occultos nobis nuncios deferens, quòd inimicus ille homo legationem ſuſcepiſſet à Caïapha Pontifice, vt omnes, qui crederent in Ieſum, perſequeretur: & Damaſcum pergeret cum epiſtolis eius, vt etiam inibi auxilio vſus infideliũ; fidelibus inferret exitium: idcirco autem præcipuè Damaſcũm feſtinaret, quod & illuc confugiſſe crederet Petrum,

*forte, combuſto.

Patientia Christianorum.

Veriſimile videtur hunc Paulum fuiſſe. de quo hiſtoria Actor. cap. 8. & 9.

C Et poſt dies ferè triginta digreſſus eſt per Hiericho, Damaſcum tendens: cùm per idem temporis progreſsi eſſemus nos ad ſepulchra duorum fratrum quorundã, quę ſponte ſua, per annos ſingulos dealbabantur.

(Vides, non contemnenda miracula ad ſepulcra martyrum & piorum contingentia? Et cur accidant, ex hoc loco licet cognoſcere.

Quo miraculo multorum aduerſum nos repreſſus eſt furor, videntiũ haberi noſtros in memoria apud Deum. Poſitis itaque nobis in Hiericho, ibique orationibus & ieiunijs operam dantibus: Iacobus Epiſcopus accerſitum me inde hùc Cæſaream mittit, dicens: quia Zachæus de Cæſarea ſcripſerit ſibi, Simonem quendam Samareum Magum plurimos noſtrûm ſubuertere, adſerentem ſe eſſe quendam Stantẽ: hoc eſt, alio nomine, Chriſtum: & virtutem ſummam excelſi Dei: quæ ſit ſupra conditorem mundi ſimulq; mirabilia plurima oſtendens, alios dubitare, alios declinare fecerit ad ſe: cunctaq; diligenter comperta ab his, qui priùs vel ſocij eius, vel diſcipuli fuerant, & poſt hoc ad Zachæum conuerſi ſunt, indicauit. Multi ſunt ergo, inquit D Iacobus, ô Petre, quorum ſalutis cauſa proficiſci te oportet: & arguere Magum: ac ſermonẽ veritatis docere: ſed nihil moreris, neq; te contriſtet, quod ſolus proficiſceris, ſciens comitem tibi & adiutorem Deum per Ieſum, & citò per eius gratiam multos tibi ſocios & vnanimes fore. Dato ſanè operam, vt per ſingulos annos præcipua quæq; ex dictis geſtiſq; tuis ſcripta mittas ad me, & maximè per ſeptimanas annorũ. Et his dictis dimiſſus ab eo, ſex diebus perueni Cæſaream. Ingredienti autem mihi occurrit Zachæus dilectiſsimus frater noſter, & inhærens amplexibus meis, perduxit ad hoc, in quo ipſe commanebat, hoſpitium, requirens à me de ſingulis quibuſq; fratribus, præcipuè tamẽ de honorabili fratre noſtro Iacobo: Cumq; audiſſet à me, quod vno adhuc claudicaret pede: percontanti continuò cauſam, omnia hæc, quæ nũc tibi expoſuimus, ei enarraui: quomodo euocati eſſemus à Sacerdotibus & Pontifice Caiapha ad templum: & Iacobus Archiepiſcopus ſtans in ſummis gradib. per ſeptem continuos dies vniuerſo populo de ſcripturis dominicis adſignauerit, quod

Actor. 22.

Iacobus altero pede claudicabat.

Ieſus eſſet Chriſtus: quóue modo, omnibus iam adquieſcentibus, vt ab eo baptiza-rentur in nomine Ieſu, inimicus homo effecerit illa omnia: quæ ſuprà diximus: vt ... eadem iterum dicamus.

Operæpretium fuerit hoc loco ſcire, quod plures fuerint Iacobi: propter hiſtoriæ huius veritatem, certitudinemq́ue: vt apud Euſebium Pamphilum libro H.E. 2. cap. 23. & Niceph. Caliſtum lib. 2. cap. 28. itemq́ue Hieronymum in catalogo teſtatur, Hegeſippus antiquiſſimus Eccleſiæ ſcriptor. Primus fuit Iacobus Zebedæi filius, Ioan. Euangeliſtæ frater, ab Herode Agrippa iam tunc occiſus, Actor. 12. Alter Iacobus Alphæi filius, Iudæ Lebbæi ſiue Thaddæi frater, vt teſtatur Iudas initio ſuæ Epiſtolæ: Qui ad differentiam aliorum præter ſuperiora cognomina dicitur etiam à Marco 15. cap. μικρὸς: Oſtratinæ, quæ vrbs eſt extrema Ægypti, cùm diu fidem docuiſſet, cruci affixus, vt refert Niceph. C. lib eodem, cap. 40. Vtrique hi Domini de numero duodecim Apoſtoli. Tertius fuit Iacobus Oblias ſiue Iuſtus vſurpatus, domini noſtri frater, hoc eſt consobrinus, Eccleſiæ Hieroſolimitanæ primus Epiſcopus poſt aſcenſionem domini, diu præfuit ille Eccleſiæ, annos triginta: quanquam hic numerus mihi falſus videatur, quod aliâs demonſtrabimus. Primam illam è ſeptem Catholicis Epiſtolam ſcripſiſſe putatur: Liturgiamq́; de qua aliâs. Occiſus tandem ob Chriſti confeſſionem à Iudæis: cùm templo deiectus eſſet, & adhuc pro inimicis Deum precaretur fullonius ligno, quo veſtes complanantur: Vide plura apud Niceph. Caliſt. & Euſebium P. locis citatis ex Hegiſippo & Ioſepho. Huius hîc fit à Petro mentio. & ad hunc hi ſcripti ſunt libri. Magnus eſt de Iacobis error, etiam doctorum hominum ideoque ſemel fuit iſthoc annotandum.

Simon Magus Petro certamen denunciat.

Quibus cognitis Zachæus, rurſus mihi, quæ à Simone agerentur, exponit: & inter hæc, neſcio vnde, cognito aduentu meo, ipſe mandat ad me Simon: Audiente, inquit, populo, die craſtina diſputemus. Cui ego: Fiat, inquam, vt libet: vt hæc pollicitatio mea vniuerſæ innotuit ciuitati: ita, vt etiam tu, qui ipſa die adueneras, diſceres me die poſtera cum Simone habiturum eſſe certamen: & requiſita manſione noſtra ſecũdum indicia, quæ à Barnaba acceperas, venires ad nos: ego verò ingreſſu tuo ita gratulatus ſum, vt neſcio vnde motus, feſtinauerit animus meus exponere tibi cuncta velociter: præcipuè tamen, quod eſt in fide maximum de vero Propheta: quod vnum ad totius doctrinæ fundamentum ſufficere poſſe non ambigo: tum etiam ſcriptæ legis per ſingula quæque capitula, quorum ratio poſcebat, ſecretiorẽ tibi intelligentiam pateſeci: non occultans à te, nec traditionum bona: quæ verò ſuperſunt incipiens à die craſtina, ex his, quæ in quæſtionibus cum Simone mouebuntur, per dies ſingulos audies: vſquequo, Deo fauente, perueniatur ad ipſam, quò iter noſtrum dirigendum credimus, vrbem Romam. Cumque ad hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer: facturumq́; omnia me, quę præciperet, prõptiſsimeq́; pollicerer: cibo ſumpto quieſcere nos iuſsit: ſibiq́; ipſe quietem dedit.

Clarius erat. Ne traditionũ quidem bona. Hinc ſatis liquet, Apoſtolis à Seruatore quædã dogmata fuiſſe tradita, quæ non cuiuis communicarent.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI II. RECOGNITIONVM, PER L. GRVTERVM VENRADIVM.

QVID indicto diſputationis die inter Simonem Petrum & Magum acciderit apud Cæſaream, ſecundo hoc libro deſcribit Clemens. Petrũ nimirũ maturè cubitu ſurrexiſſe, ſuosq; excitâſſe: ac ne quid duri fore putarent in tam maturè ſurgendo, de Cõſuetudinis natura, qua cuncta fieret facilia, licet difficilia, ipſos admonuiſſe. quibus amicè collatis Petrum porrò cum ſuis conſultâſſe de ineunda ratione cum Mago diſputandi diligenter id prouidendum, quod indignum ſit adeoq; nefarium, cuiuis immortalitatis verba committere: & ex iſthac collatione faciliùs poſteà poſſit, quis ſit, animus Simonis deprehendi, ne veritas vel diſputãdo periclitetur vel iniquiùs tractetur: cũ impio non tam diſputari poſſe, quàm ipſum ad mentem vitamq; ſaniorem hortandum: Nicetam his ſubieciſſe: Magũ dialecticum eſſe, diſputationibusq; fidere: cauendum itaq;, ne ſuis artibus & magia rudi popello ſuperare videretur. eam verò orationem exceptam ab Aquila, qui latiùs vim & efficaciã Magiæ illius, quàm ipſemet ſuus adhuc diſcipulus coràm apud illum viderit: tum ortum Magi, patriã, parentes, gẽtem, ſtudia, mores, doctrinam, eiusq; originem elegantiſſimè explicârit. (Atq; hanc deſcriptionẽ Clemẽs artificiosè interſerit, vt lecturis meliùs Magus, de quo permulta pòſt recenſebit, ſit cognitus.) Petrum autem iſtis auditis, demiratũ magnam Dei iſthæc permittentis bonitatẽ: Magiq; periculoſam cæcitatem & impietatẽ: cum explicatione cauſarũ, cur & vnde mortales pleriq; Chriſto & religioni aduerſentur, dæmonicisq; vexationib. tradantur: item, cur in homines Deus ipſis aliquid permittat dæmonib. dixiſſe aũt iſthæc obiter in hiſtorica narratione de Mago Nicetæ & Aquilæ: ad quam cùm redire ij vellent interturbatos, quòd iam Magus diſputationi accinctus nunciaretur à Zachæo Petrum à ianua quærere: Petrum porrò diſputaturum Deum inuocâſſe, & hortatum cæteros ad orandum, vt ſucceſſus fælix foret: Ingreſſum deinde turbam amicè conſalutâſſe, precatumq; ipſi pacem: reddita cauſa, cur initio eam ijs optaret ac docuiſſe, de quib. diſputandum veniret. Magum mentionẽ pacis velut ineptæ ad veritatis inquiſitionẽ reieciſſe, occurrente Petro, ſuamq; ſententiã non ſolùm per elegantẽ ſimilitudinẽ explicante: ſed & illuſtrante, cauſisq; datis confirmante, cur velit, vt modeſtè & ordine veritas quæreretur: Magum contrà, quòd Magiſter ſuus Ieſus cõtraria ſæpe docuerit, obieciſſe: Petro rurſus monente, ne non intellecta carperet et reijceret, ſui officij eſſe, ex magiſtri præcepto docere illa, nõ ſua dicere, in quibus ſi recitandis aut docendis aberraret, reprehendi poſſet: potiùs tamen inquirendum. Nam Chriſtus propheta ille fuerit: Simonẽ Magum contrà, quòd cerneret hoc ſe cauſâ caſurum, diuerticula quæſiuiſſe: vrſiſſe repugnãtiam doctrinæ Chriſti: Petrum verò caput quæſtionis vẽtilandum de Chriſto valde monuiſſe. quã cùm Magus pertinaciter reijceret tergiuerſando, aliam abs Petro propoſitã: Num eſſet vnus Deus: eam ægrè quidem admiſiſſe, tandem tamen, vt diſputaretur,

in eam conſenſiſſe. Aſſerere Magus contra Petrum tunc, Non vnum ſed plures Deos eſſe: è quib. ſit vnus Iudæorũ Deus, cæterorũ quidem facile princeps: ſed tamen ſuprà hunc extare alium: eumq́; ſeculis omnib. incognitum fuiſſe, quem ſolus ipſe nôſſet, mundoq́; patefacere vellet: Narrat porrò Clemens, Petrũ quæſiuiſſe, vnde Magus isthanc ſententiã probare vellet, num ex ſcripturis? quod ſi vellet, qua intelligentia? ſin aliunde, qua authoritate? Magum legem Moyſis in medium attuliſſe: ſed eam pro ſuo arbitratu explicare voluiſſe (ſicuti nũc quoq; factitãt hæretici noſtrates:) magnaq́; ſcripturæ teſtimoniorũ copia plureis vno deos probare conatum. Petrum autem modeſtè, neq; fugientem, nec aures occludentẽ, quod aduerſarius vereri ſe dixerat: nõ modò ſcripturis multis plures ſcripturas oppoſuiſſe: ſed & doctiſſimè explicâſſe, qua ratione multi Dij in diuinis literis aſſerantur: quemadmodum Moyſes dicatur Pharaonis Deus? Item, Iudices, ſimulacra, ſancti homines, angeli: quotq́; modis, & cur ita dicantur, copioſè probâſſe, vnum et ſummum Deorum omnium deum eſſe Iudæorum Deum, cuius germanus ſit filius, verus ille ꝓphetes Ieſus, quẽ ipſius et lex & vates annunciẽt: hancq́; ſententiam Petrum doctè & fortiter defendiſſe. Mago interim, variè astutiſſimè & acutiſſimè, variè tamen, vt ſolent ij, qui malã cauſam agunt, nunc hoc, nũc illud proponẽte, nũc vtroq; relicto ad aliud cõfugiente, eam oppugnante, quod latius tam ex ſcholijs noſtris, vbi opus fuerit: quã ex ipſa hiſtoriæ Clemẽtinæ ſerie cũ ſumma voluptate & vtilitate cognoſcere poterit ſtudioſus lector.

Vtiliſſima certè lectori huiuſce libri lectio erit. Præterquam quod vera fides de vno et vero Deo noſtro ac Seruatore Chriſto luculentiſſimè & firmiſſimè docetur demonſtraturq́ue præterea Magi impia hæreſis, tam copioſè, vt nuſquam apud alium ita, deſcribitur: permulta etiam alia ſcitu ſanè neceſſaria & iucunda ex eo cognoſci poterunt.

Proponitur in hoc quidem Mago, pulcer typus & imago omniũ hæreticorum quomodo cõfidant hæretici diſputantib. quo ſuo arbitratu ſcripturas ſacras explicent: easq́; quanta cum copia citent. quæ omnia, conducet in hoc homine conſiderare, et quemuis ob oculos ponere, ne mox ſcripturis auditis à fide catholica ob hominũ vel doctrinã vel ſuauem eloquentiã deficiamus. Est & illud in hoc ipſo præterea bene conſiderandũ, Magum accuſare bonum Deum, quod præter fidẽ ſiue agnitionẽ etiam legẽ velit cõpleri. nã quid aliud nũc eccleſiæ obiectãt hæretici? qui legẽ datã aiũt, nõ vt obſeruetur, ſed vt ſaltẽ peccatũ inde noſcatur: quod nos fatemur quidẽ: ſed et illud alienũ verum eſſe perſuaſũ habemus. Perſpicitur deniq; in Mago, q̃ ꝑnicioſæ ſint artes, quãdo in malũ peruerſũq; hominẽ incidãt.

Docet autẽ Petrus, quomodo congrediendum ac diſputandum ſit cum hæreticis: & quantum humanæ rationes ac quatenus fidem confirment. cur diaboli hominum corpora frequẽter animosq́; inuadant. atq; hæc omnia præter veram fidem, miram modeſtiam & ſapientiam, quæ hîc in ipſo eſt cernere.

Postremũ, nihil hîc est, quod non ſit planè catholicũ atq; eruditũ. Si cui tamẽ Pet. de ſũma diuinitate obſcuriùs quædã locutus fuiſſe videtur, is cogitet, velim, noluiſſe eũ apud indoctũ incredulumq́; populũ, acerbiſſimũq; adeò religionis hoſtem, myſteria fidei apertiùs prædicare, neq; verò debuiſſe quod ipſemet ad ſuos in principio ſequentis libri palàm teſtificatur.

R E C O-

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SECVNDVS RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

Diſputatio I. Simonis Petri cum Mago apud Cæſaream.

CVM AVTEM dies,quæ ad diſceptandũ cum Simone ſtatuta fuerat,inluceſſeret: Petrus primis gallorum cantibus ſurgens,excitauit etiam nos: eramus enim in eodem conclaui cubitantes,ſimul omnes tredecim: in quibus primus
B post Petrũ,Zachæus: deinde Sophonias: Ioſephus: & Michæas: Elieſdros,& Phinees: Lazarus & Hæliſeus: poſt hos ego Clemens, & Nicodemus: deinde Niceta & Aquila, qui fuerant priùs diſcipuli Simonis: & docente Zachæo, cõuerſi ſunt ad fidem Chriſti. Mulierum ſanè nulla prorſus aderat. Cumq; adhuc veſpertinum lumen duraret, omnes reſedimus: & Petrus videns vigilare nos,ac ſibi intendere,ſalutatis nobis,cõtinuò dat ſermonis exordiũ. Mirari me equidem fateor,fratres,humanæ naturæ vim,quam ad omnia aptam, habilemq; eſſe video. Hoc autem dicere in memoriam venit ex his, quæ rebus ipſis expertus ſum,vt cùm tranſierit mediũ noctis,ego ſponte iam ſuſcitor, & vltrà ſomnus nequaquam venit ad me: quod mihi accidit ex eo,quia in conſuetudine habui, verba Domini mei,quæ ab ipſo audieram, reuocare ad memoriam, & pro ipſorum deſiderio,ſuſcitari animis meis,& cogitationibus imperaui: vt euigilans ad ea,& ſingu- *Conſuetudo.*
C la quæq; recolens ac retexens,poſſim memoriter retinere. Ex hoc ergo,dum omni cum dulcedine ſermones Domini verſare in meo corde deſidero,conſuetudo obtinuit vigilandi: etiam ſi nihil ſit,quod cogitare velim. Ita ergò ineffabili quadam ratione,introducta alia conſuetudine,vetus conſuetudo mutatur: & id reuera,ſi non ſupra modum cogas,ſed quantum recipit menſura naturæ. Neq; enim penitus ſomno carere poſſibile eſt: alioqui nec facta nox fuiſſet ad quietẽ. Et ego cùm audiſſem: Optime,inquam,dixiſti Petre, quia conſuetudo conſuetudine commutatur. Nam & ego cùm nauigarem,primò turbabar,& intra me mihi omnia vertebantur, ita vt ſuggillari viderer,nec ferre poſſem brumam & moleſtiam maris: poſt paucos autem dies,vbi cõſuetudo facta eſt,tolerabiliter ferre cœpi: ita, vt manè ſtatim vnà cũ nautis cibum ſumere delectarer, cùm priùs ante horam ſeptimam capiendi cibi conſuetudo non eſſet. Nunc ergo, ex iſta ſola conſuetudine,circa illud tempus, quo comedere cum nautis ſolebam,eſuries admonet me: quod tamen rurſus depellendũ ſpe-
D ro,cùm alia fuerit conſuetudo ſuſcepta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum cõſuetudinem,vt perhibes,inſtitutam: & opportunè hoc nobis exponere voluiſti, vt & nos aliquantulum ſomni à nobis abijcere atq; effugare non pigeat: vt poſſimus doctrinæ viuentis inſtituta ſuſcipere. Vbi enim decocti fuerint cibi,& mens acceperit nocturna ſilentia,oportuniſſimè quę docentur,inſident. Et Petrus libenter accipiens, *Silentium* quod intellexerim,præfationis eius cauſam,ad vtilitatem noſtram prolatam, cõlau- *ſtudijs ſacrum.* dans me,adhortandi & incitandi ſine dubio gratia, conſequentem cœpit expedire ſermonem. Opportunum mihi nunc & neceſſarium videtur,de his,quæ imminent, aliqua diſcutere,id eſt,de Simone.

Petrus vult,vt deliberetur,qua ratione diſputandũ ſit cum Mago piè,ita,ne veritas periclitetur, aut iniquè tractetur,indignum,cuiuis cõperire verba Dei. Facilius etiam fore exploratu,quis ſit Simonis animus,cum impio hoſte non diſputandum,ſed hortandum eſſe ad meliorem tum mentem, tum vitam.

Scire enim velim,quibus ſit moribus,& quibus ſit actibus: quòd mihi,ſi quis ſcit,

 indicare

indicare non ceſſet: refert enim iſta prænoſcere. Nam ſi in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatem, diſcamus priùs, quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus: quantò magis conuenit noſcere, quis, qualiſúe ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti enim, & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & alias ob cauſas vtile eſt, viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari quòd bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis: hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis & humanus eſt, quæ vtique bona eſſe nullus ambigit: tunc conſequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum: etiam, quod deeſt, fidei, & ſcientiæ conferatur: & in quibus maculari videtur eius vita, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si verò in his, quæ palàm ſunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus: non me oportet ei aliquid de ſecretioribus & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui: ſed magis proteſtari & conuenire eum, vt peccare deſinat, & actus ſuos à vitijs emendet. Quod ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minùs rectè agentem, non oportet audire, prudenter eum debemus eludere: nam nihil omninò reſpondere, auditorum cauſa vtile non videtur, ne fortè exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen: & fides eorum lædatur, non intelligentium propoſitum noſtrum. Cumq; hæc Petrus dixiſſet ad nos, Niceta rogat permitti ſibi dicere aliquid: atque indulgente Petro, Cum venia inquit: E F

Matth.7.

Niceta monet Magum dialecticum eſſe, & confidere diſputationibus: quo graphicè hæreticorum natura depingitur: quin & Magum eſſe.

Obſecro te Domine mi Petre, audias me valde ſolicitum tui, & verentem, ne fortè in certamine, quod tibi eſt cum Simone, ſuperari videaris. Solet enim frequenter accidere, vt qui veritatem defendit, non ſemper obtineat: dum aut in aliquo præuenti ſunt auditores, aut non grandem curam melioris ſententiæ gerunt. Super hæc autem omnia, & ipſe Simon vehementiſsimus eſt orator, in arte dialectica, & ſyllogiſmorum tendiculis enutritus: quod aũt eſt omnium grauius, & in arte magica valde exercitatus: & ideo metuo, ne fortè tam validè ex omni parte munitus, apud eos, qui ignorant eum, falſa allégans, putetur vera defendere. Neq; enim vel noſipſi eum potuiſſemus effugere, & conuerti ad Dominum, niſi dum adiutores eius & errorum ſocij ſumus, agnouiſſemus, quod deceptor eſſet, ac magus. G

Confirmat Aquila Nicetæ ſententiã, latiùs explicans Magiam ipſius, quã apud eum, cùm ſuus diſcipulus eſſet, viderit: item ortum, patriam, parẽtes, gentem, ſtudia, mores, doctrinam, denique eius originẽ.

Cumq; hæc Niceta dixiſſet: Aquila quoq; rogans ſibi dicendi facultatẽ dari, hoc modo etiam ipſe proſequutus eſt: Suſcipe, quæſo, & mei erga te amoris curam, optime Petre, & ego enim valde ſolicitus ſum pro te. Nec reprehendas nos in hoc: quia curã gerere alicuius, ex affectu venit: negligere aũt, non minus eſt, quàm odiſſe. Teſtem verò inuoco Deum: quia, non, vt ſegniorẽ te in certamine ſciens, metuo pro te, quippe, qui nec vnquam tibi præſto fuerim diſputanti: ſed qui illius impietates bene nouerim, exiſtimationẽ tuã cogito, ſimul & animos auditorũ, & ipſius ante omnia veritatis ſtatum. Vehemens enim eſt hic Magus ad omnia, quæcunq; voluerit: & ſupra modũ ſceleſtus: in omnibus enim eum diligenter agnouimus, vtpote, qui à puero malorum eius auditores fuerimus & miniſtri: & niſi nos Dei amor abrupiſſet ab eo, in eiſdem cũ ipſo etiam nunc verſaremur malis: ſed ingenitus quidam nobis erga Deum affectus, ſcelera quidem eius exoſa, cultum verò Dei amabilem fecit. Vnde & arbitror opus fuiſſe diuinæ prouidentiæ, vt nos primò familiares eius effecti notitiam caperemus, quomodo, vel quali arte, prodigia, quę facere videtur, efficiat. Quis enim eſt, qui non obſtupeſcat ſuper his, quæ facit, mirabilibus? & non putet eum de cælis Deũ ad ſalutẽ hominũ deſcendiſſe? Ego de meipſo fateor, niſi interiùs eũ ſciſſem, & interfuiſſem actibus eius, ſubripi mihi facilè potuiſſet: vnde non fuit magnũ nos ab eius conſortio ſeparari, ſcientes eum magicis artibus, & commentis ſcelerum niti. Quod ſi vis etiam ipſe de eo cũcta cognoſcere, quis ipſe ſit, qualiſúe, & vnde, vel H

qua-

A qualiter patrentur, quæ gerit, auſculta. Simon hic, patre Antonio, matre Rachele natus eſt: gente Samaræus: ex vico Gytthorum: arte magus: Græcis tamen literis liberalibus adprimè eruditus, gloriæ ac iactantiæ ſupra omne genus hominum cupidus, ita, vt exceiſam virtutem, quæ ſupra creatorem Deum ſit, credi ſe velit: & Chriſtum putari: atq; Stantem nominari. Hæc autem appellatione vtitur, quaſi, qui neget poſſe ſe aliquando diſſolui: adſerens carnem ſuam ita diuinitatis ſuæ virtute compactã, vt poſsit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur, tanquam qui nõ poſsit vlla corruptione decidere. Interfecto etenim, ſicut ſcis & ipſe, Baptiſta Ioanne, cùm Doſitheus hæreſeos ſuæ initiſſet exordium, cum alijs triginta principalibus diſcipulis, & vna muliere, quæ Selene, hoc eſt, Luna vocitata eſt.

Simon magus quis fuerit.

Luna) Præſtat retinere ipſum Græcum vocabulum. Itaque nos reſtituimus, Selene, hoc eſt noſtris, Luna. Vſitatius hoc eſt in omnibus hiſtoricis. Ne dicam ineptius videre ſolere in aliam linguã transferri propria nomina, vbi gratiam & vim ſuam plerunque amittant. Vocatur hoc ſcortum à pleriſque ἑλένη, *quòd*
B *hanc in Helena illa Troiana inhabitaſſe credi vellet Magus. Vtroque nomine illi celebrata. Porrò de Simone hoc Mago conſule latiùs Irenæum, contra hæreſes, libro primo Elenchi. Et Epiphanium, in Simonianis. Vnum locum, quo hæc hiſtoria plurimùm illuſtrabitur, ex Iuſtino Martyre Philoſopho, quẽadmodum is de Mago ad Antoninum Imp. perſcripſerit, in priore ſua pro fide noſtra defenſione adijcere nõ grauabor. Verba ipſius ſunt.*

Καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου εἰς οὐρανὸν, προεβάλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς, λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεοὺς, οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἠξιώθησαν. Σίμωνα μέν τινα, Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος, διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης, δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας, ἐν τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ, θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῖν ὡς θεὸς τετίμηται, ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν ῥωμαϊκὴν, ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ Δέῳ σάγκτῳ, ὅπερ ἐστὶ, Σίμωνι τῷ ἁγίῳ. καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, προσκυνοῦσι. καὶ Ἑλένην τινὰ τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ, κατ' ἐκεῖνο
C τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης, τὴν ἀπ' αὐτοῦ Πρώτην ἔννοιαν λέγουσι. *Luculentum hoc teſtimonium, eius viri in primis, qui proximè ad Clementis tempora acceſsit. Quanquam neſciam, an quicquam hac hiſtorica deſcriptione poſsit eſſe dilucidius. adeò apertè omnia ab origine de initijs ſectæ huius Magi repetit, & quidem planiùs, quàm alij omnes. Qui tamen plura deſiderat, Euſebium Pamph. legat, libro 2. hiſt. eccleſ. cap. 12, 13. 14. Et, Niceph. Call. lib. 2. cap. 14.*

Vnde & illi triginta quaſi ſecundũ Lunæ curſum in numero dierum poſiti videbantur: Simon hic malæ, vt diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Doſitheũ: & ſimulatis amicitijs, exorat, vt, ſi quando aliquis ex illis triginta obijſſet, in locũ defuncti ſe continuò ſubrogaret: quia neq; ſtatutũ numerum excedere apud eos fas erat: neq; ignotum aliquem inſerere, aut nondũ probatum: vnde & cæteri ſtudentes digni loco ac numero fieri, ſecundũ ſectæ ſuæ inſtituta placere per omnia geſtiunt: quò poſſit vnuſquiſq; ex his, qui illum numerum ſequuntur, cùm fortè aliquis, vt diximus, deceſſerit, dignus videri, qui in locum defuncti ſubſtitui debeat.

D *Meminit Doſithei Doſitheanorũq; aſſeclarũ, Niceph. Calliſtus libro 4. hiſt. Eccleſ. cap. 7. ex Egeſippo. Et Hieronymus aduerſus Luciferianos: &, in Epitaphio Paulæ. Item. Epiphanius Cypri libro primo Panarij, hæreſi 13. Sed nuſquã luculentiùs tota hiſtoria ab initio pertexitur, atque hîc fit à Clemente.*

Igitur Doſitheus plurimis ab hoc exoratus, vbi locus intra numerum factus eſt, introduxit Simonem. Sed hic non multò pòſt incidit in amorem mulieris illius, quã Selenen, id eſt Lunam vocant, nobiſq;, vtpote familiaribus ſuis omnia concredebat; quòd magus eſſet, & quòd amaret Selenen, quódq; gloriæ cupidus, noluit ea ingloriùs frui: ſed expectare patienter, donec honeſtè ea vti liceret: ſi tamen etiam nos cõſpiraremus ei ad omnia quæ vellet: ſed & mercedem miniſterij huius daturũ ſe nobis pollicebatur: ſummis vt honoribus affici, & dij eſſe ab hominibus crederemur: tantùm vt mihi, inquit, Simoni deferatis primatus, qui poſſum magica arte multa ſigna & prodigia oſtendere, per quæ poſsit vel gloriæ, vel ſectæ noſtræ ratio conſtare. Poſſum enim facere, vt volentibus me cõprehendere, nõ appareã: & rurſus volens

videri;

Quãta effecerit Simon per magiam.

videri,palam ſim:Si fugere velim,montes perforem,& ſaxa quaſi lutum pertranſeã: ſi me de monte excelſo præcipitem,tãquam ſubuectus ad terras illæſus deferar: Vinctus memetipſum ſoluam: eos verò,qui vincula iniecerint, vinctos reddam: in carcere colligatus,clauſtra ſponte patefieri faciam: ſtatuas animatas reddam: ita, vt putentur ab his,qui vident,homines eſſe: nouas arbores ſubitò oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem memetipſum inijciens non ardeam. Vultum meum commuto, vt non agnoſcar: ſed & duas facies habere me, poſſum hominibus oſtendere:Ouis aut capra efficiar: pueris paruis barbam producam:in aërem volando inuehar: aurum plurimum oſtendam: Reges faciam, eoſq; deijciam. Adorabor vt Deus,publicè diuinis donabor honoribus,ita,vt ſimulacrum mihi ſtatuentes,tãquam Deum colant & adorent. Et quid opus eſt multa dicere? quicquid voluero facere,potero. Multa etenim iam mihi experimenti cauſa conſummata ſunt. Denique aliquando,inquit,cùm mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum, vt meterem: ego falcem videns poſitam,præcepi ei,vt iret & meteret: & meſſuit decuplo amplius cæteris. Multa iam noua virgulta produxi de terra, & conualeſcere ea feci: & ſub momento temporis apparere feci: & montem proximum, ego ſecundo perforaui. Sed hæc cùm diceret de virgultis productis, & monte perforato: ſtupeſcebam pro eo,quòd etiam nos circumuenire vellet, quibus ſe commendare & concredere videbatur: ſciebamus enim,quod à proauis hæc fuiſſent,quæ à ſe nuperfacta perhibebat. Hæc ergò nos ab eo flagitia audientes, & horum deteriora, ſequebamur,tamen & ipſi eius ſcelera: & alios ab eo decipi patiebamur: multa etiam mentientes pro eo:& hoc,priuſquam aliquid faceret eorum,quę promiſerat,ita,vt nullis adhuc geſtis,à nonnullis tamẽ putaretur Deus. Interim in initio, cùm adhuc inter triginta Doſithei diſcipulos haberetur,cœpit ipſi Doſitheo derogare,tãquàm qui nõ integrè nec perfectè doceret,idq; eum non inuidia facere,ſed inſcientia. Verùm Doſitheus, vbi ſibi derogari ſenſit à Simone,verens,ne opinio ſua obſcuraretur apud homines, qui eum putabant,ipſum eſſe Stantem,furore cõmotus,cùm ad ſcholam ſolito conueniſſent,virga correpta verberare Simonem cœpit,&repentè per corpus eius,quaſi per fumum,viſa eſt virga tranſire: ſuper quo obſtupefactus Doſitheus, ait ad eum: Dic mihi,num tu es Stans? vt adorem te:Cumq; Simon reſpondiſſet,ego ſum:Doſitheus videns ſe non eſſe Stantem, cecidit & adorauit eum: & Simoni quidem cedit principatu ſuo,ipſiq; obedire omnem triginta virorum ordinem iubet: ſemetipſum verò in locum Simonis ſtatuit,& non multò pòſt defunctus eſt. Igitur poſt obitum Doſithei,Simon accepit Selenen,cum qua vſque ad præſens circuit: vt videtis, decipiens turbas: & adſerens ſemetipſum quidem virtutem eſſe quandam, quæ ſit ſupra conditorem Deum:Selenen verò quæ ſecum eſt,eſſe de ſuperioribus cœlis deductã, eandemq; cunctorum genitricem,adſerit eſſe ſapientiam: pro qua, inquit, Græci & barbari confligentes, imaginem quidem eius aliqua ex parte videre potuerunt: ipſam verò,vt eſt,penitus ignorârunt: quippe,quæ apud illum primum omnium,& ſolum habitaret Deum.

Quod de ſe ſe eſt pollicitus Simon, id eſt conſequutus.

Nam in Tiberi ſimulacrum erat, cui inſcriptio fuit, Simoni Deo ſancto: vt ex Iuſtino ſuprà retulimus.

Doſitheus moritur.

De ipſius morte, conſule Epiphanium.

Selenen Simon ſapientiam voluit videri: πρώτην ἔννοιαν, id eſt, primã animi conceptionem ſiue intelligentiam, auctore Iuſtin.

Epiphanius planè eadem,ſed luculentiùs recenſet:appellâſſe, ἔννοιαν καὶ πνεῦμα ἅγιον ταύτην, καὶ δύναμιν ἄνωθεν καλοῦσαν. αὕτη δὲ ἦν ἐν τοῖς ἕλλησί τε, καὶ τρωσί, καὶ ἀνωτάτω πρὶν ἢ τὸν κόσμον γενέσθαι, καὶ μετὰ τὸν κόσμον διὰ τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὰ ἴσα ἰσότυπα πεποιηκυῖα. αὕτη δέ ἐστιν ἡ νῦν σὺν ἐμοί, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα καὶ αὕτη δὲ προσεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἔννοια, ἡ παρ᾽ ὁμήρῳ ἑλένη καλουμένη. &c. τὰ πάντα ταύτην πάλαι καὶ ἔννοιαν, καὶ ἀθηνᾶν, καὶ ἑλένην, καὶ τὰ ἄλλα.

Et hæc,atque alia his ſimilia cum verborum pompa proferens, decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipſe ego vidiſſe me memini, cùm eſſet aliquando Selene illa eius in turre quadam,multitudo ingens ad eam conuenerat peruidendã; & vndique circa turrim ſtabat: at illa per omnes feneſtras turris illius omni populo procũbere ac proſpicere videbatur.Et multa alia mirabilia fecit,& facit,ita vt ſtupẽtes pro his homines, putent eum ipſum eſſe ſummum Deũ. Nam mihi aliquãdo, &

Nicetæ

A Nicetæ rogantibus, vt exponeret, quomodo hæc poſsint arte magica effici, & quæ
eſſet huius rei natura? Simon tanquam familiaribus ſuis, explanare ita cœpit: Pueri,
inquit, incorrupti, & violenter necati, animam adiuramentis ineffabilibus euoca-
tam adſiſtere mihi feci, & per ipſam fit omne, quod iubeo. Et ego: Eſt'ne, inquā, poſ-
ſibile animæ hæc facere? Ille reſpondit: Hoc vos ſcire volo, quia ſecundum locum
poſt Deum obtinet anima hominis, cùm exuta fuerit à corporis ſui tenebris. Statim
déniq; & præſcientiam habet, propter quod euocatur ad necromantiam. Et ego re-
ſpondi: Cur ergò interfectorum animæ non vlciſcuntur interfectores ſuos? At ille:
Non meminiſti, inquit, quod dixi, quia cùm exierit de corpore, etiam præſcientiam
habet? Memini inquam. Ob hoc, inquit, cùm excedit è corpore, ſtatim prænoſcit fu
turum eſſe iùdicium: & vnumquemq; pro his, quę hic egerit malis, pœnas daturum:
& ideo nolunt vlciſci interfectores ſuos, quia & ipſæ pro ſuis malis, quæ hic commi-
ſerant, perferunt cruciatus: & illos ſciunt in iudicio grauiora manere ſupplicia. Su-
B per hęc autem omnia, nec permittitur eis exire, aut facere quicquam, ab Angelis qui
eis præſunt. Et ego reſpōdi: Si non permittitur eis ab Angelis huc venire, aut facere,
quod volunt: quomodo Mago euocanti obtemperat anima? Ipſis, inquit, animabus
venire volentibus non indulgent: cùm verò hi, qui præſunt angeli, adiurati fuerint
per màiorem ſuum, excuſationem habent noſtræ, qui eos adiuramus, violentiæ: vt
permittant exire animas, quas euocamus: non enim illi peccant, qui vim patiuntur,
ſed nos, qui inferimus, neceſsitatem. Ad hæc Niceta, vltrà non ferens, ppropere re-
ſpondit, quod & ego quidem facturus eram: ſed priùs eum expiſcari de ſingulis cu-
piebam: ſed, vt dixi, Niceta præueniens: Et tu, inquit, nō times diem iudicij, qui vim
Angelis facis? & animas euocas? & homines decipis? & honorem tibi diuinum ab
hominibus mercaris? Et quomodo nobis perſuades, quod neq; iudicium erit: vt nō-
nulli Iudæorum fatentur: neq; animæ immortales ſint, quod videtur pluribus, cùm
ipſe oculis tuis videas eas, & commonitionem diuinī iudicij capias ex ipſis.

Abſurdum commentū Simonis de puero necato, etiam hodie receptum apud magos.

Simon ſemetipſe cōfodit. ita nuſquā ſibi cōſtat Mēdacium.

Genij præſides animarum.

C *Nonnulli Iudæorum. Hi dicebantur Sadducæi hæc & iudicium extimum, & reſurrectionem, & immortalitatem negantes animi: vnde Chriſto memorabilem illam quæſtionem de Reſurrectione. Matt. 22. propoſuerunt. ea nota eſt.*

His ab eo dictis impalluit Simon, & tamen poſt paululū recolligens ſe, ita reſpon-
dit: Ne putetis, inquit: quòd generis veſtri homo ſim ego, neq; Magus ſum: neque
amator Selenes: neq; Antonij filius. Antè enim, quàm mater mea Rachel conueni-
ret, cū eo, adhuc virgo cōcepit me, cùm eſſet in poteſtate mea, vel paruū eſſe, vel ma-
gnum: & hominē inter homines apparere. Tentandi ergo gratia vos primos aſſum-
pſi amicos, vt in cęleſtibus & ineffabilibus locis meis primos vos collocem, cùm pro-
bauero. Humana ergo de meipſo mētitus ſum, vt vos manifeſtiùs cōprobarem, num
integrum erga me ſeruaretis affectū. Ego verò hæc audiens, ipſum quidem miſerum
iudicans: impudentiam tamen eius admirans: & pro eo ipſe erubeſcens: ſimul & ve-
ritus, ne quid in nos moliretur mali, innuo Nicetæ, paulìſper vnà mecū ſimulare: &
D aio ad eū: Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus, incorruptibilis Deus:
ſed ſuſcipe magis affectū noſtrum, & animum volentem ſcire, qui ſit Deus: nondum
enim ſciebamus, quis eſſes: & nec aduertebamus, quia tu es, quē quærebamus. Hæc
& his ſimilia vultu pro re aptato proſequentibus nobis, vaniſsimus credidit nos de-
ceptos, & eò magis elatus addidit etiam hæc: Propitius vobis iam ſum, pro affectu,
quem erga me Deum geritis: me enim diligentes, neſciebatis: & me quærentes, igno
rabatis. Sed nolo dubitetis, quia hoc eſt verè Deū eſſe, cùm poteſt quis paruus effici,
vel magnus, ſi voluerit: nam quoquo modo apparere hominibus poteram. Nūc ergo
incipiam vobis aperire, quod verum eſt. Ego virtute mea quodā tempore aërem ver-
tens in aquā: & aquā rurſum in ſanguinē, carnemq; ſolidans, nouū hominē puerum
formaui: & opus, cōditore Deo multò nobilius, protuli. Ille enim creauit hominē è
terra: ego autem, quod eſt difficiliùs, ex aëre: quemq; rurſus reſoluens aëri reddidi:
ſpeciem tamen eius, imaginemq; depictam in interiore cubiculo collocaui, vt eſſet

Simon mētitur ſe ex virgine natum.

Præfert ſe Deo Simō: è numeratis fictitijs & inutilibus miraculis.

indicium

indicium ac memoria operis mei. Hæc autem intelligebamus eum dicere pro puero illo, cuius vi, necati animâ, ad ea, quæ volebat, miniſteria vtebatur. Petrus ergo hæc audiens, cum lachrymis ait:

Petri lacrimabundi de ipſius Magi impietate & periculoſiſſima cæcitate oratio, cauſas recenſens, vnde & cur homines Chriſto & religioni aduerſentur.

Miror admodum immenſam Dei patientiam: & è contrario, in nonnullis humanæ temeritatis audaciam. Quæ enim ratio inueniri vltrò poterit, quæ Simoni ſuadeat, quod Deus iudicet iniquos, cùm ipſe ſibi perſuadet, quòd animarum obedientia ad ſcelerum ſuorum vtatur miniſterium? re autem vera à dæmonibus illuditur: tamen, cùm per hæc ipſa certus ſit, quod immortales ſunt animæ, & iudicãtur pro his, quæ geſſerint: & qui ſe putet reipſa videre ea, quæ nos fide credimus, quamuis, vt dixi, illudatur à dæmonibus: tamen arbitratur ſe ipſam animæ videre ſubſtantiã: Quando hic, inquam, fatebitur vel malè ſe agere in tanto malo poſitus? vel iudicandum ſe pro his, quæ gerit? qui ſciens, Dei iudicium contemnit, & inimicum ſe exhibet Deo, & audet tam nefanda committere?

Tres docet cauſas Petrus, quæ cogunt aduerſari mortales Chriſto, & veræ religioni: Ignorantiam, peccatorum multitudinem, ſuperbiam.

Vnde certum eſt, fratres mei, nonnullos veritati ac religioni Dei non ideo aduerſari, quòd eis nequaquam ratio fidei cõſtare videatur: ſed, quia [1] aut nimietate quadam peccatorum inuoluti: aut [2] malis ſuis præuenti, & tumore cordis elati ſunt: ita, vt nec ea quidem credãt, quæ oculis ſuis ſe videre arbitrantur. Verùm, quoniam ingenita ergà conditorem Deum ſufficere ad ſalutem videbatur affectio, his, qui diligerent eum: ſtudet inimicus hanc affectionem in hominibus peruertere: & inimicos eos efficere, atque ingratos cõditori ſuo. Teſtor autem cœlum ac terram, quòd ſi, quantum cupit inimicus deſæuire, permitteretur etiam à Deo: olim omnes homines deperiſſent: ſed miſericordiæ cauſâ non ſinit Deus. Quod ſi affectum ſuum homines conuerterent ad Deum, omnes ſine dubio ſaluarentur, etiam ſi pro aliquibus delictis ob iuſtitiam corripi viderentur. Sed nunc plurimi hominum inimici effecti ſunt Dei, quorum malignus corda penetrauit: & affectum, quem eis conditor Deus inſeruerat, vt erga ſe haberent, in ſemetipſum deflexit. Aliorum verò ijs, qui aliquãtulùm vigilare videbãtur, in phantaſia gloriæ & ſplendoris apparẽs: & magna quædam atq; ingentia repromittens: euagari nihilominus à Deo vero mentem atq; animum fecit: quæ tamen perpetrare, ei iuſta quadam permittitur ratione.

Aquilæ docta quæſtio, Cur aliquid dæmonibus in homines permittatur. Quam Petrus eleganti ſimilitudine doctè explicat.

Ad hæc Aquila reſpondit: Quid ergo delinquunt homines, ſi malignus transformans ſe in ſplendorem lucis, maiora repromittit hominibus, quàm ipſe cõditor Deus? Et Petrus: Puto, inquit, hoc iniuſtiùs nihil eſſe: & quatenus iniuſtum ſit, audi. Si filius tuus qui à te omni diligẽtia eruditus eſt, & nutritus, atq; ad virilẽ perductus ætatem, ingratus tibi ſit: & relinquens te, ad alium, quem fortè ditiorem viderit, eat: & honorem, quem tibi debebat, illi exhibeat: ac ſpe maioris lucri Naturam neget, & iura paterna defugiat: rectum tibi videtur, an impium? Et Aquila reſpondit: Omnibus palam eſt, quod impium ſit. Et Petrus: Si ergo in hominibus hoc impium dicis: quantò magis in Deo, qui ſupra omnes homines honore ab hominibus dignus eſt? cuius non ſolùm beneficijs fruimur: verum & ope ac virtute eſſe cœpimus, cum nõ eſſemus: cuiq; ſi placeamus, merebimur ab eo, vt etiam æterni in bonis ſimus. Vt ergo infideles à fidelibus: & pij diſcernantur ab impijs: permiſſum eſt maligno, vti his artibus, quibus ſingulorum erga verum parentem probentur affectus. Quòd ſi verè eſſet aliquis Deus alienus: tamen ab eo, qui nos creauerat, quiq; nobis pater, & conditor fuerat, rectúmne erat, relicto proprio tranſire ad alienum? Et Aquila: Abſit, inquit. Tum Petrus: Quomodo ergo dicemus malignam eſſe cauſam peccati noſtri? cùm hoc permiſſu Dei fiat, vt per ipſum probentur, & in die iudicij arguantur, hi,

Solutio. Dæmones adfligunt vt probetur cõſtantia noſtra.

A hi,qui maioribus pollicitationibus inuitati,veri patris & conditoris ſui reliquerint pietatem: hi verò, qui fidem & charitatem proprij patris, etiam cum paupertate, ſi acciderit,& cũ tribulatione ſeruauerint,donis cœleſtibus in regno eius, & immortalibus muneribus perfruantur?Sed hæc aliâs diligentiùs exponemus. Quid autem Simon egerit poſt hæc,ſcire cupió. & Niceta reſpondit:

Redit volente Petro ad hiſtoricam narrationem Niceta de Mago,vſque ad ſuam conuerſionem.

Vbi intellexiſſe eum ſenſimus,quod deprehenſus eſſet à nobis, colloquuti inter nos de ſceleribus eius,reliquimus eum: & ad Zachæum venimus,hæc ipſa ei,quæ tibi nunc protulimus,indicantes. At ille benigniſsimè nos ſuſcipiens,& de fide Domini noſtri Ieſu Chriſti édocens,fidelium numero ſociauit. Cumq; hæc Niceta dixiſſet, Zachæus qui paulò antè egreſſus fuerat, ingrediebatur,dicens: Tempus eſt, vt procedas ad diſputandũ Petre:turba enim multa in atrio domus congregata te operitur: quorum in medio,multis fultus ad ſcelus aſſeclis,cõſtitit Simon. Tum Petrus,

DISPVTATIO PETRI CVM MAGO

B vt hæc audiuit, orationis gratia ſecedere me iubens, nondum enim eram dilutus à peccatis,quæ in ignorantia commiſeram,ait ad reliquos: Oremus fratres,vt Deus per Chriſtum ſuum pro ineffabili miſericordia ſua adiuuet me exeuntem pro ſalute hominum,qui ab ipſo creati ſunt, & hæc cùm dixiſſet, oratione facta, proceſsit ad atrium domus,in quo erat multitudo plurima populi congregata: quos vbi omnes ſummo ſilentio ad ſe intentos vidit,& magum Simonem in medio eorum, velut ſigniferum,ſtantem,hoc modo cœpit:

Principio Petrus congreſſurus cum Simone,orat:& hortatur cæteros, vt orent pro fœlici diſputionis ſucceſſu.

Salutatio pacis,principium diſputationis iuxta Chriſti præceptum, Matth.10. quam eleganter Petrus enarrat, vt auditores faciat attentos,amanteſque veritatis.

Pax vobis ſit omnibus,qui parati eſtis dare dexteras veritatis. quicũq; enim obediunt ei,videntur quidem aliquid gratiæ referre Deo: porrò autem ipſi ab eo donũ ſummi muneris cõſequuntur, iuſtitiæ eius ſemitis incedentes. propter quod primũ eſt omnium,iuſtitiam Dei,regnumq; eius inquirere.Iuſtitiam quidem,vt rectè agere
C doceamur: regnum verò,vt quæ ſit merces poſita laboris & patientię nouerimus: in quo eſt bonis quidem æternorum bonorum remuneratio: his autem, qui contra voluntatem Dei egerint,pro vniuſcuiuſq; geſtis pœnarum digna reſtitutio. Hîc ergo,hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet vos agnoſcere voluntatem Dei, vbi & agenti locus eſt. Nam ſi quis velit antè, quàm actus ſuos emendet, de his requirere: quæ non poteſt inuenire: ſtulta & inefficax erit huiuſcemodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt,& iudicium Dei,geſtorum cauſa agetur: non quæſtionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus,quid nos,aut qualiter agere oporteat,vt æternam vitam conſequi mereamur?Nã ſi exiguum hoc vitę tempus per inanes occupemus, & inutiles quæſtiones: inanes ſine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum: vbi iudicium,vt dixi, operum noſtrorũ fiet. Vnaquæq; etenim res,ſuum tempus habet & locum. Operum hîc locus,hoc tempus eſt: meritorum ſeculum futurum. Ne ergo impediamur,ordinem locorum,ac temporum permutantes: primò quæ ſit Dei
D iuſtitia requiramus: vt tanquam iter acturi,abundãti viatico bonis operibus repleamur,quo poſsimus ad regnum Dei,tanquam ad vrbem maximam peruenire. Deus enim his,qui rectè ſentiũt,per ipſa opera mundi,quæ fecit manifeſtus eſt,ipſius creaturæ ſuæ vtens teſtimonio: & ideo, cùm de Deo dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc eius iuſtitia requiramus & regno.Quod ſi aliquid nobis de ſecretis & reconditis inquirendum ſuggerit mens noſtra, antequam de operibus iuſtitiæ requiramus,rationem reddere nobiſmetipſis debemus: quia ſi bene agentes ſalutem conſequi meruerimus, tanquam caſti & mundi euntes ad Deum, ſpiritu ſancto replebimur: & omnia,quæ ſunt ſecreta & occulta,ſine vlla quæſtionum cauillatione noſcemus: quæ nunc,etiam ſi totum quis vitæ ſuæ tempus in inquirendo cõſumat, non ſolùm non poterit inuenire: ſed & maioribus ſe erroribus infert: quia non per viam priùs iuſtitiæ incedens,ad portum vitæ peruenire contendit. Et proptereà ſuadeo, primò iuſtitiam eius eſſe requirendam: vt per hanc iter agentes, & in via poſiti veritatis,

Matth.6.

Dè quibus diſputari velit, doctè docet.

Veniet enim nox vbi nemo operari poterit. Ioan.9.

Rom.1.

Propoſitio.

Nihil proficitur in ſcripturis diuinis ſine ſpiritu ſancto: & ſtudio ſanctè viuendi.

Pulcerrima deſcriptio curſus huius vitæ.
Via.
Viatores.
Porta.
Vrbs.

tatis,verum Prophetam inuenire poſsimus: non velocitate pedum: ſed operum bonitate currẽtes: vt ipſo duce vſi,nullum viæ huius patiamur errorem. Si enim ipſum ſequẽtes,ingredi meruerimus illam,quò peruenire cupimus, ciuitatem: omnia iam, de quibus quæritur,oculis videbimus,tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaq; viam,eſſe hunc vitæ noſtræ curſum. Viatores,eos,qui bona opera gerunt. Portam,verum Prophetam,de quo dicimus. Vrbem, regnum eſſe, in quo reſidet omnipotens pater,quem ſoli videre poſſunt hi,qui mundo ſunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor: quia in fine eius requies erit:nam & ipſe verus Propheta ab initio mundi,per ſeculum currens,feſtinat ad requiem. Adeſt enim nobis omnibus diebus: & ſi quando neceſſe eſt, adparet, & corrigit nos, vt obtemperantes ſibi ad vitam perducat æternam. Mea ergo iſta ſententia eſt,ſicut & vero Prophetæ viſum eſt, vt primò de iuſtitia requiratur: ab his maximè, qui Deum ſe noſſe profitentur. Si ergo habet aliquis,quod eſſe rectiùs putet, dicat: & cùm dixerit, audiat: ſed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio,ſalutationis ſpecie pacem cunctis precatus ſum.

Magus reijcit,tanquam ineptam ad veritatis inquiſitionem, Pacem. atque Simonis illud hactenus in pleriſque ſcholis theologorum mirè locum habuit. Philoſophatur autem Magus eleganter,iuxta mundi ſapientiam optat,euehitq́ue pugnam præ pace,eamq́ue pacis matrem vocat,eſtq́ue ea ſententia Heſiodi priore de officijs & diebus libro. Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. Atque hîc cernitur,quàm inutilis ſit ad regni Dei myſteria,carnis prudẽtia. Petrus explicat contrà, quam pacem velit, vt cum quiete ſcilicet & ordine veritas,non rixoſè quæratur. ac ſuam ſententiam illuſtrat eleganti ſimilitudine,cauſisq́; firmat.

Ad hæc Simon reſpondit: Nos pace tua opus non habemus: ſi enim pax ſit & cõcordia,ad inueniendam veritatem nihil proficere poterimus: habent enim inter ſe pacem & latrones: & ſcortatores: & omnis nequitia cũ ſemetipſa concordat: & nos ergo, ſi ob hoc conuenimus, vt pacis cauſa omnibus, quæ dicuntur, præbeamus adſenſum,nihil auditoribus conferemus: ſed è contrario illuſis eis, nos amici diſcedemus: propter quod noli inuocare pacem:ſed magis pugnam matrem eius,& ſi potes, expugna errores. Nec requiras amicitiam iniuſtis adſentationibus paratã:hoc enim te ante omnia ſcire volo,quia duobus inter ſe dimicantibus,tunc erit pax, cùm alter ceciderit ſuperatus: & ideo pugna,vt potes,nec requiras pacem ſine bello,quod impoſsibile eſt: aut ſi poteſt fieri,oſtende. Ad hæc Petrus. Attentiùs audite, ô viri, quæ dicimus. Ponamus mundum hunc campum eſſe aliquem magnum:& ex duabus ciuitatibus,quarum Reges ſibi inuicem ſint contrarij,miſſos eſſe ſingulos ad dimicandum Duces: & illum quidem boni Regis ducem,conſilium dare,vt vterq; exercitus abſq; ſanguinis profuſione,melioris in rêgis iura cõcedat: quo ſine periculo omnes ſalui fiant: illum verò contrarium dicere:Non,ſed pugnetur: vt non,qui dignus eſt, ſed qui fortior ipſe cum his,qui euaſerint: regnet. Quæſo vos,quid magis eligeretis? nõ dubito,quin,vt cum incolumitate omniũ,Regi meliori manus darentur: & ego nunc nõ,vt Simon ait,pacis cauſa adſenſum volo cõmodari,his, quæ malè dicuntur: ſed vt cum quiete & ordine veritas requiratur. Nõnulli enim in diſputationum certamine,vbi errorem ſuum ſenſerint confutari,cauſa perfugij conturbare continuò incipiunt,& mouere lites,ne palàm fiat omnibus,quod ſuperãtur: & propterea ego frequenter exoro,vt cum omni patientia & quiete indago diſputationibus habeatur,vt ſi fortè aliquid minùs rectè dictum videatur,repetere id,& apertiùs liceat explanare: ſolet enim interdum aliter dici quid,& aliter audiri: dum aut minùs lucidè profertur,aut minùs vigilanter aduertitur:& ob hoc patienter cupio haberi ſermonem,vt neq; ſubripiat alter alteri: neq; ſermonẽ dicentis,intempeſtiuus ſermo contradicentis interrumpat: neq; reprehendendi ſtudiũ geramus:ſed liceat, vt dixi, minùs planè dicta repetere:vt examinatione iuſtiſsima clareſcat veritatis agnitio. Scire enim debemus,quia,ſi quis à veritate vincatur,nõ ipſe vincitur,ſed ignorãtia, quæ in ipſo eſt,quæ eſt dæmon peſsimus: quàm qui potuerit effugare, ſalutis accipit palmã.

Verè enim dictum eſt.
Nimiũ altercando veritatem amitti.
*

Reſpondet ei, quod Magus Petrum dixerat mentione pacis diuerticula quærere.

Propo-

A Propoſitum nanq; nobis eſt,prodeſſe auditoribus: non, vt malè viuamus, ſed vt pro agnitione veritatis bene viuamus.Si enim veritatis inquirendæ ſtudio ſermo moueatur,etiam ſi quid minùs plenè pro humana fragilitate dicemus:Deus pro ineffabili ſua bonitate,ea quæ deſunt,latenter auditorum ſenſibus abimplebit. Iuſtus eſt enim,& ſecundum vniuſcuiuſq; propoſitũ,alijs quidem in promptu facit eſſe,quod quæritur: alijs verò obſcurum reddit,etiam quòd palàm poſitum eſt. Quia ergo via Dei,via pacis eſt: cũ pace,quæ Dei ſunt,requiramus ad hæc ſi quis habet, quod proſequatur,locus eſt.Si verò nullus eſt,qui reſpõdere velit,ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio poſſunt obijci,ipſe in medium prolata,diſſoluam.Cùm ergo Petrus cœpiſſet continuare ſermonem,Simon interrupta oratione eius.

Pro cuiuſq; ſtudio vel clara, vel obſcura ſunt myſteria diuina.

Magus rurſus interturbat & interpellat Petrum,pacem modeſtiamque in diſputando reijciens, arguens eum imperitiæ,qui contraria magiſtro doceat,quòd is gladium,non pacem docuerit, peruertens in aliam ſententiam Chriſti domini verba.

B Cur,inquit,feſtinas ipſe tibi dicere,quæ tibi videntur?Intelligo verſutias tuas:vis enim tibi ea ipſe proponere,quorum abſolutio benè tibi meditata eſt: vt ignorantibus turbis,videaris rectè aliquid dicere: ſed apud me non tibi erit horum locus.Nũc ergo,quoniam,vt vir fortis polliceris te omni volenti proponere reſponſurum, mihi interim primò reſpondeto. Et Petrus: Paratus,inquit, ſum: tantùm vt cum pace ſit ſermo.Tunc Simon: Non vides,inquit,inperitiſsime, quòd contraria agis magiſtro tuo? pacem depoſcens,quod vtiq; non conuenit ei,qui expugnaturum ſe promittit ignorantiam?Aut,ſi tu rectè pacem ab auditoribus poſcis,non rectè magiſter tuus dixit.Quia non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Aut enim tu bene dicis,& ille non bene: aut ſi magiſter tuus benè: tu peſsimè: qui non intellexiſti cõtraria te proferre ei,cuius te diſcipulum profiteris.

Petrus rectè ſeruatoris ſententiam explicat à Mago peruerſam.

Ad hæc Petrus: neq; qui miſit me,malefecit,gladium mittere in terram: neq; ego
C contraria ei ago,auditorum pacem requirens.Sed tu & imperitè & temerè reprehẽdis ea,quæ non intelligis: etenim quia pacem non venit mittere in terram magiſter non audiſti: quod autem dixerit audiſti: Beati pacifici, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur: Propter quod non ego magiſtro diuerſa ſentio,pacem perſuadens: quam ille ſeruantibus beatitudinem poſuit.

Matth. 5.
Matth. 10.

Simon Magus inſtat,ſophiſticè garriens, ſeruatorem non ſeruâſſe pacem ideoque nec diſcipulos ſeruare debere.

Et Simon ait: Pro magiſtro reſpondere cupiens, ô Petre, multò eum grauiùs accuſâſti,ſi cùm ipſe non venerit pacem facere,hanc alijs ſeruare præceperit. Et quomodo alius ille eius ſermo conſtabit,quem dixit?Quia ſufficit diſcipulo, vt ſit, ſicut magiſter eius.

Diſtinguit Petrus pacis & Gladij vocabula. Gladium eſſe difficultatem patientiæ, labores & moleſtiam ob pietatem.Præterea Gladium vocari,bellum verbi & confutationem falſæ doctrinæ: denique pu
D *nitionem contemptorum Euangelij, elegantiſsime.*

Petrus ad hæc: Magiſter,inquit, noſter, qui erat verus Propheta, & ſui in omnibus memor,neq; ſibi contraria loquutus eſt: neq; nobis ab his,quæ ipſe gerebat, diuerſa mandauit.Quòd enim ait:Non veni pacem mittere in terram,ſed gladium: & ex hoc videbitis ſeparari patrem à filio: filium à patre:virum ab vxore:& vxorẽ à viro: & matrem à filia: filiam à matre: fratrem à fratre,ſocrum à nuru: amicum ab amico: Hæc omnia cõtinent doctrinam pacis: & quomodo,audi. Initio prædicationis ſuæ, vtpote,qui vellet omnes inuitare & adducere ad ſalutem,ac patientiam laborũ, tentationumq; habendam ſuaderet: pauperes beatificat, eosq; pro penuriæ tolerantia adepturos eſſe pollicebatur regna cælorum: vt ſub tanta ſpe æquanimiter paupertatis pondus,ſpreta cupiditate portarent. Eſt enim vnum & maximum ex pernicioſiſsimis peccatis,cupiditas.Sed & eſurientes, & ſitientes æternis bonis iuſtitiæ ſaturandos eſſe promiſit, vt egeſtatem toleranter ferentes, nihil pro hac iniuſti operis

Spe mercedis Chriſtus labores huius vitæ nobis edulcauit:

molirentur. Mundos quoq; corde ſimiliter beatos dicebat, & per hoc Deũ viſuros:
vt vnuſquiſq; adipiſci tantũ cupiens bonũ,ſemetipſum à peſsimis & pollutis cogita-
tionibus cõtineret. Sic ergo magiſter noſter diſcipulos ad patientiã virtutis inuitãs,
bonum pacis,etiam cum labore patientiæ,ſuadebat eſſe ſeruandũ. Econtrario verò
eos,qui in diuitijs ac luxuria verſabantur,lugebat,qui nihil pauperibus largiebãtur,
arguens eos rationẽ reddituros: quia proximos ſuos,quos diligere, ſicut ſeipſos de-
buerant,ne in egeſtate quidem poſitos miſerati ſunt. Hæc aũt dicens, alios quidem
obedire fecit: alios verò reddidit inimicos. Credentibus ergo & obedientibus pacé
Pax. habere inter ſe inuicem iubet,& ipſis dicit: Beati pacifici,quia ipſi filij Dei vocabū-
tur.His aũt,qui non ſolũ nõ credidère,verùm & aduerſarij doctrinæ eius facti ſunt:
bellum verbi & confutationis induxit: quia ex hoc videbitis ſeparari filium à patre:
Bellum verbi intelligendum in gladio. & virum ab vxore: & filiam à matre: & fratrem à fratre: & nurum à ſocru: & inimici
hominis domeſtici eius.In vnaquaq́; enim domo,cùm inter credentem & non cre-
dentem cœperit eſſe diuerſitas,neceſſario pugna fit: incredulis quidem cõtra fidem
dimicantibus: fidelibus verò in illis errorem veterem, & peccatorum vitia confutã-
Lucæ 11. tibus.Similiter quoq;, etiam erga Scribas & Phariſæos vltimo doctrinæ ſuæ tempo-
re bellum gerit,arguens eos ſuper actibus nõ bonis, & non recta doctrina, & quòd
clauem ſcientiæ,quam à Moyſe traditam ſuſceperunt,occultarent: per quam poſsit
ianua regni cœleſtis aperiri.Sed & nos ad prædicandũ mittens Dominus noſter præ-
Matth. 10. cepit nobis,vt in quamcunq́; ciuitatem vel domum introierimus,dicamus:Pax huic
domui: & ſiquidem,inquit,fuerit ibi filius pacis,veniet ſuper eum pax veſtra: ſi verò
non fuerit,pax veſtra ad vos reuertetur.Exeuntes aũt de domo,vel de ciuitate illa,vt
etiam puluerem,qui adhæſerit pedibus noſtris,excutiamus ſuper eos. Tolerabilius
aũt erit terræ Sodomorum,& Gomorrhæorũ in die iudicij,quàm illi ciuitati vel do-
mui.Quod vtiq; ita demum præcepit fieri,ſi priùs in ciuitate vel domo veritatis ſer-
mo prædicetur: ex quo vel recipientes veritatis fidem,filij pacis & filij Dei fiant: vel
non recipientes arguantur,quaſi inimici pacis & Dei.Ita ergo & nos,magiſtri inſti-
tuta ſeruantes, pacem primò proponimus auditoribus, vt abſq; vlla perturbatione
poſsit via ſalutis agnoſci.Quod ſi quis pacis verba non ſuſcipit,neq; acquieſcit veri-
tati: ſcimus aduerſum eum pugnam verbi mouere, & arguere acriùs: confutando
ignorantiam, & redarguendo peccata. Neceſſario igitur pacem proponimus, vt ſi
quis eſt filius pacis, pax noſtra veniat ſuper eum: ab eo autem, qui ſe alienum pacis
effecerit, regredietur ad nos pax noſtra. Non ergo,vt putas, conſenſu malorum pa-
cem proponimus: nam vtiq; continuò tibi dexteram dediſſemus: ſed vt per quietem
& patientiam diſſerẽtibus nobis,qui ſit ſermò verus, faciliùs ab auditoribus digno-
Matth. 12. ſcatur. Si autem diſsideas & diſcordes à temetipſo, quomodo ſtabis? Neceſſe eſt, vt
cadat,qui in ſemetipſo diuiditur.Omne enim regnum in ſemetipſum diuiſum, non
ſtabit.Ad hæc ſi quid videtur,dicito.

Fugit Magus ad alia: cauſaturq́ue Chriſtum docuiſſe contraria: ideoq́ue nec Prophetam eſſe poſſe. Sed in his,quæ ſunt aperta,nihil porrò notabimus: contenti argumenti explicatione.Sit hæc hactenus ad librorum lectionem commodiorem εἰσαγωγὴ quædam.

Et Simon: Stultitiam tuam demiror. Sic nobis magiſtri tui verba proponis, quaſi
certum de eo habeatur, quod Propheta ſit:quem ego perfacilè demõſtrare poſſum,
multa ſibi contraria loquutum.Deniq; ex his, quæ ipſe protuliſti,arguã te: ais enim
dixiſſe eum,omne regnum,vel omnis ciuitas diuiſa in ſemetipſa, non ſtabit. Et alibi
iterum ais eum dixiſſe,quia ipſe miſerit gladium,vt ſepararet eos,qui in domo ſunt:
ita, vt diuidatur filius à patre: & filia à matre: & frater à fratre: vt ſi fuerint in vna do
mo quinq;,diuidantur tres aduerſum duos, & duo aduerſum tres. Si ergo omne
quod diuiditur,cadit: iſte, qui diuiſiones facit,cadendi præſtitit cauſas: & ſi talis eſt,
vtiq; malus eſt.Ad hæc reſponde ſi potes.Et Petrus: Non temerè déroges, ô Simon
his,quæ non intelligis.Primò ergo reſpõdeam pro eo,quod ais,me magiſtri mei ver-
ba proponere,atq; ex ipſis ea,de quibus dubitatur,abſoluere.Dominus noſter mit-
tens

A tens nos Apoſtolos ad prædicandum, præcepit nobis, vt doceamus omnes gẽtes, de his,quæ mandata ſunt nobis:Neq; ergo dicere ea,vt ab ipſo dicta ſunt, poſſumus.Nõ enim dicere, ſed docere ea in mandatis habemus: & ex ipſis oſtendere, quomodo vnumquodq; eorum veritate ſubnixum ſit.Neq; rurſus proprium nobis aliquid dicere permiſſum eſt.Sumus enim miſsi: & neceſſariò, qui miſſus eſt,illud quod iuſſus eſt, nunciat: & voluntatẽ mittentis exponit.Nam ſi aliud dicã, quàm præcepit mihi ille,qui me miſit,falſus ero Apoſtolus: qui nõ illud dico,quod iuſſus ſum dicere: ſed quod mihi videtur: quod qui facit,vtiq; ſe meliorem vult oſtendere, quàm eſt ille, à quo miſſus eſt: & eſt ſine dubio præuaricator.Si verò ea,quæ iuſſus eſt,proſequatur: eorũq; adſertiones manifeſtiſsimas proferat,Apoſtoli opus exequi videbitur: quod ego nunc implere contendens,non tibi placeo. Non ergo reprehendas, quod eius, qui me miſit,proferam verba: ſed ſi eſt in illis aliquid, quod non ſit integrè dictum, inde me vt arguas,licet. quod tamen nullo modo fieri poteſt. Aut ſi non putas eum
B Prophetam eſſe,hoc primò requiratur.

Apoſtolorũ eſt docere, non dicere, id eſt Chriſtũ ſua proponere.

Apoſtolorũ opus quale.

Magus diuerticula quærit.

Et Simon: Non opus habeo hoc diſcere abs te: ſed quomodo ſibi iſta conueniat. Si enim inconſonans oſtendetur:ſimul etiam Propheta non eſſe docebitur.Tum Petrus:Sed ſi priùs,inquit,oſtendero eũ Prophetã,hoc, quod videtur eſſe incõſonans, nõ erit· neq; enim ex cõſonantia,quis Propheta eſſe probatur: quia hoc multis poſſibile eſt facere: quod ſi conſonantia Prophetam nõ facit, multò magis nec incõſonantia.Quia ergo multa ſunt,quę videntur quidẽ inconſona eſſe nõnullis:habẽt tamen profundiore ratione in ſemetipſis conſonantiã:ſicut & aliqua videntur habere conſonantiam: diſcuſſa diligentiùs, inueniuntur inconſona: hac dẽ cauſa aliam nõ puto rectiorẽ eſſe viam ad horũ diſcrimẽ,niſi,vt priùs cognoſcamus,ſi is qui loquutus eſt ea, quæ videntur inconſona, Propheta ſit.Si enim inuenitur Propheta eſſe, omnia illa,quæ videntur ſibi eſſe cõtraria,conſtat habere cõſonantiam,ſed nõ intel-
C ligi.De his ergo probamenta rectiùs requirentur.Nos enim Apoſtoli illius, qui nos miſit,verba exponere miſsi ſumus,& adfirmare ſententias:proprium verò dicere aliquid,nõ habemus in mandatis: ſed verborũ illius, vt dixi,aperire veritatẽ. Et Simon ait: Doce ergo nos,quomodo cõueniat,vt is,qui diuiſiones facit:quę diuiſiones cadere faciant eos,qui diuiduntur:vel bonus videatur,vel ad hominum ſalutẽ veniſſe? Et Petrus: Audi,quomodo magiſter noſter omne regnũ,& oẽm domũ diuiſam aduerſum ſemetipſam,dixit ſtare non poſſe. Hoc aũt cùm ipſe fecit, vide, quomodo ad ſalutẽ cedat.In errore poſitum mundi regnũ, vel vnãquanq; in eo domũ, verbo veritatis diuidit: proculdubio vt cadat error, & veritas regnet. Quod ſi alicui accidat domui,vt error introductus per aliquẽ diuidat veritatẽ: cùm error obtinuerit,certũ eſt,veritatem ſtare non poſſe.Et Simon: Sed incertum eſt,vtrum magiſter veſter errorẽ diuidat,an veritatẽ. Et Petrus: Iſtud alterius quæſtionis eſt. Sed ſi conſtat apud te,quia omne, quod diuiſum fuerit, cadit: ſupereſt,vt oſtendam, ſi tãtùm cum pace
D audire vis,quod Ieſus noſter errorem diuiſerit,ac reſoluerit: docendo veritatem. Tũ Simon.Omitte,inquit,ſermonẽ pacis frequenter iterare: quid verò ſit, quod ſentis, aut credis,breuiter expone.Et Petrus ait:Quid times crebrò audire de pace? an ignoras,quia perfectio legis pax eſt? ex peccatis enim bella naſcũtur & certamina:vbi aũt peccatum non ſit,pax eſt animæ:vbi verò pax eſt,in diſputationibus veritas,in operibus iuſtitia inuenitur.Et Simon: Videris mihi non poſſe profiteri,quod ſentis.Et Petrus: Dicam ex arbitrio,tamen non tuis verſutijs coactus. Cupio enim, quod ſalutare & vtile eſt, omnibus adduci in notitiam: & ideo proferre quàm breuiſsimè non morabor:Vnus eſt Deus,idem qui conditor mũdi,iuſtus iudex,& vnicuiq; pro actibus ſuis quãdoq; reſtituens. Iam verò pro adſertione horum, ſcio innumera poſſe verborum millia commoueri.Et Simon ait: Miror quidem velocitatem ingenij tui: non tamen amplector errorem fidei tuæ: prudenter enim præuidiſti,quod tibi contradici poſſet è turba:ideo etiam ipſe profeſſus es,quòd pro abſertione horum,innu-

A capite vult Petrus progredi.

Conſonantia nõ facit prophetã.

Nihil proprium dicere, Apoſtoli eſt.

Veritatis verbũ diuidit homines.

Ecce, quã ſit impio inuiſa pax.

Perfectio legis eſt pax.

Sũmatim aliam proponit quæſtionem Petrus: An ſit vnus Deus.

mera verborum millia mouebuntur: nulli enim concordat profeſsio fidei tuæ. Denique, quod vnus ſit Deus, cuius ſit opus mundus: hoc primùm quis recipiat? puto, quia neq; paganorum quiſquam, quamuis ille ſit idiota: philoſophorum autem omninò nullus: ſed ne Iudęorum quidem imperitiſsimus quiſquã & miſerrimus: neq; ego ipſe, qui eorum legem bene noui. Et Petrus: Omitte, inquit, opiniones abſentium: tibi quid videtur, pręſens pręſenti dicito. Tũ Simon: Poſſum, inquit, exponere, quod verè ſentio: ſed pigriorem me facit illa conſideratio: quia ſi dixero, quod neque tibi ſit conſonum: neq; vulgo huic imperito rectum videtur: tu quidem quaſi obſtupefactus, aures continuò occludens, velut ne blaſphemia polluantur, vertêris in fugã: quia quod reſpondeas, non inuenies. Populus autem irrationabilis adſentatus tibi, te quidẽ amplectiur: quaſi ea docentem, quæ in vſu eis ſunt: me verò execrabuntur, veluti noua quædam, atq; inaudita profitentem, meumq; errorem alienis mentibus inſerentem. Tum Petrus: Nunquid non tu, in quo nos accuſas, ipſe ambagibus vteris? nihil habens, quod adſeras veritatis? aut ſi habes, incipe abſq; circuitionibus: ſi tantùm confidis: & ſi quidem non placuerint alicui auditorum, quæ dicis, abſcedet: qui verò permanſerint, cogentur adſertionibus tuis, probare, quod verum eſt. Incipe igitur quod tibi rectum videtur, exponere.

Tandem poſt multas variaſque tergiuerſationes conſentiens in quæſtionem, aſſerit contra multos Deos, quorum ſit primus & incognitus Vnus.

Et Simon ait: Ego dico multos eſſe Deos: vnum tamen eſſe incomprehenſibilem, atq; omnibus incognitum, horumq; omnium Deorum, Deum. Tum Petrus: Hunc, inquit, quem dicis eſſe incomprehenſibilem, & incognitum omnibus Deum, ex ſcripturis Iudæorum, quæ in auctoritate habentur, probare potes? an ex alijs aliquibus, quas omnes ignoramus? an ex Gręcis auctoribus? an ex tuis ſcriptis proprijs?
Legem Iudæorum admittit Simon. certè ex quibuſcunq; vis, dicito, ita tamen, vt oſtendas eas priùs eſſe Propheticas: ita enim fiet, vt earum indubitata habeatur auctoritas. Et Simon ait: Ex lege Iudæorum ſola adſertiones adhibebo. In omnibus enim, qui religionis curam gerunt, manifeſtum eſt, totius eſſe auctoritatis hanc legẽ: vnumquemq; tamen ſecundum proprium ſenſum intelligentiam legis huius accipere.

Quod Magus dixit, id nunc factitant aduerſarij Eccleſiæ. Pro ſuo quiſque arbitrio ſcripturas, etſi variè explanant. Fœliciter nimirum ab hoc Mago idem ſucceſſores hæretici didicerunt.

Ita enim ab eo, qui mundum condidit, ſcripta eſt, vt in ipſa rerum fides habeatur. Vnde ſiue quis vera, ſiue etiam falſa proferre velit, abſq; hac lege nulla recipietur adſertio. Quia igitur ſcientia mea pleniſsimè cum lege cõcordat: rectè multos eſſe pro-
Gene. 3. nunciaui Deos: quorum vnus eſt eminentior, & incomprehenſibilis: ipſe, qui eſt Deus Deorum. Quòd autem multi ſint Dij, ipſa me edocuit lex.

1. Argum. Magi, multos eſſe Deos. Ecce, quantum malum ex mala interpretatione?

Primo quidem: vbi ex perſona ſerpentis dicitur ad Euam, primam mulierẽ: Qua-
Probatio. cunq; die mãducaueritis de ligno ſciendi bonum & malum, eritis ſicut Dij: hoc eſt,
Gene. 1. ſicut hi, qui hominem fecêre. Poſteàquàm guſtauére de ligno, ipſe Deus teſtatur di-
Gene. 11. cens ad reliquos Deos: Ecce Adam factus eſt, ſicut vnus ex nobis. Sic ergo conſtat
2. Argum. multos eſſe Deos, qui hominem fecerint: quia & initio ita dicit Deus ad cęteros De-
3. & 4. Argum. os: [2] Faciamus hominẽ, ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram. Sed & quod ait: [3] Eijciamus eum, & iterum: [4] Venite, deſcendentes confundamus linguas eorũ. Omnia
Exod. 22. hæc multos eſſe indicant Deos. [5] Sed illud ſcriptum eſt: Deos nõ malidices, & prin-
5. Argum. cipem populi tui nõ maledices. [6] Et rurſum, quod ſcriptum eſt: Dominus ſolus du-
Deut. 32. cebat eos, & non erat cum illis Deus alienus: multos eſſe oſtendit Deos. Sunt & alia
6. Argum. plurima, quæ proferri poſſunt ex lege teſtimonia, non ſolum obſcuriora: ſed & manifeſta, quibus multi eſſe doceantur Dij. Ex quibus vnus, vt Iudæorum populo Deus eſſet, fortè electus eſt. Ego autem non hunc adſero: ſed illum, qui etiam huius Deus eſt, quem ne ipſi quidem Iudæi nôrunt. Neque enim ipſorum eſt Deus: ſed eorum, qui agnouerint eum. His auditis Petrus:

Modo ſit

A *Modeſtè Petrus reſpondit, ſe non fugere, aut aures occludere, quod odioſè Simon finxerat ſe vereri: ſed ſe veritatis ſtudio diſputare velle. Quis autem tam benignè tot ſcripturæ torſiones ferre potuiſſet? Aitque, vnum & ſummum Deorum deum eſſe Iſraëliticum: opponendo ſcripturas ſcripturis, & explicando vocabulum Dei.*

Nihil, inquit, verearis Simon. Ecce enim neque aures claudimus, neque fugimus, ſed ad ea, quæ falſò proſequutus es, veritatis ſermonibus reſpondemus: Illud primò adſerentes, quia vnus eſt Deus, hic ipſe Iudæorum: qui eſt ſolus Deus, cæli creator ac terræ, qui & omnium, etiam, quos dicis, Deorum, Deus eſt. Si ergo oſtendero nullum eſſe hoc ſuperiorem, ſed ipſum eſſe ſuper omnia, fateberis errorem tuum eſſe ſuper omnia. Et Simon: Quid enim, inquit, etiam, ſi ego nolim fateri: qui adſiſtunt auditores, nónne arguent me nolentem, quæ vera ſunt, profiteri? Auſculta ergo, ait Petrus, vt ſcias primò, quòd etiamſi multi ſint Dij, vt dicis: Iudæorum Deo ſubditi ſint: cui neq; æqualis quiſquam, neq; maior eſſe poteſt. Scriptum eſt enim, quod ita dicat *Deut. 10.* *1. arg.*
B ad Iudæos Moyſes Propheta. Dominus Deus veſter, hic eſt Deus Deorum, & Dominus Dominorũ, Deus magnus: ita etiamſi multi ſunt, qui dicuntur Dij, vnus eſt tamẽ maior omnium Iudæorum Deus, qui & Deorum Deus dictus eſt. Neque enim quicunque dictus fuerit Deus, continuò Deus eſt. Deniqúe & Moyſes Deus dicitur Pharaonis, & certum eſt, eum hominem fuiſſe. Et iudices, Dij appellati ſunt: & conſtat eos fuiſſe mortales. *Iudices Dij* *Pſalm. 81.* Simulacra quoque gentium, Dij appellantur: & omnes ſcimus, quia non ſunt: ſed impiis quaſi pro pena hoc datum eſt, vt, quia verum Deum cognoſcere noluerunt: quæcunque eis forma & imago occurriſſet, haberetur ab eis Deus. Quoniam vnius, vt dixi, qui eſt omnium Deus, agnitionem ſuſcipere recuſarũt: ideo ergo conceditur eis, illos habere Deos, qui præſtare ſupplicantibus nihil poſſunt. Quid enim aut exanima ſimulacra conferre hominibus queant, aut animantia cùm poteſtas omnium apud vnum ſit? Tribus igitur modis Deus quis dicitur: vel, quia verè eſt: vel, qui ei, qui verè eſt, miniſtrat: & ob honorem mittentis, vt plena ſit eius
C auctoritas, hoc dicitur iſte, qui miſſus eſt, quod eſt ille, qui miſit: vt ſæpe factum eſt de Angelis: qui tamen cum apparuerint homini, ſi ſit prudens, & eruditus vir, interrogat eius, qui apparuit nomen: vt ſimul & honorem miſsi, & auctoritatem mittentis agnoſcat.

Angelus Dei iis plerunque, quibus apparet, ob repentinam ἔκστασιν, Deus videri ſolet: ſed is, ne ſui clientes errent, hunc ſibi honorem neutiquam vendicat, Quod quidem palam videre licet in Reuelatione Ioannis, cap. 18. 19. & 22. Cùm Angelus renunciâſſet Idololatriæ vaſtitatem: eumque Ioannes ob lætum nuncium, cùm præſertim Deum putaret, vellet adorare, ſeriò prohibetur. Vide (inquit) ne feceris: conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum, habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora. Porrò, quod conſequenter ait, Vnicuique genti Angelum præfectum, nemo fabuloſum putet: cùm idem manifeſtè diuinæ literæ teſtificentur. Apud Danielem vatem cap. 10. legitur de angelo præſide Perſarum: de Præſide Græcorum, Angelo: de Angelo Eccleſiæ, quæ olim apud Iudæos, nunc apud Chriſtianos eſt. In Apocalypſi, de Angelis eccleſiæ Epheſinæ, Smyrneorum, Pergamenſis, Thyatyrenſis, & cæt. cap. 2. & 3. Et diuinus Moyſes ait in cantico,
D *Deuteron. 32. Deum conſtituiſſe terminos populorum, iuxta numerum Angelorum dei: vt legunt 70. Mihi hanc ſententiam hinc mutuatus videtur Athenagoras nobilis ille & vetuſtus Athenienſis ſcriptor, in Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum & Commodum Imperatorẽ, quæ extat pag. 31. Hinc & Paulus vocat eos λειτουργικὰ πνεύματα. Hebr. 1. Quæ omnia notamus, ne quis fabuloſa hæc Petri verba putet à Clemente relata. Quin idem & ethnici teſtantur. Heſiodus 1. ἔργων Pytagoras in parangelmatis. Plato, in Epinomidæ. Alibi plura.*

Eſt enim vniuſcuiuſque gentis angelus, cui credita eſt gentis ipſius diſpenſatio à Deo: qui tamen, cùm apparuerit, quãuis putetur & dicatur ab his, quib. præeſt Deus: tamen interrogatus, non ſibi dabit ipſe tale teſtimonium, Deus enim excelſus, qui ſolus poteſtatem omnium tenet in ſeptuaginta & duas partes diuiſit totius terræ nationes, eisq; principes angelos ſtatuit Vni verò, qui in Archãgelis erat maximus ſortè data eſt diſpenſatio eorum qui præ cæteris omnibus, excelſi Dei cultũ, atq; ſcientiã receperunt. Sed & ſancti homines, vt diximus, Impiorum efficiuntur. Dij tanquã

 qui

qui poteſtatem acceperint in eos vitæ ac necis: vt de Moyſe, & iudicibus ſuprà me-
morauimus. Propter quod ſcriptum eſt de eis: Deos non maledices: & principem po-
Exod. 20. puli tui non maledices. Principes ergo ſingularum gentium, Dij appellantur. Prin-
cipum autem Deus, Chriſtus eſt: qui eſt omnium iudex. Verè ergo neque angeli, ne-
que homines, neq; vlla creatura, Dij eſſe poſſunt: quippe, qui ſub poteſtate ſunt po-
ſiti, tanquam creati & mobiles: angeli quidem, vt qui non fuêre & ſint: homines au-
vt mortales: omnis verò creatura, vt quæ ſolui poſsit: ſed reuerà ſi ſoluerit ille, e-
2. argu. fecit. Et ideo ille ſolus verus eſt Deus: qui non ſolùm ipſe viuit: ſed & alijs vitam præ-
Deut. 32. ſtat: quam & auferre poteſt, cùm vult. Propterea ergo clamat ſcriptura ex perſo-
Quid hoc Dei Iudæorum, & dicit. Videte, videte, quoniam ego ſum Deus: & non eſt alius præ-
teſtimonio ter me: Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo: & non eſt, qui e-
potuit eſſe piat de manibus meis. Vides ergo, quomodo, ineffabili quadam virtute, ſcriptura o-
apertius? currens futuris erroribus eorum, qui alium Deum, præter eum, qui eſt Iudæorum,
3. argu. vel in cælis eſſe, vel in terris, adfirmarent: pronunciat, dicens: Dominus Deus tuus
Deut. 4. Deus vnus eſt, in cælo, ſurſum: & in terra, deorſum: & præter ipſum, alius non eſt.
Quomodo ergo auſus es dicere, alium eſſe Deum, præter eum, qui Iudæorū eſt De-
4. argu. us? Et iterum dicit ſcriptura: Ecce Domini Dei tui, cælum: & cælum cæli: terra, & o-
Pſal. 88. mnia, quæ in eis ſunt. Veruntamen patres tuos elegi, vt diligerem eos, & vos poſt ip-
5. argu. ſos. Ita ex omni parte ab ſcriptura munitur iſta ſentētia, quia ipſe, qui mundum cre-
Alios deos uit, verus & ſolus eſt Deus. Quòd & ſi ſint alij, vt diximus, qui dicuntur Dij: ſub po-
huic ſubie- teſtate ſunt Iudæorum Dei: quia ita dixit ſcriptura Iudæis: Dominus Deus noſter,
ctos eſſe. hic eſt Deus Deorum, & Dominorum: hunc etiam ſolùm colendum monet ſcriptu-
Deuter. 10. ra, dicens: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et: Audi Iſrael, Domi-
6. argu. nus Deus tuus vnus eſt. Denique & ſancti ſpiritu Dei repleti, & guttis miſericordiæ
Luca 4. eius inrorati exclamabant, dicentes: Quis ſimilis tibi in Dijs Domine, quis ſimilis ti-
Deute. 6. bi? Et iterum: Quis Deus præter Dominum? & quis Deus prēter Dominū noſtrum.
Pſal. 34. Itaque Moyſes, vbi proficere populum vidit, paulatim eos ad intelligentiam monar-
Pſalm. 17. chiæ, & fidem Dei vnius initiauit, vt in conſequentibus dicit. Nomina Deorum alio-
7. argu. rum non commemorabis. recordatus ſine dubio, quali pœna damnatus ſit ſerpens,
8. qui primus nominauerat Deos. Terram denique comedere condemnatur, & tali
Serpens dā- cibo dignum iudicatur: ob id, quòd primùm omnium appellationem Deorum in-
natus quia troduxit in mundum. Quod & ſi tu multos Deos vis introducere, vide, ne exitum
decepit E- ſerpentis ſimilem ſortiaris. Certus autem eſto, quod nos huius auſi ſocios non habe-
uam: & De- bis: nec decipi nos patiemur abs te. Neq; enim proderit nobis ad excuſationem in iu-
os nomina- dicio, ſi dicamus, quòd tu deceperis nos, quia nec primam mulierē excuſare potuiſ-
uit primus malè crediſſe ſerpenti: ſed morte, quia malè crediderit condemnata eſt. Hac ergo
9. argu. de cauſa Moyſes, vnius Dei fidem populo commendans, ait: Obſerua tibijpſi ne ſe-
10. argu. ducaris à Domino Deo tuo. Vide, quia eodem verbo vtitur, quo & prima mulier in
Deuter. 13. excuſatione vtebatur ſeductam ſe dicens, ſed nihil profuit. Super omnia autem, ſi ve-
Pſeudopro- rus aliquis ſurgeret Propheta, qui ſigna & prodigia faceret, ſuadere autem velit,
phetæ ad tē- vt coleremus Deos alios, præter Iudæorum Deum: nunquam ei credere poſſemus.
tationem Sic enim nos docuit lex diuina, ſecretum ſermonem puriùs ex traditione commen-
mittūtur. dans. Ait ergo: Si ſurrexerit in te Propheta: aut ſomnians ſomnium: & dederit ſigna
Vide Vincē- vel prodigia: & euenerint ſigna illa, vel prodigia: & dixerit ad te, eamus & colamus
tium Liri- Deos alienos: quos neſcitis, non audietis verba Prophetæ illius: neque ſomniū ſom-
nenſem. niatoris illius: quia tentans tentauit vos, vt videat, ſi diligitis Dominum Deum ve-
Chriſtus nō ſtrum. Propterea ergo & Dominus noſter ſigna & prodigia faciens, Deum prædica-
docuit no- bat Iudæorum, & ideo rectè prædicationi eius creditur. Tu autem, etiamſi verè Pro-
uū & inco- pheta eſſes, & ſigna faceres ac prodigia, ſicut promittis: & alios adnunciares Deos,
gnitū Deū præter eum, qui verus eſt. manifeſtum eſſet ad tentationē populo Dei ſuſcitatum: &
quærendū, ideo credi tibi omninò non poteſt. Vnus eſt enim verus, qui eſt Iudæorum Deus: &
ſed cogniti ob hoc Dominus noſter Ieſus Chriſtus docebat, quærendū eſſe, non Deū, quē bene
iuſtitiam
regnumq;.

nouerant:

A nouerant: ſed regnum & iuſtitiam eius: quam ſcribæ & Phariſæi, ſuſcepta ſcientiæ claue, non concluſerant: ſed excluſerant. Nam ſi ignoraſſent verum Deum: nunquã vtique huius rei ſcientiam relinquens, qui erat omnium caput, culparet eos de paruis & minimis: id eſt, quod dilatarent fimbrias ſuas, & primos accubitus in conuiuijs vindicarent: & quod, in quadriuijs ſtantes orarent: & alia his ſimilia: quæ vtique ex comparatione magni huius capitis, ignorantiæ Dei, exigua videntur & parua. *Matt. 24.*

Magus contendit è verbis Chriſti probare, Dominũ ipſum, ignotum etiam Deum prædicaſſe ex Mat. 11.

Et Simon ad hæc, ait: Ex verbis magiſtri tui conuincam te, quia etiam ipſe ignotum quendam omnibus introducit Deum. Cùm enim & Adam creatorem ſuum ſcierit Deum, mundique conditorem: & Enoch, quippe qui ab eo tranſlatus eſt: & Noë, vtpote ab eo iuſſus arcam conſtruere: Cumque & Abraham, & Iſaac, & Iacob *Lucæ 10.* B & Moyſes, & omnes patres, omniſque populus, atque omnes gentes nouerint conditorem mundi, & fateantur Deum: Ieſus veſter, qui longè poſterior patribus apparuit, dicit: Nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrem quis, niſi filius: &, cui voluerit filius reuelare. Ita ergo & Ieſus veſter alium eſſe Deum incomprehenſibilem omnibus, & incognitum fatetur. Tum Petrus:

Rectè & acutè Petrus inſtat, Magum ipſum ſibi contraria loqui probans. Dixerat enim anteà ſummum omnium Deum ſe nôſſe ſolum. nunc & Ieſum nouiſſe ait. ergo non nouit ſolus. Doctè præterea reſpondit, patribus lege naturæ & Moſaicæ, Deum cognitum fuiſſe.

Contraria, inquit, tibimetipſi te proferre, non ſentis? Si enim & Ieſus noſter ſcit iſtum, quem dicis, incognitum Deum: ergò, iam non à te ſolo eſt cognitus. Imò ſi Ieſus noſter eum nouit: Moyſes quoq;, qui & Ieſum venturum eſſe prophetauit, ſinè dubio nec ipſe ignorauit eum: Propheta enim erat: & qui de filio prophetauit, ſinè dubio cognouerat patrem. Si enim in voluntate eſt filij: reuelare patrem, cui voluerit filius, qui ab initio & ſemper cum Patre fuit per ſingulas quaſq; generationes, ſi- C cut reuelauit Moyſi patrẽ: ita & alijs Prophetis: quod ſi eſt, nulli patrum fuiſſe eum incognitum conſtat. Tibi verò, qui filium non credis: quomodo potuit reuelari pater? qui nulli notus eſt, niſi cui voluerit filius reuelare? Reuelat autem filius Patrem his, qui ita honorificant filium, ſicut honorificant patrem.

Magus abſurdum ait, Deum filium habere: ſed ex humana ratione argutatur, vt nunc Iudæi & Turcæ: nec vult de eo diſputare, explicans ſuam ſententiam, de incognito Dei. qua de vide ſuprà Epiphanij notatum locum.

Tum Simon: Memento, inquit, quia filium dixiſti habere Deum, quod eſt iniuriæ. quomodo enim habere filium poteſt, niſi ſimilia hominibus, aut animalibus patiatur? Sed de his non eſt nunc tempus arguere profundam ſtultitiam tuam: feſtino enim de immenſitate ſummæ lucis exponere, & iam nunc audi. Puto eſſe aliquam virtutem immenſæ & ineffabilis lucis: cuius magnitudo incomprehenſibilis habeatur, quam virtutem etiam mundi conditor ignoret, & legiſlator Moyſes, D & magiſter veſter Ieſus. Tunc Petrus: Non tibi videtur amentiæ res eſſe, aſſerere velle quempiam, quod ſit alius Deus, quàm Deus omnium, & dicere: Puto eſſe virtutem quandam: & priùs, quàm ipſi certum ſit, quod loquitur, hoc velle alijs confirmare? Eſtne aliquis ita præceps, qui verbis tuis credat? in quibus teipſum videat dubitantem? & admittat eſſe aliquam virtutem incognitam creatori Deo, & Moyſi, & Prophetis, & legi, & Ieſu etiam magiſtro noſtro? quæ virtus ita bona ſit, vt nulli velit innoteſcere, niſi vni tantùm, & hoc tibi tali? Tum deinde ſi noua eſt iſta virtus, quomodo nobis non dat nouum aliquem ſenſum, præter hos, quos gerimus quinque? vt ex ipſo ab eo nobis largito nouo ſenſu, ipſam, quæ noua eſt, capere & intelligere poſſimus? aut ſi non poteſt largiri: quomodo tibi largita eſt? aut ſi tibi reuelauit, cur non & nobis? Si verò à temetipſo intellexiſti, quæ ne Prophetæ quidem ſentire, aut intelligere potuerunt: dic age nobis nunc, quid vnuſquiſque noſtrûm cogitat. *Inſania Magi demonſtrata à Petro.*

Rectè

Rectè Petrus à Mago ſcientiam hominum noſcendi cogitata requirit, quando is vendicet ſibi noticiam incognitæ (neſcio cuius) virtutis ex ſe habere. nam hæc ſolius Dei propria eſt. Solus is ὁ καρδιογνώστης eſt vt ait Petrus Actor. 1. Solus Deus (Hebr. 4.) ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Verba hæc vt ſunt elegãtiſſima, ita & doctiſſima. Quin Seruator ipſius apud Mattheum nono cap. probat Phariſæis hoc argumento ſuam diuinitatem, quòd cogitata cordiſque occulta videat. Nimirum ſcrutans corda & renes ſolus Deus, ait Dauid Pſalm. 7 & 43.

Quibus argumentis Petrus diuinitatem Simonis probauit.

Si enim tantus eſt in te ſpiritus, vt ea, quæ ſuper cælos ſunt, incognita omnibus, & omnibus incomprehenſibilia cognoſcas, multò faciliùs cogitationes humanas, quę in terris habentur, agnoſcis. Quod ſi cogitationes noſtras, qui hîc ſtamus, non potes ſcire: quomodo ea, quæ nullis eſſe cognita adfirmas, ſcire te dicis? Crede autem mihi, quia nunquàm ſcires, quid eſſet lux, niſi ab ipſa luce accepiſſes & viſum & intellectum videndi: ſic & in cæteris: hic accepta intelligentia, maius aliquid & ſublimius ſomnij inſtar excogitas, occaſione tamen ex iſtis quinque ſenſibus ſumpta, quorum largitori ingratus es. Certus autem eſt, quòd, donec non inuenis nouum aliquem ſenſum, qui extra hos quinque ſit, quibus omnes vtimur, nouum adſerere non poteris Deum. Et Simon: Cùm quinque ſenſibus conſtent omnia, quæ ſunt: nihil nouum addere, virtus illa cunctis eminentior, poteſt. Et Petrus ait: falſum eſt. Eſt enim & alius ſextus ſenſus, id eſt, prænoſcendi: iſti enim quinque ſenſus ſcientiæ capaces ſunt. ſextus autem, præſcientiæ eſt, quem habuêre Prophetæ. Tu ergo quomodo potes Deum omnibus incognitum noſſe, qui nec Propheticum ſenſum, qui eſt præſcientiæ, meruiſti? Tum Simon cœpit dicere: Hanc, quam dico, virtutem incomprehenſibilem, & eminentiorem cunctis, etiam ipſo, qui mundum condidit Deo: neque angelorum quiſquam, nqeue dæmonum nouit, neque Iudæorum, neque vlla omninò, quæ à conditore Deo ſubſtitit creatura. Quomodo enim poterat, quam creator ipſe non nouerat, lex me ipſius creatoris edocere? cùm nec ipſe ſciret, quod doceret? Et Petrus: Miror, inquit, quomodo tu ex lege plùs potueris diſcere, quàm docere vel ſcire lex poterat? & quomodo horum, quæ adſerere vis, probationes dicas te ex lege proferre: cùm neque legem adſeras noſſe ea, quæ dicis: neq; eum, qui legem dedit, id eſt, mundi creatorem? Sed & hoc miror, quomodo tu, qui ſolus hæc nôſti, hic modò cum omnibus ſtes, breuis atrij huius ambitu circúndatus. Et Simon, videns cum omni populo ridentem Petrum: Rides, inquit, Petre, cùm ſermo de tantis rebus, & tam eminentibus habeatur? Tum Petrus: Noli, inquit, indignari Simon: nihil enim præter promiſſionem noſtram gerimus: neque aures noſtras claudimus vt tu dicebas: neque ſtatim vt audiuimus, à te ineffabilia proferri, in fugam verſi ſumus: ſed ne loco quidem moti. Neque enim veriſimilia ſaltem aliqua proferuntur abs te, quæ nos poſsint aliquatenus deterrere: aut certè aperi nobis intelligentiam dicti huius, quomodo tu ex lege didiceris Deum? quem lex ipſa neſcit,) & quem ipſe, qui legem poſuit, ignoret? & Simon: Si inquit, ridendo ceſsâſti, euidentibus adſertionibus comprobabo. Et Petrus ait: Quin deſinam, vt poſsim diſcere à te, quomodo tu à lege didiceris, quæ lex neſcit, & quæ ipſe Deus legis ignoret. Et Simon: Audi, inquit.

Sextus ſenſus, præſcientiæ: Verùm non hic eſt naturalis: ſed potiùs diuinus.

Elegãs ſcõma Petri in Simonis diuinitatẽ. Tantus Deus tam paruo ſpatio loci continerī mirum. (inquit) ὑπερθελικῶς ſcilicet, vt aſtruis tu ô Simon.

Simon infirmum noſtrum Deum cauillatur: ideoque maiorem eo aliquem eſſe debere, colligit.

Manifeſtum eſt omnibus, & ineffabili quadam ratione cõpertum, vnum eſſe Deum, qui ſit omnium melior: à quo omne quod eſt, ſumpſit exordium: vnde & neceſſariò ſubiecta ſunt ei omnia, quæ poſt ipſum ſunt, velut principi omnium & eminentiori. Ego ergò, cùm cognouiſſem Deum hunc, qui creauerat mundum, ſecundum quod lex docet, in multis eſſe infirmum (longè autem abhorret infirmitas à perfecto Deo,) & hunc viderem non eſſe perfectum: neceſſariò alium eſſe intellexi, qui eſſet perfectus. Hic enim, vt dixi, ſecundum quòd ſcriptura legis docet, in multis infirmus eſſe deprehenditur. Primò, quòd homo quem plaſmauit, non potuit permanere talis: qualem ipſe voluerat: & quia nec bonus eſt, qui primo homini poſuit legem

A legem, vt ab omnibus quidem lignis Paradiſi ederet, de ligno autem ſcientiæ non contingeret: ſed ſi guſtâſſet, moreretur. Cur enim vetaret eum veſci, vt ſciret, quid eſſet bonum, vel quid malum: vt ſciens, mala quidem vitaret, bona verò eligeret? Sed neque ipſe hoc conceſsit: & quia ille præter mandatum guſtauit, & agnouit quid eſſet bonum: ac didicit honoris gratia verenda contegere: indecorum enim ſenſit reuelatis pudendis ſtare ante creatorem ſuum:) ille eum, qui honorem Deo deferre didicerat, morte condemnat: & ſerpenti, qui hæc oſtenderat, maledicit. Sed vtique ſi lædendus ex hoc erat homo, cur omninò lædendi cauſam in Paradiſo poſuit? Si verò bonum erat, quod in Paradiſo poſuit: non eſt boni prohibere à bono. Sic ergò, cùm is, qui hominem fecit & mundum, ſecundum ea, quæ lex refert, imperfectus ſit: aliun ſine dubio dat intelligi, qui perfectus ſit. Neceſſe eſt enim eſſe aliquẽ omnium præſtantiorem: propter quem, & omnis creatura ordinem ſuum ſeruat. Vnde & ego ſciens, quia omni modo neceſſe eſt aliquem benigniorem & potentiorem eo, qui le-
B gem dedit, imperfecto Deo, ex comparatione imperfecti, perfectum quid ſit intelligens, ex ipſa ſcriptura Deum illum, de quo ſcriptum non erat, intellexi, Et hoc modo potuit, ô Petre, ex lege diſcere, quod neſciebat lex. Quod & ſi lex non dediſſet indicia, quibus colligeretur, imperfectum eſſe Deum, qui cõdidit mundum, mihi poſſibile erat, etiam ex his, quæ in hoc mundo geruntur, malis, nec emendantur, colligere: vel quia impoſsibilis eſt creator eius, qui malè geſta non corrigit, ſi non poteſt: vel ſi non vult auferre mala, ipſe malus ſit. Si verò neque poteſt, neque vult, nec potens, nec bonus ſit: & ex his neceſſe eſt colligi, quod alius ſit Deus omnium præſtantior & potentior. Adhæc, ſi quid habes dicere, non moreris. Petrus reſpondit:

Argumẽta infirmitatis Dei. primũ aliqua impie ex lege ſumit. Transgreſſionis cauſam Simon imputat Deo. Vide, q̃ ſolerter?

Alia argumenta Magi ex humanæ vitæ inæqualitate

Petrus contrà primùm oſtendit ea argumenta ex peruerſa & contorta interpretatione venire. Præterea, tam bene quadrare in ſictitiam illam magnam Magi virtutem, quàm in verum Deum. Tum Deum hunc ex creatione vniuerſi huius ſe pateſeciſſe: illam autem virtutem nullum de ſe ſuaque
C *potentia præbuiſſe ſpecimen vel indicium. Itaque videri perabſurdum, Deo in cuius mundo viuimus, & à quo bona omnia conſequamur, relicto, adhærere ignoto, neſcio cui.*

Solent iſta, ô Simon, abſurda aduerſum Deum meditari hi, qui legem non magiſtris tradentibus legunt, ſed ſemetipſos doctores habent, & putant ſe intelligere poſſe legem, quam ſibi non expoſuit ille, qui à magiſtro didicerit. 2 Veruntamen nunc, vt & nos ſecundum tuum ſenſum ſcripturam legis ſequi videamur: quia & impoſsibilem, & non bonum dicis oſtendi conditorem mundi: quomodo non vidiſti, quod ijſdem ipſis reprehenſionibus ſuccumbit & ſubiacet etiam iſta virtus tua, quam dicis eſſe eminentiorem omnium? Eodem nanque modo de ipſa dici poteſt: quia omnia, quæ hîc malè geruntur, aut impoſsibilis eſt, quæ non corrigit: aut ſi poteſt, & non vult, mala eſt: Si verò neq; poteſt, neq; vult, & impoſsibilis & imperfecta eſt. 3 Vndè non ſolùm ſimili culpę virtus iſta tua noua, ſed & deteriori inuenitur obnoxia: ſi ſuper hæc omnia, etiã cùm nõ ſit, eſſe credatur. Nam is qui mundum
D creauit, hoc ipſum, quod ſubſiſtit ex opere eius, quo mundum condidit, palàm eſt, ſicut etiã ipſe confiteris. Iſta verò virtus, qnam te ſolùm ſcire dicis, nullum de ſe indicium præbet: per quod hoc ipſum, ſaltem quod eſt & ſubſiſtit, poſsimus aduertere. Quale eſt ergo, vt derelinquamus Deum, in cuius mundo viuimus: & omnib. ad vitam neceſſarijs fruimur: & ſequamur, neſcio quem, cuius non ſolùm nihil conſequimur boni: ſed ne hoc ipſum quidẽ, quod ſit, ſcire poſſumus: ſcilicet, quia nec eſt: ſiue enim eum lucem appelles, & luce iſta, quam cernimus clariorẽ: nomen ipſum à mundi conditore mutuaris: ſiue ſubſtantiam dixeris ſuper omnia, intelligentiã hinc profers cum ſermonis augmento: ſiue mentẽ: ſiue bonitatem: ſiue vitam: ſiue aliud quid memoraueris, hinc vocabula mutuaris. Cùm ergo nihil noui de illa virtute, quam dicis, non ſolùm ad intelligendum, verùm ne ad nominãdum quidem habeas, quomodo introducis nouum Deum, cuius ne appellationem quidem inuenis nouam? Virtus enim non ſolùm creator mundi dicitur: ſed & miniſtri gloriæ eius, omniſq;

Lex ſine magiſtro non facile intelligitur.

Virtus.) Angeli plerique in ſacris literis vocantur virtutes.

malitia

Reſpondit hîc Magi obiectioni, non Deum iraſci, vt malũ: ſed, vt iuſtum. Iuſtus eſt Dominus ſi corrigit, ſumus enim filij.

militia cæleſtis. Non tibi ergo melius videtur eſſe, vt ſequamur factorem noſtrum Deum, tanquam patrem erudientem nos, & imbuentem ſicut ipſe nouit? Quod & ſi ſit aliquis, vt tu dicis, benignior omniũ Deus, certum eſt, quia non iraſcetur nobis. ſi vero iraſcitur, malus eſt. Noſter autem Deus ſi iraſcitur & vindicet: non eſt malus, ſed iuſtus: proprios enim filios corripit & emendat. Ille verò, qui nihil nobiſcum habet negotij, ſi vindicare velit in nos, quomodo bonus erit? ſupplicia ſumẽs de nobis, quòd non derelicto patre noſtro ipſum ſequuti ſumus, inanibus ſuſpicionibus tracti: quomodo ergo iſte talis bonus à te adſeritur, qui nec iuſtus intelligi poteſt? Tum Simon.

Magus infert aliquid in hoc mundo incognitum Deum habere, Animas.

Tantúmne erras Petre, vt neſcias, quia animę noſtræ à bono Deo ſunt illo omnium præſtantiore: ſed captiuæ deductæ ſunt in hunc mundum? Et Petrus: Ergo non eſt omnibus incognitus, ſicut paulò antè dicebas: & tamẽ, quomodo indulſit bonus Deus captiuitatem fieri animarum ſuarum, ſi erat ſuper omnes potentior virtus? Et Simon: Ipſe miſit creatorem Deum, vt conderet mundum: ſed ille, mundo condito ſemetipſum pronunciauit Deum. Et Petrus: Ergo non ignoratur ab eo, qui condidit mundum, vt ſuperiùs dixeras: ſed neq; animæ ignorãt eum, ſiquidem ab ipſo abductæ ſunt. Cui ergo iam erit incognitus, ſi & mundi creator nouit eum: vtpote ab ipſo miſſus, ſecundum ea, quæ tu dicis. & omnes animæ tanquam ab ipſo huc violenter abſtractæ? Tum deinde dicas velim, quî vi mittebat conditor mundi, non ſciebat eum, qui mittebatur, fidem non ſeruaturum? ſi neſciebat, præſcius non erat: ſi verò præſciit & paſſus eſt, facti huius ipſe reus eſt, qui non vetuit: quòd ſi non potuit, omnipotens non eſt. Si verò, quaſi bonum id ſciens, non prohibuit: inuenitur ille eſſe melior, qui præſumpſit facere id, quod ille, qui mittebat, ignorauit bonũ. Et Simon. Volentes, inquit, ad ſe venire ſuſcipit, & ipſis benefacit. Et Petrus: Nec hoc nouum eſt: hoc enim facit & hic, quem mundi creatorem fateris. Et Simõ: Sed bonus Deus, tantùm ſi agnoſcatur, ſalutem præſtat.

Vide hîc, q̃ parùm cohæreat & conſtet ſibi mendaciũ.

Aduerte diligenter, Magum in eo accuſare deum noſtrũ, quod legem iubeat velitq́ue compleri. Quid in eccleſia Catholica plærique hæretici nunc aliud carpunt.

εἰρωνεία.

Mundi autem conditor exigit etiam legem impleri. Et Petrus: Ergo & adulteros, & homicidas ſaluat, ſi cognouerũt eum: bonos autem & ſobrios, vel miſericordes: ſi nullum de eo indicium capiẽtes, ignorauerint eum, non ſaluat. Magnum bonum prædicas. qui non tam malos ſaluet: quàm, qui bonis nullam miſericordiam pręſtet. Et Simon: Magnus ſanè labor eſt agnoſcere eum homini in carne poſito. Omnibus enim tenebris tetrius, & omni luto grauius eſt corpus hoc, quo circundatur anima. Et Petrus: Ergo bonus iſte Deus, quæ difficilia ſunt, quærit. Qui autem verè Deus eſt, faciliora expetit. Dimittat itaq; nos, quaſi bonus, apud patrem & creatorem noſtrum, & quando diſceſſerimus è corpore, & iſtas, quas dicis, tenebras reliquerimus: tunc eum faciliùs agnoſcemus, & tunc magis anima conditorem ſuum eſſe intelliget Deum: & apud ipſum permanebit: nec vltrà diuerſis cogitationibus fatigabitur: neq; volet ad aliam confugere virtutem, quæ nulli cognita eſt, niſi Simoni ſoli: quæ tantæ bonitatis eſt, vt niſi quis priùs impius extiterit in parentem ſuum, ad ipſam venire nõ poſsit. Neſcio quomodo hæc virtus vel bona, vel iuſta appellanda ſit: cui placere non poteſt, niſi quis impiè ſe geſſerit in eum, à quo factus eſt. Et Simon: Non eſt impium, vtilitatis gratia, & lucri maioris confugere ad eum, qui opulentioris eſt gloriæ. Et Petrus: Si, vt tu ais, non eſt impium confugere ad alienum, multò magis pium eſt permanere apud proprium patrem, etiam ſi pauper ſit. Aut, ſi non putas impium, vt relicto patre noſtro cõfugiamus ad alium, quaſi meliorem: neq; indignari credis pro hoc, creatorem noſtrũ: Multò magis bonus Deus non indignabitur, quòd cùm eſſemus ab eo alieni, non confugimus ad eum, ſed permanſimus apud creatorem noſtrum: & puto, quod ex hoc magis collaudabit nos, quia fidem ſeruamus creatori noſtro Deo: conſiderans, quia ſi ſuiipſius fuiſſemus, nunquam relinquentes ipſum, ſeduci

A duci illecebris potuiſſemus alienis. Nam, ſi quis opulentioribus illectus pollicitationibus, relicto proprio parente, confugiat ad alienum: poteſt fieri, vt iterum relicto eo, ad alium pergat, qui maiora promiſerit: eò magis, quòd ipſius proprius non erat filius: quippe, qui etiam eum, qui ei natura pater erat, relinquere potuit. Et Simon: Quid ſi ab illo ſint animæ: & ignorant eum, & ille eſt verè pater ipſarum? Et Petrus: Satis, inquit, oſtendis eum inualidum. Nam ſi potentior, vt ais, omnibus eſt, nunquã potẽtiori inualidior ſpolia detraxiſſe credendus eſt: aut, ſi potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator Deus, quomodo eas corpore emiſſas, & captiuitatis vinculis reſolutas, bonus Deus vocabit ad pœnam? quæ per ipſius vel deſidiam, vel infirmitatem, abſtrahi ad hunc locum & inuolui corpore quaſi tenebris ignorantiæ potuerunt? Videris mihi ignorare, quid ſit pater, & Deus: verùm & animæ vnde ſint: vel quando, & quomodo factæ, poſſem dicere: ſed hæc nunc tibi aperire fas non eſt, in tanto errore poſito de ſciẽtia Dei. Tum Simon: Erit, inquit, tempus, cùm

Lucæ 11.

Impudẽtia neſcit vinci

B pœnitebit te, quod dicentem me ineffabili virtute non intellexeris. Et Petrus ait. Da ergo nobis, vt ſæpè iam dixi, tanquam nouus Deus, aut qui ab illo deſcenderis: ſenſum aliquem nouum, per quem, nouum quem dicis Deum, poſsimus agnoſcere: iſti enim quinque ſenſus, quos nobis dedit creator Deus, creatori ſuo finem ſeruant: nec alium quenquam eſſe ſentiunt Deum, hoc eis ipſa ſui præſtante natura. Ad hæc Simon: adhibe, inquit, animum ad ea, quæ dicturus ſum, & facito eum inuiſibilibus ſemitis incedentem, peruenire ad ea, quæ tibi demonſtrauero. Auſculta ergo nunc. Nunquámne in cogitatione poſitus, extendiſti mentem tuam in regiones vel inſulas porrò poſitas, & ita in eis fixus animo mãſiſti, vt ne præſentes quidem videre, aut temetipſum ſcire, vbi ſederes, præ ſuauitate eorum, quæ habebantur in oculis, poſſes? Et Petrus ait: Verum eſt Simon: hoc mihi frequenter accidit. Et Simon: Ita & nunc ſenſum tuum extende in cælum: & iterum ſuper cælum: & vide, quia debet eſſe aliquis locus, qui ſit vltra mundum, vel extra mundum, in quo neque cælum ſit,

P. vult exo peræ opificẽ incognitũ cognoſcendum eſſe.

M. ſupra Deum imaginatur alium.

C neque terra, ne vmbra horum etiam ibi tenebras operetur. Et ob hoc, cùm neque corpora aliqua in eo ſint, neque ex corporibus tenebræ: neceſſariò ſit lumen immenſum: & lumen, conſidera, cuiuſmodi eſſe poſsit, cui tenebræ nullæ ſuccedunt. Nam ſi, vniuerſum hunc mundum, Solis huius replet lux: quantum æſtimas eſſe illud incorporeum lumen, & infinitum? tantum ſine dubio, vt iſtud Solis lumen, ad illud, tenebræ: & non lux eſſe videatur. Hæc cùm diceret Simon, Petrus reſpondit. De vtroque ergo patienter auſculta. id eſt, & de exemplo extendendi ſenſus, & de immenſitate lucis. Scio me ipſum, ô Simon, aliquando in cogitatione poſitum extendiſſe ſenſum meum in regiones, vt ais: & inſulas procul poſitas, eaſque mẽte non minùs, quàm oculis perſpexiſſe: cùm eſſem apud Capernaum in captura piſcium poſitus, & ſederem ſupra ſaxum, hamum ſetæ innexum, & decipiendis piſcibus aptatum habens in manu: ita, vt hærentem ei non ſenſerim piſcem, dum mens mea per deſiderabilem mihi Hieruſalem diſtenta percurreret, ad quam ſanè, oblationum gratia &

Lumen immenſum ſuprà cælos, iuxta ſomniũ Magi.

Docet P. imaginatione ſubinde fallere: doctiſsimè.

D orationum, vigilans frequenter aſcenderam. Verùm & Cæſaream hanc mirari ab alijs audiens, & deſiderare ſolebam: & eam, in qua nundum fueram, videre mihi videbar: & cogitabam de ea, quæ conueniret de ciuitate magna cogitari, portas, muros, lauacra, plateas, angiportus, fora, & horum conſequentia; ſecundum ea ſcilicet, quæ in alijs vrbibus videram: & in tantum intentione huiuſcemodi intuitus delectabar: vt verè, ſicut ipſe dixiſti, nec præſentem atque adſtantem viderem, nec ipſe, vbi ſederem, noſſem. Et Simon: Modò, inquit, rectè dicis. Et Petrus denique: Cùm piſcem maximum, qui hamo inhæſerat, mente occupatus habere minimè ſentirem: & id quidem, cùm hami lineam de manibus meis violenter arriperet, ſtupentem me videns frater meus Andreas, qui mecum ſedebat, ac penè caſurum, latus fodiens cubitu, velut dormientem excitat, dicens: Non vides Petre, quàm magnum piſcem cœperis? nunquid nam mente excidiſti, quòd ſic attonitus ſtupes? quid eſt, quod pateris? dic mihi. Et ego indignatus ei paululum, quòd me à dulcedine eorum, quæ intue-

E bar, ab-

bar, abſtraxerit: reſpondi nihil me mali pati, ſed animo deſiderabilem mihi intueri Hieruſalem: ſimulque Cæſaream: & corpore quidem cum ipſo eſſe, mente verò huc penitus auferri. At ille, neſcio vnde inſpiratus, reconditum & ſecretum veritatis protulit verbum.

Petrus grauiſsimum & vtiliſsimum Andreæ fratris dogma in phantaſiis & contemplationibus obſeruatu digniſs. recitat.

Deſine, inquit, Petre: quid eſt quod agis? hi enim, qui dæmone incipiunt repleri vel moueri mente, huiuſcemodi initia habent, per phantaſias primò ad iucūda quæque & delectabilia transferuntur: deinde ad ea, quæ non ſunt, vanis & inanibus mentibus effundūtur. Hoc autem accidit ex languore quodam animæ, quòd ea quidem, quæ ſunt, non videt: deſiderat verò adducere ad conſpectus ſuos ea, quæ non ſunt. Sed & illis ita accidit, qui Phreneſin patiuntur, & videntur ſibi multas imagines videre, pro eo, quòd nimietate frigoris vel caloris anima ipſorum conuulſa & emota locis ſuis, errorem patitur miniſterij naturalis. Sed & hi, qui laborant ſiti, cùm in ſoporem venerint, flumina & fontes videre ſibi videntur, ac bibere: hoc autem patiuntur, ariditate intemperati corporis laborantes. Propter quod certum eſt, hæc vitio quodam, vel animæ, vel corporis fieri. Denique vt accipias rei fidem, de Hieruſalem, quam ſæpè videram, dicebam fratri meo, quæ loca, quóſue cōuentus, viſus mihi fuiſſem videre. Sed & de Cæſarea, quam nunquam videram, nihilóminus, cōtendebam, quòd eſſet talis, qualem mente & cogitatione conceperam. Cùm autem veniſſem huc, nihil omninò ſimile reſpiciens eorum, quę per phantaſias videram, reprehendi memetipſum, & notaui valdè, quia ex alijs, quæ videram, portas ei, & muros, aliaſque ædes, reuerà ſimilitudinem ex alijs capiens, dederam. Neque enim quis poteſt nouum aliquid, & cuius forma nulla vnquam extiterit, cogitare. Nam & ſi velit aliquis tauros, cum quinis capitibus, ex ſua cogitatione formare: ex iſtis, quos vidit cum ſingulis capitibus, illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nunc, ſi verè aliquid tibi videris tua cogitatione perſpicere, & ſupra cælos intueri, non dubium, quin ex his ea conſideres, quæ in terris poſitus vides. Aut ſi putas facilem menti tuæ acceſſum eſſe ſuper cælos, & conſiderare te poſſe, quæ illic ſunt, atque immenſæ illius lucis ſcientiam capere: puto ei, qui illa poteſt comprehendere, faciliùs eſſe, vt ſenſum ſuum, qui illuc nouit aſcendere, in alicuius noſtrûm, qui adſiſtimus, cor & pectus inijciat, & dicat, quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicuius noſtrum, qui tamen non ſit erga fauorem tuum occupatus, enunciare cogitationes cordis, poterimus tibi fortaſſe credere: quod & ea, quę ſuper cęlos ſunt, ſcire potueris, licet illa multò ſint celſiora. Ad hæc Simon: Qui verò, inquit, multas nænias texuiſti, audi iam nunc impoſsibile eſt omne, quod ad cogitationem hominis venerit, non etiam re ipſa ac veritate ſubſiſtere: quæ enim non ſubſiſtunt, nec ſpeciem habent: quæ autem ſpeciem non habent, nec cogitationi poſſunt occurrere. Et Petrus: Si omne, inquit, quod ad cogitationem venire poteſt, ſubſiſtit: iſtum, quem dicis extra mundum eſſe immenſitatis locum, ſi eum quis in corde ſuo lumen eſſe cogitet, alius verò tenebras, quomodo poterit vnus atque idem locus ſecundum eos, qui diuerſa de eo cogitârunt, & lumen eſſe, & tenebræ? Et Simon: Omitte nunc iſta, quæ ego dixi: tu quid eſſe putes ſuper cælos, dicito. Et Petrus: Si de vero, inquit, fonte luminis crederes, poſſem te docere, quid, & quomodo eſſet, quod immenſum eſt: & non phantaſiam vanam, ſed & conſequentem & neceſſariam rationem redderem veritatis: nec adſertionibus ſophiſticis, ſed legis & naturę teſtimonijs vterer: vt ſcires, quia immenſitatis fidem præcipuè continet lex. Quod ſi immenſitatis ratio non latet legem, nihil profectò aliud eam latere poteſt: & ideò falſum eſt, quod putâſti eſſe aliquid, quod ignoret lex. Multò autem ampliùs nihil latebit eum, qui legem dedit. Nec tamen poſſum tibi aliquid de immenſitate, & his, quæ ſine fine ſunt, loqui, niſi priùs de his, qui certo fine terminātur, cælis, rationem vel receperis noſtram, vel ipſe protuleris tuam. Quòd ſi de his, quæ certis finibus cōcluduntur, intelligere non poteſt: multò

Phrenetici, vnde & cur inſaniant in phãtaſiis.

Imaginatio ſi extendatur in ea quæ non ſunt, errat. Imaginandum ex iis, quæ ſenſib. obijciũtur.

A multò magis de his, quæ ſine fine ſunt, neque ſcire aliquid poteris, neque diſcere. Ad hæc Simon: Melius, ait, mihi videtur ſimpliciter credere: quia ſolum iſtud, quod videmus, ſit cælum in vniuerſo mundo. Et Petrus: Non ita, inquit, ſed vnum quidem confiteri conuenit Deum, qui verè eſt. Cælos autem eſſe, qui ab eo facti ſunt, ſicut & lex dicit: quorum vnum cælum ſit ſuperius, quo continetur etiam viſibile firmamentum, illud eſſe perpetuum & æternum, cum his, qui habitant ibi. Iſtud autem viſibile in conſummatione ſeculi reſoluendum eſſe, & tranſire, vt illud cælum, quod eſt antiquius & excelſius, poſt iudicium ſanctis & dignis appareat.

Duo cæli.

Viſibile cælum reſoluetur in nouiſsimo die

(*Vide in hunc locum copioſiùs diſſerentem Petrum, altera ſua epiſtola. capite tertio.*)

Ad hæc Simon reſpondit. Hæc ita eſſe, vt tu dicis, credentibus poſſent videri: Ei autem, qui horum expectat rationes, impoſsibile eſt ex lege proferri: & præcipuè de immenſitate lucis. Et Petrus: Noli, inquit, putare nos, quod ex fide ſola recipienda eſſe dicamus, ſed ex ratione adſerenda. Neque enim tutum eſt, nudæ hæc fidei, abſ-

B que ratione committere, cùm vtique veritas ratione non careat. Et ideò qui hæc ratione munita ſuſceperit, perdere eam nunquam poteſt: qui verò abſque adſertionibus ea ſuſcipit, ſimplicis ſermonis adſenſu, neque ſeruare ea tutò poteſt: neque, ſi vera ſint, certus eſt. quia qui facilè credit, facilè & recedit: qui autem rationem quæſiuit eorum, quæ credidit, & accepit, quaſi vinculis quibuſdam rationis ipſius colligatus, nunquam ab his, quæ credidit, diuelli, aut ſeparari poteſt. Et ideò quãtò quis propenſior fuerit in expetenda ratione, tantò erit firmior in conſeruanda fide. Ad hæc Simon: Magnum eſt, inquit, quod repromittis, vt immenſæ lucis æternitas ex lege poſsit oſtendi. Cumque Petrus dixiſſet, quando volueris, Simon ait: Quoniam hora iam multa eſt, craſtino adſtanti mihi & renitenti, ſi probare potueris, factum eſſe hũc mundum, & animas eſſe immortales, habebis me adiutorem prædicationis tuæ. Et cùm hæc dixiſſet, egreſſus eſt: ſequuta autem eſt eum ex omni populo, qui cum ipſo venerat pars tertia, qui erant quaſi mille viri: cæteri verò flexis genibus pro

Doctiſsima Petri inſtructio, quomodo fides ex humana ratione confirmanda veniat.

Inductio alterius diſputationis.

C ſtrabant ſe Petro, ſuper quos ille, inuocato Dei nomine, alios dæmonia habentes curauit: alios etiam languentes ſanauit: & ita lætantem populum dimiſit, mandans ei, vt in craſtinum diem maturiùs cõuenirent. Petrus verò, cùm receſsiſſent turbæ, ſterni iuſsit humi ſubere atrij nudo vbi fuerat diſputatum, & recubuit vnà cum illis vndecim: ego verò cum alijs quibuſdam, qui & ipſi initia audiendi verbi Dei acceperant, & erant chariſsimi, recumbens ſumebam cibum. Sed benigniſsimus Petrus cõſiderans, ne fortè triſtitiam mihi inferret iſta ſequeſtratio ait ad me. Non pro ſuperbia, ô Clemens, conuiuiũ non ago cum his, qui nondum purificati ſunt: ſed vereor, ne fortè mihi quidem noceam, ipſis autem nihil proſim. Hoc enim pro certo ſcire te volo, quia omnis, qui idola coluit aliquando, & eos, quos pagani nominant deos, adorauit, vel de immolatis eorum deguſtauit ſpiritu immundo non caret: conuiua enim factus eſt dæmonum, & participium ſumpſit eius dæmonis cuius in mente ſua ſpeciem, vel timore, vel amore, formauit: & per hæc mundus non eſt à ſpiritu im-

Petri miracula.

Vndecim ſcilicet, quos recenſuit principio huius libri.

Clemẽs excluſus à menſa.

D mundo: & ideo purificatione indiget baptiſmi, vt exeat ab eo ſpiritus immundus, qui interiores animæ ipſius inſedit affectus: & quod eſt deterius, nec; quod intrinſecus lateat, indicatur, vti ne publicatus fugetur. Amant enim iſti ſpiritus immũdi inhærere corporibus hominum, vt ipſorum miniſterio cupiditates ſuas expleant: & ad ea, quæ ipſi deſiderant, inclinantes animæ motus, ſuis eos parere libidinibus cogant: vt efficiantur ex integro vaſa dæmonum.

Spiritus immundi cur occupent homines.

Eandem ſententiam repetit quarto libro copioſiùs & dilucidius, conſimiliter & Auguſtinus libro 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 24.

Ex quibus vnus eſt Simon hic, qui tali quodam morbo comprehenſus, nec ſanari iam poteſt, quia voluntate & propoſito ægrotat. Nec contra voluntatem eius habitat in eo dæmon: & ideo, ſi eum quis fugare velit & expellere ab eo, cùm ſit inſeparabilis, & vt ita dicam, anima iam eius effectus, videbitur magis necare eum, & homicidij crimen incurrere. Nemo ergo veſtrûm contriſtetur à conuiuio noſtro ſepa-

Baptizati non comedebãt cum illotis.

ratus, tempore enim aliquo obſeruare debet, vnuſquiſque ſanè, quanto ipſe volue rit. Paruo enim tempore ſequeſtratur, qui citò voluerit baptizari: multo autem, q tardiùs. Vnuſquiſque ergo in ſua habet poteſtate, breue aut longum pœniten ſuæ tempus exigere: & ideo in vobis eſt, quando velitis ad noſtram conuenire men ſam, & non in nobis, quibus permiſſum non eſt, ſumere cum aliquo cibum, niſi priùs fuerit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis à veſtro conuiuio, ſi ad purificandum moras habeatis, & tardiùs baptizemini. His dictis, cùm benedixiſſet, cibum ſumpſit. Et poſt hęc cùm gratias egiſſet Deo, ingreſſus quieuit, ſimiliter autem & nos omnes. Erat enim iam nox.

ARGV

ARGVMENTVM III. LIBRI RECOGNITIONVM CLEMENTINARVM, PER EVNDEM L. GRVTERVM VENRADIVM.

BInas diſputationes Petri cum Mago biduo habitas hoc libro perſcribit B. Clemens. Narrat principiò, (vt paulò latiùs ſummam in tanta libri prolixitate repetamus.) Petrum, cùm ipſi rurſus à Mago diſputatio foret indicta, vbi maturè de more ſuo ſurrexiſſet cubitu, ſuos de magna apud indoctum vulgus diſputandi difficultate commonefeciſſe, quod veritatem ſtudioſos cælare, eſſet inutile, adeóq; impium: indignũ verò Chriſto & ipſius euangelio, diuina myſteria, apud quóſuis infideles & contemptores paßim publicare: tum clariùs ipſum pleraq; ſuperiore libro obſcuriùs dicta, hîc de perſonarum vnius dei trinitate repetîſſe. Déin ſubijcit alteram diſputationem Cæſareanã. Initio ſcilicet rixatum Magum cum Petro, quòd in ipſum animos auditorũ cerneret propenſiores: cui cùm ſatisfaceret, quòd id ex populari ſuóq; erga veritatem ſtudio vſu veniret, Magum ad diſputationem acceleraſſe, cumq; ſuperiorum repetitione, de lucis immenſitate atq; vno deo quæſtionẽ mouiſſe. ad quam Petrus monuerit, talia non contradictionis, ſed veritatis potiùs ſtudio quærenda eſſe: idq; à Mago acceptum, ac ſi Petrus iraſceretur. verùm Petrum retorſiſſe calumniam, Magum ipſum conari veritatis diſputationẽ eludere, quòd ſe eã ſciret arguẽdum. atq; ita relicto inſtituto Magum ad aliam confugiſſe quæſtionem: Vndénam malum foret? ac Petrum pyſmatis capere voluiſſe: Apoſtolum monuiſſe, non eſſe diſputantis proprium, interrogare, ſed diſcentis: quod ſi diſcere vellet, priùs ſe ſubmittere & audire debere, quàm diſputaret: ſin nollet, ſuam cuiq; ſententiam priùs ab vtroq; explicandam eſſe, iudicium autem penes auditores relinquendum: ac Magum ironicè ficteq; diſcipulum agentem imperitiæ in proponenda quæſtione reprehenſum, ab Apoſtolo, negligentem, an ſit, quid ſit & cui malum ſit, antehæc proponere. porrò ludentem Magum in ambiguo vocabulo, ridentemq; Petrum, ſimulantemq; ſuam inſcitiam, rurſus admonitum à Petro officij diſputantis, petente præterea, vt ſe declararet, auditoribus permittenda iudicia. fugiente hoc Mago, ac variè diſceptãte, viſum Petro, de libero hominis arbitrio, vt quæreretur: quòd mali quæſtio omnis ex eo ſolui poſſe videretur. maluiſſe eum, de deo, quem cupiebat mali auctorem uideri, diſputaretur: tandem tamen fatum, ſeruumq; hominis arbitriũ, vt nunc vocant, contra Apoſtolum aſtruiſſe. Hîc primùm eruditè demonſtrat Petrus, eſſe liberũ arbitriũ: tum, quid id ſit, Mago quærẽti, ita definit, vt & ab aduerſario laudetur: Rebus itaq; Mago minùs ſuccedentib. varias ipſi quæſtiones agitatas eſſe, quibus vel impotentẽ Deum, vel certè mali auctorem faceret: ſed eas à Petro fœliciſſimè ſolutas. atq; ita is dies fuit cõſumptus diſputando. Refert autem Clemẽs, inuſitatis miraculis Petrum à diſputatione ſuam doctrinam illuſtraſſe & confirmaſſe. Altero dehinc die poſt ſomnum, repetionem ſuperiorum & precationem Petri rurſus habitam diſputationem, qua monuerit ille poſt ſalutationem, initio, ordine diſputandum: reiq;, de qua diſceptatio inſtituitur, principia priùs diſcenda fonteſq;, quàm docendum. fieri iſthoc in profanis,

multò

multò rectiùs in rebus diuinis fieri debere. Magum conatum refellere Petri ſententiam, tandem verò finxiſſe, quid primùm veritatis ſtudioſo ſciendum eſſe, diſcere ſe velle: cui cùm Apoſtolus aſtrueret, Σωκρατικῶς, ante omnia, quid bonum ſit, quærẽdum in vita, idq́; inuentum perficiundum eſſe: nec de rebus fidem naturamq́; excedentibus curioſè veſtigandum: Magum propoſuiſſe de animi ſtatu, mortalis iſne foret an immortalis? ſed Apoſtolũ rectiùs hîc de iuſtitia dei diſputãdum eſſe, dixiſſe: quòd ea probata, de animi immortalitate quæri poſſet. cõtra illum in ſententia perſtitiſſe, quòd animi probata martalitate, religionem Chriſtianam penitus ſciret collapſuram. Ei cùm Petrus obijceret acerbiùs impietatem & iſthanc doctrinæ ſuæ inconſtantiam. indicans, quàm noxia ea humanæ vitæ futura eſſet, fugæ quæſitam occaſionem: ideoq́; Petrum admiſſa importuna ipſius, licet vtili, quæſtiõe, docuiſſe animum vel ex Magi perſuaſione, qui necati pueri imagine domi detenta quiduis ſe poſſe putaret, immortalem eſſe: quib. ſtupefacto Mago, & iam ob patefacta arcana ſua ſimulante pœnitentiam Apoſtolum non ſe diuinitus id, ſed ex auditione accepiſſe, quò hominis improbi ſimulationem declararet, dixiſſe. ſic Magum reuerſum ad priorem mentẽ, & Petrum quaſi malitioſè ageret, calumniatum: ac cùm Petro ipſiq́; adeò Chriſto maledicendo pergeret, à populo ædib. eiectum eſſe. porrò Apoſtolum admonuiſſe turbã magnæ Dei bonitatis inferendis impijs, eiq́; benedixiſſe, et cum lacrimis ac precatione Deo cõmendâſſe. Sic finita eſt illa quoq; diſputatio, atq; ille tranſactus dies. Tertiũ diem refert Clem. inter familiareis conſumptum: quomodo Niceta cõſuluerit Apoſtolum de Dei Opt. conſilio tanta Mago permittentis: item, quî factũ eſſet, vt Magis Aegyptij potiùs, quàm Moſi fidem habuiſſẽt: quæ cùm luculentè explicâſſet ille, renunciatũ fuiſſe, vt Magus Romam aufugerit verſus. huius ſectandi cauſa mox turbis Zachæum per impoſitionem manuũ, orationemq́; iam abs ſe ordinatum, Epiſcopum Cæſareæ conſtituiſſe, diaconis quatuor ac presbyteris duodecim adiunctis: docendi viuendiq́; præcepta dediſſe, mæſtam deniq; turbam de ſuo diſceſſu conſolatum: poſtremò Clementi huic, vt harum rerum hiſtoriam perſcriberet, commiſiſſe. Atq; hactenus de diſputationibus Petri cum Mago, cæteriſq́; apud Cæſaream Stratonicam geſtis.

Et hîc permulta ſcitu reperies vtilia, neceſſariaq́;. Noſtro ſæculo magno tumultu diſputatũ eſt hucuſq; de hominis arbitrio, liberúmne ſit illud an ſeruum, & quaſi fatale. Ea de re habes hîc doctiſſimam Petri Apoſt. orationem, qua, an ſit, quid ſit, in quibus & quatenus ſit, pulcerrimè explicatur, defenditurq́; contra Magum: priore huius libri diſputatione. ex qua clarè cernas, quæ ſit Apoſtolica & vera in tanta diſſenſione doctorum hominum, quæue hæretica ſententia.

Vis ſcire, quàm ſit vetuſtus vſus vngendi iam baptizatos; oleum conſecrandi? quæ nunc paſſim ridentur? Agnoſces hîc ſanè, traditionem verè Apoſtolicam eſſe, agnoſces ipſam eius ceræmoniæ vetuſtatem. qua de re copioſè Dionyſius in Eccleſiaſtica hierarchia. Deſcribitur hîc & ordo gradus, officiaque miniſtrorum in eccleſia. atque hæc omnia præter veram doctrinam fidei.

RECO-

A

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER TERTIVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

II. & III. Cæſareanæ Petri cum Mago diſputationes.

INTEREA à Petrus gallorum cantibus ſurgens, & excitare nos
volens, inuenit vigilantes, veſpertino adhuc lumine perdu-
B rante: cumq; ex more ſalutauiſſet: & reſediſſemus omnes, ita
exorſus eſt: Nihil eſt difficilius, fratres mei, quàm de veritate
apud permixti populi multitudinem diſputare. Quod enim
eſt: omnibus, vt eſt, dici non licet, propter eos, qui malignè
& inſidioſè audiunt: fallere verò non expedit, propter eos
qui ſincerè audire deſiderãt veritatem. Quid ergo faciet, cui
ad indiſcretum populum ſermo eſt: occultet, quod verum eſt? Et quomodo inſtruet
eos, qui digni ſunt? Sed ſi meram proferat veritatem his, qui ſalutem conſequi non
deſiderent, illi, à quo miſſus eſt, iniuriam facit: à quo & mandatum accepit, ne mit-
tat verborum eius margaritas ante porcos & canes: qui aduerſum eas, argumentis ac
ſophiſmatibus reluctantes, ipſas quidem cœno intelligentiæ carnalis inuoluant: la-
tratibus autẽ ſuis & reſponſionibus ſordidis, rumpant & fatigent prædicatores ver-
bi Dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodam verbi vtens, tentare nite-
bar, ne principalem de ſumma diuinitate intelligentiam, minùs dignis auribus pu-
C blicarem. Et poſt hæc incipiens de patre, & filio, & ſpiritu ſancto, breuiter nobis &
euidenter expoſuit, vt omnes audientes miraremur, quomodo homines, derelicta
veritate, conuerſi ſint ad vanitatem. Sed cùm illuxiſſet dies, ingreſſus eſt quidam, di-
cens: Multitudo plurima expectat in atrio: in quorum medio ſtat Simon, perſuaſio-
nibus peſſimis præuenire aures populi cupiens. Et Petrus ſtatim egreſſus, ſtetit in lo-
co, in quo pridie diſputauerat: omniſq; ad ipſum populus conuerſus, cum gaudio
intendebat in eum. Simon verò vbi ſenſit gauiſum eſſe populum de conſpectu Petri,
& erga affectum eius moueri, obſtupefactus, ait: Miror hominum ſtultitiam, qui me
Magum dicunt: & Petrum diligunt: cùm vtiq; olim habentes notitiam mei, me ma-
gis diligere deberent: & ideo ex hoc indicio, qui habent ſenſum, poſſunt intelligere,
quia magis Petrus magus videri poteſt: cùm mihi, cui ex cõſuetudine debitus prope-
modum eſt, non defertur, affectus: Illi aũt, cui nullo vſu debetur, abundanter expẽ-
ditur. Et cùm multa huiuſcemodi Simon diceret: Petrus ſalutato ex more populo,
D ita reſpondit: Sufficit vnicuiq;, ô Simon, ad confutandũ conſcientia ſua: quod ſi hoc
miraris, quod noti non ſolùm te non diligunt, ſed & oderunt: tui cauſam diſce à me.
Cùm ſis ſeductor, veritatem te prædicare profiteris: ob hoc plures, deſideriũ geren-
tes diſcendæ veritatis, amicos habuiſti. Sed hi, vbi contraria in te, quàm profitebaris,
viderunt: qui amatores erant, vt dixi, veritatis, nõ ſolùm non diligere te, ſed & odiſ-
ſe cœperũt: Non aũt ſtatim ab eis deſertus es: quia vel pollicebaris adhuc, te eis oſtẽ-
dere poſſe, quod verum eſt. Donec ergo nõdum aderat, qui poſſet oſtendere, patie-
bantur te: vbi verò ſpes eis doctrinæ melioris arriſit: te contemnentes, quod meliùs
intelligunt, noſſe deſiderant. Et tu quidem nefarijs artibus agens, ab exordio latere
te poſſe credidiſti, ſed non lates: vrgeris enim, & cõtra ſpem publicaris, quia non ſo-
lùm ignoràſti veritatem: ſed nec audire voluiſti ab his, qui eam ſciebant. Si enim au-
dire voluiſſes, innotuiſſet vtiq; tibi ille ſermo eius, qui ait: quia nihil eſt occultum,
quod non agnoſcatur: neque opertũ, quod nõ reueletur. Hæc & his ſimilia dicente
Petro,

Difficile eſſe apud promiſcuam plebem de veritate dicere.

Cœno carnalis intelligentiæ corrumpitur ſcriptura.

Secundus congreſſus Petri cum Simone.

Lucæ 8.

Proponit Magus cũ ἀνακεφαλαιώσει ſuperiorum. Vnus immenſus.

Petro, Simon reſpõdit. Nolo me verbis occupes, Petre: repeto abs te, quæ heſterno I. promiſeras: dicebas enim oſtendere te poſſe, quia lex doceat de immenſitate lucis æternæ. &, quod duo tantùm ſint cœli, & ipſi creati: ſed ſuperius eſſe lucis illius ſedem, in qua ſolus in æternum reſidet ineffabilis pater. Ad illius verò cœli ſimilitudinem, factum eſſe etiam illud viſibile cœlum, quod & tranſiturum coofirmabas. Vnũ ergo dixiſti eſſe patrem omnium, quia non poſſunt duo eſſe immenſi: alioqui neuter eorum immenſus erit: quia in eo, quo alter ſubſiſtit, alteri finem ſubſiſtendi facit. Si ergo hæc non tantùm polliceris, ſed & oſtendere potes ex lege: omittens plura loqui, hinc incipe. Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tãtummodò venis, rogarer de his dicere, nunquam à me vnum ſaltem poſſes audire ſermonẽ.

Prædicatoribus velut agricolis nonnulla ſemina pereunt. Elegans ſimilitudo.

Sed quoniam neceſſe eſt agricolam, qui vult bonam terram ſeminare: nonnulla ſemina perdere, aut in petricoſis aut in his, quæ ab hominibus conculcanda ſunt: vel in dumoſis ac repletis ſentibus, locis, ſicut & magiſter noſter expoſuit: diuerſitatem propoſiti vniuſcuiuſq; animæ per hæc indicans, non morabor. Tum Simon: Videris Iam mihi, inquit, iraſci: quod ſi eſt, non neceſſe eſt inire conflictum. Et Petrus: Video te ſentire quod arguendus ſis, & vis, vrbanè ſubterfugere certamen: nam quid vidiſti me iratum feciſſe in te? hominẽ, tantùm populum decipere cupientem? & cùm nihil habeas, quod dicas, modeſtiam ſimulantem? qui & auctoritate tua iubes, vt quomodo ipſe vis, & non quomodo ordo poſtulat, controuerſia moueatur? Et Simon: Imperabo mihijpſe ſapientia vti ad imperitiam tuam, vt oſtendam te quidem velle populum ſeducere: me autem docere, quæ vera ſunt. Sed nũc ommitto de immenſa luce diſcutere: quod interrogo te, hoc mihi reſpõde. Cum Deus fecerit vniuerſa, vt tu dicis, vnde eſt malũ? Et Petrus. hoc modo interrogare non eſt aduerſantis, ſed interrogantis. Si ergo vis diſcere, cõfitere: vt priùs te doceam, quomodo debeas diſcere: & cùm didiceris audire, tunc iam te incipiam conſequenter docere. Si verò non vis diſcere tanquam ſciens omnia, ego priùs exponã fidem, quam prædico: expone & tu, quod tibi verũ videtur. Et cùm manifeſta fuerit vtriuſq; profeſsio, iudicetur ab auditoribus, cuius noſtrum ſermo ſit veritate ſubnixus. Et Simon ad hæc reſpõdit: Riſus mihi eſt. Ecce, qui promittit, quod me doceat. Veruntamen patiar te, & imperitiam tuam atque arrogantiam feram: confiteor, diſcere volo: videam, quomodo me poteris docere. Et Petrus: Si, inquit, verè vis diſcere, diſce hoc primùm, quàm imperitè interrogaueris: ais enim, cùm Deus vniuerſa creauerit, vnde eſt malum? Ante enim, quàm hoc rogares, tres interrogandi ſpecies præcedebant. Primò, ſi eſt malũ? Secundò, quid ſit malum? Tertiò, cui ſit, & vnde?

Diſcentibus primo imperitia ſua eſt agnoſcenda.

Hac de re etiam contra Simonem M. Dionyſium Areopagitam de malo diſputâſſe, in libro, quem de diuinis nominibus ſcripſit, teſtatur Heldiuuinus in Areopagiticis. Et Maximum quendam de hac quæſtione in primitiua Eccleſia commentarium ſcripſiſſe, πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, refert Euſebius Pamphilus libro 5. eccl. hiſt. cap. 27. Eruditè quoque in hanc materiam ſcripſit Auguſtinus, libro, de duabus animabus, contra Manichæos, & alijs multis.

H

Ad hęc Simon: O imperitiſsime, inquit, & ineruditiſsime, éſtne hominũ quiſquã, qui non confiteatur, quia ſit in hac vita malum? Vnde & ego putans te vel communem omniũ habere ſenſum, interrogaui, vnde ſit malum: non, vt diſcere volens, qui omnia ſciam: abs te præcipuè, qui nihil noueris: ſed, vt te oſtendam ignarũ eſſe omnium: & ne putes, quia iratus ſum, quod ita tecũ auſteriùs loquar: miſeratio me habet horum, qui adſunt, quos tu decipere conaris. Et Petrus ait: Multum malus es, ſi tantas iniurias nõ iratus facis: ſed impoſsibile eſt fumum cõſurgere, vbi ignis non eſt. Veruntamen dicam, ne te verbis videar occupare: quo minùs ad ea, quæ abs te inconuenienter ſunt dicta, reſpondeam. Ais omnes fateri, quia ſit malum: quòd vtiq; falſum eſt: nam primò omnium, quia ſubſiſtat malum, vniuerſa Hebræorum negat gens. Et Simon interrupto ſermone, Rectè, inquit, faciunt, qui dicunt non eſſe malum. Et Petrus: Nõ de hoc nunc propoſuimus dicere: ſed, quod non oẽs dicunt eſſe malum. Secundum aũt erat, interrogare te, quid eſt malum, ſubſtantia, an accidens, an

Hebræi negant eſſe malum.

A an actus? ſed & alia multa huiuſmodi. Et poſt hæc, erga quid, vel quomodo ſit, aut
cui ſit malum? vtrum Deo, an angelis: an hominibus pijs, an impijs, omnibus: an
aliquibus: an ſibi ipſi, an nulli? Et tunc interrogares, vnde ſit? vtrum nam à Deo, an
ex nihilo? ſempér ne fuerit, an ex tempore cœperit? vtile ſit, an inutile? & alia multa,
quæ huiuſcemodi propoſitio exigit. Ad hæc Simon reſpondet: Ignoſce mihi, errau
de prima interrogatione: ſed puta me nunc primùm interrogare, eſt malum, an nō?
Et Petrus ait: Quomodo interrogas, quaſi diſcere volens, an docere? an quæſtionis
mouendæ gratia? Si quidem, quaſi diſcere volens, habeo, quod te priùs doceam: vt
per conſequentiam & ordinem doctrinæ veniens, ex teipſo intelligas, quid ſit malū.
Si verò, vt docens proponis, non indigeo abs te doceri: habeo enim magiſtrū, à quò *Ordine di-*
omnia didici. Quòd ſi quæſtionis mouendæ: & diſputandi gratia: vterq; noſtrûm *ſcendū eſt.*
priùs, quod ſibi videtur, exponat: & ita certamen habeatur. Neq; enim verum eſt, vt
interroges, quaſi diſcere volens: & contra dicas, vt docens: vt poſt reſponſionē me-
B am in tuo iudicio ſit, dicere, ſi benè an malè dixerim. Propter quod non potes in lo-
co contradicentis ſtans, iudex eſſe eorum, quæ dicimus: & ideo, vt dixi, ſi certamen
habendum eſt, vterq; noſtrum, quod ſentit, exponat: & nobis in conflictu poſitis,
religioſi auditores hi, iuſti iudices erunt. Et Simon: Non tibi videtur abſurdum, vt
imperitus populus de noſtris dictis habeat iudicium? Et Petrus: Non ita eſt, quod
enim vni fortaſſe minus liquet, inueſtigari à plurimis poterit: nam ſæpe etiam fama
vulgi, Prophetiæ ſpeciem tenet. Super hæc autem omnia, præſens hic omnis popu-
lus amore Dei conſtrictus, hîc adſtat, veriq; cognoſcendi gratià: & ideo omnes iſti,
quaſi vnus habendus eſt, pro vno eodemq; erga amorem veritatis affectu: ſicut è cō-
trario duo inter ſe ſi diſſentiant, multi ſunt, & diuerſi. Si autem vis iudicium capere,
quomodo omnis hic populus, qui adſtat, quaſi vnus ſit homo, ex ſilentio eius ipſo,
& quiete conſidera: quomodo cum omni patientia, vt vides, etiam, antequam diſ-
cant, veritati Dei honorem deferunt. Non dum enim maiorem cultum, quem ei de-
C ferre debeant, didicerunt. Propter quod ſpero de Clementia Dei, quod religioſum
propoſitum mentis eorum amplectetur erga ſe. & veritatem prædicati, victoriæ pal-
mam dabit: vt manifeſtum eis faciat veritatis præconē. Tum Simon: De quo, inquit,
vis haberi certamen? dic, vt & ego definiam, quod mihi videtur, & ita quæſtio inci-
piat. Et Petrus reſpondit: Si quidem, vt mihi videtur, facere vis, ego ſecundum magi-
ſtri mei præceptum fieri volo, qui primò omnium Hebrææ genti, quā ſciebat habere
cognitionem Dei: & quod ipſe eſſet, qui fecerit mundum: præcipit, nō vt eum quæ- *Obſeruare*
reret: quem ſciebat: ſed voluntatem eius iuſtitiamq; perquireret: ſciens, quia in ho- *mandata,*
minum arbitrio poſitum eſt, vt hoc quærentes inueniant: & faciant, atq; obſeruent *ſiue non li-*
ea, de quibus iudicandi ſunt. Et ideo iuſsit nos quærere, non, vnde ſit malum, vt tu *beri arbi-*
paulò antè requirebas, ſed iuſtitiam boni Dei, regnumq; eius, & omnia, inquit, hæc *trij.*
adijcientur vobis. Et Simon: Quoniam, inquit, Hebræis iſta mandantur, velut rectè *Matth. 6.*
ſcientibus Deum, & opinantibus, quod vnuſquiſq; in ſuo arbitrio habeat, agere ea,
D de quibus iudicandus eſt: mihi autē ab illis diſcrepat ſententia: vnde vis, vt incipiā? LIBERVM
Tum Petrus: Ego, inquit, ſuadeo, primò quærendum eſſe, num in poteſtate noſtra ARBITRI-
ſit ſcire, vnde iudicandi ſimus. Et Simon: Nō ita, inquit: ſed de Deo: vnde & omnes, VM *hominis*
qui præſtò ſunt, audire cupiunt. Et Petrus: Conſtat ergo apud te, quia eſt aliquid in *eſſe vult &*
arbitrij poteſtate facere? hoc tantùm ſi eſt, & requiramus, vt dicis, de Deo. Simon ad *aſtruit Pe-*
hæc reſpondit: Nequaquā. Et Petrus: Si ergo nihil eſt in noſtra poteſtate, ſuperfluū *trus: negat*
eſt, nos quærere aliquid de Deo: cùm in poteſtate nō ſit quærentibus inuenire. Vnde *Magus,*
bene dixeram, hoc primò quærendum eſſe, ſi eſt aliquid in arbitrij poteſtate. Tum *quod nunc*
Simon: Nō poſſum, inquit, ne hoc ipſum quidem intelligere, quod dicis, num ſit ali *aduerſarij*
quid in arbitrij poteſtate. At Petrus videns, quod ad partem ſe contentioſiorē decli- *ſidei Catho*
naret, ſuperari metuēs, vt quaſi in incertū confunderet omnia, reſpōdet. Quomodo *licæ, vtri*
ergo ſcis, quia nō eſt in hominis poteſtate ſcire aliquid: cùm hoc ipſe ſcias? Et Simon: *credendū?*
Neſcio, inquit, ſi vel hoc ipſum ſciā: vnuſquiſq; enim, ſicut ei fato decernitur, vel ſapit *i. an ſit*
aliquid,

aliquid, vel intelligit, vel patitur. Tum Petrus: Videte, inquit, fratres, in quæ abſurda deciderit Simon, qui ante meum aduentum docebat, quod homines in poteſtate haberent, & ſapere, & facere, quæ vellent: Nunc in anguſtum redactus neceſsitate verborum, negat eſſe in hominis poteſtate, aut ſciendi aliquid, aut agendi: & tamen audet ſe doctorem profiteri.

Firmiſsimum argumentum Petrus hîc contra fatum, ſeruumq́ue adeò arbitrium recitat, quod tamen contra eccleſiam magnis lateribus à pleriſque, qui ipſius eccleſiæ reſtauratores videri volunt, nunc aſſeritur. Idem hinc mutuatus mihi videtur Euſebius Pamphili, libro ſexto προπαρασκευῆς εὐαγγ. *quē locum, quòd ſit elegantiſsimus, & huic planè conſentaneus: non grauabor in piorum lectorum gratiam ſubijcerere. Verba Euſebij hæc ſunt.* Ἀναγκητοῦτο (τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐκ τοῦ αὐτοπροαιρέτου κινήσεως) καταδουλώσας, θέα, εἰς οἷον κακῶν δογμάτων ὄλεθρον τοὺς αὐτῷ πειθομένους καταβέβληκεν, εἰ γὰρ ἄστροις καὶ εἱμαρμένῃ οὐ μόνα τα ἐκτὸς, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ λογισμὸν προθυμίας ἀναθετέον, καὶ τὶς ἀπαραίτητος ἀνάγκη τὰς ἀνθρωπίνας ἐκβιάζεται γνώμας, οἰχήσεται σοὶ φιλοσοφία, οἰχήσεται καὶ εὐσέβεια. Οὐδέ τις ἦν τοῖς σπουδαίοις ἔπαινος ἀρετῆς, οὐδέ τις θεοφιλία, οὐ- F δὲ τῶν ἐν ἀσκήσει πόνων καρπὸς ἐπάξιος, ἀνάγκης καὶ εἱμαρμένης τὴν αἰτίαν ἀναδεδεγμένης. οὐ δὴ οὖν προσήκει καταμέμφεσθαι τοῖς περὶ τὸν βίον πλημμελοῦσιν, οὐδέ γε τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἐπιρρήτοις. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς σπουδαίους θαυμάζειν. ταύτῃ δὲ, ὡς ἔφην, οἰχήσεται τὸ μέγα τῆς φιλοσοφίας κλέος, οὐκ αὐτοπροαιρέτου μελέτης καὶ ἀσκήσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἄστρων ἀνάγκης ἀπῃωρημένον. Ὅρα οὖν, εἰς οἷον κακῶν δογμάτων βυθὸν οἱ θαυμάσιοι θεοὶ καταβεβλήκασι. καὶ σκέψαι, ὡς εἰς ἀσωτίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ ἄλλα μυρία κακὰ παρορμᾷ καὶ προτρέπει τουτὶ τὸ δόγμα, Ἀνατροπὴν τοῦ παντὸς βίου ἀθρόως κατεργαζόμενον. *Hæc, & quæ ſequuntur apud Euſebium plura, omnia in aſſertores fati ſeruiq; arbitrij pulcerrimè dicuntur. Sic hîc & Petrus.*

Sed dic: quomodo ergo Deus iudicat ſecundum veritatem vnumquenq; pro actibus ſuis; ſi agere aliquid in poteſtate non habuit? hoc ſi teneatur, conuulſa ſunt omnia: fruſtrà erit ſtudiū ſectandi meliora: ſed & iudices ſeculi fruſtrà legibus præſunt: & puniunt eos, qui malè agunt: non enim in ſua poteſtate habuerunt, vt non peccarent. Vana erunt & iura populorum, quæ malis actibus pœnas ſtatuunt: miſeri erūt G & hi, qui ſeruant cum labore iuſtitiam: beati verò illi, qui in delitijs poſiti, cum luxuria & ſcelere viuentes, tyrannidem tenent. Secundum hæc ergo, nec iuſtitia erit, nec bonitas: nec vlla virtus: & vt vis, nec Deus. Sed hæc, ô Simon, cur dixeris, ſcio: volens profectò effugere quæſtiones, ne poſsis manifeſtiùs confutari: ideo ais non eſſe in poteſtate hominis ſentire aliquid, aut inuenire. Si enim verè hoc ita ſenſiſſes, non vtiq; etiam ante aduentum meum apud populum te profitereris doctorē. Ego igitur dico, ſui eſſe arbitrij hominem. Et Simon: Quid eſt ſui arbitrij? dic nobis. Petrus ad hæc: Si nihil poteſt diſci, cur & audire vis? Et Simon: Nihil habes ad hoc, quod reſpondeas? Tum Petrus: Dicam non à te compulſus, ſed ab auditoribus rogatus. Arbitrij poteſtas eſt ſenſus animæ, habens * virtutem, qua poſsit, ad quos velit, actus inclinari.

2. Liberū arbitrium quid.

** virtutē, id eſt, facultatem.*

Huic non eſt noſtrorum abſimilis definitio. Liberum arbitrium eſt libera poteſtas, & habitudo voluntatis rationalis, qua poteſt homo eligere, & ratione iudicare ac diſcernere. Auguſtinus libro de gratia & H *lib. arb. ſic. Liberum arbitrium eſt facultas voluntatis & rationis, qua bonum eligimus gratia aſsiſtente, & malum, gratia deſiſtente.*

Tum Simon collaudans Petrū ſuper his, quæ dixerat: Verè, inquit, magnificè, & incomparabiliter expoſuiſti, bene enim dicenti tibi debeo teſtimonium dare: hoc tamen, quod te interrogo nunc, ſi expoſueris mihi, in cæteris omnibus obtemperabo tibi: quod ergo volo diſcere, hoc eſt: Si quod Deus vult eſſe, eſt? & ſi quod non vult eſſe, non eſt? de hoc reſponde mihi. Et Petrus: Si ignoras, quòd abſurdè & incompetenter interroges, ignoſcens tibi ipſe exponam: Si autem ſcis, quod inconſequenter interrogas, non rectè facis. Tum Simon: Iuro, inquit, ipſam, quæcunq; illa eſt, ſummā diuinitatem, quæ habet iudicium & vindictam in eos, qui peccant: quia ignoro, quid incōpetenter dixerim: & quid in verbis meis habeatur abſurdū, in his dūtaxat, quæ propoſui. Ad hæc Petrus: Quoniam, inquit, te ignorare confeſſus es, diſce. Interro-

Duas partes motus.

A terrogatio tua duobus ſibi inuicem contrarijs,vnam ſententiam poſtulauit: etenim omnis motus in duas partes diuiditur: vt quædam neceſsitate,quædã voluntate moueantur: & ea quidem,quæ neceſsitas mouet,ſemper in motu ſunt:quę verò voluntas,non ſemper: vt verbi gratia dicã: Solis motus neceſsitate ducitur,vt ſtatutũ compleat curſum: omniſq; ſtatus cœli,& miniſteria neceſſarijs motibus conſtãt. Homo verò actuum ſuorum motus voluntarios gerit. Et ideo alia ſunt, quæ ob hoc creata ſunt,vt in miniſterijs ſuis neceſsitate deſeruiant, nec facere aliud quippiam poſsint: niſi,quod eis ſtatutum eſt. Cum aũt expleuerint miniſterium,creator omnium, qui ita conſtituit ea,prout voluerit,conſeruat ea. Alia verò ſunt, vbi poteſtas eſt voluntatis: & in quibus agendi,quæ velint,liberum habetur arbitrium. Hæc, vt dixi, non ſemper in eo ordine,quo creata ſunt,permanent: ſed prout voluntas duxerit,& animi iudiciũ declinauerit,ſiue bonis,ſiue malis ſtudebũt. & ideo bene agentibus munera poſuit: malè agentibus,pœnas. Ais ergo tu,ſi Deus vult aliquid eſſe, & eſt: & ſi

Solerter aperit Petrus cauſam cur Magus hãc quæſtionẽ mouerit, nimirũ, vt faceret Deum mali auctorẽ, aut imbecillum. Rom.2.

B non vult,nõ eſt: ſcilicet,vt ſi reſponderẽ,quia quod vult,& eſt:quod autem nõ vult, non eſt: diceres, ergo ipſe vult eſſe mala, quæ in hoc mundo geruntur: quia omne quod vult,hoc & eſt: quod autem non vult, non eſt: Si verò reſpondiſſem, non eſſe hoc,vt quod vult Deus, ſit: & quod non vult,non ſit,tum retorto ſermone diceres, ergo impoſsibilis eſt Deus, ſi quod vult, non poteſt: & exiſteres petulantior, vt qui nihil rectum dixeris,viciſſe te crederes. Et ideo ignoras Simon,& valdè ignoras,quomodo in ſingulis quibuſq; volũtas ſit Dei: quædã enim voluit,vt diximus,ita eſſe,vt aliud eſſe nõ poſſent: quàm id, quod ab ipſo inſtituta ſunt: & his neq; præmia,neq; ſupplicia ſtatuit. Ea verò, quæ ita eſſe voluit, vt in ſua poteſtate habeãt,agere quod velint: his,pro actibus ac voluntatibus ſuis ſtatuit,vt aut remunerationes mereãtur, aut pœnas. Cùm ergo in duas,vt edocui,partes diuidantur cuncta, quæ mouentur: ſecundum eam, quã ſuprà diximus, diſtinctionem,omne quod vult Deus,eſt:quod autem non vult, non eſt. Et Simon adhæc: Nónne poterat nos omnes facere tales,

C vt eſſemus boni? & aliud eſſe non poſſemus? Petrus reſpondet: Et hoc abſurdè interrogas. Si enim nos inconuertibilis naturæ feciſſet & immobiles à bono: non eſſemus verè boni,quia aliud eſſe non poſſemus: & non erat noſtri propoſiti,quod eramus boni: nec noſtrũ erat,quod agebamus,ſed neceſsitatis naturæ. Quomodo ergo hoc bonum dicetur,quod ex propoſito non agitur? Ob hoc autem & prolixioribus indiguit mundus iſte temporibus: donec animarum, quæ prædeſtinatæ ſunt, ad expletionem,eius numerus impleretur: Et tunc,iſtud quidem viſibile cœlum reuolueretur, vt liber: Illud verò, quod eſt ſuperius, appareret: & animæ beatorum corporibus ſuis redditæ inducerentur in lucem. Impiorum verò animæ, pro immundis actibus ſuis ſpiritu flammeo circundatæ,in profundum ignis inextinguibilis mergerentur,per ſeculum expenſuræ ſupplicia. Hæc autẽ ita eſſe,verus nobis propheta teſtatus eſt:de quo,ſi vis agnoſcere, quia Propheta ſit, innumeris adſertionibus edocebo. Ex his enim,quæ ab eo dicta ſunt, & nunc ſingula quæ dixit implen-

Alia Magi quæſtio, eodem pertinens.

Vnde & cur Prædeſtinatio?

D tur: etiam ea,quæ futura dixit,creduntur implenda: FIDES enim futuris,ex his,quę iam geſta ſunt,datur. At Simon,cui compertum erat,Petrum de Prophetiæ titulo dilucidè adſignare rationem,ex quo quæſtio omnis abſoluitur, ſermonẽ de hoc fieri declinauit: & reſpondẽs,ait: Ad ea,quæ volo,reſponde mihi,& dic: Si viſibile iſtud, vt ais,cœlum reſoluetur,cur ex initio factum eſt? Reſpondit Petrus: Propter hominum præſentem hanc factum eſt vitam, vt eſſet interiectio quædam & diuiſio: ne quis fortè indignus,habitationem cœleſtium, & Dei ipſius ſedem videret: quæ his ſolis,qui mundi corde ſunt,videnda præparantur. Nunc autem,id eſt, agonis tempore,inuiſibilia eſſe placuit,ea, quæ vincentibus ad præmium deſtinata ſunt. Et Simon ait: Si conditor bonus eſt, & mundus bonus: quomodo bonus bona diſſoluet aliquando? Si autem quaſi malum reſoluit & deſtruit: quomodo non videbitur malus,qui malum fecit? Petrus adhæc: Quoniam,inquit, ſpõpõdimus tibi, ne blaſphemantem te fugiamus: ipſe enim reddes pro his,quę loqueris,rationem: patienter ferimus.

Egregia ſententia ad confirmandã fidem de futuris vaticinijs.

Alia rurſus q. eodẽ ſpectans. Matth.5.

ferimus. Audi ergo nunc: Cœlum iſtud, quod viſibile eſt, & pertrãſit, ſi quidem propter ſemetipſum factũ eſſet, haberet fortaſſe, quod dicis aliquid rationis, quia reſolui minimè deberet. Si verò propter aliud quid factum eſt, & non propter ſe: neceſſariò ſoluetur, vt illud, pro quo factum videtur, appareat.

Elegans ſimilitudo cur cœlum reſolui debeat, ab ouorum teſtis. Vide plura, 2. Pet. 3.

Sicut verbi gratia dixerim: teſta ouorum, quamuis pulchrè facta, & diligenter formata videatur, neceſſe eſt tamen eam frangi, & reſolui: vt inde pullus procedat: & illud, pro quo totius oui forma expreſſa videtur, appareat. Ita ergo & huius mundi neceſſe eſt tranſire ſtatum, vt ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat. Et Simon: Non mihi videtur, quia reſolui poſsit cœlum, quod à Deo factum eſt. Ab æterno enim æterna fiunt: à corruptibili temporalia & caduca. Et Petrus: Non ita eſt, ſed à mortalibus quidem omnimodis corruptibilia fiunt, & temporalia: ab æterno verò, non ſemper corruptibilia, neq; ſemper incorruptibilia: ſed prout voluerit creator Deus, ita & erũt illa quæ creat. Neq; enim ſub lege eſt virtus Dei, ſed lex creaturis ſuis voluntas eius eſt.

Virtus Dei non eſt ſub lege.

Vtinam hanc ſententiam veram eſſe firmiter ſtatuerent omnes, tanta me hercule lis non foret de veritate corporis IESV Chriſti in myſterijs cœnæ. Atque huc alluſiſſe mihi videtur B. Irenæus libro 2. Elenchi, cap. 56. SVBSTANTIA OMNIVM, inquit, VOLVNTAS EIVS EST. Quod in primis eſt ſciendum, contra quæſtionem incredulorum, Quomodo?

Reſpondit & Simon: Reuoco te, inquit, ad primam quæſtionem. dixiſti Deum nunc quidem nulli eſſe viſibilem: cum verò reſolutum fuerit cœlum iſtud, & ſupernus ille ſtatus regni cœleſtis obfulſerit: tunc eos, qui mũdi ſunt corde, etiam Deum viſuros. quæ ſententia contraria eſt legi, ibi enim ſcriptum eſt, Deum dixiſſe: Nemo videbit faciem meam, & viuet. Et Petrus reſpondit: His, qui legem non ex traditione Moyſi legunt, contrarius videtur ſermo meus: Sed audi ergo, quomodo non ſit cõtrarius. Deus videtur mente, non corpore: ſpiritu, nõ carne. Vnde & angeli, qui ſunt ſpiritus, vident Deum: & homines donec homines ſunt, Deum videre non poſſunt. Ex reſurrectione autem mortuorum, cùm facti fuerint ſicut angeli, videre poterũt Deum. Et hoc modo non eſt ſermo meus legi contrarius: neq; illud, quod magiſter meus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Futurum enim tempus oſtendit, in quo ex hominibus angeli fient, qui in ſpiritu mentis Deum videbũt.

Exod. 33.

Matth. 22.

Rectè hoc eſt intelligendum, quod ait Petrus ex hominibus iuſtis poſt reſurrectionem angelos futuros. nõ enim aſſerit naturam, abiecto corpore, fore humanã: ſed eiuſmodi fore qualitates. Qualitas tranſibit, non deficiet natura, vt ait M. Leo. ideoque paulò antè ait. Cùm facti fuerint, ſicut angeli. quo loco alluſum eſt ad Chriſti verba. Matth. 22. Erunt, ſicut angeli Dei in cœlo. Sicut, ait: non ſimpliciter: angeli erunt. Sic & Paulus Phil. 3.

Poſt hæc autem verba multaq; alia his ſimilia, cùm iuramentis pluribus adfirmare Simon cœpit, dicens. De hoc mihi ſolo rationem redde, ſi immortalis eſt anima: & obſequar in omnibus voluntati tuæ, ſed craſtino, inquit, nam hodie iam tardum eſt. Vbi ergo cœpit dicere Petrus, Simon egreſſus eſt, & cum ipſo perpauci ex ſodalibus eius, & hoc præ verecundia. Cæteri verò omnes ad Petrum conuerſi, genibus poſitis proſternebant ſe ante eum, ex quibus aliquanti diuerſis languoribus adſtricti, aut dæmonibus incurſati, oratione Petri ſanabantur, & diſcedebant gaudentes, quaſi veri Dei doctrinam, ſimul & miſericordiã conſequuti. Cùm ergo abſceſsiſſent turbæ, & ſoli familiares eius remanſiſſemus cum eo, ſtratis humi redditis accubuimus, ſolitum vnuſquiſque recognoſcens locum: ſumptoque cibo, cum gratias egiſſemus Deo, quieuimus. Sequenti verò die, Petrus ex more ante lucem ſurgens, iam nos inuenit vigilantes, & paratos ad audiendum. Atque ita is exorſus eſt: Deprecor vos, fratres & conſerui mei, vt ſi quis fortè veſtrûm non poteſt vigilare, non ſibi extorqueat, erubeſcens præſentiam meam: quia difficilis eſt ſubita permutatio. Longo autem tempore, ſi paulatim adſueſcat: labor non erit, quod ex vſu venit. nõ enim omnes eiuſdem inſtitutionis fuimus: licet proceſſu temporis in vnam temperari cõſue-

Diſcipuli Simonis deficiunt ad Petrum.

Vide humanitatem Petri.

tudinem

A tudinem poterimus: aiunt enim, quod ſecundum naturæ locum obtineat conſuetudo. Teſtem autem Deum inuoco, quod non indignor, ſi quis fortè non poteſt vigilare: ſed hoc magis, ſi cùm totam quis noctē dormiat, per diem non replet id, quod omiſit in nocte. Neceſſarium nanq; eſt, doctrinæ ſtudijs intentè & indeſinenter operam dare: vt mens noſtra Dei ſolius memoria repleatur: quia mentem, quam repleuerit memoria Dei, maligno in ea nō dabitur locus. Cum hæc diceret ad nos Petrus, vnuſquiſq; noſtrum ſolicitè ſatisfaciebat ei, quod olim breui ſomno ſatiati, vigilaremus, ſed vereremur excitare eū: quia nec deceret diſcipulos magiſtro imperare. quod tamen penè, ô Petre, auſi fueramus præſumere, dum cor noſtrum, nimio verborum tuorum deſiderio tripudians, ſomnum penitùs fugaret ab oculis. Sed iterū affectus erga te noſter obſtitit, & violenter te à nobis non tulit excitari. Tum Petrus: Quoniam igitur audiendi, inquit, deſiderio libenter vos adſeritis vigilare, volo vobis ea B tantùm, quæ heſterno ſparſim dicta ſunt, repetens, diligētiùs & cum ſuo ordine explicare. Quod & per ſingulas quaſq; diſputationes diurnas facere diſpono: vt per noctem, vbi ſecretum loci & temporis datur: ſi quid fortè, vtpote in certamine, minùs plenè dictum eſt: id integro ordine, linea directè explanationis aperiam. Et poſt hæc cœpit nobis oſtendere, quomodo heſterno haberi debuerit diſputatio, & propter contentionem, vel imperitiam contradicentis haberi nō potuit: & ideo ſola profeſſione vſus ſit, atq; ea, quę ab aduerſario dicebantur, tātum deſtruxerit: ſua verò neq; omnia, neq; manifeſtè expoſuerit: & ſingula nobis repetens, integro ordine, & plena ratione differuit. Cùm verò iam albeſceret dies, egreſſus ad turbas poſt orationē, ſolito ad diſputandum conſtitit loco, & videns Simonem in medijs turbis ſtantem, ex more priùs ſalutato populo, ait: Dolori mihi eſſe fateor, de nonnullis hominibus, qui, cùm ita ad nos veniunt, vt diſcant aliquid, vbi eos docere cœperimus, ipſi rurſus magiſtros ſe eſſe profitentur: & interrogant quidem, vt ignorantes, contradicunt C autem, vt ſcientes. Sed fortaſſe dicat aliquis, quod qui interroget, ob hoc quidem, vt diſcat, interroget: vbi verò id, quod audierit, non ei rectè dictū videatur, neceſſe eſſe, vt reſpondeat: & hæc ei videtur eſſe contradictio, quæ non eſt contradictio: ſed rei interrogatio. Audi ergo ad hæc: Totius doctrinæ diſciplina, certum habet ordinē: & ſunt quædam, quæ primo tradenda ſunt: alia verò, quæ ſecundo in loco: & alia, tertio: & ſic ſingula quæq; per ordinem, quæ vtiq;, ſi per conſequentiam tradātur, manifeſta fiunt. Extra ordinē verò, ſi proferantur, etiam contra rationē dicta videbuntur. Et ideo in primis ordo ſeruandus eſt. ſi tamē hoc propoſito quæramus, vt poſsimus, quod quærimus inuenire. Etenim qui rectū initiū viæ acceperit, etiam ſecundū locum conſequenter aduertet: & ex ſecundo, tertiū faciliùs inueniet: & quantò vltrà proceſſerit, tātò magis ei via agnitionis apertior fiet: vſquequo ad ipſam, quò tēdit & deſiderat, vrbem perueniat veritatis. Qui verò imperitus eſt, & quærendi viam neſcit, ſicut peregrinus viator, ignorans & errans, ſi ciue & indigena nolit vti duce, D ſine dubio, cùm aberrauerit à via veritatis, extra vitæ ianuas remanebit: & ita noctis atrę tenebris inuolutus, per ſemitas perditionis incedet. Quia ergo, ſi per ordinē, quę quærenda ſunt, inquirantur, inueniri facillimè poſſunt: ordinē verò requirendi, imperitus ignorat: rectū eſt, vt ſcienti cedat ignarus: & primò, quærendi ordinē diſcat: vt ità demùm interrogandi, & reſpondendi inueniat diſciplinā. Et Simon ad hæc: Nō ergo omniū eſt veritas, ſed eorū tantummodò, qui artem nouerint diſputādi: quod vtiq; abſurdum eſt, cùm æqualiter ſit Deus omniū, non oēs æqualiter poſſe voluntatem eius agnoſcere. Et Petrus: Aequales, inquit, oēs ab eo facti ſunt, & æqualiter cūctis dedit capaces eſſe veritatis. Verùm, quod nullus eorū, qui nati ſunt, eruditus natus ſit: ſed poſterior ſit natiuitate eruditio, nulli dubiū eſt. Cùm igitur natiuitas hominum in eo teneat æquitatem, vt oēs ſimiliter percipiendæ diſciplinæ capaces ſint: non eſt in natura, ſed in eruditione diuerſitas. Aut quis neſcit, quod ea, quæ vnuſquiſq; didicit, priuſquā diſceret, ignorabat? Et Simon: Verè inquit, dicis. Tū Petrus: Si ergo in his artibus, quæ vſus cōmunis habet, primò diſcitur: deinde docetur: quātò ma-

Tertius cōflictus Petri cum Simone. II. dies huius libri.

Ordine omnia facienda.

Ordo quærendi primò diſcendus.

F

tò magis oportet eos, qui eruditores ſe profitentur animarum, primò diſcere, & ita E
docere? ne,cùm ſint ipſi imperiti,ridiculum videatur,ſi alijs ſe præſtituros ſcientiam
repromittant.Tum Simon:In artibus,inquit,his,quæ vſus cõmunis habet,verũ eſt,
quod vnuſquiſq;,niſi didicerit,neſciat.In verbo verò ſciẽtiæ ſtatim, vt audierit quis,
didicit.Et Petrus:Si quidem per ordinem, & cõſequenter audiat, poteſt ſcire, quod
verum eſt: ſed qui emendatioris vitæ regulam cõuerſationiſq; caſtioris ſuſcipere re-
cuſat: quæ vtiq; ſequela eſt ſcientiæ veritatis: ſcire ſe,quod ſcit,non vult fateri.Sicut
etiam nonnullos videmus,qui artibus,quas à puero didicerant,derelictis,ad alios ſe
actus conferunt: & vt excuſatio ſit eis deſidiæ ſuæ: culpare incipiunt artem,velut in-
fructuoſam.Et Simon: Deberent omnes audientes credere verũ eſſe, quod audiũt?
Tum Petrus: Qui audierint per ordinem ſermonem veritatis,contradicere omninò
non poſſunt: ſed ſciunt verum eſſe,quod dicitur: ſi tamen libenter etiã vitæ inſtitu-
ta ſuſcipiant.Hos verò,quos audientes ad bona opera conferre ſe piget;malè agendi
libido acquieſcere his,quæ recta iudicant,nõ ſinit.Vnde oſtenditur, poſitum eſſe in F
auditorum poteſtate,eligere,vtrum malint.Quod ſi oẽs,qui audiunt,obedirent: na-
turæ magis eſſet neceſsitas,quæ vnam oẽs ageret viã.Sicut enim ſuaderi quis non po-
teſt,vt fiat breuior aut longior: quia non ſinit vis naturæ:Ita & ad veritatẽ, ſi omnes
verbo conuerterentur,aut omnes non cõuerterentur,naturæ eſſet vis:quæ cogebat
verbo omnes conuerti,aut nullum omninò cõuerti.Et Simon: Doce ergo nos,quid
primò oportet diſcere eum,qui veritatem ſcire deſiderat?Et Petrus: Ante omnia,in-
quit,quæri oportet: quid ſit homini quærenti inuenire poſsibile? Neceſſe eſt enim,
iudicium Dei in hoc ſtare,num potuit homo bonum facere, & non fecerit: & ideo
quærendum eſt hominibus,num habeant in poteſtate ſua quærentes inuenire,quid
ſit bonum:&,cùm inuenerint,facere?hoc enim eſt,pro quo iudicandi ſunt. Ampli-
ùs) autem his,ſolùm ſcire fas eſt Prophetam,& meritò:quid enim opus eſt,homini-
bus,ſcire,quomodo factus ſit mundus?Hæc enim diſcenda neceſſariò viderentur,ſi G
ſimile ineundum nobis eſſet artificium.Nunc autem ſufficit nobis ad cultum Dei, vt
ſciamus,quod ipſe fecerit mundum: quomodo autem fecerit,quærendum non eſt,
quia vt dixi,non nobis imminet,tanquam ſimile aliquid facturis,artis ipſius ſcienti-
am diſcere.

Sequela, id eſt, cõſectarium. *Elegãs eſt ſententia.* *Bene viuere, ſequela eſt ſcientiæ veritatis.* *Eligere eſt noſtri arbitrij.* *Amplius) id eſt, quod ſuprà hæc eſt, vel, hæc excedit.*

Vtinam & hæc ratio nobis in cœnæ myſterijs placeret. non profectò propterea diſsiparetur ita eccleſia.Quid enim ad me? quomodo verum Chriſti D. corpus in Euchariſtiæ pane poſſit eſſe? cùm præſertim meum non ſit,nec à me ad ſalutem requiratur,idem efficere: vt meum corpus ſub panis ſpecie lateat?

Sed neq; pro hoc iudicandi ſumus, quum non didicerimus, quomodo factus ſit
mundus: ſed hoc tantùm,ſi ignoremus conditorem eius. Sciemus autẽ conditorem
mundi iuſtum,& bonum Deum,ſi eum ſemitis iuſtitiæ requiramus. Nam ſi hoc tã-
tùm ſciamus de eo,quòd bonus ſit,huiuſmodi ſcientia nõ ſufficit ad ſalutem.In præ-
ſenti enim tempore,bonitate eius & beneficijs perfruuntur,nõ ſolùm digni: ſed eti-
am indigni.Si verò non tantùm bonum,ſed etiam iuſtum eum credamus: & ſecun- H
dum hoc,quod de Deo credimus,in omni vita noſtra iuſtitiam teneamus: etiam bo-
nitate eius in æternum fruemur.Deniq; Hebręis,qui de Deo ita opinabantur,quod
ſolùm bonus eſſet, dicebat magiſter noſter, vt & iuſtitiam eius quærerent: hoc eſt,
vt ſcirent eum præſenti quidem tempore bonum eſſe, vt omnes in bonitate eius vi-
uant.Iuſtum verò eum futurũ in die iudicij,vt dignis præmia æterna reſtituat,à qui-
bus excludet indignos.Et Simon: Quomodo poteſt vnum atq; idem, & bonum eſ-
ſe,& iuſtum? Petrus ait: Quia ſine iuſtitia, bonum quodammodo videbitur: boni
eſt enim,Solem ſuum & pluuiam,ex æquo iuſtis & iniuſtis præbere: ſed hoc videre-
tur iniuſtum, ſi bonos maloſq; æquali ſemper ſorte cenſeret: & niſi frugum cauſa
hoc faceret,quibus perfrui æqualiter omnes,qui in hoc mundo nati ſunt, conueni-
ret.Sed ſicut data à Deo pluuia,ex æquo & fruges nutrit,& loliũ: meſsis autem tem-
pore,frumenta quidem congregantur in horreum,paleæ verò vel lolium igni con-
ſumuntur: Ita in die iudicij cùm iuſti introducentur in regnum Dei,iniuſti autem
abijcien-

Matth.6. *Magus ludit in vocabulo, Bonũ: atq; ex hoc contendit, nihil ſimul bonum eſſe poſſe & iuſtum.* *Matth.5* *ὁμοιομ.*

abijcientur foras, tunc etiam iuſtitia Dei oſtendetur. Nam ſi æqualis permaneret perpetuò malis & bonis, iam hoc non ſolùm bonum non eſſet: ſed & iniuſtum atque iniquum videretur, vt iuſti & iniuſti vno apud eum haberentur ordine meritorum. Et Simon: Vnum eſt, de quo mihi velim ſatisfieri, num immortalis ſit anima: nō enim poſſum onus ſubire iuſtitiæ, niſi priùs de immortalitate animæ ſciã: quæ vtiq; ſi immortalis non eſt, nec prædicationis tuæ poterit ſtare profeſsio. Tum Petrus: Quæramus, inquit, priùs, num iuſtus ſit Deus: quod ſi claruerit, integer profectò religionis ordo conſtabit. Et Simon: Videris mihi tu, qui te iactas diſputãdi ordinem noſſe, nunc contra ordinem reſpondiſſe: Me enim rogante, vt oſtendas, num immortalis ſit anima: tu ais, primò nos quærere oportet, num iuſtus ſit Deus. Et Petrus ait: Valdè conſeqnenter, & rectè ſe habet. Simon: Velim diſcere. Petrus: Audi, inquit. nonnulli hominum blaſphemantes Deum, & omnem vitam ſuam iniuſtitiæ voluptate ducentes, in lectulis ſuis defuncti ſunt, cõſequuti finem vitæ inter ſuos, & honorabilem ſepulturam: alij verò Deum colentes, & cum omni iuſutia & ſobrietate, vitam ſuam in parſimonia conſeruantes, pro iuſtitiæ obſeruantia, in deſertis interiere, ita, vt ne ſepultura quidem haberentur digni. Vbi eſt ergo iuſtitia Dei, ſi anima immortalis non eſt, quæ vel, ſi impiè egerit, pœnas in futuro: vel, ſi piè & iuſtè, præmia conſequatur? Et Simon ait: Hoc vtiq; eſt, quod nos incredulos facit, quia multi bene agentes, malè pereunt: & rurſum, multi impiè agentes: longi temporis cùm beatitudine vitam finiunt: Et Petrus: Hoc ipſum, inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis certam ſidem facit, quia iudicium erit.

B

Βίαιοι. Quia boni aliquando malè pereunt, argumentò eſt eſſe aliam vitam poſt hanc. Atque hoc argumentum contra negantes Prouidentiam vſurpat eleganter Gregorius Nazianzenus.

Etenim cùm certum ſit, Deum iuſtum eſſe: neceſſarium & conſequens eſt, aliud eſſe ſeculum, in quo vnuſquiſq; pro meritis recipiens, iuſtitiam Dei probet. Quod ſi nunc omnes homines pro meritis ſuis reciperent, verè nos fallere videbamur, dicentes futurum eſſe iudicium: & ideo hoc ipſum, quod in præſenti vita non redditur vnicuiq; pro actibus ſuis, fidem indubitabilem facit, ſcientibus. Deum eſſe iuſtum quia iudicium erit. Et Simon: Quur ergo mihi non perſuadetur? Petrus ait: quia verum Prophetam non audiſti, dicentem: Quærite primò iuſtitiam eius, & hæc omnia adponentur vobis. Et Simon: Indulge, inquit, mihi, nolenti primò iuſtitiam quærere, antequam ſciam, an immortalis ſit anima. Et Petrus: Et tu mihi hoc vnum indulge, quod nō poſsim facere aliter, quàm me Propheta veritatis edocuit. Tum Simon: Certum eſt, inquit, non poſſe te adſerere, quòd immortalis ſit anima: & ob hoc cauillaris, ſciens, quod ſi mortalis probetur, radicitus conuellatur religionis iſtius, quã conaris adſerere, tota profeſsio: & ideo laudo quidem prudentiam tuam, nō tamen probo perſuaſionem: multis enim perſuades ſuſcipere religionem, & libidinis ſubire continentiam ſub ſpe futurorum bonorum: quibus euenit, vt neq; præſentibus perfruantur, & decipiantur futuris. Simul enim vt mortui fuerint, etiam anima pariter extinguetur.

C

Matth. 6.

D

Magus Petrum carpit, quòd doceat caſtitatem & moderationem à voluptatibus, cælibatumque. Quãnam alia de cauſa nunc carpitur Eccleſia catholica? Huic grauiter iraſcitur Apoſtolus, monſtrans & exprobans calumnioſam ipſi impietatẽ. & inconſtantiam ſuæ doctrinæ, id eſt, obijcit. Multos enim deos aſſeruiſſe. 2. nullos. 3. ſupra verum deum mundi opificem alium ignotum quendam eſſe. 4. deum malum eſſe. 5. imbecillum. 6. Animos mortales. Indicat denique, quàm iſtius modi doctrina vitæ communi ſit pernicioſa futura.

Petrus verò hæc audiens, dentibus frendens, frontemq; atterens manu, & profundo dolore ſuſpirans, ait. Aſtutiâ ſerpentis antiqui, ad hominum decipiendas animas, armatus adſiſtis, & ideo, vt ſerpens ſapientior cæteris beſtijs ab initio doctorẽ te eſſe profeſſus es. Et rurſus, vt ſerpẽs multos introducere Deos volebas; ſuper quo confutatus, nullum omninò nunc eſſe adſeris Deum. Nam per occaſionem, neſcio cuius ignoti Dei, conditorem mũdi Deum negaſti: ſed cum vel malum eſſe, vel mul-

tos habere ſibi æquales: vel omninò, vt diximus, non eſſe Deum confirmabas. Poſt hæc, cùm etiam in hoc ſuperatus fuiſſes, animam nunc adſeuéras eſſe mortalem: vt ne futurorum ſpe rectè iuſteq; viuatur. Nam vtiq;, ſi deſperantur futura, quid non, niſi abſcindatur miſericordia? luxuriæ indulgeatur, & voluptatibus? Ex quibus omnem conſurgere iniuſtitiam conſtat. Et cùm tãtæ impietatis doctrinam, miſeræ huic introducas mortalium vitæ, teipſum pium, me impium vocas: quaſi qui homines nõ ſinam ſub ſpe futurorum bonorum arma corripere, & impugnare ſe inuicem: diripere ac ſubuertere vniuerſa, & moliri omnia, quæ libido dictauerit. Et quis erit iſte vitæ ſtatus, qui à te introducitur, vt pugnent homines, & impugnentur? vt iraſcantur, & perturbentur? & ſemper in metu viuant? Neceſſe eſt enim eos, qui alijs inferunt mala, etiam ipſos ſperare ſimilia. Vidésne te ducem perturbationis, & non pacis? iniquitatis & non æquitatis exiſtere? Verùm ego, non quaſi, qui oſtendere non poſsim immortalem eſſe animam, ſimulaui iracundiam: ſed miſereor animarum hominum, quas tu decipere conaris. Dicam ergo, ſed non quaſi te cogente: ſcio enim, quomodo dicam: & ſolus eris, qui de hoc non tam perſuaſione indigeas: quàm commotione: eo, hoc qui verè ignorant, docebo, vt cõuenit. Tum Simon: Si iraſceris, inquit, non interrogabo, nec audire volo. Et Petrus: Tu, ſiquidem nunc occaſionem quæris ſubterfugiendi, habes licentiam, & ſine occaſionem cuiuſquã. Omnes enim audierunt te nihil rectè dicentem, nec potuiſſe aliquid confirmare: ſed ob hoc tantùm interrogâſſe, vt contradiceres: quod quiuis facere poteſt. Quid enim difficile eſt poſt euidentes adſertiones, reſpondere, nihil dixiſti? Vt autem ſcias, quia poſſum tibi vno ſermone oſtẽdere, quod immortalis ſit anima: interrogo te verbum, quod omnes nôrunt: reſponde mihi, & vno ſermone immortalem eſſe comprobabo. Tum Simon, qui iam occaſionem ſibi viſus fuerat inueniſſe ex iracundia Petri, vt diſcederet: reſtitit, pro eo, quòd mirum ei aliquid promittebatur, & ait: Interroga me, vt tibi reſpondeam, quod omnes nôrunt, & audiam vno vt pollicitus es ſermone, quomodo anima immortalis ſit. Et Petrus. Dicam ita vt præ cæteris omnibus tibi magis probetur.

** hoc eſt, quid ſit, quod incredulo magis fidem facere poſsit.*

Reſponde ergo mihi: *quid eſt, quod incredulum magis ſuadere poteſt, viſus, an auditus? Et Simon: Viſus. Tum Petrus: Quomodo ergo à me vis diſcere verbo, quod tibi re ipſa probatur & viſu? Et Simon: Neſcio, inquit: quomodo dicas. Et Petrus: Si neſcis, perge nunc in domum tuam: & ingreſſus interius cubiculum, videbis imaginem poſitam, continentem pueri violenter necati effigiem, purpura coopertam: ipſum interroga, & docebit te, vel reſponſione vel viſu. Quid enim opus eſt audire ab eo, num immortalis ſit anima, cùm adſtare eam videas præſentem? Si enim non eſſet, nec videri vtiq; poterat. Quod ſi neſcis, quam dico imaginem: hinc è veſtigio cũ alijs decem viris, ex his, qui præſentes ſunt, eamus ad domum tuam. At Simon hæc audiens, & conſcientia percuſſus, colore mutato, exanguis effectus eſt: extimuit enim, ne fortè, ſi negaret, perſcrutaretur domus eius, aut, ne indignans Petrus manifeſtiùs eũ proderet: & omnibus, quis eſſet, innoteſceret: ita reſpondit: Obſecro te Petre, per illum bonum Deum, qui in te eſt, vt vincas malitiam, quæ in me eſt: ſuſcipe me ad pœnitentiam, & habebis me adiutorem prædicationis tuæ. Nunc enim verè rebus ipſis didici, quia Dei veri Propheta es: & ideo ſecreta hominum ſolus, atq; arcana cognoſcis. Et Petrus ait: Videtis fratres, Simonem pœnitentiam quærentem? paulò pòſt videbitis eum rurſus ad infidelitatem ſuam reuerti. Putans enim me Prophetam eſſe, pro eo, quòd publicaui mala eius, quæ in ſecretis habebat & in occultis, pœnitentiam ſe acturum promiſit:

Mentiendũ non eſt in gratiam proximi.

Me enim mentiri fas non eſt: neq;, vt infidelis hic ſaluetur, aut non ſaluetur: ego fallere debeo. Teſtor enim cœlum & terram, quia non propheticè dixi, quę dixi: vel quę, quantũ poſsibile erat, turbis audiẽtibus indicaui: ſed à quibuſdã, qui tunc ei ſocij fuerant in operibus ſuis, nunc autẽ conuerſi ſunt ad fidem noſtram: quid ei in ſecreto geſtum ſit, didici: cognita ergo, non pręcognita loquutus ſum.

Simulata pœnitẽtia

Simon verò, vt hæc audiuit, maledictis his & conuicijs aggreditur Petrum, dicens: O nefandiſsime omnium, & doloſiſsime, cui victoriam fortuna, non

veritas

A veritas dedit. Verùm ego non pro penuria ſcientiæ pœnitentiam petij: ſed vt tu, putans me per pœnitentiam diſcipulum tuum fore, omnia ſecreta profeſsionis tuæ cõcrederes mihi: vt ita demum te cunctis agnitis confutarem. Sed, vt callidus, intellexiſti, quam ob cauſam pœnitudinem ſimulâſſem: & acquieuiſti, tanquam meũ non intelligens dolum, vt priùs me apud populum exponeres, quaſi imperitum: tum deinde præuidens, quod ego ita populo expoſitus, neceſſe habeo indignari, & confiteri, me non verè pœnitudinem gerere, præueniſti, vt diceres me ad infidelitatem meam poſt pœnitentiam regreſſurum, vt omni ex parte viciſſe videreris: ſiue permanerem in pœnitentia quam profeſſus fueram, ſiue non permanerem: vt tu ſapiens crederis, qui iſta præuideris: ego autem deceptus viderer, quia tuum non præuidi dolum: tu verò meum præuidens, calliditate vſus circunſcripſiſti me. Sed vt dixi, fortunæ eſt, non veritatis iſta victoria: Scio tamen, quur ego iſta non præuiderim: quia adſtans loquutus ſum tibi per bonitatem meam, & patienter egi tecum: Nunc autem *Simonis Magi.*

B tibi oſtendam diuinitatis meæ potentiam, vt repentè procidas, & adores me. Ego ſum prima virtus, qui ſemper & ſine initio ſum. Ingreſſus autem vterum Rachel, natus ſum vt homo ex ea, quo ab hominibus videri poſſem: Ego per aerem volaui: igni commixtus vnum corpus effectus ſum: ſtatuas moueri feci: animaui exanima: lapides panes feci: de monte in montẽ volaui: tranſmeaui: manibus Angelorum ſuſtentatus ad terras deſcendi. Hæc non ſolùm feci, ſed & nunc facere poſſum, vt rebus ipſis probem omnibus, quia ego ſum filius Dei, ſtans in æternum, & credentes mihi, ſimiliter ſtare in perpetuum faciam. Tua autem verba vana ſunt omnia: nec vllum potes opus oſtendere veritatis: ſicut & ille, qui miſit te Magus, qui nec ſeipſum potuit liberare de crucis pœna. His dictis à Simone, Petrus reſpondit: Ne agas aliena, tu enim, quod ſis Magus, ex ipſis, quæ geſsiſti, confeſſus es, & manifeſtatus. Noſter autem magiſter, qui eſt filius Dei & hominis, manifeſtè bonus eſt. Quod autem verè ſit filius Dei, quibus oportuit, dictum eſt, & dicetur. Tu autem ſi non vis confite- *Vide principium libri 2. ſuprà.* *Magi de ſe falſiſsima profeſsio.* *IESVS, θεάνθρωπος.*

C ri, quod Magus es: cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apparebit, vter ſit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blaſphemijs & maledictis agere cœpit, vt ſeditione facta, perturbatis omnibus, argui nõ poſſet: & Petrus, quaſi blaſphemiæ cauſa ſecedens, victus videretur. Sed perſtitit, & arguere eum vehementiùs cœpit. Tunc populus indignatus, Simonem atrio eiectum, extra ianuam domus pepulit: eumq; depulſum, vnus ſequutus eſt ſolus. Facto autem ſilentio, Petrus adloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis: ſcientes, quia Deus, cùm poſsit eos excidere, patitur tamen durare vſque ad præſtitutam diem: in qua de omnibus iudicium fiet? Quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Deus? Quur autem non forti animo illatas ab eis toleramus iniurias: cùm ſuas ille, qui poteſt omnia, non vlciſcatur? vt & ipſius bonitas, & malorum noſcatur impietas. Verùm, ſi non inueniſſet Simonem malignus miniſtrum ſibi, inueniſſet alium ſine dubio. Neceſſe eſt enim, ſeculo huic venire ſcandala: væ tamen illi, per quem veni- *Simon deſertus ab omnibus eijcitur ex atrio.* *Petri mãſueta oratio ad turbam.*

D unt. Et ideò magis deflẽdus eſt Simon, quòd vas electionis factus eſt maligno: quod vtiq; non fuiſſet, niſi poteſtatem in eum pro peccatis prioribus accepiſſet. Nam inde quid dicam, quòd & Ieſu noſtro crediderat: & quòd immortales eſſe animas ſibi ipſe perſuaſit? Quamuis in eo ludatur à Dæmonibus, tamẽ perſuaſit ſibi, quod pueri violenter necati habeat animam miniſtrantem ſibi, ad quæcunq; voluerit: in quo verè, vt dixi, à dæmonibus illuditur. & ideò ego ſecundũ ea, quæ ipſi videbantur, loquutus ſum ad eum: nã & à Iudæis didicit, quia ſit iudicium, & vltio proferenda aduerſum eos, qui contra veram fidẽ veniunt, nec pœnitudinẽ gerũt: ſed iſti ſunt, quibus malignus, tanquam perfectis in ſceleribus, apparet, vt decipiat eos, ne aliquando ad pœnitentiam conuertãtur. Vos ergo, quia ad Dominũ conuertimini per pœnitentiam, curuate ei genua. Hæc cùm dixiſſet, omnis multitudo genua flexit Deo. Et Petrus reſpiciens ad cœlum, cum lachrymis orabat ſuper eos, vt Deus pro ſua bonitate ſuſcipere eos dignaretur, confugientes ad ſe. Et poſtquàm orauit, & præcepit, *Mat. 11. 18.* *Credidiſſe aliquando Chriſto Simonem, ex actis cõſtat Apoſtolorum, cap. 8.*

III. dies huius libri. vt poſtera die maturiùs conuenirent, multitudinem miſſam fecit. Tùm deinde, ſe- E
cundum conſuetudinem, cibo ſumpto, quieuimus. Igitur Petrus ſolita noctis hora
Petri facilitas. conſurgens, inuenit nos vigilantes: & cùm ex more ſalutans conſediſſet, primus Ni-
ceta ait: Si permittis, mi Domine Petre, habeo, quod rogem. Et Petrus: Permitto, in-
quit, non ſolùm tibi, ſed & omnibus: & nõ ſolùm modò, ſed & ſemper, vt vnuſquiſ-
que quod eum mouet, & partem, quam dolet in animo, fateatur: vt poſsit conſequi
medicinam. Quæ enim ſilentio conteguntur, nec innoteſcunt nobis, velut multi
temporis vitia difficilè curantur: & ideo, quoniam tacentibus non facilè poteſt me-
dela opportuni & neceſſarij ſermonis adhiberi, proferre debet vnuſquiſque, in quo
animus per ignorantiam languet: tacenti verò dare remedium, ſolius eſt Dei: poſſu-
mus autem & nos, ſed circuitu multi temporis. Neceſſe eſt enim, vt ſermo doctrinæ
ab initio per ordinem currens, & ſingulis quibusq; quæſtionibus obuians cuncta
aperiat, & cuncta diſſoluat: & perueniat etiam ad hoc, quod vnuſquisq; in animo
ſuo requirit: ſed hoc, vt dixi, per multum tempus fieri poteſt. Nunc autem, quod de- F
Prima Nicetæ quæſtio. Cur Deus tanta Mago permittat? ſideras, roga. Et Niceta ait: Vberes tibi gratias ago, ô Clementiſsime Petre, verùm
hoc eſt, quod dicere cupio: Quur Simon, qui aduerſatur, facere tanta hęc, & talia po
tuit? Non enim mentitus eſt aliquid ex his, quæ ſe feciſſe profeſſus eſt. Ad hæc bea-
tus Petrus ita reſpondit: Deus, qui vnus & verus eſt, primo germini ſuo amicos bo-
nos & fideles inſtituit præparare: ſciens autem, quia boni eſſe non poſſunt, niſi ha-
beant in poteſtate ſenſum, quo fiant boni: vt ex ſuo propoſito hoc ſint, quod volũt:
Petri docta explicatio. alióqui non poſſunt eſſe verè boni, ſi non propoſito ſed neceſsitate tenerẽtur in bo-
no: poteſtatẽ dedit vnicuiq; arbitrij ſui, vt hoc eſſe poſsit, quod vult. Et rurſum præ-
Duo ordines hominum. uidens, quia iſta poteſtas arbitrij, alios quidem faceret eligere bona, alios verò mala:
& per hoc in duos ordines neceſſariò propagandũ eſſet hominum genus: vnicuiq;
ordini conceſsit & locum, & Regem, quẽ vellet, eligere: bonus enim rex, bonis gau-
Rex bonorum Chriſtus, malorum diabolus. det. & malignus, malis. Et quamuis hæc tibi, ô Clemens, in hoc tactatu, quẽ de præ-
finitione & fine diſſerueram, pleniùs expoſuerim: tamen & nunc requirenti Nicetę G
manifeſtare me conuenit: quæ ſit ratio, cur Simon, qui cõtra Deum ſentit, tãta face-
re mirabilia potuit. Igitur primò omniũ, malus eſſe iudicatur apud Deum is, qui re-
Clemens dictante Petro librum conſcripſit de Præfinitione Dei. is nunc non extat. quirere nõ vult, quod ſibi expedit. quomodo enim talis iſte aliũ diliget, qui ſemetip-
ſum non diligit? Aut cui non iſte inimicus erit, qui ſibijpſi amicus eſſe nõ potuit? Vt
ergo diſtinguerentur, qui bona, & qui eligunt mala: Deus, quod vtile eſt, occultauit
hominibus: id eſt poſſeſsionem regni cœlorũ, eamq; velut theſaurum ſecretũ repo-
ſuit & abſcondit, vt ad eã non facilè quis poſsit virtute, & ſcientia peruenire propria:
famã tamen eius, diuerſis nominibus & opinionibus, per generationes ſingulas ad
omniũ perduxit auditũ: vt, ſi qui fortè eſſent amatores boni, audiẽtes, quod ſibi eſſet
Vnde requirenda veritas. vtile & ſalutare, requirerẽt, & inuenirẽt: Requirerent aũt non à ſemetipſis, ſed ab eo,
qui occultauit: dariq; ſibi accedendi aditũ, & viam ſcientiæ precarẽtur: quæ illis ſolis
panditur, qui eã ſuper omnia mundi huius diligerent bona. Nec alio quis pacto vel H
intelligere eã poſsit, etiãſi prudentiſsimus videretur. Hi verò, qui neglexiſſent, quod
ſibi vtile & ſalutare eſſet, inquirere: tanquàm ſeipſos odio habentes, & ſibimetipſis
inimici, frauderentur eius bonis, velut, qui diligerẽt mala. Oportet ergo bonos dili-
gere eã ſuper omnia, id eſt, ſuper diuitias, gloriã, requiẽ, parẽtes, propinquos, amicos,
& omne, quod in hoc mundo eſt. Qui verò perfectè diligit poſſeſsionem hanc regni
cœlorũ, abijciet ſine dubio oẽm malæ cõſuetudinis vſum, negligentiã, deſidiã, mali-
tiam, iram, cũctaq; his ſimilia. Nã ſi quid horũ prætuleris ei, tanquã, qui plùs dilexe-
ris propriæ libidinis vitia, quàm Deũ, ad poſſeſsionẽ regni cœleſtis peruenire nõ po-
teris: quia & verè ſtultũ eſt, aliquid plùs amare, quàm Deũ. Siue enim parentes ſunt,
moriuntur: ſiue propinqui, nõ permanent: ſiue amici mutantur. Solus eſt aũt Deus
æternus, & indemutabilis parens. Qui ergo nõ vult inquirere, quod ſibi vtile eſt: ma
lus eſt, in tantũ, vt malitia ſua ipſum impietatis principẽ ſuperet. Ille enim bonitate
Dei abutitur, ad propoſitũ malitię ſuę: & ſibi placet. Hic aũt ſalutis ſuę bona negligit,
vt per-

A vt perditione ſui malo placeat. Propter hos ergo, qui ſalutis ſuæ neglectu placēt malo: & eos, qui ſtudio vtilitatis ſuæ placere cupiunt bono: paria quædã ad tentationẽ præſenti huic ſeculo ſtatuta ſunt decẽ: ſecũdum numerum decẽ plagarũ, quæ illatæ ſunt Aegypto. Cũ enim Moyſes ſecundũ præceptũ Dei peteret à Pharaone, vt emitteret populnm: & ad teſtimonium cęleſtis imperij ſigna oſtenderet, proiectã in terrã virgam: conuerſa eſt in ſerpentem. Cumq; ob hęc Pharao non vellet adquieſcere, vt pote habens arbitrij libertatẽ: rurſum Magi ſimilia ſigna facere viſi ſunt, permittẽte Deo: vt propoſitum Regis probaretur ex arbitrij libertate, ſi magis crederet ſignis Moyſi, qui à Deo miſſus eſt: quàm his, quæ Magi videbantur potiùs facere, quã faciebant: quos ipſo vtiq; nomine intelligere debuerat, nõ eſſe operarios veritatis: quòd non à Deo miſsi, ſed Magi appellabantur: ſicut & ratio indicat. Deniq; vſq; ad aliquẽ locum viſi ſunt habere certamen, & poteſt hæc confeſsi de ſe, ceſſere meliori. Inducitur ergo plaga vltima, interitus primitiuorũ: & tunc Moyſes iubetur populum con

Decem paria ad numerũ decẽ plagarum cõſtituta.

Exod. 5. 7.

Vide Philonem, 1. lib. de vita Moſeos,

Exod. 12.

B ſparſione ſanguinis conſecrare, atq; ita magna cum prece, oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur abſcedere: Simili ergo modo etiã nunc per me video geri. Sicut enim tunc Moyſe hortante Regem, vt crederet Deo, obſiſtebant Magi, quaſi oſtentatione ſimilium ſignorũ: & à ſalute incredulos prohibebant: ita & nunc, cùm ego exîerim docere oẽs gentes, vt credant vero Deo, Simon Magus reſiſtit: eadem agens aduerſum me, quę & illi tunc egerunt aduerſum Moyſen: vt ſi qui ſunt ex gentibus, qui non recto iudicio vtuntur, appareant: ſaluentur aũt, qui ſignorũ rectum diſcrimen habuerint. Hæc dicente Pet. Niceta reſpondit: Obſecro te, vt ſi quid ad memoriam venit, permittas mihi proferre. Tum Pe. delectatus ſuper ſtudio diſcipulorum: Dic, inquit, quod vis. Et Niceta ait: Quid peccauêre Aegyptij, ſi non crediderunt Moyſi? cùm & Magi ſimilia ſigna fecerint, etiamſi viderentur potiùs fieri, quàm veritate fierent? Nam & ſi ego fuiſſem tunc, ex eo, quod magi ſimilia faciebant, nónne aut Moyſen Magum credidiſſem? aut Magos, quæ oſtendebant, diuinitùs facere pu

Altera Nicetæ q̃ſtio

Quî factũ ſit, vt Magis, Aegyptij potiùs, quàm Moſi crediderint.

C tâſſem? quia non mihi veriſimile videretur, licet per phantaſiam, eadem tamen eſſici à Magis poſſe: quæ ille, qui à Deo miſſus eſt, perpetrabat. Et nunc ergo, quid peccant hi, qui Simoni credunt? cùm videant eum tãta facere mirabilia? Aut non eſt mirabile per aërem volare? igni admixtum, vnum corpus effici? facere ſtatuas ingredi? canes æreos latrare? & alia his ſimilia, quæ vtiq; diſcretionem neſcientibus, ſatis mira ſunt. Sed & de lapidibus viſus eſt panes facere. Quod ſi peccat, qui ſigna facientib. credit: quomodo non peccâſſe videbitur & is, qui Domino noſtro pro ſignis & virtutibus credidit? Et Petrus ait: Libẽter accipio, quod de veritate ad amuſsim requiris: & impedimenta fidei in anima tua latere non pateris: vnde & medelam conſequi facilè potes. Meminiſti, quod peius omnium eſſe dixi, cùm quis negligit, quod ſibi expedit diſcere? Et Niceta reſpondit: Memini. Pet. Et rurſum, quod Deus occultauit veritatem ſuam, vt eam his, qui ſe fideliter, ſectantur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus ſum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia in terram defoſſam abſconde-

pro ſignis i. propter ſigna.

Impedimẽta fidei, dubitationes.

D rit Deus veritatem: & mentes ei ſuperpoſuerit, vt ab his, qui in profundum fodere valent, tantummodo inueniri poſsit? Non ita eſt, ſed ſicut montes & terram cęli ambitu circundedit: ita & veritatem charitatis ſuæ velamine contexit, vt ille ad eam ſolus peruenire poſsit: qui priùs ianuam dilectionis diuinæ pulſauerit. Etenim, quod priùs dicere cœperã, paria quædã huic mundo deſtinâſſe Deũ: ille, qui primus ex parib. venit, à malo eſt: qui ſecũdus, à bono. In quo vnicuiq; hominũ iuſti occaſio iudicij datur: ſiue ſimplex ille ſit, ſiue prudẽs. Nam ſi ſimplex eſt, & crediderit illi, qui primus venit: ſignis enim & prodigijs motus, neceſſe eſt eâdem ratione, vt etiam illi, qui ſecundò venerit, credat: ſignis enim & prodigijs ſuadebitur, & nunc, ſicut priùs. Dũ verò crediderit huic ſecundo, diſcet ab eo, quòd primo illi, qui à malo venit, credere non debeat: & ita prioris error ſecundi emendatione corrigitur. Si verò, quia primò credidit, ſecundum recipere noluerit; meritò vt iniuſtus condemnabitur: iniuſtum enim eſt, vt cùm primo propter ſigna crediderit, ſecundò eadem aut etiam potiora

Platonicũ nã hoc Plato eodẽ modo de dialectica ſcripſit.

Paria quædam mũdi.

 ferenti

ferendi ſigna, non credat. Si verò credidit primo, conſequens eſt, vt vel in ſecundo E
moueatur ad credendum. Neq; enim in tātum animo ſtertit, vt ingeminatis mirabi-
libus non valeat ſuſcitari. Si verò prudens eſt, diſcretionem poteſt capere ſignorum.
Et ſi quidem primo credidit, augmentis virtutū mouebitur ad ſecundum: & ex com
paratione, quæ ſint potiora, deprehendet: quāuis manifeſta habeantur indicia apud
eruditos quoſq;, ſicut per ordinis conſequentiam demonſtrauimus. Si verò, tanquā
ſanus quis, & qui medico non indigeat, non cōmotus ad primum: rei ipſius perſeue-
rantia ſuſcitabitur ad ſecundum: diſtinctionemq; ſignorum & mirabilium faciet, in
hūc modum. Ille, qui à malo eſt, ſigna quæ facit, nulli proſunt: illa verò quæ facit bo-
nus, hominibus proſunt. Nam, dic queſo, quę vtilitas eſt oſtendere ſtatuas ambulan
tes? Latrare æreos aut lapideos canes? ſalire montes? volare per aërem? & alia his ſimi
lia, quæ dicitis feciſſe Simonem. Quæ autem à bono ſunt, ad hominum ſalutem de-
feruntur, vt ſunt illa, quæ fecit Dominus noſter, qui fecit cæcos videre: fecit ſurdos
audire: debiles, claudos erexit: languores & dæmones effugauit: mortuos fecit re- F
ſurgere: & alia his ſimilia, quæ etiam per me fieri videtis. Iſta ergo ſigna, quæ ad ſalu-
tem hominum proſunt, & aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere non
poteſt: niſi in fine mundi tantum. Tunc enim admiſcere ei conceditur aliqua etiam
de dextris ſignis, id eſt, vt vel dæmones fuget, vel ægritudines ſanet: & propter hoc,
tanquam qui exceſſerit terminos ſuos, & in ſemetipſum diuiſus ſit, ac ſemetipſum
impugnauerit, deſtruetur. Et propterea Dominus prædixit, in nouiſsimis tempori-
bus tentationem futuram talem, in qua decipiantur, ſi fieri poteſt, etiam electi: con-
fuſis ſcilicet indicijs ſignorum, perturbari neceſſe eſt, etiam eos, qui in diſcernendis
ſpiritibus, ac diſtinguendis virtutibus videntur eruditi. Decem ergo, quæ diximus,
paria, huic mundo deſtinata ſunt ab initio ſeculi: Cain & Abel, vnum fuit par. Se-
cundum verò, Gigantium, & Noë, Tertium Pharaonis & Abraham. Quartum Phi-
liſtinorum & Iſaac. Quintum, Eſau & Iacob. Sextum, Magorum & legiſlatoris Moy G
ſi. Septimum, tētatoris & filij hominis. Octauum, Simonis & meum, Petri. Nonum,
omnium gentium, & illius, qui mittetur ſeminare verbum inter gentes. Decimum
Antichriſti & Chriſti: de quib. paribus aliás vobis per ſingula latiùs exponemus. Et
cùm hæc diceret Pet. Aquila ait: Verè adſidua doctrina opus eſt, vt de ſingulis poſsit
quis ſcire rationem. At Pet. Quis eſt, qui aſsiduus ſit erga doctrinam, & ſtudioſè ſin-
gula quæq; perquirat? niſi, qui animam ſuam diligit ad ſalutem, & omnibus renun-
ciat huius mundi negocijs, vt ſoli verbo Dei vacet: quem ſolum prudentē iudicat ve
rus Propheta, vendentem omnia, quæ ſua ſunt: & ementem vnam veram Margari-
tam: & intelligentē, quę ſit differentia à temporalib. ad æterna: paruis ad magna: ho-
minibus ad Deum. Intelligit enim, quæ ſit æterna ſpes apud verū & bonum Deum.
Quis aūt eſt, qui diligit Deum, niſi, qui ſapiētiam eius cognouit? quomodo aūt quis
agnoſcere poterit ſapientiā Dei, niſi aſsiduus ſit ad audiendum verbum eius? ex quo
accidit, vt amorē eius concipiat, & digno eum honore veneretur: hymnis & oratio- H
nibus ad eum fuſis, & in his libentiſsimè requieſcens, ſummumq; deputās detrimen
tum, ſi quando aliquid aliud vel ad momentū temporis loquatur, aut agat: quia re-
uera nec poteſt anima, quæ Dei amore repleta eſt, aliud aliquid intueri: niſi, quod ad
Deū pertinet: nec ſaciari poteſt præ amore eius, ea, quæ ipſi ſcit eſſe placita, meditan-
do. Hi verò, qui affectum eius minimè concepêre, nec illuminatam charitatem eius
gerunt mente, velut in tenebris poſiti, lucem videre non poſſunt. Et ideo etiā priùs,
quàm incipiant requirere de Deo, quaſi labore oppreſsi, ſtatim deficiūt: ac tædio re-
pleti continuò à propria conſuetudine rapiuntur ad ea verba, quibus delectantur.
Nam de Deo audire aliquid, talibus tædioſum eſt & moleſtum: pro eo, vt dixi, quia
mens eorum nullam dulcedinem diuinæ charitatis accepit. Hæc Petro dicente, dies
exortus eſt: & ecce veniens quidam ex diſcipulis Simonis clamabat, dicens: Obſe-
cro te Petre, ſuſcipe me miſerum, à Mago Simone deceptum: cui ego velut cœleſti
Deo intendebam, ob illa, quæ ab eo fieri mirabilia videbam: Auditis tamen ſermo-
nibus

Pſalm. 83. Ibūt de virtute in virtutem.

Amuſsis ad quam prodigia exigere cōuenit, an ex Deo ſint.

Signa diaboli qualia

Matt. 24.

Decem paria totius mūdi collata inter ſe.

Gen. 4.

Gen. 6. 7.

Mat. 19. 13.

Nemo diligit Deum, niſi qui ſapientiam eius cognouerit.

Hactenus de ante Lucanis quæſtionib. dixi tert.

A nibus tuis, cœpit iam mihi homo videri: & quidem malus. Veruntamē cùm hinc exiret, ego eum ſubſequutus ſum ſolus, nondū enim ad liquidum impietates eius agnoueram. Cùm autē vidiſſet me ſubſequētem, beatum me dicens, perduxit ad domum ſuam: circa medium verò noctis ait ad me: Omnium te hominum faciam meliorem, ſi volueris vſq; ad finem perſeuerare mecum: cui cùm promiſiſſem, exigit à me iuramentum parſeuerantię: eoque accepto, impoſuit ſuper humeros meos polluta quędam & execrabilia ſecreta ſua, vt portarem: & ſequi me iuſsit. Vbi verò ventum eſt ad mare, nauigium, quod fortè aderat, ingreſſus, id à ceruicibus meis, quod portare me iuſſerat ſumpſit. Et paulò poſt egreſſus, nihil extulit: certum, quod in mare id iecerat: rogabat autem me, vt cum ipſo proficiſcerer, deinceps ſe Romā petere: ibi enim in tātum placiturum, vt Deus putetur: & diuinis publicè donetur honorib. *Tunc, inquit, te omnibus diuitijs repletum, ſi huc redire placuerit, & plurib. fultum miniſterijs, mittam. B Hæc ego audiens, & nihil in eo, ſecundum hanc profeſsionem vidēs: ſed Magum & deceptorem eſſe intelligens, reſpondi: Quæſo te, ignoſce mihi, quia pedes doleo: & proptereà exire à Cęſarça non valeo: præterea eſt mihi vxor: ſunt paruuli liberi: quos relinquere omninò non poſſum. At ille hæc audiēs, & ignauiæ me incuſans, profectus eſt contra Doram, dicens: Cùm audieris, quanta mihi gloria erit in vrbe Roma, pœnitebit te.

Simō artis ſuæ myſteria in mare proiecit.

** Factum hoc, ſuprà in librū 2. annotatū eſt ex Iuſtino Martyre*

Simon Romam proficiſcitur.

Quæ ſit Dora, vide initio quarti libri. Et Egeſippum, lib. 1 de excidio vrbis Hieroſol. cap. 35. quo loco notatur Cæſaream Stratonis ſitam fuiſſe inter Ioppen, quæ nimirum ad meridiem mari adiacet, Syriaco: & Doram, quæ eidem imminet verſus aquilonem: ambas maritimas.

Et poſt hæc ipſe quidem, vt aiebat Romam pet[illegible] ego autem confeſtim redij huc, orans, vt me ſuſcipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus ſum. Cùm hęc dixiſſet is, qui à Simone egreſſus eſt, iuſsit eum Petrus in atrio reſidere. Procedens autem ipſe, & turbas plurimas videns, multò plures, quàm ſuperioribus diebus, ſtetit in loco ſolito: & oſtendens eum, qui à Simone venerat, ſermonē facere hoc modo cœpit. C Iſte, fratres, quem oſtendo vobis, paulò antè venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuncians: quomodo ipſam ſceleris ſui officinā proiecerit in profundum: non, quaſi pœnitentia ductus: ſed metuens, ne deprehenſus publicis legibus ſubiaceret. Rogabat autem hunc, vt dicit, munera immēſa pollicens, ſecum manere. Cui cùm perſuadere minimè potuiſſet, tanquam ignauum increpans, dereliquit: ipſe verò Romā petens. Cumq; hæc Petrus indicaſſet turbis, ipſe, qui regreſſus à Simone fuerat, publicè ſtans, ſingula quæq; cœpit populo exponere de ſceleribus Simonis. Et cùm grauiter ferrent de his, quę audiebant per artes magicas geſta à Simone, ait Pet. Nolite fratres grauiter ferre de his, quæ trāſacta ſunt: ſed obſeruate de futuris: quæ enim trāſierūt, iam finita ſunt: quæ verò imminēt, periculoſa ſunt his, qui incurrerint: ſcādala enim nunquam deērunt huic mūdo, donec permittitur inimico agere pro voluntate ſua: vt prudentes quiq; & intelligētes aſtutias eius, ſuſcitatos ſibi ab eo ſuperent agones. D Hi verò, qui negligunt diſcere, quæ ad ſalutem pertinēt animę ſuę: iuſtis ab eo deceptionibus capiantur. Quia ergo, vt ipſi audiſtis, Simon egreſſus eſt: aures gentilium, qui ad ſalutem vocati ſunt, pręuenire neceſſe eſt: & me veſtigia inſequi: vt, ſi quid fortè ab illo diſsipatum fuerit, corrigatur à nobis. Sed quoniam iuſtum eſt de vobis maiorem ſolicitudinem geri, qui iam intra muros vitæ cōtinemini: quia, quod adquiſitum eſt, ſi perçat, damnū infert: quod autem nondum, ſi quidem inueniri potuerit, lucrum eſt: ſi minus, hoc ſolùm damni eſt, quod lucrum factum non eſt. Vt ergo & vos magis in veritate firmemini: & gentes, quæ ad ſalutem vocātur, non vſquequaq; poſsint nequitia Simonis præueniri: cogitaui Zachæum vobis ordinare paſtorem: ego verò ipſe tres vobiſcum permanere menſes, & ita proficiſci ad gētes: ne ampliùs morantibus nobis, & ſcelerib. Simonis vſquequaque graſſantibus inſanabiles fiant. Hæc illo dicente, vniuerſus populus fleuit: audiens, quòd profecturus eſſet. At Petrus compaſſus eis, etiam ipſe lacrymas fudit, & in cœlum reſpiciens, ait: Tibi Deus, qui cœlum terramque feciſti, & omnia, quæ in eis ſunt, precem ſupplicem fundimus,

Matt. 18.

Mala præterita boni cōſulenda.

Zachæus ordinatus Epiſcopus apud Cæſaream à Petro

mus, vt confugientes ad te in tribulatione ſua ſoleris: propter affectum enim, quem habent erga te, diligunt me: qui veritatem tuam adnunciaui eis: Propter quod miſerationis tuæ dextra cuſtodi eos: nō enim Zachæus, nec alius quiſquam hominum cuſtos eſſe eis idoneus poteſt. Hæc autem & his ſimilia cùm dixiſſet Petrus, manibus ſuperpoſitis Zachæo, orauit, vt inculpabiliter Epiſcopatus ſui ſeruaret officium. Poſt hæc duodecim presbyteros ordinauit, & diaconos quatuor, & ait: Zachæum hunc vobis ordinaui Epiſcopum, ſciens eum timorem Dei habere, & eruditum eſſe in ſcripturis: quem quaſi Chriſti locum ſeruantem, honorare debetis, obedientes ei ad ſalutem veſtram: & ſcientes, quod ſiue honor, ſiue iniuria, quæ ei defertur, ad Chriſtum redundat: & à Chriſto, ad Deum. Audite ergo eum attentiùs, & ab ipſo ſuſcipite doctrinam fidei: monita autem vitæ à presbyteris: à diaconis verò ordinem diſciplinę. Viduarum religioſam curam gerite: pupillos enixiùs iuuate: pauperibus miſericordiam facite: iuuenes pudicitiam docete. Et vt breuiter totum dicam alterutrũ vos, in quibus res popoſcerit, ſuſtentate. Deum colite, qui creauit cœlum & terram: & Chriſto credite: inuicem diligite: miſericordes eſtote ad omnes, non verbo ſolo: ſed & opere & rebus implete charitatē. Et cum hæc atq; his ſimilia præcepiſſet, pronunciauit ad populum, dicens: Quoniā tres menſes ſtatui facere vobiſcū, ſi quis veſtrûm deſiderat, baptizetur: vt exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cæleſtium, ex geſtis proprijs fiat. Accedat ergo, qui vult, ad Zachæum: & ipſi det nomen ſuum, atq; ab eo myſteria audiat regni cælorũ. Ieiunijs frequentibus operam impendat, ac ſemetipſum in omnibus probet, vt tribus his menſib. conſummatis, in die feſto poſſit baptizari. Baptizabitur autem vnuſquiſq; veſtrûm in aquis perennibus, nòmine trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe, perũctus primò oleo per orationem ſanctificato, vt ita demum per hæc conſecratus, poſſit percipere de ſanctis. Et cùm multa dixiſſet de ratione baptiſmi, dimiſſis turbis, ad ſolitam ſe recepit manſionem: Ibiq; adſtantibus ſibi duodecim, id eſt, Zachæo, & Sophonia: Ioſepho & Michæa: Eleazaro & Phinees: Lazaro & Heliſæo: me Clemente & Nicodemo: Niceta & Aquila: hoc modo proloquutus eſt: Conſideremus fratres, quod iuſtum eſt: debemus enim auxilium aliquod ferre gētibus, quæ ad ſalutem vocatæ ſunt. Ipſi audiſtis quod Simon præcedere volens iter noſtrum, profectus ſit: quem oportuerat & è veſtigio inſequi, vt ſicubi aliquos ſubuertere tentâret, continuò confutetur à nobis. Sed quoniā iniuſtum mihi videtur, vt derelictis his, qui iam cōuerſi ſunt ad Deum, eorum, qui adhuc longè ſunt, curam præferamus: rectum puto, tribus menſibus permanere me cũ his, qui in hac ciuitate conuerſi ſunt ad fidem: & firmiores eos efficere: nec tamē illos, qui adhuc longè ſunt penitùs negligere: ne fortè, ſi diu veneni peſſimæ doctrinæ inficiantur, difficiliùs reuocētur. Et ideo volo, ſi tamen etiam vobis iuſtum videtur, vt pro Zachæo, quem hic ordinauimus Epiſcopũ, ſubijciatur in numero Beniamin filius Saba: & pro Clemente, quem decreui mecũ ſemper eſſe, qui ex gentibus veniens, audiendi verbi Dei grande deſiderium gerit, Ananias filius Safra: Pro Niceta verò, & Aquila, qui nuper cōuerſi ſunt ad fidem Chriſti, Rubelus Zachæi frater, & Zacharias ſtructor. Iſtis ergo quatuor, pro his quatuor ſubſtitutis, expleri volo duodecim numerum: vt me in ipſis ſemper ſecum eſſe ſentiat Simon. Sequeſtratis igitur me Clemente, & Niceta & Aquila, ad illos duodecim ait: Volo vos poſt diem craſtinum proficiſci ad gentes, & veſtigia Simonis inſequi: vt omnia, quę agit, manifeſta mihi faciatis: ſed & propoſitum ſingulorum diligenter requirite: & me adfuturum ſine mora eis adnunciate: & ne multa vobis dicam, per omnia inſtruite gentiles, expectare aduentum meum. Cumq́; hæc atq; his ſimilia dixiſſet: etiam vos, inquit, fratres, ſi quid vobis ad hæc videtur, dicite: ne fortè non ſit rectum, quod mihi ſoli placet. Tum omnes vna voce collaudantes eum: Rogamus magis, aiebant, vt pro arbitrio tuo cuncta diſponas: &, quod tibijpſi videtur, iubeas: hoc enim putamus eſſe opus integrum pietatis, ſi quæ tu iuſſeris, impleamus. Igitur ſtatuto die, cùm ſtetiſſent ante Petrũ: Ne arbitreris, aiũt, Petre, paruum nobis indici mœrorem

Sic & Chriſtus orat, Ioann. 17.

Manuũ impoſitio.

Vide, qualē ordinet Petrus Epiſc.

Diſtincta officia Epiſcopi, Preſbyterorũ et diaconorũ, quæ?

Compendium præceptorũ Petri ad diſcipulos ſuos: & ſumma catechiſmi.

Oleo in baptiſmo vſi ſunt in primitiua Eccleſia. Teſtatur id ipſum, Dionyſius Areopagita, in Eccleſ. hierarchia.

A mœrorem,quòd fraudamur,non audientes te per menſes tres:ſed quoniam hoc ex-
pedit agere, quod tu iubes, obediemus promptiſsimè: ſemper ergo vultum tuum in
noſtro corde retinentes,ſicut iuſsiſti, alacres proficiſcimur. At ille oratione pro eis
ad Dominum fuſa, emiſit eos. Et cùm profecti fuiſſent illi duodecim, qui præmiſsi
ſunt,Petrus ingreſſus,ex more,in loco diſputationis ſtetit. Conuenerat autem po-
puli multitudo,copioſior numerus,quàm ſolebat, & omnes cùm lachrymis intue-
bantur eum,pro eo,quod pridie ab eo audiſſent, profecturũ ſe Simonis gratia. Sed
& ipſe lacrymantes eos videns ſimilia patiebatur:licet conaretur occultare, & inhi-
bere lacrymas:prodebatur tamẽ ex tremore vocis,& interruptione ſermonis,quod
ſimili angeretur affectu. Veruntamen manu confricans frontem: Aequo animo,in-
quit,eſtote fratres,& miſericordes animas veſtras conſilij ratione ſolamini:referen-
tes omnia ad Deum,cuius ſolius implenda,& omnib.præferenda voluntas eſt.Nam
B ſi verbi gratia ponamus, quod pro affectu, quem erga vos gerimus, contra volun-
tatem eius agẽtes,reſideamus vobiſcũ:nunquid non poteſt miſſa in me morte,profe
ctionem mihi à vobis inducere longiorem?Et ideo melius eſt,vt hanc breuiorẽ cum
voluntate ipſius impleamus: vt pote, quibus definitum eſt,in omnib. obedire Deo:
vnde & vos debetis ſimili obedientia parere ei,quippe,qui etiam me,non alia ex cau
ſa,niſi pro ipſius amore diligatis. Vt ergo amici Dei,voluntati eius obtemperate: ſed
& vos ipſi probate,quod iuſtum eſt.Nunquid non impium videbatur,ſi cùm vos Si-
mon deciperet,ego non veniſſem ad vos?detentus à fratribus, qui erant in Hieruſa-
lem,& quidem cum haberetis apud vos Zachæum,virum bonum,& in ſermone ex-
peditum? Ita ergo & nunc impium iudicate, ſi cùm exierit Simon ad gentes impu-
gnandas,quibus nullus omninò defenſor eſt, ego non ſubſequar:detentus à vobis.
Propter quod obſeruemus, ne fortè affectu iniuſto, voluntatem maligni faciamus.
Interim tribus,vt dixi,menſibus permanebo apud vos: Eſtote aſsidui ad audiendum
C verbum:& conſumatis his,ſi qui poſſunt, & volunt ſequi nos:permittitur eis, ſalua
pietate. Quod autem dico,ſalua pietate,hoc eſt,ne quem diſceſſu ſuo contriſtet,qui
contriſtari non debet: vel parantes relinquens, quos non oportet:vel vxorem fide-
lem:vel,ſi quę ſunt huiuſmodi perſonę,quibus propter Deum deferri ſolatium con
uenit. Intereà per dies ſingulos diſputans & docens, propoſitum tempus in doctri-
næ labore compleuit. Et cùm aduenifſet dies feſtus,ſupra decẽ millia baptizati ſunt.
In illis autem diebus epiſtola mittitur à fratribus, qui præceſſerant, in qua Simonis
ſcelera cõtinebantur:quomodo per ciuitates deciperet turbas,& Petrum per ſingu-
la laceraret,vt cùm fortè aduenifſet,nullus ei accommodaret auditum.

XII. diſcipuli Petri mittuntur ad prædicãdũ

Solatur Petrus triſtẽ eccleſiã Cæſareanã ob diſceſſum ſuum.

Non facile relinquẽdi ſunt parentes aut vxores Euangelij prætextu.

Petrum publicè à diis maleficij oraculis accuſatum & perſtrictum eſſe verſibus Græcis, teſtatur & Auguſtinus libr. 18. de Ciuitate dei, cap. 53. & 54. Dicebant Dij, huius magicis ſceleribus duraturum ſaltem Chriſti religionem ad annos trecentos, ſexaginta quinq; deinde deſituram.

Adſerebant eum Magum eſſe,* & ſine Deo:iniurioſum,callidum,imperitum,& im
D poſsibilia profitentẽ. Mortuos enim reſurrecturos adſerit: quod eſt,inquit,impoſ-
ſibile. Si qui verò eum confutare velit, occultis ab eo inſidijs perimitur per ſatelli-
tes eius:propter quod,inquit,& ego cùm eum ſuperáſſem & triumpháſſem,inſidias
eius veritus,fugi,ne fortè maleficiis me perimeret: aut mortem meam per inſidias e-
locaret:indicabant autem maximè eum apud Tripolim demorari. Igitur Petrus epi-
ſtolam recitari populo iubet:& poſt lectionem adloquutus eos,de omnibus pleniſ-
ſimè inſtruxit: præcipuè tamen, vt obedirent Zachæo, quem eis ordinauit Epiſco-
pum. Sed & presbyteros & diaconos populo: & ipſis nihilominus populum com-
mendauit:ſimulque denuncians,quôd apud Tripolim hyematurus eſſet. Commen
do vos,inquit, gratiæ Dei:craſtino cum voluntate Domini profecturus. Per totos
autem tres menſes,quos apud Cæſaream doctrinæ cauſa exigemus, quæcunq; apud
populum diſſerebat per diem, hæc nobis ſecretô lucubrantibus ſecum, pleniùs &
perfectiùs explanabat tanquã fidelioribus,ac ſibi liquidò probatis. Simul & imperat
mihi,quia intellexit me ſtudioſiùs,quæ audirẽ, memoriæ commẽdare:libris ſingula
quæque,

** ſine Deo, id eſt ἄθεον.*

Negotium ſcribendi à Petro iniunctum Clementi.

quæque quæ memoratu digna videbantur, comprehendere, & mittere ad te, mi Domine Iacobe: ſicut & feci, parens eius præceptis.

Non ſunt hi Recognitionum libri: ſed alij, qui nunc nobis deſiderantur: vt alia multa ex priſcorum patrum monumentis, fortaßis autem ſunt illi, quos præter hos decem, alios totidem numero, conſcripſiſſe Clementem refert Volfg. Lazius ex ſcrinijs Primitiuæ eccleſiæ: quæ omnes viginti numero malum itinerarij habuerint. Sed de his luculentiùs ſuprà, in iudicio noſtro de Clementinis ſcriptis.

Primus ergo liber ex his, quos priùs miſi ad te, continet de verbo Prophetæ: & de proprietate intelligentiæ legis: ſecundum id, quod Moyſi traditio docet. Secundus de principio continet, vtrum vnum ſit principium, an multa? &, quod non ignorat Hebræorũ lex, quid ſit immenſitas. Tertius, de Deo, & his, quæ ab eo inſtituta ſunt. Quartus, quod, cum multi dicantur Dij, vnus ſit verus Deus: ſecundum teſtimonia ſcripturarum. Quintus, quòd duo ſint cœli: quorum vnum, ſit iſtud viſibile firmamentum, quod & tranſibit: aliud verò, æternum, & inuiſibile. Sextus, de bono & malo: &, quod bono cuncta ſubijciantur à patre: malum, autem quare, & quomodo, & vnde ſit? & quod cooperetur quidem bono: ſed non propoſito bono: & quæ ſint ſigna boni, quæ verò mali: & quæ ſit differentia dualitatis & coniugationis. Septimus, quæ ſint, quæ proſequuti ſunt duodecim Apoſtoli apud populum in templo? Octauus, de verbis Domini, quæ ſibi videntur eſſe contraria: ſed non ſunt: &, quæ ſit horum ſolutio. Nonus, quod lex, à Deo poſita, iuſta ſit, & perfecta: &, quæ ſola poſsit facere pacem. Decimus, de natiuitate hominum carnalium, & de generatione, quæ est per baptiſmum: &, quæ ſit in homine carnalis ſeminis ſucceſsio, & quæ animæ eius ratio: & quomodo in ipſa eſt libertas arbitrij: quæ quoniam non eſt ingenita, ſed facta eſt, immobilis à bono eſſe non poterat. De his ergo ſingulis, quæ apuod Cæſaream diſerta ſunt à Petro, iubente, vt dixi, ipſo: decem conſcripta ad te tranſmiſi volumina. Nos autem die poſtera, vt ſtatutum fuerat, cum aliquot, qui Petrum ſequi decreuerant, fidelibus viris, à Cæſarea proficiſcimur.

ARGV.

ARGVMENTVM IIII. LIBRI RECOGNITIONVM, CLEMENTINARVM AVCTORE L. GRVTERO VENRADIO.

HACTENVS, quid contra Magum Simon ille Petrus apud Cæſaream Stratonicam egerit: nunc porrò, quid ab ipſo apud Tripolim, vrbem Phœniciæ maritimam ſit actum: quæq; ibidem, dum fugientem Magum inſequitur, & quamdiu ab Apoſtolo habitæ conciones, de vero nimirum Deo ac ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, deq́; falſis dijs, & id genus principijs cognoſcendi Chriſtum, eumq́ue contra Magum aſtruendi, diligẽter & luculentè ab hoc quarto libro ad ſeptimum vſq; perſcribit doctiſſimus Clemens. Miram vbique & planè Euangelicam Petri in profectionibus apud ſuos nulloſq; non humanitatẽ, ſubmiſſionem caritatem, ſtudiumq́ue regni Ieſu prædicandi ac propagandi nobis interea commendat. idq́ue ſanè tam efficaciter, vt neminẽ eſſe poſſe putem, quin hiſce lectis ad ſuam ipſius fidem vel excitandam, vel confirmandam, adeóq; pietatem amplificandam mirabiliter accendi cogatur. Refert hîc autem Clemens, vt Petrus, intellecto eum appuliſſe Tripolim, coactus ſit in craſtino apud populum Tripolitanum facere verba, eum itaq; doctè & copioſè de origine idololatriæ, falſorum cultuum & ignorantiæ: itemq́;, vnde dæmonibus data ſit facultas inuadendi homines, & quâ viâ, docuiſſe hortatum déin, vt ad veram de deo cognitionem, priſcis olim traditam reuerti velint. demonſtrâſſe præterea euidenter, vanitatem & impoſturas idolorum colendorum: & inter diuinationes, quæ pleræq; ficticiæ & Pythonicæ ſunt: aliæ autem veræ & propheticæ, diligenter diſtinxiſſe. tum omnia, quæ quidem aduerſus deum ab infidelibus obijci poterant, propterea, quod dæmones formâſſet, quos & ſeductores humani generis fore, & à ſe deſcituros præſciebat, διὰ τῶν πολλῶν προλήψεων *remouiſſe. explicata demum ratione ignorantiæ, & initio cultus impij ac idololatrici monſtrato, ciues hortatum, ad vitæ religioniſq́ue puritatem per fidem in Ieſum, (quem pulcerrimis interim titulis ornat.) & baptiſmi ſuſceptionem, ab efficacitate fidei. ac poſtremò vitandos eſſe falſos magiſtros ſeu concionatores, docuiſſe.*

Quàm ſit hæc grauiſſima Petri concio futura vtilis, vbi tot fidei dogmata de vno & vero deo, deq́ue ſano & recto eius cultu: tot de origine errorum, & fonte idololatriæ: de natura dæmonum, nequitia, inſidijſq́ue: tum de Pœnitentia: de probatione concionatorum: tot denique arcana de priſca ætate ſcitu iucundiſſima continentur atq; explicantur: equidem malo quenque ex ipſa lectione, quàm noſtra oratione percipere.

 E

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER QVARTVS RVFINO TORANO AQVILEIENſE INTERPRETE.

Prima Petri concio Tripoli habita, de vera agnitione cultuque Dei.

PRoFECTI à Cæſarea, vt Tripolim pergeremus, apud Doram breuè oppidum, primam fecimus manſionem: quia nec procul longè aberat.

Doram Clemens breue vocat oppidum, vel, quòd parùm diſtaret à Cæſarea, Phœniciam verſus: vel, quòd exiguum eſſet.

Et omnes penè, qui per ſermonem Petri crediderant, diuelli ab eo ſatis ægrè habebant: ſed pariter incedentes, dum iterum videre, iterum complecti iuuat: iterum conferre ſermonem: ad diuerſorium peruenimus. Sequenti verò die venimus Ptolomaidam, vbi decem dies demorati, cùm aliquanti verbum Dei recepiſſent: nonnulli eorum, qui attentiores videbantur, & diutiùs detinere nos doctrinæ gratiam cupiebant: Tripolim, ſi hoc vellent, vt ſequerentur, indicauimus. Similiter & apud Tyrum ac Sydonam & Berytum fecimus, & his qui pleniùs deſiderabant audire ſermonem, apud Tripolim nobis hyemandum denunciauimus. G

Dora, Ptolemais, Tyrus, Sydon ac Berytus, inter Cæſaream Stratonis, ac Tripolim mari Syriaco adiacent. Hæc τοπογραφία. Eſt autem Tripolis, Phœniciæ vrbs, mari adiacens: locus ſic ex numero dictus, quòd tria oppida, ſingulis inter ſe ſtadiis diſtarent, adeò coniuncta. P. Mela libro primo de ſitu orbis, capite duodecimo.

Igitur cùm ex ſingulis ciuitatibus ſtudioſè quique comitarentur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuô autem ante portas ciuitatis, fratres, qui præmiſſi fuerant, occurrunt: & ſuſcipientes nos abducunt per hoſpitia, quæ præparauerant. Commotio autem & concurſus plurimus fiebat in ciuitate, deſiderantium videre Petrum. Et cùm veniſſemus ad domum Maronis, in qua Petro fuerat præparatum: conuerſus ad turbas, poſt diem craſtinum, ſermonem ſe ad eos promiſit facturum. Igitur quæ præmiſſi fuerant, fratres omnibus, qui nobiſcum venerant, hoſpitia diuidunt. Petrus verò Maronis domum ingreſſus, cùm rogaretur cibum ſumere, nequaquam ſe facturum reſpondit: niſi priùs ſciſſet, ſi omnes, qui eum fuerant comitati, hoſpitijs requieſcerent. Comperit autem à fratribus, qui præmiſſi ſunt, quia à ciuibus, pro deſiderio, quod erga Petrum conceperant, non ſolùm hoſpitijs, ſed & omni humanitate ſuſcepti ſint: in tantùm, vt & contriſtarentur aliquanti, quibus defuére, quos ſuſciperent: Ita enim omnes paratos fuiſſe, vt ſi multò plures veniſſent, adhuc tamen ſuſcipiendos magis, quàm ſuſcipientes fuiſſe defuturos. Super his Petrus valde delectatus, collaudauit, & benedixit eos: ac ſecum manere iuſſit. Ipſe verò, cùm lauiſſet in mari, cibo ſumpto, quieuit in veſpera. H

Petri pro ſuis ſolicitudo.

Initio naſcentis eccleſiæ, ſic proferebatur Euangelij doctrina: vt legis quoque obſeruatio non interdiceretur. Nam debes tibi ab Ebionis cauere hæreſi, qui corporis lotionem ad animi purgationem permultum facere putauit. Porrò huius & Eunomij erroribus contaminatos eſſe pleriſque locis hos libros, fatetur Rufinus interpres, & Epiphanius Cyprius. Locos vide ſuprà, in Iudicio noſtro.

Etex

A Et ex more, pullorũ cantibus ſurgens, veſpertino adhuc lumine perdurante, cun
ctos inuenit vigilantes: eramus autem omnes cum eo ſedecim, Petrus & ego Cle-
mens: Niceta & Aquila: & illi, qui præceſſerant, duodecim. Salutans itaque, vt ſole-
bat, Petrus ait: Hodie, quia alijs occupati non ſumus, nobis ſimus. Et ego quidem vo
bis, quæ apud Cæſaream, poſt digreſſum veſtrum geſta ſunt, enarrabo. Vos autem
mihi, quæ hîc à Simone perpetrata ſunt, indicate. Et cùm de his ab alterutro ſermo
crederetur, illuceſcente die, ingreſsi quidam de familiaribus, nunciant Petro: quod
Simon, vbi eum didiciſſet ingreſſum, per noctem profectus eſſet in Syriam tendens.

Simon reformidans Petri conſpectum dilabitur in Syriam.

Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interpoſuiſti eis, deſiderio tui longiſsi-
mum ſibi eſſe tempus opinantur: denique non ferentes, ſtant ante ianuam, inter ſe
inuicem de his, quæ audire cupiunt, conferentes: & te ante præfinitum tempus om-
nimodis ſe viſuros ſperant: quandoque magis dies clareſcit, multitudines colligun-
tur: & audituros ſe ſermonem tuum, neſcio, vnde præſumentes, certiſsimè confi-
B dunt. Nunc ergo, quod tibi videtur, iube, vt dicamus eis: abſurdum nanque eſt, tan-
tam multitudinem conueniſſe, & diſcedere cum mœſtitia, quippe, ſi reſponſa eis nul
la reddantur. Non enim cogitabunt, quod ipſi ſtatutum non expectauerint diem:
ſed, quòd à te magis videantur eſſe contempti. Tum Petrus admirans ait: Videtis fra
tres, quomodo vnuſquiſq; ſermo Domini propheticè dictus, impletur? Memini e-
nim dixiſſe eum: Meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Domi-
num meſsis, vt eijciat operarios in meſſem ſuam. Ecce ergo nunc, quæ in myſterio

Matt. 9.

prædicta ſunt, adimplentur. Sed & quod dixit: multi venient ab oriente, & occiden-
te, à ſeptentrione, & meridie: & recumbent in ſinibus Abraham, & Iſaac, & Iacob:

Matt. 8.

etiam hoc pariter, vt videtis expletur. Propter quod deprecor vos conſeruos & adiu
tores meos, vt diſcatis attentiùs prædicandi ordinem, & ſolutionum vias: vt poſsitis
ſaluare animas hominum, quę occulta Dei virtute, quem debeant diligere, priùs eti
am, quã doceantur, agnoſcũt. Videtis enim eos, quaſi bonos ſeruos deſiderare eum,
C quem ſibi ſperant aduentum ſui Domini nũciare: vt poſsint voluntatem eius, quam
didicerint, implere. Deſiderium ergo audiendi verbi Dei, & voluntatem eius quæ-
rendi, ex Deo habent: & hoc eſt initium doni Dei quod gentib. datur. vt poſsint per
hoc doctrinam recipere veritatis. Sic enim & Hebræorum populo ex initio datum
eſt, vt diligerent Moyſen, & crederent verbo eius. Quod ergo fuit proprij muneris à
Deo erga Hebræorum gentem: hoc nunc videmus dari etiam his, qui ex gentibus

Proprium Hebræorũ munus factum eſt & gentibus commune.

conuocantur ad fidem. Operum verò ratio, poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſque per-
mittitur: & hoc ipſorum eſt proprium, hoc à patre cæleſti donatum eſt, vt voluntatẽ
eius, cuius amorem & deſiderium, Deo largiente, conceperis, facias: ne dicatur ad
te ille ſermo eius, quem dixit: Quid autem dicitis mihi, Domine Domine, & non fa-
citis, quæ dico? Eſt ergo proprij muneris à Deo conceſsi Hebræis, vt Moyſi credant:

LIBERVM ARBITRIVM.

Matt 7.

Matt. 11.

gentibus autem, vt Ieſum diligant. Hoc enim indicabat & magiſter, vbi ait: Confite-
D or tibi pater, Domine cœli & terræ, quia occultâſti hæc à ſapientibus & prudentib.
& reuelâſti ea paruulis. per quod vtiq; declaratur, quia Hebræorum populus, qui ex
lege eruditus eſt, ignorauit eum. Populus autem gentium agnouit Ieſum, & venera-
tur: propter quod & ſaluabitur, non ſolùm agnoſcens eum: ſed & voluntatem eius
faciens. Debet autem is, qui ex gentibus eſt, & ex Deo habet, vt diligat Ieſum: proprij
habere propoſiti, vt credat & Moyſi. Et rurſus Hebręus, qui ex Deo habet, vt credat
Moyſi: habere debet, & ex propoſito ſuo vt credat in Ieſum, vt vnuſquiſq; eorum, ha
bens in ſe aliud diuini muneris, aliud propriæ induſtriæ, ſit ex vtroque perfectus. De

Saluãtur, non qui agnouerint Deum: ſed qui voluntatem eius fecerint.

Matt. 13.

tali enim dicebat Dominus noſter viro diuite, qui profert de theſauris noua & vete-
ra. Sed de his ſatis dictum: vrget enim tempus. & populi religioſa deuotio inuitat
nos, ad ipſos facere ſermonem. Et cùm hæc dixiſſet, requirebat, vbi oportunus eſſet
locus ad diſputandum. Et Maro ait: Eſt mihi ædes ampliſsima, quæ plùs, quàm quin
gentos recipiat viros: eſt & hortus intra domum: aut ſi in publico aliquo placet lo-
co, hoc magis omnes deſiderant, nemo enim eſt, qui non cupiat vel faciem tuam vi-

 dere

dere tantùm. Et Petrus: Oſtende mihi, inquit, ædem, vel hortum. Et cùm vidiſſet ædem, ingrediebatur, vt & hortum perſpiceret: & ſubitò omnis multitudo, quaſi ab aliquo euocata, cum feſtinatione ingreſſa eſt domum: atque inde ad hortum proru pit, vbi iam ſtabat Petrus, conſiderans, quis eſſet aptus ad diſputandum locus. Vt autem vidit turbas, velut ingentis fluuij inundâſſe lenem meatum: aſcendens ſuper baſim quandam, quæ fortè iuxta horti parietem ſtabat, primò, religionis more, populum ſalutauit: quidam autem ex his, qui aderant, & multo tempore à dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt: obſecrantibus ſpiritibus immundis, vt, vel vno die indulgeretur eis in obſeſsis corporibus permanere: quos Petrus increpans, iuſsit abſcedere: & ſine mora diſceſſerunt. Poſt hos alij longis affecti languoribus, rogabant Petrum, vt reciperent ſanitatem, pro quibus ſe ſupplicaturum Domino pollicetur, cum priùs ſermo doctrinæ fuiſſet expletus. Sed ſtatim vt promiſit, languorib. reſoluti ſunt, & iuſsit eos ſeorſim reſidere cum his, qui à dæmonibus fuerant curati, quaſi poſt laboris fatigationem. Interea dum hæc aguntur, plurima multitudo conuenit, quos non ſolùm deſiderium Petri, ſed & ſanitatum, quæ perpetratæ fuerant, fama pertraxerat. At Petrus manu quieſcere populum docens, & turbas in tranquillitate componens, hoc modo fecit exordium.

E F

Oratio Petri, eruditiſsima atque elegantiſsima, adeoq́ue feruentiſsimo ipſius ſpiritu referta, qua ab idôlis ad veram in vnum Deum & Chriſtum fidem, efficaciſsimis varijsq́ue argumentis hortatur Tripolitanos.

Incipienti de vero Dei cultu facere ſermonem, neceſſarium mihi videtur, eos, qui nondum de hoc aliquid ſcientiæ conſequuti ſunt: primò omnium docere, per omnia inculpabilem ponendam eſſe diuinam prouidentiam: per quam mūdus regitur & gubernatur. Hunc autem nobis exordij titulum dedit præſentis operis ratio: & eorum, quos Dei virtus ſanauit, occaſio: vt oſtendamus, quòd recta ratione quàmplurimi à diuerſis dæmonibus obtinentur, vt per hoc appareat iuſtitia Dei. Inuenietur enim omnium penè malorum mater, eſſe ignorantia. Sed iam veniamus ad cauſam. Deus cùm feciſſet hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, operi ſuo ſpiramen quoddam, & odorem ſuæ diuinitatis inſeruit, vt per hoc participes facti mortales vnigeniti eius: per ipſum etiam, amici Dei & filij adoptionis exiſterent: vnde & qua via id poſsint adipiſci, ipſe eos, vt Propheta verus edocuit: ſciens, quibus actibus hominum, delectaretur pater. Vnus itaque apud homines tunc Dei cultus erat, mēs pura & ſpiritus incorruptus: Et ob hoc, omnis creatura humano generi fœdus inuiolabile conſeruabat. Ob reuerentiam nanq; creatoris, nulla ægritudo in eos, nullum vitium corporis, nulla ciborum dominata corruptio eſt: ex quo fiebat, vt mille annorum ætas in fragilitatem non incideret ſenectutis.

G

Principiū Chriſtianiſmi eſt, credere prouidentiam diuinam, eſſe inculpabilem,

Præcipuus cultus Dei conſiſtit in mēte pura.

Vnde μακρόβιοι apud priſcos. Vide in eam ſenten. Geneſ. 6. Eandem refert quoque Ioſephus, in primo τῆς ἀρχαιολογίας Ἰουδ. atque ex ipſo Euſebius Pamph. libr. nono προπαρασκευῆς εὐαγγ. pag. Græcè edit. 43. H

Sed, vbi vita laboris expers, bonorum perſeuerantiam non putauit diuina largitione, ſed rerū ſorte cōceſſam: & ſine vllo ſudore diuinæ amœnitatis delitijs perfrui, naturæ debitum: & non Dei bonitatis munus accepit: in contrarias, per hæc hōies & impias cogitationes, ocio docente, perueniunt: putantes, Deorum ſibi vitam, nullis laborib. nullisq; meritis natam. Hinc proficiūt in deterius, vt neq; prouidentia Dei mundum regi credant, neq; virtutib. eſſe aliquem locum: quandoquidē ſemetipſos ſciant nullis priùs bonis operib. adſignatis, ocij ac deliciarum ſummam * tenere: & amicos Dei abſque vllis laboribus * haberi. Iuſtiſsimo itaque Dei iudicio, in huiuſmodi cogitationum vanitate languentibus, labores & adflictiones pro remedio conferuntur. Vbi ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarum & amœnitatis excluſi ſunt loco. Terra autem cœpit nihil eis ſine labore producere: & tunc conuerſa in hominibus cogitatio creatoris ſui requirere commonetur auxilium, & orationibus ac votis præſidia inuitare diuina. Et ita factum eſt, vt cultum Dei, quem pro bonis neglexerant,

** tenuiſſe: *habitos fuiſſe.*

Afflictiões dantur aliquando pro remedio.

A glexerant, recuperarent pro malis: & cogitationes in Deum, quas peruerterat indulgentia, emendaret adflictio. Sic ergo diuina prouidentia hoc eſſe vtilius hominibus videns, vias benignitatis & abundantię, tanquam quæ læderent, ſubtrahit ab hominibus. & vexationis iter ac tribulationis inducit. Sed vt oſtenderet, quia hæc pro ingratis agerentur: vnum quendam ex illis, qui primitus cœperant eſſe mortales, quod eum gratiæ ſuæ non immemorem vidit, & quia ſperauit inuocare nomen Domini, ad immortales tranſtulit. *Noë Gen. 6*

(De Enos, Gen. 4. Moſis teſtatur, iuxta 70. οὗτος ὁ ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. Atque hanc lectionem citat Clemens, & quia ſperauit inuocare nomen domini. Verùm hîc intelligendum eſt, de Enocho. Vide Geneſ. 5.

Cæteris, qui in tantum ingrati extitere, vt nec laboribus & tribulationib. emendari & corrigi poſsint, grauiſsima morte damnatis. Inuenit tamẽ & inter ipſos vnũ B quendam cum domo ſua iuſtum, quem reſeruaret: præcepto ei dato, vt fabricaret arcam, & in ea, (cùm diluuio cuncta necarentur:) ipſe cum his, quib. præceptũ fuerat, poſſet euadere: quò impijs inundatione aquarum peremptis, purificationẽ mundus acciperet: & is, qui ad proſperitatem generis fuerat reſeruatus, per aquam mundus effectus, mũdum denuò repararet. Sed his omnibus geſtis, rurſus homines ad impietatem vertuntur: & propter hoc à Deo ponitur lex, quæ viuendi modũ doceret: ſed proceſſu tẽporis, Dei quidẽ cultus & iuſtitia, ab infidelib. & impijs corrũpitur: ſicut paulò pòſt apertiùs oſtendemus: peruerſæ aũt & erraticæ religionis introducuntur: quibus ſe plurima pars hominum per occaſionem feriarum, & ſolennitatum dedere: potus inſtaurantes, & conuiuia, tibiasq́; ac fiſtulas, & citharas, ac diuerſa genera muſicorum ſectantes: & ſemetipſos, per omnia, temulentiæ ac luxuriæ propinantes. Hinc omnis error accepit originem: hinc lucos, & aras, hinc coronas & victimas reperêre, & poſt ebrietatẽ, quaſi limphaticis motibus agi: ex hoc iam poteſtas dæmonijs data, ingrediendi huiuſcemodi mentes: vt choros ducere inſanos, & Baccho ſu- C rere viderentur: hinc fremere dentibus, & mugire de profundis viſcerib. inuentum: hinc terribilis vultus, & ferus in hominibus aſpectus: vt is, quem temulentia ſubuerterat, ac dęmon inſtigauerat, numine repletus à deceptis & errantib. crederetur. Vnde cùm tã multæ in hũc mundũ falſæ & erraticæ religiones eſſent introductæ: miſsi ſumus nos, deferẽtes vobis, tanquã boni negotiatores, à patrib. traditum & cõſeruatum veri Dei cultũ: cuius, quaſi ſemina quædam, vobis hæc verba reſpergimus: & in veſtro iudicio ponimus, quod rectum videtur, eligere: Si enim recipiatis, quæ noſtra ſunt: non ſolùm ipſi incurſiones dæmonis effugere: ſed & ex alijs eas effugare poteritis: ſimul & æternorũ bonorum præmia conſequemini. Qui autem contempſerint recipere, quæ dicuntur à nobis, in præſenti quidem vita, diuerſis dæmonibus & ægritudinum vitijs ſubiacebunt: Poſt exceſſum aũt corporis, etiam animæ eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non ſolùm bonus, ſed & iuſtus eſt: nam ſi ſemper D bonus ſit & nũquã iuſtus eſt, vt reddat vnicuiq; pro geſtis ſuis, bonũ inuenietur iniuſtum. Iniuſtum nanq; eſt, ſi ita apud eum habeatur impius, ſicut & pius. Igitur dæmones, ſicut paulò antè diximus, cum occaſionibus acceptis, ingerere ſe potuerunt per malos & turpes actus corporib. hominum: ſi multo tempore permaneant in eis, per negligentiam ipſorum: quia animæ ſuæ, quod eſt vtile, non requirũt: neceſſariò cogũt eos habitantium in ſe dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod aũt eſt omnium deterius, in conſummatione ſeculi, cùm dæmon ille igni tradetur æterno, neceſſariò & anima, quæ ei paruit, cũ ipſo æternis ignibus cruciabitur, vna cum corpore ſuo, quod polluit. Dęmones autem habere deſiderium immergendi ſe corporibus hominum, hæc cauſa eſt. Spiritus ſunt, habentes propoſitum conuerſum ad malitiam: per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinẽ, perurgent homines ad peccatum: eos tamen, qui peccandi propoſitum gerũt: qui dum videntur neceſſaria naturæ velle complere, non tenentes modum per nimietatem, ingrediendi in ſemetipſos dæmonibus faciunt locum.

Lex viuẽdi à Deo data poſt diluuium.

Feſti dies Ethnicorũ

Bacchi numen.

Quamobrẽ dæmones gaudeant immergi humanis corporibus.

Quod hîc Petrus aſſerat, teſtatur & D. Deus apud Iobum capit: 40. Ecce, inquit, virtus eius in lumbis E
eius, (Behemoth dæmonis) & robur illius in vmbilico ventris ipſius. Nimirum ſignificat, illecebris venereæ
voluptatis, quæ circa lumbos in viris: & vmbilicum in fœminis maximè ſentitur, potiſsimùm dæmonem
mortales oppugnare atque inuadere. Atque hoc in cauſa fuit, cur ſuos monuerit Chriſtus ſeruator, vt ſuc-
cingant lumbos. Luc. 12. Vide autem & ſuprà libri ſecundi finem, vbi eadem Petrus ait.

Donec autem naturæ menſura ſeruatur, & modus legitimus cuſtoditur, Dei cle-
mentia, ingrediendi in homines non eis tribuit facultatem. Vbi verò aut mẽs ad im-
pietatẽ declinauerit, aut corpus immoderatis cibis ac potib. adimplebitur, tanquam
voluntate & propoſito eorum, qui ſe ita negligũt, inuitati, quaſi aduerſum eos, qui
à Deo poſitam legem ſoluerint, accipiunt facultatem. Videtis ergo, quantum valeat
agnitio Dei, & diuinæ religionis obſeruantia? quæ non ſolùm defendit credentes
ab incurſionibus dæmonij, verùm & imperare eos facit his, qui cęteris dominantur.
Et ideo neceſſarium vobis eſt, qui eſtis ex gentibus, confugere ad Deum: & obſerua- F
re vos ab omni immũditia, vt expulſis dæmonibus, Dei habitatio fiat in vobis. Simul
& orationibus commendate vos Deo: & interpellate eum aduerſum impudentiam
Matt. 21. dæmonũ: credentes enim quæcunq; petieritis, accipietis. Sed & ipſi dæmones, quan-
tò viderint fidem creſcere in homine, tantò ab eo refugiunt: in ea ſolùm parte reſi-
dẽtes, in qua adhuc aliquid infidelitatis reſederit: ab his verò, qui plena fide credũt,
Fides dæmo- abſq; vlla remoratione diſcedunt. Anima enim, cùm venerit ad fidem Dei, cæleſtis
nes fugat. aquæ virtutẽ conſequitur: per quam dęmonem tanquàm ſcintillam ignis extinguat.
Eſt ergo fidei menſura, quę ſi integra ſit, ex integro de anima dæmonem fugat: ſi ve-
rò minus aliquid habeat, reſidet adhuc aliquid de portiõe dæmonis in portione infi-
delitatis: & eſt plurimus labor, vt intelligat anima, quãdo, aut qualiter: nũ plenè, aut
minùs plenè ex ſe fugatus ſit dæmon. Si enim in aliqua parte reſederit, cùm tempus
inuenict, cogitationes ſubijcit cordib. hominum: & illi neſcientes, vndè hæc veniãt,
ſuggeſtionibus dæmonum, quaſi animæ ſuæ ſenſib. credunt: ſuggerũt ergo alijs, oc- G
caſione corporeæ neceſsitatis delitias ſequi: aliorum iracundiam excuſant per abun-
dantiam fellis: aliorum inſaniã, nigri fellis vehementia colorant: ſed & ſtultitiã quo-
rundam, pro multitudine phlegmatis extenuãt. Quod & ſi ita eſſet, tamẽ hæc ſingu-
la moleſta corpori eſſe nõ poſſent, niſi ex ciborũ potuumq; nimietate qui cùm iuſto
amplius ſumũtur, abundantia eorũ, quã decoquere naturalis non ſufficit calor, cru-
deſcit in venenũ quoddam: idq; viſcerib. veniſq; omnib. ſentinę in modũ redundãs,
motus corporis inſanos reddit & turpes. Propter quod in omnib. eſt obtinenda par-
ſimonia: vt neq; dæmonib. locus detur, neq; anima ab eis obſeſſa vnà cum ipſis trada-
tur æternis ignib. crucianda. Eſt & alius error dæmonũ, quem ſubijciunt ſenſibus
hominum: vt putent ſe ab his, qui dicuntur Dij, perpeti, quę patiuntur: quò per hęc,
ſacrificia offerentes & munera, quaſi repropitiantes eos, cultũ falſæ religionis adhi-
ment: nos verò refugiant, qui pro ſalute eorum ſatagimus, vt ab errore liberentur:
ſed hoc, vt dixi, faciunt, ignorantes, quod dæmones iſta ſibi ſuggerant, ne ſaluentur. H
LIBERVM ARBITRIVM. Eſt ergo in poteſtate vniuſcuiuſq;: (quia liberi arbitrij factus eſt homo:) vtrũ nobis
velit audire ad vitam: an dæmonib. ad interitum. Alijs etiam dæmones in viſu per di-
uerſas imagines apparentes, interdum minas intendunt: interdum ſanitates incom-
moditatibus pollicẽtur: vt his, quos decipiunt, Deorum nihilominùs de ſe inſerant
opinionem: &, quod ſint dæmones, ignoretur. Sed nos non latent, ſcientes my-
ſterium creaturæ: & quam ob cauſam dæmonibus hæc agere in præſenti ſeculo per-
mittatur: vt vel transformari eis liceat. in quas volunt imagines: vel, ſuggerere pra-
uas cogitationes: & inſerere ſe per cibos & potum ſibi conſecratum mentibus vel
Vanitas cul- corporibus eorum, qui ex eo ſumpſerint: vel ad idôli alicuius venerationem, ſom-
tus idololatrici. nia vana confingere. Et tamen quis ita ſine ſenſu inuenitur: cui perſuadere debeat,
vt idôlum colat? ſiue illud ex auro, ſiue ex quolibet metallo factum ſit: cui non pa-
làm eſt, id eſſe illud metallum, quod artifex voluit? Quomodo ergo ineſſe ibi diui-
nitas putanda eſt? quod ſi noluiſſet artifex, omninò non eſſet? aut, quomodo inde

A futura ſibi adnunciari ſperent, vbi nec præſentium aliquis intellectus eſt? Quamuis
1 etiamſi aliquid diuinarent, non continuò Dij haberi poſsint: quia aliud eſt diuina-
tio, aliud diuinitas. Nam & Pythones diuinare videntur: & non continuò Dij ſunt:
deniq; à Chriſtianis hominibus effugantur:

Pythones diuinatorij ſpiritus.

*Pythones, ſpiritus ſunt, qui in fanaticis habitant, atque interrogati vaticinantur. Eſt enim πύθων
dictus, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, quod eſt, interrogare, indagare: quia diabolus reſpondet conſulentibus. Ob-
ſeſsi hoc ſpiritu à Græcis dicuntur ἐγγαστρίμυθοι: in decretis, Ventriloqui. Grauiſsime hæc diuinatio in
lege prohibita fuit, Leuitici, cap. 20. Porro de Pythonicis, vide 1. Reg. 28. & in Actis caput 16.*

2 Et quomodo Deus eſt, qui fugatur ab homine? Sed dicis fortaſſe: quid, quòd ſa-
nitates efficiunt? & quomodo quis curetur, oſtendũt? Hac ratione colendi ſunt eti-
am medici, vt Dij: multos enim ſanant, & quantò quis peritior fuerit, tantò plures
ſanabit. Vnde cõſtat, iſtos, cùm ſint dæmoniaci ſpiritus, & multò citiùs, ſcire aliqua,
& multò perfectiùs: non enim ad diſcendũ tarditate corporis degrauantur. Et ideo,
B quæ medici longo tempore, & labore plurimo adſequuntur: hæc illi, tanquam ſpi-
ritus, abſq; mora vlla, & abſq; difficultate cognoſcunt. Non ergo mirum eſt, ſi plus
aliquid, quàm homines ſciunt: ſed hoc intuendum eſt, quod ea, quæ ſciunt, non ad
ſalutem, ſed ad deceptionem proferunt animarum: vt per hæc eas cultum falſæ re-
ligionis edoceat. Sed Deus, ne tantæ deceptionis error lateret: & errantibus ipſa cau-
ſa videretur exiſtere: qui tantum eis licere permiſit, vt per diuinationes, & per cura-
tiones, per ſomnia decipere homines poſsint: clementiæ ſuæ remedium prouidit ho
minibus: & diſtinctionem falſi veriq; ſcire cupientibus, in propatulo poſuit. Eſt er-
go iſta diſtinctio? Quod à vero Deo dicitur, ſiue per Prophetas, ſiue per viſiones di-
uerſas: ſemper verum eſt: quod autem à dæmonibus prædicitur, non ſemper verum
eſt. Et ergo euidentis indicij, non à vero Deo dici ea, in quibus aliquando menda-
cium eſt: in veritate enim, nunquam mendacium eſt: in his autem, qui mentiuntur,
poteſt aliquando & veritatis aliquid admiſceri, per quod mendacia condiantur.
C Quòd ſi dicat aliquis: quid enim opus erat hoc ipſum, vt eis permitteretur, vel ali-
quando verum dixero? & per hoc, tantum errorem mortalibus introduci? Audi ad-
hæc ſi eis nunquàm fuiſſet indultum, veri aliquid dicere omninò, nec prædiceret ali-
3 quid: non prædicentes autem, nec, quòd eſſent dæmones, cognoſcerentur. Quòd ſi
ignorarentur eſſe dæmones in hoc mundo, agonis noſtri & certaminis nos cauſa la-
tuiſſet: & pateremur palàm, quæ geruntur in occulto: quippe ſi agendi tantùm ad-
uerſum nos, & nihil loquendi facultas eis conceſſa videretur. Nunc autem, vbi ali-
quando vera, aliquando falſa dicuntur: debemus agnoſcere, vt ſuperiùs dixi, dæmo-
4 num, & non Dei eſſe reſponſa: apud quem mendacium nunquam eſt. Quòd ſi cu-
rioſiùs quis progrediens dicat: Quid enim opus erat, huiuſmodi mala à Deo fieri,
quibus ad ſubuertendas mentes humanas, tanta eſſet intentio? Hæc proponenti re-
ſpondebimus: requirendum eſſe primò omnium, num ſit aliquid in ſubſtantia ma-
lum? Et quamuis ſufficeret dicere ad eum, quod non ſit conueniens, vt creatura iu-
D dicet creatorem: ſed illius ſit iudicare opus alienum, qui aut ſimilis artificij, aut ſimi-
lis potentiæ eſt: tamen ne circuitionibus vtamur, abſolutè dicimus, in ſubſtantia ni-
hil eſſe mali. Quod ſi ita eſt, ſubſtantiarum conditor fruſtrà culpatur. Sed occurres
5 mihi, & dices: Etiamſi ex arbitrij libertate in hoc ventum eſt: nunquid ignorabat il-
le, qui creabat eos, quòd in malum declinaturi eſſent, quos creabat? oportuit ergo,
nec creari eos, quos deuiaturos ab itinere iuſtitiæ præuidebat.

Diſtinctio diuinationum dæmoniacarum, falſarũ: & propheticarũ, verarũ.

In hunc locum potes legere totũ 4. librum Euſebij προπαρ. εὐαγγ.

Iniquũ eſt creatorem à creatura iudicari.

*Vide, quàm doctè Petrus explicet, cur à Deo creati ſint dæmones, quos Deus tamen præſciebat à ſe de-
ſcituros: διὰ τῆς προλήψεως.*

Audiant ad hęc, qui ita proponunt, quod huiuſcemodi adſertionib. illud volunt
oſtendere: cur non malitia, eorum qui nondum erat, bonitatem vicerit creatoris. Si
enim volens implere numerum & menſuram creationis ſuæ, extimuiſſet eorum, qui
futuri erãt, malitiam: & quaſi, qui aliam nullam inuenire viam remedij ac medicinæ
potuiſſet, niſi hoc ſolum, vt retraheret ſe à propoſito creandi: ne ſibi adſcriberetur

malitia eorum, qui futuri erant: quid aliud, per hæc doceretur, niſi indigna paſſio, & indecora fragilitas conditoris? quia ita pertimuit eorum actus, qui nundū erant, vt à propoſita conditione ceſſaret. Sed his procul amotis, illud animo contemplemur: quia Deus vniuerſitatis conditor, conditionis ſuæ futuras differentias præuidens, vnicuiq; creaturæ, ſecundum proprios motus, quos ex arbitrij libertate proferebat proſpexit: & præuidit diuerſos ordines, atq; officia differentia: & cùm vnius eſſent ſubſtantiæ omnes, ſecundum creaturæ rationem, eſſet tamen diuerſitas in ordinibus & officijs ſecundum proprios animorum motus: ex arbitrij libertate proferendos. Præuidebat ergo futuras in creaturis culpas: & iuſtitiæ eius ratio poſcebat, vt emēdationis cauſa, culpas pœna ſequeretur. Oportuit ergo eſſe & pœnarum miniſtros, quos tantùm libertas arbitrij in hunc ordinem traheret: præter hæc autem & debuerunt habere, quos vincerent hi, qui agones ſuſceperāt, cœleſtium præmiorum. Sic ergo nec ea, quæ putantur mala, vacant ab vtilitate: dum victi his, à quibus vincuntur, licet inuiti, præmia æterna conquirunt. Sed de his iſta ſufficiāt, proceſſu enim temporis etiam ſecretiora pandentur. Nunc ergo, quoniam nundum intelligitis, quanta vos ignorantiæ caligo circunſtet: interim vobis volo exponere, vnde colendi idola exordium mundo huic datum ſit.

Dæmones miniſtri pœnarum.

Idola, vnde? quæ? Eodem modo ſcribit Euſebius Pamphili libro 1. & 3. προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς. capite, περὶ τῆς παλαιᾶς τῶν ξοάνων κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως. Quæ non inutile erit hic cum Petri ſententia conferre.

Idola autem dico, exanima ſimulacra, quæ colitis: ſiue lignea, ſiue fictilia: ſiue lapidea, vel ærea: vel ex quibuſcunq; alijs ſumpta ſunt metallis: horum ergo initium tale eſt. Angeli quidam, relicto proprij ordinis curſu, hominum fauere vitijs cœpere: & libidini eorum quodammodo indignum præbere miniſterium: quo illorum opera, ſuis magis voluptatibus morem gererent: quiq;, ne ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria, docuerunt homines, quod dæmones, artibus quibuſdam obedire mortalibus, id eſt, magicis inuocationibus, poſſent: ac velut ex fornace quadam & officina malitiæ totum mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerunt. Pro his & alijs nonnullis cauſis diluuium mundo introductum eſt: ſicut iam in alijs dictum eſt, & dicemus: & omnes, qui erant ſuper terras, deleti ſunt: excepta Noæ familia, qui cum tribus filijs, eorumq; vxoribus ſuperfuit: ex quibus vnus Cham nomine, cuidam ex filijs ſuis, qui Meſraim appellabatur, à quo Aegyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus: malè compertam magicæ artis tradidit diſciplinam: hunc gentes, quæ tunc erant, Zoroaſtrem appellauerunt: admirantes primum magicæ artis auctorem, cuius nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur.

Magicæ illuſiones vnde natæ? Geneſ. 6.

Cham Noæ natus quatuor filios habuit, auctore Moſe. Geneſ. 10. Chus nimirum, Meſraim, Phuth, Chanaan. Porrò ex his Meſraim fuit auctor populi Aegyptiaci. vnde & Aegyptus ipſius de nomine מִצְרַיִם *vocatur Hebræis, Mitſraim. Vide Hieron. in 18. Ieſaiæ, libro quinto commentariorum. Ex huius ſtirpe Zoroaſtres procreatus, quē vocat Diodorus Siculus* ὀξυάρτηρ*: Beroſus libro quinto, ſi modò eius hi libri ſunt, vocat, Cameſenuum. Hunc primum Magicæ artis repertorem, teſtantur non ſolùm ſacri auctores: Euſebius P. Epiphanius, principio Panarij: Paulus Oroſius, libro ſuæ hiſtoriæ primo, cap. 4. ſed & Iuſtinus, ex Trogo primo libro, Diodorus Siculus: & Plinius ſecundus, libro trigeſimo, cap. 1. qui propter hunc locum, cùm diligenter de auctoribus Magiæ ſcribat, legendus in primis eſt. nam & librorum ipſius meminit. Eorum verò catalogum luculentè recenſet Suidas, in dictione,* Ζωροάστρης*: ac de morte ipſius ſic ſcribit.* ἤυξατο Ζωροάστρης ὑπὸ πυρὸς οὐρανίου τελευτῆσαι, παρεγγυήσας τοῖς Ἀσσυρίοις, τὴν τέφραν αὐτοῦ φυλάττειν. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἡ βασιλεία οὐκ ἐκλείψει διαπαντός. ὅπερ μέχρι νῦν πεφύλακται παρ' αὐτοῖς. *Sic propè Clemens.*

Hic ergo aſtris multùm ac frequenter intentus, & volens apud homines videri Deus: velut ſcintillas quaſdam ex ſtellis producere, & hominibus oſtentare cœpit: quo rudes atq; ignari, in ſtuporem miraculi traherentur: cupienſq; augere de ſe huiuſmodi opinionem, ſæpiùs iſta moliebatur, vſquequo ab ipſo dæmone, quem importu-

A portuniùs frequentabat, igni ſuccenſus côcremaretur. Sed ſtulti homines, qui tunc erant, cùm debuiſſent vtique opinionem, quam de eo conceperant, abijcere: quippe, quàm pœnali morte eius viderant confutatam, in maius eum extollunt. Extructo enim ſepulcro ad honorem eius, tanquam amicum Dei, ac fulminis ad cœlum vehiculo ſubleuatum, adorare auſi ſunt: & quaſi viuens aſtrum colere. Hinc enim & nomen poſt mortem eius, Zoroaſter, hoc eſt, viuum ſidus appellatum eſt: ab his, qui poſt vnam generationem Græcæ linguæ loquela fuerant repleti. Hoc deniq; exemplo, etiam nunc multi eos, qui fulmine obierint, ſepulchris honoratos, tãquam amicos Dei colunt. Hic ergò, cùm quartadecima generatione cœpiſſet, quintadecima defunctus eſt: in qua turris ædificata eſt: & linguæ hominum multipliciter diuiſæ ſunt.

Zoroaſtres fulmine ictus interijt.

Fulmine icti habiti pro dijs.

Vndecima à Noa, quæ fuit decima, incidit generatio in Sem filium, à quo per ſeriem Arphaxad, quæ eſt duodecima: Sela, quæ eſt decimatertia: generatio fuit decima quarta Heber: cuius natus fuit Phaleg, de- B *cimaquinta gen. cui pater vaticinio quodam nomen impoſuit. Phalec enim idem, quod diuiſio, eſt: ita dictus, quòd ſuo tempore linguæ ſint in Babylone diuiſæ. Geneſ. 11. Et Hieron. in Traditionibus in Geneſin.*

Inter quos primus magica nihilominùs arte quaſi coruſco ad eum delato, Rex appellatur quidam Nemroth, quem & ipſum Græci Ninum vocauerunt: ex cuius nomine Niniue ciuitas vocabulum ſumpſit. Sic ergo diuerſæ & erraticæ ſuperſtitiones, ab arte magica initium ſumpſere. Etenim, quoniam difficile erat humanum genus ab amore Dei abſtrahi, & ad abſurda atque exanima ſimulacra deduci: idcirco excelſioribus vſi ſunt Magi molitionibus: vt aſtrorum ſignis ac motibus, tanquam cœlitus & voluntate Dei delatis, ad ſuadendos cultus erraticos verterentur. Et eius, quem ſuprà diximus, indignatione dæmonis, cui nimis moleſtus fuerat, conflagraſſe: buſti cineres, tanquam fulminis ignis reliquias colligentes hi, qui erant primitùs decepti, deferunt ad Perſas: vt ab eis tanquam diuinus è cœlo lapſus ignis, perpetuis conſeruaretur excubijs: atq;, vt cœleſtis Deus coleretur. Simili exemplo etiam per C cætera loca reliqui homines, his, quos vel in artibus aliquibus, vel in virtute fuerant admirati, vel certè in amore plurimo habuerant: templa conſtruere, imagines collocare, myſteria & cæremonias ac ſacrificia inſtituere, & per omnia Deorum de his famam poſteris tradere geſtierant: eò præcipuè, quòd, vt ſuprà diximus, phantaſijs aliquibus magicæ artis fulti videbantur: vt inuocatione dæmonum, agi ab his aliquid ad deceptionem hominum, moueriq; videretur. His adijciunt & ſolennitates quaſdam, ac temulenta conuiuia, quibus & homines libentiùs indulgerent: & dæmones crapulis tanquam vehiculis illati, ipſis eorum viſceribus miſcerentur: in quibus collocati, ad omnem voluntatem ſuam, actus hominum cogitationeſq; deflecterent. Huiuſmodi igitur ex initio erroribus introductis, eiſq; libidine & temulentia, qua carnales homines maximè delectantur, adiutis: religio Dei, quæ per continentiã ſobrietatemq; conſtabat: rareſcere inter homines, atq; aboleri propemodũ cœpit. Nã cùm ex initio homines, vtpote iuſtum, & omnia contuentem Deum colentes, neq; D peccare auderent: neq; iniuriam facere proximis ſuis: certi, quod vniuſcuiuſq; actus & motus aſpiceret Deus: vbi religionis cultus ad ſimulacra exanima conuerſus eſt: tanquã de quibus certi eſſent, quod neq; viderent, neq; audirent, neq; mouerentur in aliquo: licẽter peccare, & in omne facinus progredi cœpere: quippe, qui nihil pati vererentur ab his, quos colebant, vt Deos. Hinc bellorum rabies exarſit: hinc prædæ: rapinæ, captiuitates, & libertas in ſeruitutẽ redacta: prout quiſq; potuit, libidini & cupiditati ſuæ ſatisfecit: quãuis ſatisfacere cupiditati nulla vis poſsit. Sicut enim ignis, quantò magis ligna acceperit, tantò amplius accenditur, & inualeſcit: ita & cupiditatis rabies, per ea, quæ adipiſcitur, auctior & vehementior efficitur.

Vide Ge. 10 Nemroth in hiſtorijs Ninus vocatur. Niniue.

Vndè Perſis ignis, quem tantoperè coluerunt.

De Zoroaſtris reliquijs, idem Suidas. Sed de igne Perſico, ſuprà vide libro 1.

Demonſtrato errore, hortatur ad religionis puritatem, per fidem in Chriſtum, & baptiſmum, ab efficacitate fidei.

Propter quod incipite iam meliore intellectu vobiſmetipſis reſiſterere, in his, quę non rectè cupitis: ſi quo fortè modo reparare in vobis ac reſtituere poſsitis illam,

quæ

quæ ex initio mortalibus à Deo tradita eſt, religionis puritatem, & innocentiam vi-
tæ: vt per eam vobis etiam ſpes bonorum immortalium reparetur: & agatur gratiæ
largitori omnium patri, per eum, quem poſuit Regem pacis: & theſaurum ineffabi-
lium bonorum: vt in præſenti quidem tempore, diluantur peccata veſtra per aquam
Efficacitas fontis, aut fluminis, aut etiam maris: inuocato ſuper vos trino beatitudinis nomine:
veræ fidei. vt per hoc non ſolùm fugentur, ſi intra vos habitant, ſpiritus maligni: verùmetiam
cùm deſtiteritis à peccatis, & tota fide, totaq; mẽtis puritate Deo credideritis: etiam
Dæmones ex alijs vos malignos ſpiritus & dæmones effugetis: atque à paſsionibus & languo-
exhorreſ- ribus alios liberare poſsitis. Ipſi enim dæmones ſciunt & agnoſcunt eos, qui ſe tra-
cunt verè diderint Deo: & interdum ſola eorum præſentia propelluntur: ſicut paulò ante vi-
credentes. diſtis, quomodo, cùm vocem tantùm ſalutationis feciſſemus ad vos, continuò dæ-
mones propter honorem religionis noſtræ, exclamare cœperunt: & ne parum qui-
dem temporis potuerunt ferre præſentiam noſtram. Nunquid nos alterius ſumus
naturæ ſuperioris alicuiùs? & propterea nos dæmones timent? Vnius eiuſdem vo-
biſcum naturæ ſumus: ſed religione differimus. Quod & ſi vos eſſe vultis, non inui-
demus: quin potiùs & hortamur: certoſq; eſſe vos volumus, quod cùm fuerit in vo-
bis eadem, quæ in nobis eſt, fides & religio, ac vitæ innocentia, remunerante Deo fi-
dem veſtram, erit par vobis atque eadem etiam contra dæmones poteſtas & virtus.
Matth. 8. Sicut enim is, qui acceperit ſub ſe milites, etiamſi ipſe inferior, & illi ſuperiores ſint
viribus, tamen dicit huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & alij, fac hoc, & facit:
(Hoc autem poteſt non propria virtute, ſed Cæſaris metu:) Ita & fidelis quiſq; dæ-
monibus imperat, etiamſi videantur illi multò eſſe hominibus fortiores: non pro-
pter ſuam virtutem, ſed propter Dei, qui eos ſubiecit poteſtati. Nam & quod dixi-
mus, vt Cæſar apud omnes milites, & in omnibus caſtris, atq; in omni regno timea-
Rom. 13. tur, cùm ſit vnus & fortaſsis exiguus viribus, non niſi poteſtate Dei agitur: qui timo-
rem dat omnibus, vt vni obtemperent. Hoc ſanè ſcire vos volumus, quòd dæmon,
niſi quis voluntatibus eius ſe ſponte ſubdiderit, poteſtatem aduerſum hominem nõ
Matth. 4. habet. Vnde & ipſe, qui eſt princeps malitię, ad hunc, quem diximus à Deo deſtina-
tum Regem pacis, acceſsit, tentans, & polliceri ei cœpit omnem gloriam mundi:
quòd cum alijs obtuliſſe, decipiendi cauſa, adoratum ſe nouerat. Impius & imme-
mor ſui, quod eſt proqrium & ſpeciale malitiæ, adorandum ſe ab eo præſumebat, à
quo ſe nouerat deſtruendum, Dominus ergo noſter vnius Dei cultum confirmans,
Deut. 6. reſpondit ei: Scriptum eſt. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: qua
reſponſione deterritus, & metuens, ne vnius & veri Dei repararetur vera religio: fe-
Pſeudopro- ſtinat continuò emittere in hunc mundum pſeudoprophetas, & pſeudoapoſtolos,
phetæ à dia falſoſq; doctores: qui ſub nomine quidem Chriſti loquerentur, dæmonis autem fa-
bolo. cerent voluntatem. Propter quod obſeruate cautiùs, vt nulli doctorum credatis,
niſi, qui Iacobi fratris Domini ex Hieruſalem detulerit teſtimonium: vel eius, qui-
cunque poſt ipſum fuerit. Niſi enim quis illuc aſcenderit, & ibi fuerit probatus, ſi
quod ſit doctor idoneus: & fidelis ad prædicandum Chriſti verbum: niſi, inquam,
inde detulerit teſtimonium: recipiendus omninò non eſt: ſed neque Propheta, ne-
Chriſtus que Apoſtolus in hoc tempore ſperetur à vobis aliquis alius præter nos. Vnus enim
annus eſt, eſt verus Propheta, cuius nos duodecim Apoſtoli verba prædicamus: Ipſe enim eſt
cuius XII. annus Dei acceptus, nos Apoſtolos habens duodecim menſes. Qua autem cauſa vel
menſes mundus ipſe factus ſit, vel diuerſitates, quæ ſunt in eo, acciderint: & quur ad repara-
ſunt Apo- tionem eius veniens Dominus noſter, elegerit nos duodecim Apoſtolos, & miſerit:
ſtoli. aliàs latiùs explanabitur. Interim nos iuſsit exire ad prædicandum, & inuitare vos
ad cœnam Regis cœleſtis, quam præparauit pater in nuptijs filij ſui: & vt demus vo-
bis indumenta nuptialia, quod eſt, gratia baptiſmi: quam qui fuerit conſequutus,
Veſtis nu- tanquam veſtimentum mundum, cum quo ei ingrediendum eſt ad cœnam Regis:
ptialis in obſeruare debet, ne peccato aliqua ex parte maculetur: & ob hoc, tanquam indi-
Euangelio, gnus & reprobus abijciatur. Cauſæ autem quibus maculetur iſtud indumẽtum, hæ
ſunt:

A ſunt: ſi quis recedat à patre, & conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem, præter Chriſtum: qui eſt ſolus, fidelis ac verus Propheta: quiq; nos duodecim Apo-ſtolos miſit ad prædicandum verbum. Et ſi quis de ſubſtantia diuinitatis, quæ cun-cta præcellit, aliter, quàm dignum eſt, ſentiat: hæc ſunt quę vſque ad mortem, baptiſmi polluunt indumẽtum. Quæ verò in actibus polluunt: iſta ſunt: homicidia, adulteria, odia, auaritia, cupiditas mala. Quæ autem animam ſimul & corpus polluunt, iſta ſunt: participare dæmonum menſæ, hoc eſt, immolata deguſtare, vel ſanguinem, vel morticinium, quod eſt ſuffocatum: & ſi quid illud eſt, quod dæmonibus oblatum eſt.* Hic ergo vobis ſit primus gradus ex tribus, qui gradus, triginta ex ſe gignit mandata. Secundus verò, qui ſexaginta. Tertius qui centum, ſicut aliâs vobis de his pleniùs exponemus. Et hæc cùm dixiſſet, ac præcepiſſet, vt die poſtera ad eundem locum maturiùs conuenirent, turbas dimiſit. quibus recedere nolentibus, ait Petrus: Donate mihi hanc gratiam, propter heſterni itineris labores: & nunc diſce-

B dentes, die craſtina maturiùs cõuenite: & ita cum lætitia diſceſsêre. At Petrus paululùm me ſecedere præcipiens orationis cauſa: iubet poſt hæc in loco horti, quem vmbra contegebat, accubitum ſterni: & vnuſquiſque ex more recognoſcens proprij ordinis locum, cibum ſumpſimus. Tum deinde, quia ſupererat adhuc aliquantulum diei de mirabilibus Domini colloquutus nobis, cum veſpere facto ingreſſus in cubiculum, quieuit.

quid ſit, eleganter ac perſpicuè Petrus docet. De qua Christus apud Matthæum, ca. 22. Vide, quomodo ea commaculetur in Chriſtiano
1. Cor. 18. Act. 15.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI V. RECOGNITIONVM CLEMENTINARVM, EODEM L. GRVTERO VENRADIO AVCTORE.

ALTERAM Petri diuini Apoſtoli concionem Tripoli altero die, quàm iſthuc veniſſet, habitam, perſcribit quinto hoc libro doctus Clemens. Perſequitur autem Beatus Apoſtolus heſternam concionem de vera Dei agnitione cultuq́;, ac de cauſis idololatriæ cõtra multitudinem falſorum tum Aegyptiorum, tum cæterarum gentium deorum: quos quidem nullos eſſe, permultis iiſq́; firmiſsimis rationibus probat. Sumit occaſionem à præteriti diei dæmoniacorum curatione, & dæmonum in obſeſsis eiectione. mirum videri poſse, cur pati cogantur alij, vt ſe dæmones affligant: alij verò tam facile ipſos fugent: docẽs in illis, incredulitatẽ: in his, fidem in cauſa eſſe. atq; ita pergit ad fidei doctrinam, monens, vt in primis ſciant ſibi ignorantiam, malorum omnium fontem, propellendam: & agnitionem Dei per IESVM diſcendam eſſe: poſitum autem in cuiúſuis poteſtate, num Chriſtum velit ſuſcipere, an non. ſuſcipientibus quidem remuneranda æterna bona: at verò reſpuentibus, diras æternasq́; reſtare pœnas. hortatur itaque, vt cum amore & ſtudio tam ſalutiferum percipiant Dei verbum. atque annunciat ipſis IESVM Seruatorem ex miraculis ab ſe æditis: ex cognitione cogitationum hominum: ex oraculis vatum. ex typis: ex iuſto ipſius aduentus tempore: deniq; ex vocatione ad fidem gentium olim prædicta: obteſtans interim, vt adobſcuratam in ipſis Dei imaginem, amiſſamq́; Dei conformitatẽ ſeu ſimilitudinem redeant per ſanctam vitam, & abiectionem idolorum: tum in his excogitatis quaſi digito diabolicos indicat aſtus, doctè copioſeq́; remotis omnibus, quæ ab aduerſarijs in idololatrias gratiã vel dici vel obijci queant. eamq́; ſententiam cùm per miracula firmâſſet, populum ab eo dimiſſum eſſe. Rurſus permagna contentione liberum hominis arbitrium hîc aſſeritur ab Apoſtolo. Sed omnia, quod & ſuprà dixi, mâlo quenq; ex lectione, quàm verbis noſtris cognoſcere.

RECO-

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER QVINTVS, RVFINO TORANO AQVILIENSE INTERPRETE.

Secunda Petri ad Tripolitanos Concio, de vera agnitione cultuq́; Dei, & Seruatoris, Chriſti.

SEQVENTI autem die, paulò citiùs, quàm ſolebat, conſurgēs
Petrus, inuenit nos dormientes: Quod vbi ſenſit, quaſi ipſe
adhuc dormire volens ſilentium ſibi fieri iuſsit: vt nobis qui-
B eſcendi facultatem daret. Vbi autem refecti ſomno exurrexi-
mus, inuenimus eum oratione facta, intra cubiculum operi-
entem nos. Et cùm iam eſſet crepuſculum, ſalutans ex more,
breuiter adloquutus eſt: & continuò ad conſuetum locum
docendi gratia proceſsit: vbi cùm vidiſſet ad audiendum plu-
rimos conueniſſe, primo religionis ritu pace eis inuocata, dicere hoc modo cœpit:
Deus creator omnium, ex initio ad imaginem ſuam hominem fecit: eiq́; dominatio-
nē terræ, mariſq́; & aëris ipſius dedit: ſicut & verus nobis Propheta narrauit, & ipſa
rerū ratio docet: ſolus enim eſt rationabilis, & cōſequēs eſt, vt ratio irrationabilibus
dominetur. Hic ergo ab initio cùm adhuc iuſtus eſſet, cūctis vitijs, & omni fragilita-
te ſuperior erat: vbi aūt peccauit, ſicut heſterno die docuimus: & factus eſt ſeruus
peccati: ſimul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcircò ſcriptum eſt, vt ſciant
homines, quia ſicut ex impietate paſsibiles facti ſunt: ita per pietatem poſſunt eſſe *Efficacitas*
impaſsibiles: verùm & parua in Deum fide, aliorum paſsiones curantes. Ita enim ve- *fidei in Ie-*
C rus Propheta nobis promiſit, dicens: Amen dico vobis, quia ſi habueritis fidem, ſicut *ſum.*
granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit. Huius vocis etiam vos *Matth. 17.*
ipſi documenta accepiſtis. heſterno enim die vidiſtis, quomodo adſtantibus nobis,
dæmones cum paſsionibus, quas hominibus inuexerant, tranſierunt, & fugati ſunt.
Quia ergo alij quidem homines patiuntur: alij, patientes ſanāt: cauſa ſine dubio vel
patiendi, vel curandi noſcenda eſt. quæ non alia eſſe, quàm patientibus quidem, in-
fidelitatis: curantibus verò, fidei demonſtratur. Infidelitas enim, dum non credit fu
turum iudicium Dei: peccandi licentiam præbet: peccatum verò, hominem paſsio-
nibus obnoxium facit. Fides autem, futurum eſſe Dei iudicium credens, continet ho
mines à peccato: non peccantes verò, non ſolùm liberi ſunt à dæmonibus & paſsio-
nibus: verùm & aliorū dæmones & paſsiones fugare poſſunt. Ex his ergo omnibus *Ignorātia,*
colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia deſcendat, & ipſa ſit malorum om- *mater om-*
nium mater: quæ incuriâ quidem & ignauiâ gignitur: negligentiâ verò alitur & au- *nium ma-*
D getur, atq; in ſenſibus hominum radicatur: quam ſi quis fortè doceat effugandam, *lorum.*
velut antiquis & hæreditarijs ſedibus, moleſtè & indignanter auellitur. Et ideo pau *Ignorātiæ*
lulum laborandum nobis eſt, vt indagantes ignorantiæ præſumptiones, ſcientiæ ra- *præſum-*
tione reſecemus: in his præcipuè, qui in aliquibus minùs rectis opinionibus præuē- *ptio, ſcien-*
ti ſunt: per quas, quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientiæ, ignorantia in eis vehementiùs ra- *tia reſecā-*
dicata eſt. nihil enim grauius, quàm ſi id, qnod ignorat, quis ſcire ſe credat: & defen- *da eſt.*
dat verum eſſe, quod falſum eſt: quod tale eſt, ac, ſi quis ebrius ſobrium ſe putet: & *Elegans ſi-*
agit quidem cuncta, vt ebrius: ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. *militudo*
Ita ſunt ergo & hi, qui ignorantes, quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ *de ijs, qui*
tenent: & mala, quaſi bona gerunt: atq; ad perniciem, quaſi ad ſalutem feſtinant. *in ignora-*
Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionē veritatis: vt poſsimus, qua- *tione Dei*
ſi lumine nobis inde ſuccenſo, errorum tenebras depellere: grande enim malum eſt, *verſantur.*
vt diximus, ignorantia, ſed quia ſubſtantiam non habet, facile ab his, qui ſtudioſi *Agnitio veritatis.*

ſunt,effugatur.Nō enim aliud eſt quidem ignorantia, niſi non agnouiſſe, quod ex-pedit:vbi autem agnoueris,perit ignorantia.Quæri ergo magnopere debet agnitio, quam nemo alius poteſt adſignare,niſi verus Propheta.Hæc enim porta eſt vitæ, volentibus ingredi: & iter operum bonorum,pergentibus ad ciuitatem ſalutis. Si quis ſanè audiens ſermonem veri Prophetæ,velit recipere aut nolit,& amplexiones eius, id eſt,mandata vitæ:habet in ſua poteſtate:liberi enim ſumus arbitrij. Nā ſi hoc non eſſet,vt audientes eum iam non haberent in poteſtate aliud facere, quàm audierant: vis erat quædam naturæ,per quam liberum non eſſet, ad aliam migrare ſententiam. Aut, ſi rurſus ex audientibus nullus omninò reciperet, & hoc naturæ vis erat: quæ vnum aliquid fieri cogeret: & alteri parti non daret locum.Nunc autem,quia liberum eſt animo,in quam velit,partem,declinare iudicium ſuum: & quā probauerit, eligere viam: conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij libertatem. Igitur priuſquā audiat quis,quod ei expedit: certū eſt,quia ignoret: & ignorans,vult & deſiderat,quod non expedit agere: propter quod pro hoc nō iudicatur. Cùm verò audierit cauſas erroris ſui,& rationem veritatis acceperit: tunc,ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudum eſt præuentus: rectè iam vocabitur ad iudicium,pœnas daturus,cur vitę eius ſpatium,quod ad bene viuendū accepit,in ludibrijs conſumpſit errorum.Qui verò audiens hæc,libenter accipit,& gratulatur bonorū ſibi doctrinam fuiſſe delatā,requirit intentiùs,& diſcere nō deſinit:vſquequo cognoſcat,an ſit verè aliud ſeculū,in quo bonis præmia præparata ſunt? & cū certus de hoc fuerit, gratias agens Deo,quòd ſibi veritatis lumen oſtenderit,de cætero dirigit actus ſuos in omnibus operibus bonis,quorū ſibi in futuro mercedē certus eſt præparatā per omnia: demirans & ſtupens cæterorum hominum errores,& quòd ante oculos poſitam veritatem nemo videat.Ipſe tamen gaudens ſuper diuitijs ſapientiæ,quas inuenit:inſatiabiliter eis perfrui cupit,& exercitio bonorum operum delectatur:feſtinans ad ſeculum futurum mundo corde,& pura conſcientia peruenire: vbi etiam videre Deū Regem omnium poſsit.His aūt omnibus carere nos & fraudari,ſola facit ignorātia. Dum enim,nō Deum ignorant homines,quātum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malū de ſe non patiuntur excludi: neſciunt enim,quāta ſit in horum permutatione diuerſitas.Propter quod conſilium do vnicuiq; diſcentium,libenter prębere aurem verbo Dei: & cum amore veritatis audire, quæ dicimus: vt mens optimo ſemine ſuſcepto,per bonos actus,lætos adferat fructus.Nam ſi me docente ea,quę ad ſalutem pertinent,recipere quis abnuit:& animo prauis opinionibus occupato,obſiſtere nititur: non ex nobis,ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam.Debet enim iuſto iudicio examinare, quæ dicimus. & intelligere, quia verba loquimur veritatis: vt cognitis his,quæ ſunt,vt ſunt: & in bonis actibus dirigens vitam ſuam, regni cœlorum poſsit particeps inueniri: ſubijciens ſibi carnis deſideria, & Dominus eorum factus: vt ita demum,etiam ipſe fiat dominatoris omnium iucunda poſſeſsio.Nam qui permanet in malo,& ſeruus eſt mali, non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio,vt antè diximus,duo regna ſtatuit Deus,& poteſtatē dedit vnicuiq; hominum,vt illius regni fiat portio: cui ſe ad obediendum ipſe ſubiecerit. Et quia definitum eſt apud Deum,non poſſe vnum hominem vtriuſq; regni eſſe ſeruū: omni ſtudio date operam,in boni Regis fœdus ac iura concurrere. Propter hoc denīq; verus Propheta cùm eſſet præſens nobiſcum,& quoſdam ex diuitibus, negligētes erga Dei cultū videret,huius rei ita aperuit veritatem: Nemo poteſt,inquit,duobus Dominis ſeruire: non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ: mammona,patria eorum voce,diuitias vocans.

LIBERVM ARBITRIVM rurſus aſſeritur à Petro.

Matth.6.

Vide Lu.16.

Mammona quid ſignificet.

Annunciat Petrus Ieſum Tripolitanis. Vide, quomodo eum deſcribat & demonſtret ex miraculis, ex cognitione cogitationum,ex vaticinijs prophetarum,ex typis: idq;, quàm accommodatè.

Hic ergo eſt verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit,vt audiſtis: qui ſtans,publicè,ſola iuſsione faciebat cæcos videre: ſurdos audire: fugabat dæmones: ægris ſanitatem reddebat,& mortuis vitam. Cumq; nihil ei eſſet impoſsibile, etiam cogitationes

Matth. 9.

A tiones hominum peruidebat, quod nulli eſt poſsibile, niſi ſoli Deo: hic adnunciauit regnum Dei: cui nos de omnibus, quæ dicebat, tãquam verò Prophetæ credidimus: firmitatem fidei noſtræ, nõ ſolùm ex verbis eius, ſed & ex operibus adſumentes: quia & dicta legis, quæ ante multas generationes de præſentia eius expoſuerant, in ipſo conſignabantur: & imagines geſtorum Moyſi, & ante ipſum Patriarchæ Iacob, ipſius per omnia typum ferebant. Tempus quoq; aduentus eius, hoc eſt ipſum, in quo venerat, prædictũ ab eis conſtat: & ſuper omnia, quod eſſet à gentibus expectandus: ſacris literis cõprehenſum eſt: quæ in eo pariter vniuerſa, completa ſunt. Quòd autẽ Iudæorum Propheta prædixit eum à gentibus expectandum, ſupra modum in eo fidem veri confirmat. Si enim dixiſſet à Iudæis expectandum: non aliquid eximiũ prophetaſſe videretur, quòd à contribûli populo, & à propria gente ſperaretur is, cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus: videretur enim magis conſequentię ratio eſſe, vt hoc fieret, quàm magnificẽtia prophetalis. Nunc aũt, cùm Prophetæ di-

Geneſ. 49.

Cur à Iacobo prædictum ſit, à gentibus expectandum eſſe Chriſtum.

B cunt, oẽm illam ſpem, quæ de ſalute mundi repromittitur. & nouitatem regni, quę inſtituenda per Chriſtum eſt, atq; omnia, quę de eo indicantur, ad gentes eſſe transferenda: iam non ſecundum conſequentiam rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis euentu, magnificentia Prophetica cõfirmatur. Iudæi nanq; ex initio adſore aliquãdo hunc virum, per quẽ cuncta repararentur, veriſsima traditione ſuſceperant: & quotidie meditantes ac proſpicientes, quando eius fieret aduentus: vbi adeſſe eum viderunt, & ſigna ac prodigia, ſicut de eo ſcriptum fuerat, adimplentem: inuidia excæcati agnoſcere nequiuerunt præſentem: in cuius ſpe lætabantur abſentis: intelleximus tamẽ pauci nos, qui ab eo electi ſumus. Hoc autem prouidentia Dei factum eſt, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur: & hi, qui nunquam de eo audierant, nec à Prophetis didicerant: agnoſcerent eum: illi verò, qui quotidianis meditationibus agnouerãt, ignorarent. Ecce enim per vos nunc, qui præſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoſcere quis, & quomodo, & qualis

Inuidia Iudæorum erga Chriſtũ.

C ſit eius aduentus, Prophetica veritas adimpletur. Hoc eſt enim, quod prædixerunt Prophetæ: quod à vobis quærendus eſſet, qui de eo nunquam audiſtis. Et ideo vidẽtes in vobis ipſis Prophetica dicta compleri: huic vni rectè creditis, hunc rectè expectatis, de hoc rectè inquiritis: vt non ſolum expectetis eum, ſed & hęreditatem regni eius credentes conſequamini: ſecundũ quod ipſe dixit, quia vnuſquiſq; illius ſit ſeruus, cui ſe ipſe ſubiecerit. Propterea ergo euigilate, & Dominum, Deumq; noſtrum vobis adſcribite, Dominum, qui & cœli ac terræ Dominus eſt, ad ipſius vos imaginẽ ac ſimilitudinem reformate: ſicut ipſe verus Propheta docet, dicens: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt: qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hunc ergo imitamini, & hunc timete, ſicut mandatum datur hominibus: Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Expedit enim vobis, huic vni Domino ſeruire: vt per ipſum cognoſcentes vnum Deum, à multis, quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim creatorem

Ioan. 8.
Rom. 6.
Lucæ 6.
Matth. 4.
Deut. 6.

D omnium nõ timet Deum: ſed eos timet, quos ipſe manibus ſuis fecit: quid, niſi vano & inutili ſemetipſum obnoxium facit timori? vilioremq; ſe & abiectiorem reddit, quàm ſunt illa ipſa, quorum timorem mente concepit. Quin potiùs, per bonitatem eius, qui vos inuitat, redite ad priorem nobilitatem veſtrã: & ex bonis actibus, quod ipſius creatoris veſtri imaginem portetis, oſtendite: vt ex contemplatione ſimilitudinis ipſius, etiam filij eius eſſe credamini. Incipite ergo à ſenſibus veſtris abijcere vanas idolorum ſpecies, atq; inutiles & inanes timores: vt ſimul etiam conditionẽ poſſitis iniquę ſeruitutis effugere. Domini etenim veſtri effecti ſunt illi, qui ne ſerui quidem vtiles vobis eſſe potuiſſent. Quomodo enim ſimulacra exanima, vel ad ſeruitutẽ vobis viderentur idonea, cùm neq; audiant, neq; videant neq; aliquid ſentiant? ſed, quod ipſa ſaltem materia, ex qua facti ſunt, ſiue auri, ſiue argenti, vel et æris aut ligni, cùm poſſit vobis ad vſus neceſſarios prodeſſe: vos ex ea formando Deos, ocio[illegible] per omnia eam atq; inutilem reddidiſtis. Nos ergo adnũciamus vobis verũ Deũ cul-

Ab indigno Gra- nis præten- [illegible]

[illegible] Dei,

ſi opera eius imitamur.

tum: ſimulq́; monemus & hortamur cultores: vt per bonos actus imitentur eum, quem colunt, & ad imaginem ac ſimilitudinem eius, vt ſuperiùs diximus, redire feſtinent. Velim autem, diceret mihi hi, qui idôla colunt, an optent ſimiles fieri his, quos colunt? vúltne aliquis veſtrúm ſic videre, quomodo illi vident? & ſic audire, quomodo illi audiunt? ſic habere ſenſum, quomodo illi habent?

Nimirum hoc eſt, cur Dauid inuectus in idololatras, Pſalmo 113. optet, vt ſimiles fiant ſimulacris, qui faciunt ea, hoc eſt, vt eodem modo nihil videant, audiant, ſapiant, aut contrectent.

Simulacra conuertēda, in vſus humanos. Dij gentiū ocioſi.

Abſit hoc ab vnoquoq; audientium. hoc enim maledictum potiùs & conuitium credendum eſt homini, qui imaginem Dei in ſe gerit, etiāſi ſimilitudinem perdidit. Quales ergo Dij habendi ſunt iſti, quos imitari execrabile ſit cultoribus ſuis? quorū ſimilitudinē habere, contumelia eſt? Quid ergo? ſoluite ſimulacra inutilia: & facite vaſa vtilia: ſoluite ocioſam pigramq́; materiā: & facite humano vſui apta miniſteria. Sed nō ſinunt, inquit, leges humanæ. Benè, quia humanæ leges: & nō, ipſorū virtus. Quomodo ergo Dij ſunt, qui humanis legibus, & nō ſuis viribus defenduntur? ſicq; & à furibus, canum vigilijs, & clauſtrorū munitionibus conſeruantur? & hoc, ſi fuerint argētea, vel aurea, vel etiā ærea: nā lapidea & fictilia, ipſa ſui vilitate muniuntur, nemo enim lapideū aut fictilē Deum furatur. Vnde miſerabiliores videntur, hi, quibus precioſius metallum pericula viciniora cōquirit. qui ergo furari poſſunt. qui ab hominibus cuſtodiri, qui cōflari & appendi, & malleis cædi, iſti hominibus ſenſum

ϖάλος.

habentibus Dij debent videri? O, in quantam miſeriā, mortalium decidit intelligētia. Nā ſi mortuos timere, ſummæ ſtultitiæ ducitur: quid iudicemus de his, qui deterius aliquid, quā ſunt mortui, timent? Iſta enim ſimulacra nec in mortuorū numero

Ranæ præferēdæ dijs gentilium.

habenda ſunt: quia nunquā vixerunt: preferenda ſunt eis etiam ſepulcra mortuorū, quoniam licet nunc mortui ſunt, habuerunt tamen aliquando vitā. Iſti aūt quos colitis, nec eam quidē, quæ eſt omnibus teterrima, ranarū ac bubonum vitā aliquādo geſſerunt. Sed quid opus eſt de his plura memorare, cum ſufficiat dicere ei, qui adorat ea: Nō vides, quod quē adoras, non videt? audis, quod quē adoras, non audit? & ō intelligis, quod nō intelligit? opus enim, mortalis manus eſt, & neceſſario ſenſu caret. Tu ergo adoras inſenſibilem, cū vnuſquiſq; habens ſenſum, nec ea quidē credat adoranda, quę à Deo facta ſunt, & habent ſenſum? id eſt, Solem, & lunam, vel ſtellas, omniaq́;, quæ in cœlo ſunt & ſuper terrā? Iuſtū enim putant, non ea, quę pro mundi miniſterio facta ſunt, ſed ipſorū, & mundi totius creatorem debere venerari: gaudent

Honor creatoris non debet creaturæ deferri.

enim etiam hæc, cùm ille adoratur & colitur: nec libenter accipiunt, vt honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim eſt Dei ſolius cultus, qui ſolus increatus eſt: omnia aūt cætera, factura eius ſunt. Sicut ergo proprium eſt eius, qui ſolus non eſt factus, Deū eſſe: ita omne, quod factū eſt, Deus verè nō eſt. Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionē ſerpentis antiqui: & callidas eius ſuggeſtiones, qui quaſi per

Aſtū diaboli in excogitatis idòlis indicat Petrus. Quare ſerpens condemnatus ſit terram comedere. 1. Actus. Ignorātia non excuſabit in die iudicij.

prudentiā decipit vos: & velut ratione quadā, ſerpit per ſenſus veſtros: atq; ab ipſo vertice incipiens, per interiores dilabitur medullas, lucrū magnum cōputans, deceptionem veſtrā. Interſerit ergo ſenſibus veſtris opiniones quorumcunq; Deorū: tantùm, vt vos ab vnius Dei reuocet fide: ſciens peccatū veſtrum, ſuum eſſe ſolatiū. Ille enim pro nequitia ſua, ab initio terram edere condemnatus eſt: propter eum, quem de terra adſumptum, iterum reſolui fecit in terram: vſq; ad tempus, quo animæ veſtræ per ignem traductæ reparentur: ſicut aliás de hoc pleniùs edocebimus. Ex ipſo ergo ſunt oēs errores & ambiguitates, quibus ab vnius Dei fide & crudelitate conturbamini. Et primò omnium ſubijcit cogitationibus hominū, vt ne audiant verba veritatis: per quæ malorū ignorantiā fugēt. Et hoc facit, quaſi occaſione alterius ſcientiæ, adſeuerans eis illam opinionem, qua vtuntur plurimi, vt putent ſe reos futuros non eſſe, ſi in ignorantia fuerint: nec reddituros eſſe rationem pro his, quæ non audierint: & ideo à verbo declinare eos ſuadet auditum. Sed accipite cōtrà hæc. Ipſa perſemetipſam ignorantia, validiſſimum venenū eſt, quod ſufficiat animā, nulla extrinſecùs quæſita adiectione, perimere. Et ideo nemo eſt, qui ignorās, per hoc, quod ignorat,

A ignorat, euadat: ſed certũ eſt quod intereat. Naturaliter enim peccatorũ vis interimit peccatorẽ. Sed quoniã iudiciũ rationabile erit, tã ignorãtiæ, quàm vniuſcuiuſq; peccati cauſa & origo requiretur. Is ergo, qui ſcire noluit, quomodo poſsit venire ad vitã, ſed maluit ignorare, ne per hoc reus fieri videretur: ex hoc ipſo iam, quaſi qui ſcierit & habuerit ſcientiã, iudicatur. Agnouit enim quid eſſet, quod nolebat audire: & nihil ei cõferet ad excuſationẽ, ſerpẽtis artificio quæſita calliditas. cũ eo enim erit ei ratio, quẽ non latet cor. Vt aũt ſcias, quia ignorantia per ſemetipſam generat interitum: anima cũ diſceſſerit à corpore, ſi talis exeat, quæ ignoret eũ, à quo creata eſt: à quo in mundo omnia, quæ vſibus ſuis erãt neceſſaria, cõſequuta eſt: tanquã ingrata & infidelis à regni eius luce proijcitur. Subijcit iterum nequiſsimus ſerpens aliã hominibus opinionẽ, quã plures veſtrûm proferre ſolẽt: Vnũ eſſe & nos dicimus Deũ: qui eſt omnium Dominus: ſed & iſti, inquiunt, Dij ſunt. Sicut enim vnus eſt Cæſar, & habet ſub ſe multos iudices: verbi gratia, præfectos, conſules, tribunos, & cæteras

2. Actus diaboli: Vnum quidẽ eſſe ſummum Deũ, ſed plureis tamen ſub ipſo.

B poteſtates: ſimili arbitramur modo, cùm vnus ſit maior omniũ Deus, etiã iſtos ad ſimilitudinem earũ, quas diximus, poteſtatum, ordinatos eſſe in hoc mundo Deos, illi quidẽ maiori ſubiectos: nos tamen, & quæ in hoc mundo ſunt, diſpenſantes. Audite ergo ad hæc, quomodo in his ipſis, quæ ad deceptionẽ proponitis, veritatis rationibus confutemini. Dicitis, quod locũ Cæſaris teneat Deus: iudicũ verò eius & poteſtatum ſpeciem ſeruent hi, qui dicunt Dij: ſeruate ergo, vt propoſuiſtis, exemplum Cæſaris: & ſcitote, quia ſicut nulli ex iudicibus, vel adminiſtratoribus Cęſaris, id eſt, præfectis, vel proconſulibus, vel ducibus, vel tribunis, fas eſt Cæſaris nomẽ imponi: alioquin & ille, qui ſuſceperit: & illi, qui detulerint: pariter interibunt: Ita & de hoc debetis aduertere: quod ſi quis nomen Dei alicui, quam præter ipſum impoſuerit, & ille receperit, vnum eundemq; ſortientur interitum: multò deteriore ſorte, quàm miniſtri Cæſaris. Hic enim, qui deliquit in Cæſarem, interitum ſuſcipiet temporalẽ: qui verò in vnum, qui ſolus & verus eſt Deus, delinquit, in ſeculum luet pœnas: &

Reſp. Loqui de Deo per cõparationes humanas nefas eſt.

C merito, vt qui nomen, quod eſt vnicum, iniurioſa conditione violauerit. Quamuis hoc ipſum, Deus, non nomen ſit Dei, ſed hominibns interim vocabulum iſtud, quaſi pro nomine eius conceſſum eſt: quod tamen, vt dixi, cum contumelioſè tractatur, ad veri eius nominis refertur iniuriam. Deniq; veteres Aegyptiorum, qui de cœleſti curſu, & aſtrorum natura rationem ſibi viſi ſunt reperiſſe, obſidente ſenſus eorũ dęmone, omnibus nihilominus contumelijs nomen incõmunicabile ſubieçerunt. Nã alij eorũ bouẽ, qui Apis dicitur, colendũ tradidere: alij Hircũ: alij, Cattas: nonnulli, Ibin: quidam, Serpentẽ: Piſcem quoq;, Cæpas, & Cloacas, Crepitus ventris, pro numinibus habendos eſſe docuerunt: & alia innumerabilia, quæ pudet etiã nominare.

Deus non eſt propriũ nomẽ Dei.

Hæc quoq; teſtantur ipſi ſcriptores ethnici. de Api quidem copioſe ſcribit Plinius Sec. lib. 8. nat. hiſt. cap. 46. Item de allio & Cæpis. lib. 19. cap. 6. Et Herodotus, libro 2. quem copioſe citat Athenagoras, in legatione ſua pro Chriſtianis, ad Antoninũ & Commodũ Impp. Hũc ex noſtris in hũc locũ in primis cõſule. Ex latinis priſcis, lege Minucij Fœlicis Octauium. Apud hos reperies qualia ſint, quæ Petrũ pudeat notare.

D Hæc dicente Petro, riſerunt oẽs, qui audiebamus. Et Petrus: Ridetis, inquit, vos aliorum dedecora: quia longa conſuetudine propria non videtis. Nã Aegyptiorum quidem ſtultitiã meritò ridetis, qui muta animalia, ipſi cum ſint rationabiles, colũt. Audite tamen, quomodo & illi vos irrideãt. aiunt enim: Nos viuentia colimus animalia, licet moritura: vos verò, quæ nunquã omnino vixere, hæc colitis, & adoratis. Addunt præterea etiam illud: figuras eſſe, & allegorias virtutum quarundã, quibus adiutricibus regatur hominũ genus: ſed pudoris perfugia hæc & nõnulla his ſimilia cõnectentes, errorem ſuum velare nituntur. Sed non eſt nunc tẽpus, Aegyptijs reſpondere: & derelicta cura præſentiũ, abſentium medicari languores. Certum nãq; indiciũ eſt, vos ab huiuſmodi ægritudine haberi alienos: qui eã non doluiſtis, vt propriam: ſed riſiſtis, vt alienã. Sed redeamus ad vos, quibus placet haberi Deũ, vt Cæſarem: Deos aũt vt miniſtros, & procuratores Cæſaris: ſequimini me attentiùs, & modò vobis oſtendã latebras ſerpentis, in argumenti huius curuis anfractibus colloca-

Animalia, quæ ſint, virtutum ſymbola, melius eſt colere, quã ſtatuas exanimes.

Πρόληψις prima quã ſimilitudi-

nem illã de Regis ſiue Cæſaris, ſuorumq́; præfectorũ honore, Deo accom modatam planè docet abſurdam.

tas. Certum apud oẽs eſſe debet, & indubitatum de Deo, quia, à nullo factus eſt: ſed ipſe fecit vniuerſa, nihil ex facturis ſuis poſſe coæquari: neq; enim ita quis irrationalis inueniri poteſt, qui putet, quod cõferri poſsit factura factori: Si ergo humana mẽs non ſolùm ratione, ſed & naturali quodã motu, rectè hanc opinionẽ tenet: illud dici Deum, cui cõferri aut exæquari nihil poteſt: ſed quod cunctis emineat, & cuncta repellat: quomodo nomen illud, quod ſuper omnia eſſe creditur, rectè his creditur dari, quos ad miniſterium & procurationẽ humanæ vitæ putatis eſſe diſpoſitos? Sed & illud addemus: mundus hic ſine dubio factus eſt, & eſt corruptibilis: ſicut etiam poſt modum latiùs oſtendemus: interim & factum eum & corruptibilem conſtat. Si ergo mundus, Deus dici non poteſt: & rectè non poteſt, quia corruptibilis eſt: quomodo partes mundi, Dei nomen accipient? quod enim totus non poteſt eſſe mundus, multò magis non erit pars eius. Igitur, ſi redeamus ad exemplum Cæſaris: videte, quàm longè erretis. Cæſari, eiuſdem licet naturæ hominem, cuius ipſe eſt, (conferri tamen neminem licet Deo, qui hoc ipſo quod à nullo factus, ſed ipſe fecit omnia, cuncta ſupereminet.) conferri debere aliquem, creditis? Sed Cæſaris quidem nomen nulli alij audetis imponere, quia reum ſuũ ſtatim punit. Dei verò audetis, quia reum ſuum punire propter pœnitentiam differt?

Verè colere imaginem Dei, eſt homini benefacere.

Per alios.) III. actus Satanæ. Altera πρόληψις. Eſt autem hîc intelligendum, non reijcere Petrum diuorum noſtrorum imagines, quod olim εἰκονοκλάσαι, & noſtris miſeris temporibus faciunt aduerſarij Catholicæ & antiquæ Eccleſiæ: ſed docet Deũ inaſpectabilem non coli, non adorari, nec aſpectabili ratione vlla exprimi poſſe, id eſt, quod confutat. Id nimirum, quod & eodem modo Minucius Fœlix ſcripſit in Octauio. Quid, inquit, ſimulacrum Deo fingam, cùm, ſi rectè exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum?

Per alios itẽ ſerpẽs ille proferre verba huiuſcemodi ſolet. Nos ad honorẽ inuiſibili Dei, imagines viſibiles adoramus: quod certiſsimè falſum eſt. Si enim verè velitis Dei imaginẽ colere, homini benefacientes, verã in eo Dei imaginẽ coleretis. In omni enim homine eſt imago Dei: nõ in omnibus verò ſimilitudo: ſed vbi benigna anima eſt, & mens pura. Si ergo verè vultis honorare imaginẽ Dei, nos vobis, quod verũ eſt, aperimus: vt homini, qui ad imaginẽ Dei factus eſt, benefaciatis: honorẽ & reuerentiã deferatis: eſurienti cibũ: ſitienti, poculũ. nudo, indumentũ: ægro, miniſteriũ: peregrino, hoſpitium: & in carcere poſito, neceſſaria miniſtretis: & hoc eſt, quod verè

Matth. 25.

Deo delatũ reputabitur. Hæc aũt in tantũ ad honorẽ Dei imaginis cedũt, vt qui iſta non fecerit, contumeliã imagini diuinæ intuliſſe credatur. Quis ergo iſte honor Dei eſt, per lapideas & ligneas formas diſcurrere, & inanes atq; exanimes figuras, tanquã numina venerari, & hominẽ, in quo verè imago Dei eſt, ſpernere? imò potiùs certi eſtote, quod, qui homicidiũ facit, aut adulterum, & quicquid in hominũ pœnã, vel iniuriam geritur, in his omnibus Dei imago violatur. Magna enim impietas in Deũ eſt, lædere hominem: omne ergo, quod ipſe pati non vis, cum facis alij, imaginem Dei iniquis mœroribus fœdas. Intelligite ergo, quia latentis intrinſecus ſerpẽtis eſt iſta ſuggeſtio, quæ perſuadet pios vos videri poſſe: cùm inſenſibilia colitis: & non videri impios, cùm ſenſibiles & rationabiles læditis. Sed ad hæc alio nobis ſerpens ore reſpondet, & dicit: Si nolebat hæc eſſe Deus, vtique non erant.

Fuiſſe ergo Chriſtianis legem hãc præcipuã, teſtatur Aelius Lamp. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Clariùs ſic verti poterat. Si noluiſſet hæc extare Deus, vtique non eſſent. Tertia eſt, πρόληψις aſtutiæ ſerpentinæ.

Nondum vobis dico, quomodo ad vniuſcuiuſque mentis probationem, in hoc mundo permittuntur eſſe multa contraria: ſed illud eſt, quod nunc interim conuenit dici, ſi ſecundum vos omne, quod adorandum erat, eſſe non debuit, nihil penè futurum erat, in hoc mundo. Quid enim eſt, quod reliquiſtis, quod non adoratis? ſolem, lunam, ſtellas, aquam, terram, montes, arbores, lapides, homines: nihil horũ eſt, quod nõ adorâſtis. Oportuit ergo, iuxta vocem veſtram, nihil horum fieri à Deo, ne haberetis, quod poſſetis adorare: ſed ne homines quidẽ ipſos eſſe oportuit: qui adorarẽt. Verè hoc eſt, quod deſiderat ille, qui intra vos latet, ſerpẽs: nulli veſtrũm parcit: nullũ vult effugere de interitu: ſed nõ ita erit. Audite enim, quia nõ delinquit illud, quod

A quod adoratur: ſed ille, qui adorat. Iuſtũ nãq; eſt apud Deũ iudiciũ: & aliter, iniuriã patientem iudicat, aliter inferentẽ. Sed dicis, Oportebat ergo eos, qui adorãt, quod non licet adorari, ſtatim perimi à Deo: ne & alius hoc faceret. Sed nónne es tu prudẽtior Deo, vt ei conſilia ſuggeras? ſcit ille, quid faciat. Omnibus etenim in ignorantia poſitis, patientiã præſtat: quia miſericors & pius eſt: & præuidet, quia ex impijs, multi efficiuntur pij, & ex ipſis, qui impura figmenta, & pollutas imagines venerantur, nonnulli conuerſi ad Deum, & reuocantes ſe à peccatis, & agentes bona opera, perueniunt ad ſalutem. Sed debuimus, inquis, omnino nec ad cogitationem iſtam venire, vt hæc faceremus. Ignoratis, quid eſt libertas arbitrij? & latet vos, quia ille verè bonus eſt, qui ſuo propoſito bonus eſt? Qui autẽ neceſsitate retinetur in bono, bonus non poteſt dici: quia non eſt ſuum, quod eſt. Quia ergo in vnoquoq; libertas eſt, in electione bonorum vel malorum ipſe ſibi vel præmia, vel interitum quærit. Imò, inquis, quicquid cogitamus, Deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis ô homines?
B blaſphematis. ſi enim omne, quod cogitamus, ipſe nobis adducit ad mentem, ipſe ergo nobis cogitationes adulterij ſuggerit: & auaritiæ: & blaſphemiæ, omniſq; luxuriæ? Deſinite quæſo, ab huiuſmodi blaſphemijs, & qui ſit Deo dignus honor, intelligite. Nec dicatis, vt ſolent quidam veſtrûm, quod Deus mortalium honore non indiget. Ille quidẽ verè nullius indiget, ſed vos debetis eum agnoſcere: quia vobis prodeſt honor, quem Deo defertis. Quid enim tam execrabile, quàm ſi gratiam referre neſciat homo proprio conditori? Sed melius, inquit, facimus nos, qui & ipſi, & omnibus cum ipſo gratias agimus. In hoc ſubuerſionem ſalutis veſtræ non intelligitis? Tale eſt enim hoc, quale ſi quis æger ad medelam ſui medicum pariter & venenarios inuitet: cùm illi nocere quidem poſsint, curare non poſsint: verus autem medicus, venenis illorum recuſet ſua medicamenta miſcere: ne aut pernicies, bono, aut ſanitas nocentibus adſcribatur. Dicis ergo: indignatur, aut inuidet Deus, ſi cùm ipſe benefaciat, alijs gratiæ referantur? Etiamſi non indignetur, non vult tamen erroris au-
C ctor exiſtere: vt ſui operis beneficio inani idolo fides detur.

IIII. πρόληψις. Quis conſiliarius eius fuit. Rom. 11.

V. πρόληψις. Si legas, inquit, intellige, Serpens.

VI. πρόλ. Sic Iupiter apud Hom. Odyſ. 1. ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ᾽ ἔμμεναι.

VII. πρόλ. Deus malorum non eſt auctor.

VIII. πρόλ.

Per conceſsionem hoc à Petro dicitur, Etiamſi. nam reuera & grauiter Deus iraſcitur ingratis & idololatris. Gloriam meam alteri non dabo, inquit per Iſaiam vatem, cap. 48.

IX.

Quid certè tam impium, tam ingratum, quàm à Deo beneficium conſequi: & reddere lignis, ac lapidibus gratiã? Propter quod expergiſcimini, & intelligite ſalutem veſtram. Deus enim nullius indiget, neq; aliquid requirit, neque in aliquo læditur: ſed nos ſumus, qui aut iuuamur, aut lædimur in eo, quo grati, aut ingrati ſumus. Nã Deo quid cõfertur ex laudibus noſtris? aut quid aufertur ex blaſphemijs? niſi quod Deus animam ſibi gratias agentem, proximam ſibi & familiarem facit: ingratam verò, malus poſsidet dæmon. Sed & illud ſcire vos volo, quod aduerſum huiuſmodi animas, non ipſe Deus per ſe vltionem profert: ſed vniuerſa creatura eius inſurgit, & pœnas de impijs ſumit: & quamuis in præſenti ſeculo Dei bonitas æqualiter pijs &
D impijs, mundi lucem ac terræ miniſteria largiatur. tamẽ non abſq; dolore ſui lucem ſol impijs præbet, cæteraq; elementa exhibent ſeruitutem.

Creatura ſe ab impijs vlciſcũtur.

Paulus idem apud Rom. 8. ca. teſtatur, quod hic Petrus. Solicita creaturæ expectatio, expectat, inquit, vt palàm fiant filij Dei, quippe creatura vanitati ſubiacet, non volens, ſed ꝓpter eũ, qui ſubiecit eam in ſpe etc. Scimus enim, quod omnis creatura congemiſcit, ſimulque nobiſcum adhoc vſque tempus parturit.

Denique interdum etiam contra bonitatem conditoris, fatigata ſceleribus impiorum vincuntur elementa: & inde eſt, quod aut terræ fructus corrumpitur: aut aëris temperies temeratur: aut ſupra modum ardor ſolis incenditur: vel imbrium, ac frigorum vis immenſa diffunditur.

Contra bonitatem Dei, id eſt, permittente Deo, quamuis nollet punire: ſed in humanum genus mallet ſemper beneficus eſſe.

Inde lues & fames, & mortis facies diuerſa percurrit, feſtinat enim creatura in impios mouere vindictam. Dei tamen bonitas reprimit ea, & ab indignatione impiorũ refrenat: ac ſuæ miſericordiæ obedire cogit, magis, quàm peccatis hominum, & ſcele-

ribus inflammari: * expectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore ſunt, hominũ conuerſionẽ. Quòd ſi qui ad exitum vitæ impietate perſtiterint, tum iam diſcedens anima, quę immortalis eſt, pro impietatis ſuæ perſeuerantia luet pœnas. Immortales nanq; ſunt etiam impiorum animæ, quas ipſi fortaſſe velint pariter cum corporibus ſuis finiri: ſed non ita eſt, perfert enim ignis æterni ſine fine ſupplicia, & ad perniciẽ ſui naturam non habet moriendi.

Epiſcopis non eſt tacendum.

X. πρόληψις, in perſonã Petri. eum ſic perterrefacere hoĩes. Pet. hîc à proprio ſuæ perſonæ reſpondet.

Sed fortaſſe dicetis mihi: terres nos Petre. Et quomodo vobis dicemus, quæ in re ſunt? nunquid tacẽtes adnũciare poſſumus veritatẽ? quę ſunt, aliter, quàm ſunt, proferre neſcimus. Quod ſi taceamus, cauſam vobis pernicioſę ignorãtiæ nos dabimus: & ſatisfaciemus latenti intra vos, & obſidenti ſenſus veſtros ſerpenti: qui hæc vobis callidè ſuggerit, vt ſemper vos inimicos faciat Deo. Sed nos ad hoc miſsi ſumus, vt prodamus vobis latebras eius, & abſoluentes inimicitias, reconciliemus vos Deo: vt ad ipſum conuertamini, & placeatis ei in operibus bonis. Inimicitiæ nanq; ſunt hominiad Deum, irrationabilis & impius ſenſus, prauumq; propoſitum: maximè, cùm videtur ſibi ſcire aliquid, & eſt in ignorantia. Vbi autem abiectis his, eadem vobis placere cœperint, quæ Deo placent, & eadem diſplicere vobis: atq; ea cœperitis velle, quæ vult Deus: tunc verè amici eius dicemini.

Amicitiã cum Deo quomodo adipiſcamur.

XI. πρόλ. Deum non curare res humanas. Petrus firmiſſimum Prouidentiæ ſiue προνοίας argumentum ſumit ab hoc vniuerſo, in quo ordo iſte pulcherrimus totaq; ἁρμονία motuum, vicesque temporum ſeruiunt vtilitati noſtræ. vnde quiuis colligere cogitur, Deum eſſe φιλόζωον, vt vocat eum Xenophon, & curare hominum genus.

Sed fortaſsis aliqui ex vobis dicent: Nihil curæ eſt Deo de rebus humanis: & Cuius ne ad notitiam quidẽ poſſumus peruenire, quomodo ad amicitias perueniemus? Quod Deus curam gerat humanarum rerum, ipſius mundi gubernatio teſtis eſt, cui Sol quotidie deſeruit: cui imbres miniſtrant: cui fontes, flumina, ventiq;, & omnia famulantur elementa: quæ quantò potiora ab hominibus videntur: tantò curam Dei eſſe erga homines indicant. Niſi enim poteſtate excelſi, nunquam potiora inferioribus miniſtrarent. & per hoc non ſolùm curam Deus erga homines, ſed & grandem quendam habere docetur affectum: quorum miniſterio tam præclara mancipauit elementa. Quod autem etiam ad amicitias Dei perueniant homines, exemplo nobis ſunt hi, quorum precibus tantùm indulſit, vt clauderet imbrib. cęlum, cùm vellent: & rurſum, cùm peterent, relaxaret: & multa alia voluntatem ſuam facientibus præſtitit, quæ non niſi amicitsimis præſtarentur. *Sed dices, quid enim læditur Deus, ſi & iſta colantur à nobis? Si quis veſtrûm honorem patri debitum, à quo plurima beneficia conſequutus eſt, alij deferat: & alienum atq; extraneum, quaſi patrem colat: non tibi videtur impius exiſtere in patrem, & exhæredatione dignisſimus.

Dictum eſt hoc de Helia, de quo 3. Reg. c. 17 Et Iac. 5.

**XI. πρό. cultui diui no nõ obeſſe creaturarum cultũ.*

XII. πρόλ. Turpe eſſe & impium à maiorum, qui eam religionem tradiderunt, inſtitutis diſcedere. Occurrit hîc Petrus eleganti ſimilitudine.

Alij dicunt impium eſt, ſi non colamus ea, quæ nobis tradita ſunt à patribus noſtris: & religionem præuaricamur à maioribus datam. Hac ratione, ſi cuius pater latro fuit, aut ſi cuius leno: à patribus ſibi traditam conſuetudinẽ mutare non debet: nec ad meliorem viam à paternis erroribus reuocari: & impium ducitur, ſi quis non cum parentibus peccet, aut cum ipſis impius perſeueret.

Maiorum inſtituta ſunt imitãda, ſi Chriſto non repugnent.

XIII. πρόλ. Deum onerari noſtro cultu & inuocatione. Videmus id Epicureos quoſdam Chriſtianos, Cyclopes verius vocarentur, dicere.

Alij dicunt, non debemus moleſti eſſe Deo, ipſum ſemper aut miſeriarum querelis, aut petitionũ noſtrarum neceſsitatibus onerare. Quam ſtulta & abſq; omni ſale reſponſio? moleſtum Deo putas, ſi ei pro beneficijs ſuis gratias agas? cui moleſtum non putas, ſi pro ipſius muneribus, lignis & lapidibus gratias referas? Et quomodo, cùm fortè imber longa ſerenitate ſuſpenditur, oẽs ad cœlum oculos tendimus, & ab omnipotente Deo pluuiarũ munera flagitamus, omnesq; cũ paruulis ad Deum fuſis precib. miſerationes ipſius exoramus? Sed reuera ingratę animę cum impetrauerint,

citò

A citò obliuiſcuntur: collectis enim meſsibus aut vindemijs,continuò ad ſurda & muta ſimulacra primitias frugum deferunt:&pro his,quę Deus conceſsit,in templis aut lucis vota perſoluunt:& ibi ſacrificia dæmonijs offerunt:atque accepta gratia permutant gratiæ largitorem.

XIIII προλ. *Animi gratia coli deos.nam id oſtendit falſißimum,ex miſerrima adflictione cultorum indicat veram cultus viam.*

Feſti dies gentilium.

Sed quidā dicunt,hæc lætitię gratia & ad releuandos animos inſtituta, & ad hoc inuenta,vt humana mens aliquantulùm curis &mœroribus relaxetur. Videte,quomodo ipſi accuſatores eſtis eorum,quæ geritis. Si hæc leuandi mœroris,& lætitiæ capiendæ cauſa reperta ſunt:quomodo in lucis & ſiluis inuocationes dæmonum fiunt?quomodo inſani rotatus hominum,ſectionesq; membrorum, & abſciſsiones verendorum?*quomodo in his furor rabidus concipitur?quomodo inuitatur inſania?quomodo mulieres ſparſis crinibus furibundè iactantur?vnde ſtridor & fremi-
B tus dentium?vnde mugitus cordis & viſcerum?& omnia illa, quæ vel ſimul, vel etiā miniſterio dæmonum compaginata, ad terrorem ſtultorum, & ignorantium hominum proferuntur? hæc leuandi animi gratia fiunt, an potiùs opprimendi?

Talia fiebant in Bacchanalijs, Dianæ Tauricæ, Iſidis & id genus deorū dearūq; ſacrificijs. Vide Herod. li 2.

Vera religio Dei in quib. ſita. Acto. 15. Rom. 14. 1.Cor. 8.10.

Nondum ſentitis neque intelligitis,latentis intra vos ſerpētis hęc eſſe cōſilia?qui vos per irrationabiles errorum ſuggeſtiones, à ratione veritatis abducit;vt vos libidinis & cōcupiſcentiæ,ac totius dedecoris ſeruos tenet ac miniſtros?Sed ego clara vos omnes prædicationis voce cōteſtor, quod è cōtrario religio Dei ad ſobrietatem vos reuocat & pudicitiā:à luxuria ac furore iubet eſſe continentes: & per patientiam ac manſuetudinem, reſecare lapſus iracundiæ, proprijs eſſe contentos, &virtute parſimoniæ,ne egeſtate quidem compulſos aliena diripere:ſed in omnibus ſeruare iuſtitiam:ab idolorū vos immolatione penitùs remouere:per hæc enim inuitatis dæmones ad voſmetipſos,& introeundi eis aditum ſponte præbetis: & ex hoc iam vel furo-
C ris cauſas,vel illiciti amoris accipitis. Hinc omnis impietatis origo deſcendit: hinc homicidia:adulteria:furta:& ſeminarium malorum omnium flagitiorumq; concipitur dum profanis libaminibus & odoribus indulgetis, ac locū dominandi in vos & ius quodāmodo obtinendi malignis ſpiritibus datis. Ingreſsi enim ſenſus veſtros quid,niſi quæ libidinis,quæ iniuſtitiæ,quæ crudelitatis ſunt,operentur:& ad omnia vos,quibus ipſi delectantur, ſubigant obedire?permittente reuera hoc Deo pati vos ab eis,iuſto quodā iudicio,vt ex ipſo dedecore actuum ſenſuumque veſtrorum intelligatis,quam indignum ſit dæmonibus,& non Deo eſſe ſubiectos. Hinc & ad indecoros & fœdos actus per amicitias dęmonum peruenitur. Hinc vſque ad ipſius vitæ perniciem,vel per flammā libidinis accenditur,vel per iracundiæ rabiem,aut nimietatem triſtitię peruenitur:vt ſępe notum eſt,etiam manus ſibi intuliſſe nonnullos:quod,vt diximus,iuſta quadam Dei ſententia fieri ab his non prohibetur: vt
D &, quibus ſe ſubdiderint, intelligant & quem deſeruerint, recognoſcant.

XV. προλ. *Pios etiam perturbationibus uexari.*

Roma. 2. Apoc. 2.3. Matt. 17.

Sed dicet aliquis. Paſsiones iſtę interdum accidunt etiam his,qui Deum colunt Non eſt verum: etenim nos illum Dei dicimus eſſe cultorem,qui voluntatem Dei facit.& legis pręcepta cuſtodit. Apud Deum enim,nō ille, qui apud homines Iudęus dicitur, Iudęus eſt:neque, qui gentilis vocatur,ille gentilis eſt:ſed,qui Deo credens legem impleuerit,ac voluntatē eius fecerit:etiamſi non ſit circunciſus. Verus Dei cultor eſt is,qui non ſolum ipſe à paſsionibus liber eſt:verum &alios ab eis liberos reddit:etiamſi ſint ita graues,vt montibus coęquētur,per fidem qua credit Deo, transfert eas: ſed & montes verè cum arboribus ſuis, ſi neceſſe ſit, per fidem transfert. Qui autem videtur quidem colere Deum,ſed neque fide plena,neq; operibus mandatorum munitur, ſed eſt peccator: pro peccatis locum dedit in ſemetipſo paſsionibus:quæ ad pœnā peccantiū conſtitutæ ſunt à Deo,vt ab eis per illata ſupplicia, exigant debita peccatorū:& purgatiores eos ad iudicium illud generale perducant: ſi tamen

Inſidelium caſtigatio in hoc ſeculo, quid ſignificet?

ſi tamen caſtigationem eorum non deſerat fides. Nam infidelium caſtigatio in præ- E
ſenti vita, indicium eſt, quo alieni exiſtere incipiunt à futuris bonis: Deum verò colentiũ caſtigatio, cùm pro peccatis, quæ acciderint eis, infertur: cõmiſsi ab eis exigit debitum: vt præuenientes iudicium, in præſenti ſeculo peccati debitũ ſoluãt: & liberentur vel ex parte media, ab æternis, quæ illic præparatæ ſunt, pœnis. Sed hæc ita eſſe nõ recipit, qui non credit futurum eſſe iudiciũ Dei: & ob hoc præſentis ſeculi voluptatibus obligatus, ab æternis excluditur bonis. Et ideo nos non negligimus prædicare vobis, quæ ſaluti veſtræ ſcimus eſſe neceſſaria: &, qui ſit verus Dei cultus oſtendere:* vt credentes Deo, per opera bona poſsitis vnà nobiſcum futuri ſeculi hęredes exiſtere. Quòd ſi nondum apud vos certum eſt, vera eſſe, quæ dicimus: interim pro hoc primò non debetis ægrè accipere, & infeſti eſſe, quia quæ putamus, bona, hæc vobis adnunciamus: & quod vobis ſalutare eſſe credimus, hoc etiam vobis cõferre non inuidemus: omni, vt dixi, ſtudio laborantes, quò cohæredes vos bonorum, quæ ipſi nobis euentura credimus, habeamus. Vtrum autem pro certo vera ſint, quæ adnun- F
ciamus vobis: non aliter ſcire poteritis, niſi, vt obedientes his, quæ mandantur, ipſo rerum exitu, & beatitudinis certiſsimo fine doceamini. Et ideo etiamſi latens intrinſecùs ſerpens, ſenſus veſtros mille deprauandi artibus occupet: & impedimenta mille ſubijciat, quibus à ſalutari doctrina veſtrum declinet auditum: eò magis obſiſtere ei debetis, & ſpretis eius ſuggeſtionibus ad audiendum à nobis verbum, ſuſcipiendamque doctrinam frequentiùs conuenire: quia nemo poteſt diſcere aliquid, qui non docetur. Cumque hæc dixiſſet, iuſsit ſibi eos, qui languoribus vel dæmonibus vrgebantur, offerri: & impoſuit eis manus cum oratione, atq; ita turbas dimiſit, admonens, vt ad audiendum verbum, diebus, quibus ibidem moraturus eſſet, frequentarent. Ideo vbi turbæ abſceſsêre, Petrus aquis quæ in horto fluebant corpus diluẽs, vnà cum cæteris volentibus, humi ſterni iuſsit ſub arbore quadam, cuius vmbra erat plurima, & recumbere nos, ſecundum ordinem apud Cæſaream ſtatutum, præcepit. Atque ita cibo ſumpto, Hebræorũ ritu gratias agens Deo: quia adhuc aliquantulum diei ſupererat, iuſsit nos, de quibus vellemus, percontari. Cumq; eſſemus G
omnes cum eo viginti, vnicuique, de quo quærere voluit, explanauit: quorum ſingula quæque, libellis comprehenſa, tibi antè iam miſi. Veſpere autem iam facto ingreſsi hoſpitium cum ipſo, ſuis quique locis requieuimus.

** Cõſidera hîc ſcopum doctrinæ Petri. vt credentes Deo per opera bona &cæ. Sic 1. Epiſt. cap. 1.*

Miraculis confirmat ſuã doctrinam Petr.

Libelli iſti non extãt.

ARGV-

ARGVMENTVM VI. LIBRI RECOGNITIONVM B. CLEMENTIS ROM. PER L. GRVTERVM VENRADIVM.

TERTIAM *Magni Petri ad populum Tripolitanũ concionẽ, ſexto hoc libro perſcribit B. Clemens. qua quidem is populum ſit hortatus ad diligentem auditionem perceptionemq́; diuini verbi, omiſſis mundi curis: atque ad pænitentiam, vt ipſi ſibi ſuæq́; ignorantiæ, qua in illud tantorũ malorum ſarathium inciderint, iraſcantur: quòd Chriſtus, vt bellum vitijs faciamus, iuſſerit. ante omnia deum rectè cognoſcendum eſſe, qui vel ex ſola rerum natura, quæ tota propter hominem formata ſit, cognoſci queat. ac mira philoſophia, vt par fuit apud ſapiẽtes ethnicos, qui fidei myſteria nondum capiebant, renaſcentiam ſeu* παλιγγενεσίαν, *(vt vocat Paulus,) hominem fieri debere per aquam, hoc eſt, baptiſmum demonſtrat: eiuſque ſimul neceſſitatem, cur is nimirum neceſſarius, & vnde ſit efficax, indicat abundè. docet dein baptiſmum honeſtate vitæ, ſanctitate, puritate, adeoq́; perfectione ornandum eſſe, ita, vt & ethnicos vita præclaros ſuperent: eleganter interim diſtincteq́; cuius modi ſit iſta puritas, explicans: turpe eſſe, hîc à profanis vinci: quinetiam extremo iudicio periculoſum fore. Denique quomodo auctorem noſtrum Clementem hactenus catechumenum Petrus, alioſq́; Tripolitanos baptizârit, & menſæ dominicæ data euchariſtia fecerit participes. Poſtremùm, vt ipſis ciuibus iam poſt trimeſtre ab eis Antiochiam verſus diſceſſurus Epiſcopum Maronem virum ſanctum, hoſpitem ſuum ordinârit: omnemque eccleſiam pulcro ordine conſtituerit. In primis vtilis erit hæc concio, non ſolùm contra Anabaptiſtas aliquot baptiſmi profanatores, ſed & alios pleroſque, qui eius ſuſcipiendi neceſſitatem palàm negant. Sunt & quædam hîc non iniucundæ ſimilitudines, quæ non exiguam vim ad docendum populum habent.*

RECO-

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SEXTVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

VBI verò rareſcentibus tenebris plurimum dies cœpit proferre crepuſculum, Petrus orationis gratia hortum ingreſſus, exinde egrediens atque ingrediens, velut excuſare nobis videbatur: quòd tardius ſolito euigilans, veniſſet ad nos. Aiebat ergo: Vbi Veris tempus longiorem fecerit diem, neceſſe eſt, vt nox breuior fiat: ſi quis ergo ſtudiorum cauſa noctis aliquid occupare deſiderat, non in omni tempore eaſdem horas obſeruare debet ad vigilandum, ſed eadem temporis ſpatia: ſiue breuior, ſiue longior ſit nox, dormiendo conſumere: & curare magnoperè, ne præſumens ex his ſpatijs, quæ habere ad ſtudendum ſolet, addat ſomno: & vigilandi tempus imminuat. Obſeruandum nanque & illud eſt, ne fortè, ſi nondum decoctis cibis interrumpantur ſomni, indigeſtum corpus adgrauet mentem: & crudos adhuc exhalans ſpiritus, interiorem ſenſum confuſum reddat ac turbidum. Rectum ergo eſt, vt competenti etiam pars iſta quiete foueatur: quò poſsit ſufficienter his, quæ ſibi debentur, corpus expletis, iuſtum in reliquis menti exhibere miniſterium. Et cùm hæc dixiſſet, plurimis iam conſueto in horti loco ad audiendum congregatis, proceſsit Petrus, & ſalutatis ex more turbis, dicere hoc modo cœpit. Quoniam quidem, ſicut terra cultore neglecta, ſpinas & tribulos neceſſariò producit: ita ſenſus veſter longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falſæ ſcientiæ germinauit: Opus eſt nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis veſtræ: vt id ſermo veritatis, qui eſt verus & diligens cordis colonus, adſiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergo eſt præbere ei obedientiam: & occupationes ac ſolicitudines ſuperfluas amputare: ne bonum verbi ſemen énecet noxium germen. Poteſt enim fieri, vt multi temporis negligentiam, breuis & adſidua reparet diligentia: incertum nanque eſt vniuſcuiuſque vitæ tempus: & ideo feſtinandum eſt ad ſalutem, ne fortè cunctantem mors repẽtina præueniat. Et ob hoc acriùs intendendum eſt, vt dum eſt temporis ſpacium, collecta malæ conſuetudinis vitia reſecẽtur. Quod non aliter facere poteritis, niſi vt iraſcamini quodam modo aduerſum volmetipſos: pro his, quæ inutiliter geſsiſtis ac turpiter. Hæc enim eſt iuſta & neceſſaria iracundia, qua vnuſquiſque in his, quibus errauit & perperam geſsit, indignatur: & ſemetipſum incuſat: ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſsimæ voluptatis, bono ſemini verbi Dei, fœcundiorem cordis præparat glebam. Puto autẽ, quod ſatis dignas habeatis cauſas iracundiæ, ex quibus iuſtiſsimus ignis iſte coaleſcat: ſi conſideretis, in quantos vos errores deduxit ignorantiæ malum: quantosq; lapſus, & quanta præcipitia ad peccandum dedit: à quantis vos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitauit mala: & quod eſt ſuper omnia grauius, quòd vos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumen obfulſit, ignis iuſtiſsimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos conſurgit incendium? quo conſumatur, & radicitùs intereat omne germen, ſi quod fortè intra vos malæ concupiſcentiæ pullulauit. Vnde & ipſe, qui miſit nos, cùm veniſſet, & omnem mundum vidiſſet ad malitiam declináſſe, non continuò pacem ei in erroribus poſitis dedit, ne eum confirmaret in malis: ſed ignorantiæ eius ruinis, ſcientiam veritatis oppoſuit: vt ſi fortè reſipiſcerent, & lumen veritatis aſpicerent: deceptos ſe, & in præcipitia erroris abſtractos, meritò dolerent: & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſum deceptri-

Cõcio Pet. Euangeliũ colonus cordis noſtri eſt. Alluſum eſt ad parabolam Chriſti de homine ſemẽte variè faciẽte. Lucæ 8.

A deceptricem ſui conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicat: Ignem veni mittere *Lucæ 12.*
in terram, & quàm volo, vt accendatur. Eſt ergo pugna quædam, quæ gerenda no- *Vita, mili-*
bis eſt, in hac vita: ſermo enim veritatis & ſcientiæ, neceſſariò ſeparat homines ab er- *tia eſt.*
rore & ignorãtia, ſicut ſæpè vidimus, putrefactas & emortuas corporis carnes, à con
nexione viuentiũ membrorũ, ferro ſecante ſeparari. Tale ergo aliquid eſt, quod agit
veritatis agnitio: neceſſe eſt enim, vt ſalutis cauſa filius, verbi gratia, qui ſermonem
receperit veritatis, à parentib. ſeparetur incredulis: aut rurſum, pater ſeparetur à filio
aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & conſanguineos credentes atq;
incredulos, ſcientiæ & ingnorantiæ: veritatis & erroris pugna conſurgit. Et ob hoc
iterũ dicebat, qui nos miſit: Non veni pacem mittere in terram: ſed gladium. Quod *Matt. 10.*
ſi dicit aliquis, & quomodo iuſtum videtur ſeparari à parentibus? Audi, quomodo: *Gladius E-*
quia ſi cum ipſis in errore permaneant, neque illis proderunt: & ipſi, cum illis pari- *uãgelij, &*
ter interibunt. Iuſtum igitur & valde iuſtum eſt, ſeparari eum, qui ſaluari vult, ab *bellũ, quid*
B eo, qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis, qui rectiùs intelligunt, venit *Vide idem*
iſta ſeparatio: illi enim volunt eſſe, pariter & prodeſſe eis, & docere meliora: ſed eſt *ſuprà Pet.*
iſtud proprium ignorantiæ vitium, vt confutantem ſe veritatis lucem, non ferat ha- *explicantẽ*
bere de proximo: & ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſcientiam veritatis *lib. ſecũdo.*
accipiunt, quia bonitatis plena eſt: tanquam à bono Deo datam: cupiunt eam, ſi fie-
ri poteſt, cum omnibus habere communem: etiam cum his, qui oderunt eos & perſe
quuntur: ſciunt enim, quia peccati ipſorũ cauſa, ignorantia eſt. Proptereà denique
ipſe magiſter cùm ab his, qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat patrem
pro interfectoribus ſuis: & dicebat: Pater, remitte eis peccatum, neſciunt enim, quid *Lucæ 23.*
faciunt. Imitantes quoque diſcipuli magiſtrum, etiam ipſi cùm paterentur, ſimiliter
pro interfectoribus ſuis orabant. Quod ſi diſciplina nobis eſt, orare etiam pro inter- *Actor. 7.*
fectoribus, & perſequutoribus noſtris: quomodo non etiam parentum & propin- *Stephanus*
quorum perſequutiones ferre, & pro conuerſione eorum orare debemus? Tum de-
C inde etiam illud diligentiùs conſideremus, quæ ſit nobis cauſa, parentes diligendi.
Pro eo, inquis, quod vitæ noſtræ videntur autores. Autores quidem vitæ noſtræ, pa
rentes non ſunt, ſed miniſtri: non enim vitam præbent, ſed ingrediendi nobis ad
hanc vitam exhibent miniſterium. auctor autem vitæ, vnus & ſolus Deus. Si ergo
auctorem vitæ diligere voluerimus: illum nobis ſciamus eſſe diligendum. Sed illum,
inquis, cognoſcere non potuimus: iſtos autem & nouimus, & in effectu habemus.
Eſto, non potueris cognoſcere, quid ſit Deus, * quid tamen non ſit Deus, perfacilè ** Hoc eſt,*
ſcire potuiſti. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut *quod opi-*
æs, vel alia huiuſmodi materia, Deus non ſit? Quod ſi in his quæ facilè depræhende- *nor, impu-*
re potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis intendere: certum eſt, quia in agni- *lit Diony-*
tione Dei impediti eſtis, non impoſsibilitatis, ſed ignauiæ vitio: nam ſi voluiſſetis, ex *ſium ſcribe*
his ipſis inutilibus ſimulacris, profectò accepiſſetis intelligentiæ viam. Certum eſt *re de Theo-*
enim, quod per ferrum facta ſint ſimulacra, ferrum verò per ignem confectum ſit: *logia nega*
D qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per ſpiritum mouetur, ſpiritus autem à Deo *tiua.*
initium habet. Sic enim dicit Moyſes Propheta: In principio fecit Deus cælum & ter *Gen. 1.*
ram, terra autem, erat inuiſibilis, & incompoſita: & tenebræ erant ſuper abyſſum, &
ſpiritus Dei erat ſuper aquas, qui ſpiritus iuſſu Dei, quaſi ipſa cõditoris manu lucem
ſeparauit à tenebris, & poſt illud inuiſibile cælum, iſtud viſibile produxit: vt ſuperio
ra quidem, habitaculum faceret Angelis: inferiora verò, hominibus.

Hunc locum citat de verbo doctus Beda libro de ratione temporum, capite tertio, Verba ipſius ſunt. Denique ſanctus Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, & Romanæ eccleſiæ tertius poſt Petrum Epiſcopus, in ſexto hiſtoriarum ſuarum libro, ita ſcribit. In principio fecit Deus cælum & terram: & cætera, quæ hîc verba ſequuntur. Idem locus citatur eodem modo quarta epiſtola Clementis. Tanti ſunt hi libri ante annos 834. æſtimati, vt docti viri eorum teſtimoniis in rebus difficilibus lubenter vterentur. Quo de ſuprà copioſiùs.

Propter te ergo Dei iuſſu, aqua, quæ erat ſuper faciem terræ, ſeceſsit, vt terra tibi

I produce-

Propter hominem omnia creata ſunt.

producerct fructus: cui etiam humorum venas latēter inſeruit: vt tibi ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter te, producere iuſſa eſt animantia: & omnia, quæ tuo vſui voluntatiq́; ſeruirent. An non propter te venti ſpirant, vt ex ipſis concipiens fructus tibi terra parturiat? Nónne propter te imbres profluunt? & tempora viciſsitudines mutant? Nónne propter te Sol oritur & occidit, & mutationes Luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatum ſuum, vt tibi ingrato cuncta ſubiaceant. Nónne pro his omnibus iſta erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem quem ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis, ſolum præ cæteris ignoraſtis? Sed & nunc eiſdem vos ad intelligentiam vijs duco: videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis:

Ioan. 3.

** (Nā Thales Mileſius dixit, ἀρχὴν ἁπάντων ὕδωρ εἶναι.)*

* à qua verò per vnigenitum ex initio facta eſt: vnigeniti verò, omnipotens Deus caput eſt, per quem tali ordine, quo ſupra diximus, peruenitur ad patrem: cùm autem perueneris ad Patrem, agnoſces hanc eſſe voluntatem eius, vt per aquas, quæ primæ creatæ ſunt, denuò renaſcaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus adimpletis, hæres efficitur eius, à quo in incorruptione regeneratus eſt.

Hortatur Petrus ad baptiſmū Tripolitanos.

Propter quod paratis animis accedite, quaſi filij ad Patrem, vt peccata veſtra diluantur: & cauſa eorum, ſola ignorantia fuiſſe probetur apud Deum. Nā ſi poſt agnitionem horum permanetis in incredulitate: vobis iam perditionis veſtræ cauſa, & non ignorantiæ reputabitur. Nec putes, quod etiamſi omnem pietatem colas, omnemq́; iuſtitiam, baptiſmum verò non accipias: ſpem poſsis habere apud Deū: imò potiùs maiore pœna dignus erit, qui bona opera non bene operatur: † conſertur enim meritum homini ex bonis geſtis: ſed ſi ita gerantur, ſicut Deus iubet.

Baptiſmus quàm ſit neceſſarius, & Cur?

Deus autem iuſsit omnem colentem ſe, baptiſmo conſignari: quod ſi tu reniteris, & tuæ voluntati magis, quàm Dei obtemperas, contrarius ſine dubio & inimicus es voluntati eius. Sed dices fortaſſe, quid confert aquæ baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem, quia, quod Deo placuit, impletur: ſecundò, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ tibi per hominem facta eſt, amputatur: & ita demum peruenire poteris ad ſalutem: aliter verò impoſsibile eſt.

Operatum ſunt bona, ſi ſiunt ita, vt Deus præcepit:

Ioan. 3.

Sic enim nobis, ſi cum ſacramento, verus Propheta teſtatus eſt, dicens: Amen dico vobis, niſi quis denuò renatus fuerit ex aqua, non introibit in regna cœlorum. Et ideò accelerate: eſt enim in aquis iſtis miſericordiæ vis quædam, quæ ex initio ferebatur ſuper eas: & agnoſcit eos, qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti: & eripit eos de ſupplicijs futuris: quaſi donum quoddam offerens Deo, animas per baptiſmum conſecratas.

† Sic Muſ Publianus. Bonum ſit non bonū, quando ſit non bene.

Confugite ergo ad aquas iſtas. ſolæ ſunt enim, quæ poſsint vim futuri ignis extinguere: ad quas, qui moratur accedere, conſtat in eo infidelitatis adhuc idôlum permanere: & ab ipſo prohiberi ad aquas, quæ ſalutem conferunt, properare. Siue enim iuſtus ſis, ſiue iniuſtus, baptiſmus tibi per omnia neceſſarius eſt. Iuſto quidem, vt adimpleatur in eo perfectio, & regeneratur Deo: iniuſto verò, vt peccatorū, quæ geſsit in ignorantia, remiſsio concedatur.

Omnibus neceſſarius baptiſmus.

Omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora, renaſci Deo: quia incertus eſt vniuſcuiuſq; exitus vitæ. Cùm autem regeneratus fueris per aquam, ex operibus bonis oſtende in te ſimilitudinem eius, qui te genuit patris.

Ornandus baptiſmus ſancta vita

Agnouiſti enim Deum, honora patrem: honor autem eius eſt, vt ita viuas, ſicut ipſe vult. Vult autem ita viuere, vt homicidium, adulterium neſcias: odium, auaritiam fugias: iram, ſuperbiam, iactantiam reſpuas. & execreris: inuidiam, cæteraq́; his ſimilia, penitùs à te ducas aliena. Eſt ſanè propria quædam noſtræ religionis obſeruantia, quæ non tam imponitur hominibus, quàm propriè ab vnoquoq; Deum colente cauſa puritatis expetitur: Caſtimoniæ dico cauſa, cuius ſpecies multæ ſunt: ſed primò, vt obſeruet vnuſquiſque, ne menſtruatæ mulieri miſceatur. hoc enim, execrabile ducit lex Dei.

Leuit. 18.

** Vetus exemplar, cātari habebat: in alio*

Quod etſi lex de his non admonuiſſet: nos, vt * Cantari libenter voluerem ur in ſtercore? Debemus amplius aliquid habere animalibus, vtpote rationabiles homines, & cœleſtium ſenſuum capaces, quibus ſummi ſtudij eſſe debet, ab omni inquinamento cordis conſcientiam cuſtodire.

Ebioniticus totus hic locus videri poſſet, ita intellectus, quaſi lotio aquæ requiratur vel faciat aliquid

quid ad uitæ puritatem ſanctitatemque. nam Ebionitæ crebram aquæ lotionem in ſuis, eadem properatione vt nunc Anabaptiſtæ, crebros baptiſmos, requirebant. At ſanè tamen de baptiſmo poterat intelligi licet difficilius & coactiùs. Certè mihi quidem videtur vt ingenuè fatear, quanquam nec aſſeuerare, velim, neque negare: totum illum locum, à periodo: Bonum eſt autem: vſque ad illam clauſulam, Verè enim ſi mens mundetur: παρεμβεβλημένον eſſe. quod iſthuc ab Ebionitis in his libris plerunque factum teſtatur Epiphanius. ideoque nos eum, tui monende cauſa, parentheſi incluſimus. ( ). Senſus ſanè pulchrè ſibi conſtat, his licet abiectis. Illud quoque volo, animaduertas, Petrum hîc per purificationem carnis, intelligere caſtitatem & moderationem, abſtinentiamque à coitu & promiſcuis voluptatibus: ne rurſus alio pacto in Ebionis errores.

(Bonum eſt autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum verò dico, non quaſi principale illud, in quo mens purificatur: ſed, quod ſequela ſit illius boni, hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magiſter noſter quoſdam Phariſæorum & Scribarum, qui videbantur eſſe cæteris meliores, & à vulgo ſeparati: increpa-
B bat: dicens eos hypocritas, quia ea ſolùm, quæ hominibus videbantur, purificabant: corda verò, quæ ſolus Deus aſpicit, inquinata relinquebant & ſordida. Ad quoſdam ergo ex ipſis, non ad omnes, dicebat: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis, calicis & paropſidis, quod deforis eſt, intùs autem plena ſunt ſordibus. Phariſæe cæce, emunda priùs, quod intus eſt. & quod deforis eſt, erit mundum.) Verè enim, ſi mens mundetur luce ſcientiæ, cùm ipſa fuerit munda ac ſplendida, tunc etiam eius, qui deforis eſt, hominis, ipſa neceſſariò curam gerit, id eſt carnis ſuæ: vt & ipſa purificetur. Vbi aũt iſta, quæ deforis eſt, purificatio carnis negligitur, certũ eſt, ibi neq; de puritate mentis, ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, vt is quidem, qui intrinſecus mũdus eſt, mundetur ſine dubio & extrinſecùs. Non ſemper autem is, qui mundatur extrinſecus, etiam intrinſecus mundus eſt: videlicet, cùm agit hæc, vt hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vt ne paſſim, & libidinis ſolius cauſa, fœminis coëatur: ſed poſteritatis reparandæ gratia. Quæ obſer-
C uantia cùm in nonnullis etiam pecudibus inueniatur: pudoris eſt, ſi non ab hominibus rationabilibus, & Deum colentibus obſeruetur. In tantum autem caſtimonia, verum Dei cultum tenentibus, per has, quas ſuprà diximus, aliasque horum ſimiles ſpecies, conſeruanda eſt: vt etiam apud eos, quæ à diabolo adhuc in erroribus detinentur, attentiùs obſeruetur: eſt enim & apud illos nonnulla obſeruantia caſtimoniæ. Quid ergo, quod errantes cuſtodiebatis, hoc non obſeruabitis emendati? Sed fortaſſe dicet aliquis veſtrũ: Oportet ergo nos omnia, quæ fecimus, dum coleremus idôla, cuſtodire? Non omnia, ſed quæcunq; bene fiebant, hæc etiam nunc conuenit obſeruari: quia ſi quid rectè fit ab his, qui in errore ſunt, certum eſt, id à veritate ſumtum. Quia & ſi quid in vera religione non rectè fit: non eſt dubium, quin ab errore mutatum ſit: bonum namq; etiamſi ab errãtibus geſtum fuerit, bonum eſt, & malum, etiamſi ab his, qui veritatem ſequuntur, geſtum fuerit, malum eſt. Aut nunquid ita decipiemus, vt ſi videamus eum, qui idôla colit, eſſe ſobrium: nos, qui Deũ
D colimus, ſobrij eſſe recuſemus, ne eadem facere, quę ille, qui colit idôla, videamur? Non ita eſt, ſed ſit nobis ſtudium, vt ſi illi, qui errant, homicidium non faciunt: nos ne iraſcamur quidem: & ſi illi adulterium non admittunt: nos, ne concupiſcamus quidem alienam mulierem: ſi illi amant proximos ſuos, nos diligamus etiam inimicos noſtros: ſi illi mutuo dant his, qui habent, vñde reddant: nos, etiam his demus, à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos, qui æterni ſeculi hæreditatem ſperamus, debemus præcellere eos, qui præſens tantum ſeculum nôrunt: ſcientes, quia ſi opera illorum noſtris operibus collata, in die iudicij ſimilia inueniantur ac paria, confuſio nobis erit: quòd æquales inuenimur in operibus, his, qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam ſpem futuri ſeculi habuerunt. Et verè digna confuſio eſt, vbi nihil ampliùs geſſimus ab his, quibus ampliùs intelleximus. Quòd ſi confuſio nobis erit, æquales eis inueniri in operibus bonis: quid erit nobis, ſi inferiores nos, ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo, quomodo de his nos

I 2 ipſe

non erat omnino, ſuſpicor autẽ legendum, cantherij, *Matth. 23.*

Chriſtiani quibus modis Ethnicos vincere debeant. *Matt. 5.*

Turpe vinci in ſanctitate vitæ à profanis nõ initiatis Chriſto.

ipſe verus Propheta docuerit: ad eos enim, qui negligunt audire verba ſapientiæ, ita ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam: quæ venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic: & non audiunt. Ad eos verò, qui de malis actibus gerere pęnitentiam detrectabant, ita ait: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eã: qui pœnitentiam egerunt in prędicatione Ionæ: & ecce plùs quàm Ionas hic. Vides ergo, quomodo eos, qui erudiebãtur ex lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gẽtili ignorantia veniebant: & oſtendens eos, nec illis æquales eſſe, qui in errore poſiti videbantur, ex ipſa tantùm comparatione condemnat? Ex quibus omnibus ferme, quem propoſuimus, adprobatur: vt caſtimonia, qui aliquatenus etiam ab his, qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur. multò puriùs & attentiùs per ſingulas quaſque, ſicut ſuprà oſtendemus, ſpecies à nobis, qui veritatem ſequimur, teneatur: eò magis, quia apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna poſita ſunt. Hæc & his ſimilia cùm dixiſſet, turbas dimiſit: & ex more cum familiarib. ſuis cibo ſumpto, quieuit. Hoc autem modo per tres continuos menſes, cùm verbum Dei doceret, & plurimos conuerteret ad fidem, ad vltimum ieiunare me iuſsit: & poſt ieiunium in fontibus, qui contigui habentur mari, perennis aquæ mihi baptiſmum dedit. Cumq; pro regenerationis gratia diuinitùs mihi collata, feriati cũ fratribus & laicis læti egiſſemus, Petrus, eos, qui ad præcedendum fuerant ordinati, proficiſci Antiochiam iubet: atque ibi tres alios expectare menſes: quibus profectis, ipſe eo, qui fidem Domini plenè receperant, deducens ad fontes, quos mari contiguos ſuprà diximus, baptizauit, & Euchariſtiam frangens cum eis, Maronem, qui eum hoſpitio receperat, perfectum iam in omnibus, conſtituit eis Epiſcopum: & duodecim cum eo presbyteros, ſimulque diaconos ordinat. Inſtituit etiam ordinem viduarum, atque omnia Eccleſiæ miniſteria diſponit. Vniuerſoſque admonet, Maroni Epiſcopo in omnibus, quæ
6 pręciperet, obedire: & ita cunctis competenter diſpoſitis, cùm trium menſium tempus fuiſſet expletum: valedicentes his, qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiſcimur.

Lucæ 11.

Clemẽs baptizatur à Petro.

Miniſteria Eccleſiæ diſpoſita à Petro.

ARGV-

ARGVMENTVM VII. LIBRI RECOGNITIONVM D. CLEMENTIS, L. G. VENRADIO AVCTORE.

HVcuſque Tripolitanæ conciones. Petrus porrò Tripoli digreſſus, quòd auditorum comitantium turbis obrueretur, quæ gentibus quoq; ſuſpectæ poterant eſſe: eas tum declinandæ inuidiæ cauſa, tum, vt ſingulis cōmodiùs hoſpitia procurari poſſent, ne vagari incertis ſedibus in vrbibus cogerentur, ſeorſum diuiſit in partes: ac diſcipulos plerosq; ante ſe Seruatoris exemplo præmiſit. Clemēs, quòd retentus eſſet à Petro, agat ei gratias. cui cùm ſe famulum quoque offerret, Petrus oſtenſa vitæ ſuæ tenuitate parſimoniaq; nullo eo ſe docet indigere: imò ſe potiùs Clementi famulari debere, laboribus à pueritia aſſuetum. indignè hoc accipiente illo, & aſſeuerante contrà, Petrum ſe parentis loco colere: Apoſtolum ſciſcitatum eſſe de ſuis, num qui ſupereſſent: cui Clemens amiſſorum ſuorum parentum fratrumq; certè miſerabilem caſum retulit. Refert deinceps ex hoc mirabiliter poſteà Petrum reperiſſe & deprehendiſſe matrem Clementis Matthidiam, apud Aradios Phœniciæ mendicantē, hac enim narrante, cùm ex ea Petrus cauſam mēdicitatis inquireret, infœlix ſuum naufragium, ac quædam affingente: motum commiſeratione Apoſtolum ſui Clementis cōſimilem narráſſe ipſi caſum. ex quo deprehenſum fuit, eam huius eſſe matrem. porrò relatum inauditum hoc factum cæteris comitibus, qui iam anteceſſerant, Nicetæ nimirum & Aquilæ: ex quo conſimiliter deprehenſum fuit, hos germanos eſſe fratres Clementis, priùs Fauſtini Fauſtiq; vocabulis appellatos. Matthidiam domū cum ſua hoſpita ab Apoſtolo baptizatam eſſe.

Mirificam ſanè liber hic ſub oculos ponit Dei prouidentiam, in ſuaui iſta quidem, ſed planè diuina & inopinata Clemētis matris fratrumq; agnitione, quam ne quis fabuloſam putet, eandem quoque ſciat perſcriptam à Nicephoro Calliſto libro ſecundo, capite triceſimo quinto hiſtoriæ ſuæ eccleſ. itemq; in Epitome hiſtoriæ Clementinæ huic volumini adiecta.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SEPTIMVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

EGreſſi tandem etiam Tripolim Phœnicis vrbem, primam in Hortoſiade, haud procul à Tripoli, facimus manſionem: vbi ſequenti quoque die remorati, quia omnes penè, qui Domino crediderãt, dum diuelli à Petro nequeunt, illo vique ſequuti ſunt: inde Antaradum venimus. Sed quòd multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicetam, ſimul atque Aquilam: Quoniamquidem plurimæ fratrum turbæ nobiſcũ ſunt: & ingredientes ſingulas quaſq; vrbes, non parum inuidiæ contrahimus: videtur mihi prouidendum, vt neq; ipſis ingratũ ſit, ſi prohibeantur ſequi: neq; nobis pompæ alicuius excitet malignus inuidiam. Cenſeo itaq; te Nicetam atq; Aquilam, pręcedere nos cum ipſis: ita, vt etiam vos in duas partes diuiſam multitudinẽ ducatis, vt ſparſim magis, quàm ſub vna congregatione iter agentes, ſingulas quaſq; introeamus gentium ciuitates. Scio aũt, quia triſte vobis videtur, quòd videmini à me, duorum ſaltem dierum ſpatio ſeparari: credite mihi, quia, qua menſura diligitis me, decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus eſt: ſed ſi pro affectu, quem adinuicem gerimus, non faciamus, quæ conuenientia & honeſta ſunt: irrationabilis huiuſmodi amor videbitur. Et ideò nequaquam titulo charitatis imminuto, quæ vtilia videntur ac neceſſaria, procuremus: maximè cùm nullus dies poſſit intercedere, quo non diſputationibus meis intereſſe poſſitis. Per ſingulas enim quaſque nobiliores prouinciarum ciuitates, propoſui, ſicut etiam vos ſcitis, tres nos docendi gratia reſidere menſes. Nunc ergo Laodiceam, quæ eſt vrbis proxima, præcedite me: & ego poſt biduum aut triduum, quantum ad propoſitum meum ſpectat, inſequar vos. Operimini autem me ad proximum portæ ciuitatis ſtabulum: & inde iterum ſimiliter, cùm dies ibi aliquot tranſegerimus, præcedetis me ad vlteriores ciuitates: & hoc vos facere per ſingulas cupio, declinandæ quantum in vobis eſt, inuidię gratia: &, vt fratres, qui nobiſcum ſunt, veſtri prouidentia, per ſingulas ciuitates parata inuenientes hoſpitia: minùs vagari videantur. Hęc dicente Petro, neceſſariò adquieſcunt, dicentes: Non valde nos contriſtat hoc agere, quæ à te iubemur: quia omnia & bene agere, & bene conſulere, per Chriſti prouidentiam electus es: ſed & vna die, aut ſi multùm, biduo: quanuis grande ſit in hoc omni ſpatio non videre Dominum noſtrum Petrum: tamen tolerabile eſt. Conſideramus enim, quid patiantur illi duodecim fratres noſtri, qui præcedunt nos: & menſem penè integrum ex tribus menſibus, quibus per vnamquamque vrbem reſides: tanto bono auditus tui, viſioniſque fraudantur. Vt ergo iubes, quia rectè omnia iubes, agere non morabimur. Et his dictis, præceſſere, acceptis mandatis, vt extra vrbem alloquerentur fratres, qui ſecum iter agebant: ne conſtipati, & quaſi cum tumultu, ſed ſparſim & in binos diuiſi, ingrediantur ciuitates. Verùm, vbi illi profecti ſunt, ego Clemens valde gauiſus ſum, quod me ſecum eſſe fecit: & aio ad eum: Deo gratias ago, quod me non præmiſiſti cum alijs. nam triſtitia interiſſem. Tum Petrus: Et quid fiet, inquit, ſi neceſsitas exegerit mittere aliquò doctrinæ gratia: ſeparatus à me, pro vtilitate morieris? nec tibimetipſi imperabis ferre patienter, quæ neceſsitas impoſuerit? Aut ignoras, quia amici ſemper ſimul ſunt? & licet corporibus ſeparentur, memoria tamen iunguntur? ſicut è contrariò nonnulli corporibus vna poſiti, animis diuiduntur. Et ego reſpondi: non putes mi Domine, hæc me irrationabiliter pati: ſed certa & cauſa & ratio eſt, huius erga te affectus mei. Te enim ſolùm pro omnibus

Petrus ante ſe ablégat diſcipulos: ſicut Chriſtus fecit. Luc. 10.

Cauet Pet. ne peregrinatio ſua ſpeciem vllam tumultus, id quod facile poterat fieri, præberet.

A bus meis affectibus habeo,pro patre: pro matre:pro fratribus:ſuper hæc autem om-
nia eſt,quod mihi ſalutis cauſa,& agnoſcendæ veritatis tu ſolus exiſtis. Sed & illud
non mihi in poſtremo habetur loco: quod iuuenilis ætas quæ in me eſt,concupiſcē-
tiarum inſidijs ſubiacet: & vereor eſſe ſine te, cuius ſolam præſentiā omnis luxuria,
quanuis ratione careat,erubeſcit. Licet confidam de miſericordia Dei, quod etiam
ſenſus meus,ex his,quæ per doctrinam tuam concepit: aliud iam aliquid ad cogni-
tionem recipere non poſsit. Prætereà memini te apud Cæſaream dixiſſe,vt, ſi quis
vult me ſaluá pietate comitari,comitetur. Salua autem pietate dicebas, vt neminem
contriſtaret,cui ſecundum Deum deberet adhærere: verbi gratia, ne vxorē fidelem
relinqueret: vel parentes: vel alias huiuſcemodi perſonas: à quibus ego valde liber
ſum: & ideo aptus ad ſequendum te: atque vtinam mihi concedas, vt tibi etiam ſer-
ui miniſterium exhibeam. Tum Petrus adhæc ridens, ait: Et quid putas Clemens,
quod non te ipſa neceſsitas mihi faciat ſeruum? Nam quis mihi poterit alius ſterne-
B re ſindones: & ſtragula pulchra componere? Quis ſeruare annulos, & indumenta,
quæ aſsiduè mutare debeā,præparabit? Quis etiam cocis imperabit? & diuerſa atq;
electa pulmenta prouidebit? quæ arte ſcitiſsima & varia præparentur? & omnia illa,
quæ hominibus molliter inſtitutis,imò potiùs cupiditati eorum velut immaniſsimę
cuidam beſtiæ iniuſtis quæſita ſumptibus conuectantur? Sed fortaſſe, quanuis me-
cum poſitus videaris,non agnoueris vitam meam. panis mihi ſolus cum oliuis,& ra-
rò etiam cum oleribus in vſu eſt. Indumentum autem hoc eſt mihi, quod vides,tu-
nica cum pallio: & hæc habens,aliud nihil requiro:hoc mihi ſufficit,quia mens mea
non ad hæc præſentia,ſed ad illa,quæ æterna ſunt,aſpicit: & ideo nihil me rerū præ-
ſentium,viſibiliūq; delectat. Vnde tuum quidem erga me bonum animum ample-
ctor & miror: ac te magis laudo. quomodo cùm ſis vir,ex cōſuetudine multæ abun-
dantiæ veniens,tam citò transferre & aptare te potueris,ad hāc vitam noſtram, quæ
ſolis neceſſarijs vtitur? Nos enim à puero,id eſt,ego & frater germanus meus Andre-
C as,non ſolùm orphani, ſed & valde pauperes creuimus: & neceſsitate, operarij eſſe
conſueuimus. Vnde & nunc facilè vexationes itinerum ferimus: ſed potiùs, ſi mihi
adquieſceres & permitteres: ego magis homo operarius, faciliùs tibi poſſem ſerui
implere miniſterium. Ad ego hæc audiens,contremui: & lachrymæ mihi continuò
proruperunt: quòd talem mihi ſermonem dixerit vir tantus:quo omnis mundus ha-
betur inferior. Tum ille lachrimantem me videns,cauſam percontatur. Cui ego re-
ſpondi: Quid tantùm in te peccaui,vt me tali ſermone onerares? Et Petrus: Si malum
eſt, inquit, quod dixi, vt ſeruiam tibi, tu prior peccaſti, hoc mihi dicendo. Et ego:
Non eſt,inquam,ſimile: me enim decet,hoc tibi facere: tu autē,qui Dei ſummi præ-
co ad ſaluandas animas hominum miſſus es: graue eſt, vt hoc mihi dicas. Et Petrus:
Acquieſcerem tibi,inquit,niſi Dominus noſter,qui ad ſalutem totius mundi venit,
& qui erat omni creatura nobilior, ſeruire paſſus eſſet: vt nos ſuaderet, non erubeſ-
cere fratribus noſtris ſeruorum exhibere miniſterium. Tum ego: Si puto,quòd poſ-
D ſim te vincere,valde ſtultus ſum: veruntamen ago gratias prouidentiæ Dei,quod pa-
rentum loco habere te merui. Tum Petrus, Nemo enim, inquit, verè ex genere tibi
ſupereſt? Reſpondi: ſunt quidem multi potentes viri ex Cæſaris proſapia venien-
tes: nam patri vtpote propinquo ſuo,& vnà educato,nobilis adæquè familiæ Cæſar
ipſe iunxit vxorem· ex qua duos geminos ante me filios ſuſcepit,non valde,vt aiebat
pater,ſibi inuicem ſimiles: ego enim eos non adeò ſciebam. Sed ne matris quidem
valde memor ſum, ſed quaſi per ſomnium: ita tenuiter vultus eius ſpeciem recolo.
Mater ergo mea Matthidia, pater Fauſtinianus vocitatus eſt: fratrum autem meo-
rum alter Fauſtinus,alter Fauſtus dicebatur.

Adeo Apoſtoli erant modeſti, alieniq; ab omni ſeditione, & oſtentatione.

Tenuitas et parſimonia Petri.

Petri & Andreæ paupertas.

Matth. 20.

Clementis proſapia.

De Clementis proſapia vera eſſe,quæ hîc referuntur,auctores plerique omnes teſtantur. Vnum adferam grauiſſimi viri teſtimoniū, Eucherij illius Lugdunenſis, vetuſti Epiſcopi, qui ſub Valentiniano & Marciano vixit,is nimirum Epiſtola,qua cognatum Valerianum ab amore mundi eruditè diſerteque dehortatur,inter cætera Clementis hoc exemplum adfert,hiſce verbis.Poſſem,niſi longum eſſet, multos ex

innumeris nominatim recenſere, quanti in ſæculo illuſtrium virorum, hanc actionem, diuini cultus obſeruantiam vitamque ſectati ſunt, quorum tamen exempla, ne cuncta penitus omittam, curſim pauca ſubnectam. CLEMENS vetuſta proſapia ſenatorum, atque etiam ex ſtirpe Cæſarum, omni ſcientia refertus, omniumque artium liberalium peritiſsimus, ad hanc iuſtorum viam tranſijt. itaque etiam excellenter in ea effloruit, vt Principi quoque Apoſtolorum ſucceſſor extiterit.) Ita, hoc & Niceph. Call. lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 35. totamque hanc in ſequentem hiſtoriam commemorat: ne quis hanc fabuloſam putet.

Interea cùm ego quinq; vix dum eſſem annorum: mater, ſicut à patre didici, ſomnium vidit: quo moneretur, niſi cum duobus filijs ſuis geminis, confeſtim vrbem fugiſſet egreſſa, & abfuiſſet annis decem: ipſam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram. Tum pater, qui tenerè diligeret filios, adiunctis ſeruis & ancillis, ac ſumptibus ſufficienter præbitis: naui impoſitos cum matre filios, Athenas mittit erudiendos: me ſibi ſolùm, filium ad ſolatium retinens, & in hoc quidem gratias agens, quia non etiam me imperauit ſomnium pariter cum matre diſcedere. Anno autem completo, Pater miſit ad eos Athenas homines, & ſumptus: ſcire ſimul cupiẽs, quid agat: nec tamen redeunt, qui miſsi ſunt. Tertio rurſus anno, mœſtiſsimus pater mittit alios cum pecunijs: qui quarto anno regreſsi, nunciant, neq; matrem ſe, neq; fratres vidiſſe: ſed neque Athenas eos omninò perueniſſe: neque vſquam alicuius ſaltem, qui cum ipſis fuerant, veſtigium repertum. Pater hæc audiens, & multa triſtitia obſtupefactus, neſciens, quò tenderet, aut vbi quæreret: vnà mecum deſcendit ad portum, & requirere à nautis cœpit ſic: vbi aliquis eorum vidiſſet aliquando ante quatuor annos corpus mulieris, cum duobus paruulis eiectum? Cùm multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati eluceſceret, tam immenſum pelagus perſcrutantibus, pro multo tamẽ affectu pater, quem erga ſuos gerebat, paſcebatur vanis ſpebus: donec viſum eſt ei, vt me ſub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret: annorum cùm eſſem duodecim: & ipſe pergeret ad requirendum: flens itaq; deſcendit ad portum, & nauem conſcendens profectus eſt: ex eo vſq; in hodiernum, neq; literas eius accepi: neq; ſi viuat, aut defunctus ſit, noui. Sed magis ſuſpicor, quia & ipſe obierit, aut triſtitia victus, aut naufragio: anni etenim viginti elapſi ſunt: quibus hæc geruntur: & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit. Petrus hæc audiens, ex affectu lachrimas fudit: & ad eos, qui aderãt, familiares ait: Hæc ſi quis in Dei cultu poſitus pertuliſſet, quę huius pertulit pater: ſtatim homines religioni adſcriberẽt ærumnarum cauſam: quæ cùm accidunt miſeris gentilibus, malorum cauſam fato adſcribũt. Miſeros autem dico eos, quia & hic vexantur erroribus, & ab ſpe futura fraudantur: Dei enim cultores cùm hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cedit eis: quod perferunt patienter. Poſt hæc dicta, vnus ex adſtantibus Petrum rogare cœpit, vt die craſtina maturiùs ad inſulam proximam, quæ ſex nõ ampliùs ſtadijs aberat, (*Aradum nomine, pergeremus: videndi in ea gratia, mirum aliquod opus, columnas vitreas magnitudinis immenſæ: cui Petrus, vt erat clementiſsimus, acquieſcit: ſed monuit nos, vt cùm nauem deſcendiſſemus, non vnà omnes concurrerent ad videndũ: H nolo enim, inquit, notari vos à turba.

Religioni enim ſicut & hodie imputata ſunt incõmoda, ſi quæ euenerant.

*(*In vetuſtiſsimo codice legitur, Aradum, quæ lectio mihi probatur. Quamuis non ignorem, vel ex libro quinto Plinij poſſe & Anataradum legi. Sed hic Aradum rectè legi, vel ſolius Hieronymi teſtimonium probat, qui traditionibus in Geneſin ſcribit: Aradum inſulam anguſto freto, à Phœnices littore ſeparatam eſſe, cuius incolæ vocentur Aradij, nam aptè huic hiſtoriæ quadrat ea deſcriptio.)*

Cùm ergo die poſtera naui ſub momento horæ veniſſemus ad inſulam, continuò ad locum, in quo erant columnæ mirabiles, properamus. Erant autem in æde quadam poſitæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur: quibus intento vnuſquiſq; noſtrûm detinebatur aſpectu. Petrus verò, vbi ſolas columnas miratus eſt vitreas, nequaquam raptus picturæ gratia: egreſſus, vidit pro foribus mulierculam quandam ſtipem ab introeuntibus depoſcentem, quam attentiùs conſiderans, ait: Dic mulier, quod tibi membrum corporis deeſt, quod huic te iniuriæ ſubiecisti, vt

A vt ſtipem petas? & non potiùs manibus tuis,quas à Deo accepiſti,operans,cibũ quæ-
ras? At illa ſuſpirans,ait: Vtinam mihi quidẽ eſſent manus, quæ moueri poſſent: nũc
autem ſpecies tantùm ſeruata eſt manuum, nam ipſæ ſunt emortuæ: & meis morſi-
bus debiles,& ſine ſenſu redditę.Et Petrus:Quæ,inquit,fuit cauſa,vt hoc tibi tantũ
mali ipſa cõferres?Ignauia,inquit,nec aliud quicquam:ſi enim fuiſſet in me aliquid
virtutis potui vel præcipitio vti, vel profundo maris inijcere memetipſam: & finem
dare doloribus meis.Tum Petrus:Ecquid putas,ait,mulier quòd qui ſemetipſos pe-
rimunt,à ſupplicijs liberãtur? niſi,quia maioribus ſubiaceant pœnis animæ eorum,
qui ſibijpſis intulerint manus.At illa:Vtinam,inquit,iſtud mihi certum fieret,quod
viuant animæ in inferno: libenter amplecteretur etiã pœnas ferre mortis illatæ:tan-
tùm,vt dulces mihi natos horam ſaltem vnam viderem.Et Petrus: Quid tãtum iſtud
eſt,quod te tam graui afficit triſtitia,ſcire velim.Si enim doceres me cauſam, poſſem
tibi & ego euidenter oſtendere,ô mulier,quòd in inferno viuant animæ:& pro pre-
B cipitio vel profundo,poſſem tibi dare medicamentum aliquod, vt ſine cruciatu va-
leas vitam finire.Tunc mulier promiſſione hac gratanter accepta,cœpit dicere: Ge-
nus quidem mihi & patria quæ ſit,nec credi facile: nec dici neceſſariũ puto. ſed cau-
ſam tantùm ſufficit doloribus exponere, cur morſibus meis, meas ipſa debiles red- *Exemplũ*
diderim manus.Ego generoſis orta parentibus,& potentis ad æquè viri ſortita ma- *pudicitiæ*
trimonium,duos ſuſcepi geminos liberos,& poſt hos vnũ alium. Sed frater viri mei, *in matre*
illicito in me amore vehementer exarſit:mihi autem cùm ſuper omnia chara eſſet pu *Clemẽtis.*
dicitia, neq; tanto ſceleri acquieſcere,neq; viro vellem flagitiũ fratris aperire: cogi-
taui, quatenus & ego impolluta euaderem, & fratrem inimicum & hoſtem non fa-
cerem fratri: ne genus omne,quod erat nobilis familiæ,in obprobrium darem. Pa-
tria ergo & vrbe, cum duobus meis geminis diſcedere ſtatui, donec inceſtus amor
cõquieſceret? quem fortè præſentiæ meæ palparet & inflammaret aſpectus: alius ſa-
nè filius,quatenus patri maneret ad ſolatium, cogitaui. Sed vt hæc ita fieri poſſent,
C ſomnium finxi:quaſi adſiſtente mihi per viſum quodam numine,& dicente,vt con-
feſtim cum geminis meis vrbe diſcederem: & tandiu abeſſem, donec redire me ipſe
præciperet: quòd ſi non facerem,cum liberis omnibus me pariter perituram:& ita
factum eſt.Statim enim vt ſomnium viro enarraui,extimuit: & ſociatis mihi duobus
filijs,ſeruis quoq; & ancillis, pecunia etiam abundanti data, nauigare Athenas iu- *Athenæ.*
bet: vbi ſimul & erudire liberos poſſem: manſura,inquit,ibi,vſquequò viſum fuerit
ei,qui præcepit,exire:vt redeas ad nos.Interea nauigans vnà cum meis natis,ventorũ
violentia ad hos infœlix nocturno naufragio depulſa ſum locos: & cùm omnes in-
teriſſent,adreptam me crudelem,ſupra ſaxum quoddam vehementior fluctus eiecit:
vbi cùm ſederẽ,ea ſola ſpe,qua meos poſſem fortè natos inuenire: in profundum me
nõ præcipitaui,tunc,cùm adhuc perturbata mens, & doloribus ebria facere hoc & *Naufragiũ*
audebat,& poterat. Verum vbi dies exortus eſt,& ego cũ clamore & vlulatu infœli- *muliercula.*
cium natorũ circumſpicerẽ:ſicubi vel eiecta poſſem videre cadauera,miſeratione cõ-
D moti quidã ex his,qui me viderãt, primò per pelagus,tum etiã circa littora requirũt:
ſi quẽ fortè de meis infantibus inuenirẽt. Sed vbi nuſquã vllus inuentus eſt, miſerã-
tes me mulieres loci,cõſolari cœperunt: enarrãtes ſingulæ ſuas quæq; miſerias, vt ex
ſimilitudine calamitatum ſolatium caperem: quod me magis cõtriſtabat: non enim
tale mihi erat ingeniũ,vt aliorũ mala,mea eſſe ſolatia ducerẽ. Et cùm me multæ ho-
ſpitio cuperent recipere,vna quædã paupercula hîc habitans,extorſit mihi, tugurio
eius ſuccedere: dicens,fuiſſe ſibi virum nautam, eũq; in mari adoleſcentem defun-
ctum, ſibiq; ex eo die, cùm multi eam accipere in coniugium cuperent, amore viri
viduitatem fuiſſe chariorem. Erunt ergo, inquit, nobis communia, quæcunq; ma-
nibus noſtris operantes,quærere poterimus: & ne longa ac minùs vtile narratione
vtar:libenter habitaui cum ea,propter affectũ fidei,quã ſeruauerat viro.Si non mul-
tò pòſt,mihi infœlici laceratæ dudum morſibus, reſolutæ ſunt manus: & illa, quæ
me ſuſceperat,incurrit paralyſin: & domi in lecto iacet.Illarum aũt mulierum, quæ
prius

priùs miſerabantur,refrixit affectus: nos ambæ debiles: ego,vt vides,ſedeo ſtipem pe- E
tens: vt, ſi quid fortè quæſiero,ſit vnus duarum infœliciũ cibus. Ecce iam quæ mea
ſunt,ſufficienter audiſti: tu nunc, quid moraris implere, quod promiſeras: & dare
medicamẽtum,quo poſsit abſq; cruciatu,vt ais, vtraq; noſtrûm miſerabilis vitæ ſor-
tem finire? Hæc dicente muliere, multa Petrus cogitatione diſtractus, velut attoni-
tus,ſtabat: & ego Clemens ſuperueniens:dudum inquã,per omnia diſcurrens,quę-
rebam te:& nunc,quid facimus? At ille præcepit mihi,vt ad nauiculam pręcederem:
ibi me,inquit, operire: & quia contradici ei non poterat, quod iuſsit, impleui. Ipſe
verò,vt mihi cuncta poſteriùs enarrauit,ſuſpicione quadã pulſatus,requirebat à mu-
liere genus,& patriã ſimul: & nomina filiorũ: quæ ſi mihi,inquit,dixeris,dabo con-
tinuò medicamentũ. At illa,quaſi vim ſuſtinens,quia neq; fateri,& medicamenti cu-
pida erat,finxit alia ex alijs: & ait, ſe quidẽ eſſe Epheſiam, virum aũt Siculum: ſed &
filiorum nomina,ſimiliter immutauit. Tum Petrus,putans,eam verum reſpondiſſe,
ait. Heu mulier,putabam,inquit,grande aliquod gaudiũ hodierna nobis die oritu- F
rum: ſuſpicabar enim te eſſe quandam mulierem, de qua ſimilia quædam nuper ad
fidem didici. At illa adiurabat eum, dicens: Rogo te, vt indices mihi, quæ iſta ſit, vt
ſciam: ſi eſt vlla inter mulieres me infœlicior. Tum Petrus, fallere neſciens, & miſe-
ratione commotus,cœpit dicere: Eſt quidam adoleſcens inter eos: qui me ſequun-
tur,religionis & ſectæ gratia: Romanus ciuis,qui mihi enarrauit, quod patrẽ habu-
erit,& duos geminos fratres,ex quibus nullus ei ſupereſt. Mater,inquit,mea, ſicutà
patre didici, ſomnium vidit, vt Romana vrbe ad tempus excederet cùm duobus ge-
minis natis,ne fortè exitiali interitu deperirent: quæ cùm diſceſsiſſet, nuſquam ter-
rarum vltrà comparuit. Pater verò ſuus poſt hęc ad inquiſitionem vxoris ac filiorum
profectus,nec ipſe inuenitur. Hæc cùm dixiſſet Petrus, mulier ſtupore percuſſa cor-
ruit. Tum Petrus continere eam,& cõſolari cœpit ac requirere,quid eſſet cauſę,aut
quid pateretur? At illa vix aliquando ſpiritũ reuocãs,ac ſemetipſam ad gaudij, quod
ſperabat,magnitudinem reparans:ſimulq; adfricans vultum: hîc,inquit,eſt quem di- G
cis, adoleſcens? At Petrus, vbi rem intellexit: Dic, inquit, mihi tu prior: nam videre
eum non poteris. Tum illa: Ego,inquit,ſum adoleſcentis mater. Et Petrus: Quod
ei nomen eſt? At illa Clemens,ait. Petrus: Ipſe eſt, & ipſe erat,qui paulò ante mecũ
loquebatur,& quem iuſsi ad nauem præcedere. Tum illa, procidens ad pedes Petri,
rogare cœpit,vt feſtinaret ad nauem. Et Petrus: Si mihi,inquit, ſeruas fidem, vt faci-
as,quod dico. At illa: Omnia,inquit,facio. tãtùm mihi,inquit, oſtende vnicum me-
um natum. puto enim me per ipſum,& geminos meos videre. Et Petrus: Cùm vide-
ris,inquit,eum,modo interim diſsimula paululum, vſq; quo egrediamur ab inſula.
Ita,inquit,faciam. Et tenẽs manum eius Petrus,adducebat eam ad nauẽ. Quem ego
videns manũ dantẽ mulieri, ridere cœpi. accedens tamẽ honoris eius gratia,pro ipſo
cœpi velle ſubijcere manum meã,& ſuſtentare mulierem: ſimul aũt, vt manum eius
contigi,vlulatu ingenti reddito,in amplexus meos irruit: & maternis me confecta-
ri oſculis cœpit. At ego ignorans omne negotium,quaſi inſanientem mulierem re- H
pellebam: ſimul &,cum verecundia licet: indignabar tamen quodammodo aduer-
ſum Petrum. At ille: Deſine,inquit,quid agis,ô fili Clemens,noli repellere tuam ma-
trem. Ego verò,vbi hæc audiui, continuò lacrimis ſuffuſus, cóncidi ſupra iacentem
matrem: & oſculari eam cœpi. Simul enim vt audiui, paulatim vultum eius reuoca-
bam ad memoriam,& notior mihi intuenti tantò magis fiebat. Multitudo interim
conueniebat plurima: audiens,quod mulier, quæ ad ſtipem petendã ſedebat, reco-
gnita eſſet à filio ſuo, viro quodam bono. Et cum vellemus confeſtim enauigare ex
inſula, mater ait ad me: Fili dulciſsime,rectum eſt,vt valedicam mulierculæ, quæ me
ſuſcepit: eſt enim egens,& paralytica,iacẽs in lectulo. Quibus auditis Petrus, & om-
nes qui aderant, admirati ſunt bonitatẽ, ec prudentiam fœminæ: & continuò iuſſit
Petrus abire quoſdam,& deferre mulierem in lectulo,vbi iacebat. Cumq; fuiſſet al-
lata,& in medio turbæ adſtantis poſita,in conſpectu omnium Petrus,ait: Si veritatis

ego

A ego ſum pręco,& confirmandam fidem horum omnium,qui adſiſtunt,vt ſciant, &
credant,quia vnus eſt Deus,qui cœlum fecit,ac terram: in nomine Ieſu Chriſti filij
eius,ſurgat hæc mulier.Et ſtatim, vt hæc dixiſſet, ſurrexit ſana, & procidit ad pedes
Petri,atq; amicam ſuam,ac familiarẽ oſculis petens,percontabatur ab ea, quid iſtud
eſſet negotij?At illa breuiter omnem ei ordinem agnitionis expoſuit,ita,vt etiã tur-
bæ adſtantes mirarentnr.Tum Petrus de fide Dei ac religionis inſtitutis,quod ad ſe
pertinebat,in quantum tempus patiebatur,loquutus ad turbas: addit etiam hoc, vt
ſi quis vellet de his diligentius noſcere,Antiochiam veniret: vbi tribus,inquit,men-
ſibus ſtatuimus reſidere,vt quæ ad ſalutem pertinent,diſcat.Si enim,inquit, negoci-
andi cauſa,aut militandi,patriam relinquunt homines: ac parentes, & longas pere-
grinationes ſubire non metuunt pro vita æterna tribus ſaltem menſibus peregrina-
ri,cur oneroſum videatur ac difficile?Cumq; hæc & alia his ſimilia dixiſſet,ego mu-
lieri,quæ ſuſceperat matrẽ, & ſanitatem receperat per Petrum, mille drachmas do-
B naui: & præſentibus cunctis,cõmendaui eam cuidam viro bono,primario illius op-
pidi,qui & libenter ſe facturum,quod imperabamús,ſpopondit.Sed & alijs quibuſ-
dam aliquantulum pecuniæ diſtribui: & illis mulieribus, quæ aliquando ſolatæ di-
cebãtur in miſerijs matrem meã, quibus & gratias retuli,& poſt hæc vnà cum matre
enauigabamus Antaradũ. Cumq; veniſſemus ad hoſpitium, mater requirere cœpit
à me,quónam deueniſſet pater.Cui ego:Ad te, inquam, requirendam profectus,vl-
tra non redijt. At illa audiens,ſuſpirauit tantùm, grande enim pro me gaudium ha-
bens,reliquos ſolabatur mœrores. Die autem poſtera ſedens vnà cum vxore Petri,
iter agebat nobiſcum,& venimus Balaneas; vbi triduo remorati,inde acceſsimus Pa
tho: & poſt hoc Gabala: & ſic Laodiceã peruenimus: vbi ante portas occurrunt no-
bis Niceta & Aquila,& oſculantes nos abducunt in hoſpitium. Petrus autem vidẽs
amplam ciuitatem & ſplendidam:Dignũ eſt,inquit,remorari nos in hac diebus de-
cem,aut etiam ampliùs.Tum Niceta cum Aquila requirebãt à me, quæ eſſet mulier
C hæc ignota?Et ego reſpondi: mater mea eſt,quam mihi redonauit Deus per Domi-
num meum Petrũ.Hæc cùm ego dixiſſem,cuncta eis Petrus per ordinem cœpit ex-
ponere: & ait:Cùm veniſſemus Aradum,& ego vos pręcedere iuſsiſſem,profectis
vobis eadem die Clemens cùm incidiſſet ſermonis occaſio, genus ſuum mihi expo-
ſuit ac familiam: &, quod parentibus eſſet orbatus: duosq; habuiſſet priores ſe ge-
minos fratres: & ſicut mihi,inquit,pater enarrauit,ſomnium vidit aliquãdo mater,
quo iuſſa eſt cũ geminis ſuis,ex vrbe Roma proficiſci,ne ſubitò & pariter interirent.
Cumq; ſomniũ patri indicâſſet,ille,qui tenero filios diligeret affectu: ne quid fortè
mali paterentur,vxorem pariter ac filios, naui cum omnibus neceſſarijs impoſitos,
emittit Athenas erudiendos.Poſt hæc miſit ſemel, & iterum, qui requirerent: nuſ-
quam vllius ne veſtigium quidem reperit.Ipſe ad vltimum pater ad inquirendũ pro-
ficiſcitur,& vſq; ad præſens,ne ipſe quidem vſquã eſt.Hæc cùm mihi Clemens enar-
râſſet,acceſsit ad nos quidam,rogans,vt ad inſulam Aradum, quæ vicina erat,acce-
D deremus,videndi gratia columnas vitreas miræ magnitudinis: acquieui, ventum eſt
ad locum. cæteri omnes interiora ædis ingreſsi,mihi animus, neſcio ob quã cauſam,
ingrediundi vltrà non dedit.Sed dum illos foris operior,mulierem hanc conſidera-
re cœpi,qua parte membrorum eſſet debilis,vt non labore manuum victum quære-
ret,ſed mendicitatis pudorem ſubiret: requiro ergo ab ea cauſas. Illa nobili ſe ortam
genere,& nobili nihilo minus viro in matrimonio fuiſſe iunctam fatetur: cuius fra-
ter,inquit,in me illicito amore inflammatus,fraternum thorum polluere cupiebat.
Quod ego abhorrens,& rurſum de tanto ſcelere viro indicare nõ audens:& ne bel-
lum fratribus,& obprobrium generi indicerem: magis ex patria diſcedere iudicaui,
cum duobus geminis filijs meis,iuniore puero ad ſolatiũ patri relicto. Et vt hæc, in-
quit,honeſta ſpecie fierent, cogitaui ſomnium fingere: & dicere viro, adſtitiſſẽ mi-
hi numen quoddam per viſum,& dixiſſe,vt cum duobus geminis meis confeſtim ex
vrbe proficiſcerr: vſquequò ab ipſo audirem, quando redire deberem. Quibus
auditis,

Petrus ſanat paralyticam.

Quæ ſumma paulò plus conficit,quàm 33.aureos Rhenenſes.

Vxor Petri vnà erat in peregrinatione. Eius videtur apertè Paulus meminiſſe,1. Corinth.9. An nõ,ait, habemus poteſtatẽ ſororẽ mulierẽ circũducendi? quẽadmodum & cæteri Apoſtoli,& fratres Domini, & Cephas?

auditis, crediſiſſe, aiebat, virum, & Athenas ſe geminis cũ liberis emiſiſſe inibi erudiendis: ſed tempeſtate graui ad hanc inſulam fuiſſe depulſos: vbi confracta naui, ſe fluctu excuſſam ſupra ſaxum quoddam: ob hoc ſolùm mortem diſtuliſſe, donec, inquit, infœlicium natorum meorum ſaltem emortua membra cõplecterer, ac ſepulturæ mandarem: Sed cùm dies fuiſſet exortus, & turbæ conueniſſent, miſeratione moti proiecerunt mihi indumentum: At ego infœlix fletibus multis rogabam, vt requirerent, ſicubi infœlicium natorum poſſent inuenire corpuſcula. Ego autem eane corpus meum dentibus lanians, planctibus & vlulatibus nihil aliud clamabam,

Niceta & Aquila fratres Clementis: antehac dicti, Fauſtinus & Fauſtus, deprehenduntur mirabiliter.

niſi, Vbi mihi infœlici Fauſtus eſt, vbi Fauſtinus? Et cùm hæc diceret Petrus, Niceta & Aquila ſubitò adſurgunt, & ſtupefacti, perturbari cœperunt, dicentes: Dominator Domine & Deus omnium, verá ne hæc ſunt? an ſomnium eſt, quod agitur? Tum Petrus: Niſi inquit, nos inſani ſumus: hæc vera ſunt. At illi paululũ remorati, & confricantes faciem, aiunt: Nos ſumus Fauſtinus & Fauſtus. Sed & ab initio, cùm narrare cœpiſti, ſtatim in ſuſpicionem incidimus: ne fortè ad nos pertinerent, quæ dicebantur: rurſus tamen cõſiderantes, multa ſimilia accidere in vita hominum, reticuimus: licet cor noſtrum ſpe aliqua pulſaretur: aſpiciebamus ergo ad finem ſermonis, vt ſi ad integrum de nobis eſſe conſtaret, tum fateremur. Et cùm hæc dixiſſent, lacrymantes ingrediebantur ad matrem: cùm reperiſſent quieſcentem, & complecti vellent, prohibuit Petrus, dicens: Sinite me priùs præparare animos matris, & ita vos afferre ei, ne fortè multo & ſubito gaudio mente excidat: & ſenſus eius turbetur: maximè, quia nunc etiam ſomno occupata ſtupet. Igitur vbi mater exurrexit è ſomno, alloqui eam Petrus cœpit, dicens: Scire te volo mulier religionis noſtrę obſeruantiã.

Mortuos enim legimus aliquot ſubito gaudio.

Nos vnum colimus Deum, qui fecit mundum, huius & legem ſeruamus, quæ mandat in primis, ipſum colendum, & nomen eius venerandum: parentes honorandos: pudicitiam, iuſtitiamq; ſeruandã. Sed & illud obſeruamus, menſam cum gentilibus non habere communem, niſi cùm crediderint, & recepta veritate baptizati fuerint, ac trina quadam beati nominis inuocatione conſecrati: & tunc cum eis cibum ſumimus. Alioquin, etiamſi pater aut mater ſint, aut vxor, aut filij, aut fratres: non poſſumus cum eis menſam habere communẽ: Quia ergo religionis cauſa præcipua hoc facimus, non tibi iniurioſum videatur, quod nõ poteſt filius tuus vnà tecum ſumere cibum: vſq; quo eadẽ tibi ſit, quæ illi ſententia fidei. Quibus illa auditis, Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quę etiam priùs, quàm te viderem, illos, quos dicunt, Deos, penitùs auerſata ſum, quòd mihi frequenter & penè quotidie ſacrificanti ſibi, præſtare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam? cùm me neq; tunc deliciæ deceperint, neq; nunc egeſtas peccare compulerit? Satis autem puto innotuiſſe tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ, quę vt euaderem illiciti amoris inſidias, ſomniũ finxi: vt cum duobns meis geminis peregrinarer: & húnc ſolùm filium meũ Clementem, ad ſolatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix ſufficiebant: quantò magis contriſtâſſet patrem, ſi nullum penitùs habuiſſet? Erat enim miſer grandi affectu erga filios, ita, vt vix ei ſomni auctoritas extorqueret, Fauſtinum & Fauſtũ Clementis huius fratres, mihi concedere: & ipſe ſolus cõtentus eſſet Clemẽte. Hæc illa cùm diceret, vltrà non ferentes fratres mei, irruunt in cõplexus matris, cum multis lacrymis, & oſculantur eam. At illa: quid vult, inquit, hoc eſſe? Tum Petrus: Nolo turberis mulier. conſtans eſto: iſti ſunt Fauſtinus & Fauſtus filij tui, quos in profundo periſſe dicebas: quomodo autẽ viuant, & quomodo in illa horribili nocte de profundo euaſerint: & quemadmodum alius ipſorum, Niceta: & alius, Aquila dicatur: ipſi tibi exponere poterunt: & vnà tecum etiam nos audiemus. Vbi hæc Petrus dixit, mater nimio gaudio intercepta, corruit: & tãdẽ aliquãdo reparata, atq; in ſemetipſam regreſſa, ait: Obſecro vos dulciſsimi filij, dicite mihi, quæ acciderint vobis poſt illam feralem, & crudeliſsimam noctẽ. Tum Niceta cœpit dicere: In illa nocte, ô mater, cùm nauis fuiſſet reſoluta, & nos innitentes fragmẽto cuidam tabularum per pelagus iactaremur: viri quidam, quibus per profundum latrocinari artificium eſt,

Fidei Chriſtianæ compendium.

A eſt, repertos impoſuerunt nos nauiculæ ſuæ: & remis vndarum vortices ſuperantes
diuerſis itineribus Cæſaream Stratonis perduxerunt: ibiq; adfligentes nos fame, ver
beribus, metu, vti ne, quod eſſet in vero, proderemus: immutatis etiam noſtris no-
minibus vendiderunt nos cuidam viduæ, honeſtæ admodum fœminæ, Iuſtæ nomi-
ne: quæ cùm emiſſet, habuit loco filiorum, ita, vt etiam Græcis nos literis, & liberali-
bus attentiſsimè erudiret. Vbi verò adoleuimus, etiam philoſophorum ſtudijs ope-
ram dedimus: quò poſſemus religionis diuinæ dogmata, philoſophicis diſputatio-
nibus adſerentes, confutare gentiles. Simoni autem cuidam Mago, qui nobiſcũ vnà
educatus eſt, pro amicitijs & puerili conſuetudine adhæſimus, ita, vt penè ab eo de-
cipi poſſemus. Fertur enim in religione noſtra ſermo de Propheta quodam, cuius
ab omnibus, qui religioni huic deſeruiunt, ſperaretur aduentus: per quem immor-
talis & beata vita credentibus danda promittitur. Hunc ergo nos putabamus Simo-
nem: ſed hæc tibi mater, oportuniùs exponentur. Nos interim, cum penè iam deci-
B peremur à Simone, quidam collega Domini mei Petri, Zachæus nomine, monuit,
ne falleremur à Mago: ſed obtulit nos aduenienti Petro, vt ab ipſo, quæ erant ſana
& perfecta, doceremur: quod & tibi optamus euenire, ſicut & nobis cõceſsit Deus:
vt poſsimus etiam cibum, & menſam habere communẽ. hinc ergo fuit mater, quod
nos à piratis raptos, tu in mari defunctos eſſe, credidiſti. Cùm hæc dixiſſet Niceta, ma
ter noſtra procidit ad pedes Petri: rogans & obſecrans, vt & ſeipſam & hoſpitam ſu-
am euocaret ſine mora, ac baptizaret: vti ne vnà, inquit, die damnum patiar conſor-
tij & ſocietatis natorum meorũ. Similiter autem & nos filij eius rogabamus Petrũ.
At ille: Quid putatis, inquit, quod ego immiſericors ſum ſolus, & nolo vos matris cõ-
uiuio ſociari? ſed neceſſe eſt eam vel vna die ieiunare priùs, & ita baptizari: & hoc,
quia ſermonem ab ea quendam audiui, per quem mihi fides eius claruit: & qui indi-
cium dedit credulitatis eius: alioqui multis eam diebus oportebat antè inſtrui, & do
ceri. Et ego, quæſo te inquam, Domine mi Petre, dic, quis eſt iſte ſermo, quem dicis,
C dediſſe tibi indicium fidei eius? Et Petrus: Ille ſermo eſt: quo rogauit, vt & hoſpita
ſua, cuius beneficijs vicem reddere deſiderat, ſimul baptizetur cum ipſa. Non autem
rogaret, vt illi, quam diligit, præſtaretur hæc gratia: niſi crediditſſet, quod magnum
aliquod in baptiſmate munus eſſet. Vnde & ego reprehendo plurimos, qui cum ipſi
baptizentur & credant: nihil tamen dignum fide agunt, cum his quos diligũt: id eſt
vxoribus, vel filijs, vel amicis: quos non ad hoc hortantur, quod ipſi adſequuti ſunt:
ſi quidem verè crediderint, quòd æterna vita per hoc donatur. Deniq; ſi eos ægrota-
re videant, aut periculo alicui carnaliter ſubiacere: dolent & lugẽt, quia in hoc certi
ſunt, eis imminere perniciem. Ita ergo, ſi & de hoc certi eſſent, quod qui Deum non
colunt, manet eos pœna ignis æterni: quando ceſſarent monentes & cohortantes?
Aut ſi obſiſterent, quomodo non lugerent eos, & plangerẽt, certi æterna eis immi-
nere ſupplicia? Nunc ergo illam quidem mulierem euocabimus póſtmodum, & vi-
debimus, ſi amat fidem religionis noſtræ, &, prout conſequens fuerit, agemus. Hæc
D autem, quoniam fideliter ſenſit de baptiſmo, ieiunet vel vna die ante baptiſmum. At
illa cum iuramento ſatisfaciebat, præſente vxore Domini mei Petri: quia ex quo re-
cognouerit filium, præ multo gaudio cibum capere omninò nequiuerit: niſi heſter-
na die calicem aquæ ſolùm biberit. Teſtabatur autem & vxor Petri, dicens ita eſſe.
Et Aquila ait: Quid ergo obſtat, cur nõ baptizetur? Tum Petrus ſubridens: Sed non
eſt, inquit, hoc ieiunium baptiſmi, quod non propter baptiſmum ieiunatum eſt. Et
Niceta: Sed fortè, inquit, volens Deus matrem noſtram nec vna die agnitis nobis ſe-
parari à conſortio menſæ noſtræ, præordinauit hoc, vt antè ieiunaret. Sicut enim pu
dicitiam ſeruauit in ignorantia, vt proficeret ei ad baptiſmi gratiam: ita ieiunauit,
antequam ſciret ieiunij rationem, vt proficeret ei ad baptiſmum: & ſtatim ab initio
agnitionis noſtræ nobiſcum pariter menſæ conſortio frueretur. Tum Petrus: Non
nos, inquit, vincat malignus: occaſione accepta, per affectum matris: ſed magis vos
& ego vobiſcum, hodie ieiunemus cum ipſa: & craſtino baptizabitur: neque enim

Philoſophiæ ſtudia perdiſcẽda ſunt ad refutandos hæreticos.

Ieiunium ante baptiſmum.

K iuſtum

iuſtum eſt,ad gratiam perſonæ alicuius & amicitiæ,reſolui & extenuari præcepta ve-
** omne, pro, vllum.* ritatis.Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa: quia * omne mandatum præ-
terire, peccatum eſt. Doceamus autem ſenſus noſtros corporales, qui extrinſecus
ſunt,ſeruire interioribus ſenſibus & non interiores ſenſus,qui quæ Dei ſunt ſapiūt,
cogamus ſequi exteriores: qui, quæ carnis ſunt,ſapiunt. Propter hoc enim & Do-
Matth.5. minus mandatū dedit, dicens: Quicunq; viderit mulierem ad concupiſcendā eam,
iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.Et his addidit:Si oculus tuus dexter ſcandalizat
Matth. 18. te erue eum,& abijce abs te: expedit enim tibi, vt vnum membrorum tuorum pere-
at,quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Non dixit, ſcandalizauit
te,vt poſteaquam peccaueris tunc abijcias cauſam peccati: ſed ſi ſcandalizat te, hoc
eſt, vt antequam pecces, cauſam peccati prouocantis te & irritantis, abſcindas. Ne-
quis autem veſtrûm putet fratres, quod membrorum amputationem mandauerit
Dominus:propoſitum in hoc vult reſecari:non membra,ſed cauſas,quæ ad peccan- F
dum illiciunt: quo cogitatio noſtra,aſpectus vehiculo ſubuecta,ad amorem Dei ſen-
Eruere oculum quid ſit. ſibus corporeis inuiſa contendat: Nec carnalibus oculis,velut laſciuientibus equis,
& extra mandatorum viam currum declinare cupientibus,relaxet frena,& habenas
indulgeat: ſed reuocet aſpectum corporis ad arbitrium mentis: & oculos noſtros,
quos Deus operis ſui inſpectores eſſe voluit & teſtes,non patiatur fieri lenones mali
deſiderij.Et ideo cedant legi Dei,tam corporei ſenſus,quàm interna cogitatio:& il-
Baptizatur,& poſt baptiſmū imbuitur. Matthidia religionis myſterijs. lius voluntati miniſtrent,cuius ſe opera eſſe intelligunt.Igitur,vt ordo myſterij poſ-
cebat & ratio,die poſtera baptizatur in mari, & regreſſa ad hoſpitium, omnibus cō-
ſequenter myſterijs religionis imbuitur.Aderamus autem & nos filij ſui, Niceta &
Aquila,& ego Clemens. Et poſt hæc ſimul cum ea prandimus, & ſimul glorifica-
uimus Deum: referentes gratiam ſtudijs, & doctrinæ Petri: qui nobis oſtendit per
occaſionem matris,quomodo pudicitiæ bonum non pereat apud Deum:ſicut è con-
trario impudicitia,inquit,etiamſi non ſtatim,tamē, licet tardè, non effugit pœnam. G
In tātum autem pudicitia,inquit Deo placita eſt,vt etiam his,qui in errore ſunt po-
ſiti,nonnihil gratiæ in præſenti conferat vita.Nam futura beatitudo illis ſolùm re-
poſita eſt,qui per gratiam baptiſmi pudicitiam iuſtitiamq; ſeruauerint.Denique ex-
emplo eſt huic rei etiam hoc, quod erga matrem veſtram geſtum eſt,cuius ſalus hæc
omnis pro mercede pudicitiæ reparata eſt: ad quam cuſtodiendam & conſeruan-
dam,non ſufficit ſola continentia: ſed vbi ſenſerit quis inſidias,& deceptionem pa-
Omnia peccata,reſiſtendo,ſola libido,vincitur fuga. rari: continuò,ſicut ab ignis impetu,aut incurſu canis rabidi refugiat: nec con
fidat,quod huiuſmodi inſidias poſsit facile aliquis philoſophando, aut
palpando cohibere:ſed, vt dixi, effugiendum eſt, & longè abſce-
dendum:ſicut fecit & veſtra mater. Verè & integrè bonum,
diligens pudicitia. Propter quod & conſeruata vo-
bis eſt,ac vos illi: inſuper autē,& æter-
næ vitæ agnitione donata.

Cùm hæc
& multa alia his ſimilia dixiſſet,veſpere fa-
cto,requieuimus.

ARGV-

ARGVMENTVM VIII. RECOGNITIONVM LIBRI, PER L. GRVTERVM VENRADIVM.

INuenta iam baptizataq́ Clementis matre Matthidia, in errabundũ quendã cũ ſuis incidit Petrus: quẽ Fauſtinianũ (alij, Fauſtum.) ipſius Clemẽtis parentẽ fuiſſe, cõſequens declarat hiſtoria, is obſeruata eorũ precatione, congreſſus cum ipſis acriter fatũ ac caſum aſtruere: quò doceret, fruſtra quẽ precari Deũ. cum hoc cõgrediens Niceta, doctè in partẽ diſputat contrariã, Mundum tum factũ, tum à Deo, & quidẽ ex nihilo factũ eſſe, probans: prӕterea contra Epicuri atomos eruditiſsimè prouidentiã multis ſolidis rationibus, teſtimonijsq́ philoſophorũ & aſtronomorũ, deniq; & ab effectis in natura, quӕ tã artificioſè, ſapienter κὴ μεθοδικῶς perfecta, caſu orta eſſe nequeãt, euidenter aſſerit. prӕoccupatione ſolutis ac remotis, quӕcunq; vel obijci cõtrà, vel in dubiũ vocari poſſent. Tota diſputatio eſt de Geneſi. Eſt aũt Geneſis, vt hoc obiter monendi cauſa adijciamus, nihil hîc aliud, quã ſiderũ ſub horã vel cõceptionis vel natiuitatis poſitus, ex quo de cuiusq́ hominis vita, ſtatu atq; morte cõiectãt mathematici. Ad verbũ, ſicut apud Gelliũ libro noct. att. xiiij. c. j. Phauorinus vertiſſe videtur, genitura, ſeu natalis diei obſeruatio dicta: idem, quod noſtris fatũ, vel Neceſsitas. Grӕcis, εἱμαρμένη, μόρος, ἀνάγκη, ἡ κὴρ, μοῖρα, πεπρωμένη: quorũ omnium vereloquia, ex Diogeniano Peripatetico doctè recenſet Euſebius ſexta προπαρασκευῇ, contra Chryſippum, πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι docentẽ. Grauiſsima & vtiliſsima certè diſputatio, quippe, quӕ nõ ſolùm veteres philoſophos valde exercuit: vt in varijs Ariſtotelis & Ciceronis libris videre eſt: ſed etiã noſtros Apoſtolos haud parùm in docendi functione moleſtauit. De hac autem tota quӕſtione vide totam ſextam προπαρασκευὴν Euſebij: Prudentij librum 2. contra Symmachum: Minuciũ Fœlicem, in Octauio ſuo: Lact. Firmianum lib. de vera falſaq́ religione: Auguſtinũ libro de Ciuit. Dei 5. c. 1. 2. 3. 5. & 6. Sed pace omniũ, doctiorem hac Clemẽtina diſputatione, conuenientiorem aut acutiorẽ haud facile reperiri poſſe exiſtimo.

Altero porrò die cõgreditur cũ Sene, ſic volente Petro, Aquila. Senex ſummatim repetitis ſuperioribus à Niceta dictis, permulta obijcit in mundo ἄτακτα eſſe: quӕ vt auctore Deo, vel prouidẽtia ſint ipſius effecta, vel à ratione ſeu mẽte inſtituta, dicere ſit abſurdum. Aquila diligẽter inter ea diſtingui vult, quӕ vel à mente fiant: vel, caſu fortuitoq́ in vita accidant: monſtratis principijs & auctoribus, quorum operâ permulta citra ordinem vſu veniant. Auet ſenex varia hîc doceri, tum, vnde & cur factus malus ille, mali auctor? tum, vnde malum ipſum? ſed, quòd ea ad prӕſentem rem non adeò pertinerent, perbreuis in his eſt Aquila. Vrget igitur ſuam ſenex geneſin, ex aſtrologica demonſtratione. mittitur ad Clementem, Matheſeos peritiorem. atq; ita in craſtinum differtur diſputatio. Petrus excepta diſceptatione finem ei impoſiturus, fruſtra ſudari docet, in arcanis naturӕ deiq́ cognoſcendis, niſi ſit, à quo certa cognitionis huius ratio indicetur: rationem peruerſam eſſe, ab imperitis artificem iudicari: ab iniuſtis, iuſtum: ab effectis, opificem: conſulendum hìc potiùs magnum illum vatem Ieſum Dominum noſtrum, verӕ ſapientiӕ veriſsimum magiſtrũ. Atq; hӕc viij. libro.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER OCTAVVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

Occaſio, qua ſit orta conſequens diſputatio. Eſt autem lotio hæc tam ſtudio ſe repetita prudenter accipienda, propter Ebionis hæreſim, vt eſt nunc ſæpiùs monitū.

POSTERA autē die Petrus, manè aſſumptis fratribus meis & me, deſcendit ad portum, vt in mari lauaremus: & poſt hoc ad locum quendam ſecretiorem ſeceſsimus, orationis gratia. Senex autem quidam pauper, & vt apparebat. ex habitu, operarius, curioſe ex occulto obſeruare nos cœpit, vt videret, quid ageremus in ſecreto poſiti. Cumq; nos orantes vidiſſet, expectauit, donec exiremus: & ſalutans nos, ait: Si non ægrè accipitis, & quaſi curioſum me, aut importunũ ſubnotatis: velim vobiſcum conferre ſermonem: quia habens miſerationem veſtri, ſub ſpecie veritatis errare vos nollem, & habere metum de his, quæ nō ſunt: aut ſi putatis eſſe aliquid veri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, poſſum vos paucis edocere, quæ recta ſunt: ſi verò moleſtum eſt, pergam, & meos actus agam. Cui Petrus reſpondit: Dic age, quod tibi videtur bonum? & libenter accipimus, ſiue id verum, ſiue etiam falſum ſit: amplectendus enim es, quia, quod tibi bonũ videtur, tanquam pater pro filijs ſolicitus, commonere voluiſti. Tum ſenior cœpit dicere: In mari vos lauiſſe vidi, & poſt hoc ad ſecretum ſeceſsiſſe locum: obſeruans ergo de occulto, quid in ſecreto ageretis, orantes inſpexi: miſeratus igitur errorem veſtrum, operiri cœpi, vſquequo egreſſos alloquerer: & docerem, ne erretis in huiuſmodi obſeruantia: quia neque Deus eſt, neque cultus hic aliquis eſt, neq; Prouidentia in mundo, ſed fortuitus caſus, & Geneſis agunt omnia: ſicut ego ex meipſo manifeſtiſsimè comperi, in diſciplina Matheſeos prę cæteris eruditus. Nolite ergo errare. ſiue enim oretis, ſiue non oretis, quod Geneſis veſtra continet, hoc erit vobis.

Propoſitio libri. Ortus naſcentium parēre ac ſubijci omnia, fatoque nos agi & regi. complectitur hæc tria. 1. Non eſſe Deum. 2. Non eſſe certam eius colendi rationem. 3. Non eſſe prouidentiam: ſed fato omnia fieri.

Et ego Clemens, neſcio quid, corde pulſabar: multa quaſi nota mihi recolens in eo. (bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum eſt, etiamſi multo tempore abfuerit, nunquàm tamen ſcintilla propinquitatis extinguitur.)

Cuius ſit hoc dictum, quod citat Clemens, dubium mihi eſt. conſimilem quidem ſententiam habet Philo, libro de Confuſione linguarum, Sæpe ignotos ex ſimilium & eiuſdem generis collationem cognoſcimus.

Cœpi ergo interrogare ab eo, quis, & vnde eſſet, vel quomodo ortus? At ille ad hæc reſpondere nolens: Quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primò, ſi videtur, ſermo de his, quæ propoſuimus, habeatur: & poſt hæc ſi ita res popoſcerit, nomen, & genus, ac patriam, & cætera, quæ hæc ſequuntur, inuicem nobis, vt amicis, poterimus aperire. Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri, & grauitatem morum, tranquillitatemq; ſermonis. Petrus autem ſenſim ſermocinando incedens oportunum ad colloquendum proſpicit locum. Et cùm peruidiſſet iuxta portum receſſum quendam ſecretum, reſidere nos fecit, & ita primus ipſe incipit: nec cōtemptũ ſenis habuit, neq; deſpexit, quòd vilis ei amictus eſſet & ſordidus. Ait ergo: Quoniam quidem videris mihi vir eruditus eſſe, & miſericors, ex eo quod adiſti nos: & quod tibi bonum videbatur, celatum nobis eſſe noluiſti: volumus & nos tibi, quæ nobis bona & recta creduntur, exponere: quæ ſi tibi minùs vera videbuntur, etiam tu noſtrum erga te bonum propoſitum, libenter ſuſcipe: ſicut & nos tuum. Et cùm hæc diceret Petrus, plurima multitudo conuenit. Tum Senex: Fortaſsis, inquit, contriſtat vos præſentia multitudinis. Et Petrus: Nequaquam, inquit: niſi hoc ſolùm vereor,

Hæc opinor fuit cauſa cur vnuiſquē

A vereor, ne fortè diſputantibus nobis, cùm palàm facta fuerit veritas, tu verecundiam patiaris ob præſentiã multitudinis cedere: & acquieſcere his, quæ vera dici intellexeris. Ad hæc Senex ait: Ego non ita ſtultus conſenui, vt intelligens, quod verum eſt, abnuam id, ad vulgi gratiam. Cœpit ergo Petrus dicere: Videntur mihi hi, qui loquuntur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radijs Solis: qui vt proceſſerint, & aperuerint mũdo, cælari vltra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab hominibus, quàm videre omnibus præſtant. Vnde & bene à quodam dictum eſt, ad veritatis præcones: Vos eſtis lux mundi: &, Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio: ſed ſuper candelabrum, vt omnibus luceat, qui in domo ſunt. Et Senex: Bene valde dixit, quiſquis ille eſt. Sed exponat aliquis veſtrûm, quid ſibi ſequendum videatur: vt ad certum *proſpectum emittamus ſermones noſtros. Non enim ſufficit ad inueniendam veritatem deſtruere ea, quæ è diuerſo dicuntur: ſed &

eruditi à diſputationibus abſiſe voluerit

Matth. 5.

**τὸν σκοπόν.*

B ipſum proferre in medium, quod poſſit, qui * è diuerſo eſt, impugnare. Vt ergo partium ſit æqua congreſsio, rectum mihi videtur, vt priùs, quid vterque noſtrûm defendat, enunciet: & ſi placet, ipſe primus incipiam. Ego dico, non ſecundum Dei Prouidentiam gubenari mundum: quia multa in eo iniuſtè & inordinatè geri videmus: ſed Geneſim dico eſſe, quæ omnia agit & continet. Ad hæc cùm Petrus reſpondere vellet, Niceta præueniens, ait: Indulgeat mihi Dominus meus Petrus adhæc reſpondere: & non videatur proteruum, quòd iuuenis cum ſene habeat ſed, vt filius cum Patre colloquar. Et Senex: Non ſolùm tu, inquit, fili, quod tibi videtur, vt proſequaris, volo: ſed & ſi quis ex ſodalibus tuis, ſi quis etiã de adſtantibus, qui videatur ſcire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus: collatio enim plurimorum faciliùs ea, quæ ignorantur, inueniet. Tum ergo Niceta reſpondit: Non me æſtimes, pater, temerè feciſſe, quod inſerui me ſermonibus Domini mei Petri: ſed magis pro honore eius hoc mihi facere viſus ſum. Homo enim Dei eſt, plenus totius ſcientiæ,

**è diuum, id eſt, aduerſarius.*

Aſſerit ſuã propoſitionẽ Senex.

Legendum eſt, Qui videatur al. ſcire, &c.

C quem ne Græca quidem latet eruditio: quia ſpiritu Dei repletus eſt, quem nihil latet. Sed, quia ipſum de cœleſtibus loqui conuenit: ego de his, quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent, reſpondebo. Poſtea verò, quàm à nobis Græcorum more fuerit diſputatum: atque ad id ventum, vbi exitus nullus appareat: tunc ipſe, quaſi ſcientia repletus, apertè & dilucidè rerum nobis omnium pateſaciet veritatem: vt non ſolùm nos, ſed & omnes, qui præſto ſunt, auditores, viam veritatis agnoſcãt. Et ideò nunc ipſe, quaſi arbiter ſedeat: vt cùm vnus aliquis ex nobis ceſſerit: tunc ipſe ſuſcipiens, indubitatam ſententiam ferat. Hæc cùm dixiſſet Niceta, hi qui conuenerant, inter ſemetipſos colloquebantur: Hícne eſt ille, quem audiebamus, Petrus? illius, qui in Iudæa apparuit, & ſigna ac virtutes plurimas fecit, diſcipulus probatiſsimus? Et intendentes in eum, cum timore ac veneratione ingenti ſtabant: tanquam boni ſerui, honorem Domino deferentes. Quod vbi Petrus ſenſit, ait ad eos: Attentiùs

Petri eruditio.

Petrus arbiter inter congredientes.

D audiamus, rectum tenentes iudicium de his, quæ dicentur ab vtroque: & poſt ipſorum conflictum, quod neceſſarium viſum fuerit, addemus & nos. Et cùm hęc dixiſſet Petrus, gauiſæ ſunt turbæ. Niceta verò dicere hoc modo adgreſſus eſt. Definiſti pater, quod non per Dei prouidentiam mundus regatur: ſed omnia Geneſi ſubiaceant, tam, quæ ad mores vniuſcuiuſque, quàm quæ ad geſta pertinent. Ad quæ ſtatim quidem potui reſpondere: ſed quia iuſtum eſt ſeruare ordinẽ, definimus & nos, quid teneamus, ſicut ipſe fieri rogâſti. Ego dico Prouidentia Dei gubernari mundũ, in his duntaxat, quæ gubernatione eius indigent. Vnus eſt enim omnia tenens, qui & mundum fecit, iuſtus Deus: vnicuiq; ſecundum geſta ſua quandoq; redditurus. Ecce habes & noſtram definitionem, nunc quod vis, proſequere, vel mea deſtruens, vel tua adſerens: vt & ego his, quæ à te proſequentur, occurram. Aut ſi me vis priorem dicere, non morabor. Et Senex reſpondit: Siue tibi placet fili priùs dicere, ſiue hoc magis placet, vt ego dicam, nihil intereſt: apud eos præcipuè, qui bona venia diſputãt. Dic tamen tu prior: libenter accipio: atque vtinam poſsis etiam, quæ à me di-

Adſertio Nicetæ cõtra Senem.

cenda ſunt, proſequi: atq; his, quæ contraria ſunt, obijcere: & ex vtrorũq; collatione oſtẽdere veritatem. Niceta reſpondit: Si vis, inquit, poſſum etiam tuas partes dicere: & ad hæc reſpondere. Et Senex: Oſtende mihi priùs, quomodo potes ſcire ea, quæ nondum loquutus ſum? & ita tibi credam, quod partes meas proſequi poſsis. Et Niceta: Secta, inquit, tua, & ſententia, quam definîſti, manifeſta eſt his, qui eruditi ſunt in huiuſmodi diſciplinis: certaq; eſt eius conſequentia. Et quia ego nõ ſum ignarus, quæ ſint definitiones Philoſophorum, ex his, quæ propoſuiſti, quid conſequatur, agnoſco: maximè, quia præ cæteris Philoſophis, Epicuri ſcholas frequentaui. Frater autem meus Aquila, magis Pyrrhonios ſequutus eſt. Alius frater noſter, Platonicos & Ariſtotelicos: itaq; cum eruditis tibi auditoribus ſermo eſt.

Epicurus caſu cuncta fieri affirmabat, & nihil regi conſilio Dei, huius igitur ſcholas cùm adiſſet Niceta, facile poterat intelligere Senis pro fato argumenta, caſui aduerſa. Qui ſint Pyrrhonij, & cur ἐφεκτικοὶ, σκεπτικοὶ καὶ ἀπορητικοὶ dicantur, diſertè docet A. Gellius libro xj. noct. Att. cap. v. Meminit ibidem & differentiæ, quæ ſit inter Pyrrhonios & Academicos. Faciet ad huius loci intelligentiam maiorem, ſi iuuet legere. Pyrrhoniorum erat, ἐποχὴ, Academicorum autem, ἀκαταληψία.

Tum Senex: Bene, inquit, & cõſequenter docuiſti, quomodo ex his, quæ propoſitæ ſunt, definitionibus, etiam ea, quæ conſequuntur, aduerteres. Sed ego amplius aliquid profeſſus ſum, quàm ſentit Epicurus: quia introduxi Geneſim: eãq;, cauſam omnium geſtorum, hominibus poſui. Cumq; hæc Senex dixiſſet, ego Clemens aio ad eum: Audi pater, ſi te frater meus Niceta obtinuerit, quia non ſine Dei Prouidentia mundus agitur, in iſta parte, quæ ſupereſt de Geneſi, ego tibi potero reſpondere, eſt enim mihi notitia huius ſciẽtiæ. Et cùm hæc dixiſſem, frater meus Aquila: Quid neceſſe eſt, inquit, vt eum patrem vocemus, cùm in mandatis habeamus, neminem ſuper terram patrem vocare? Et poſt hæc reſpiciens ad Senem: Non iniurioſè, inquit, accipias, pater, quod fratrem meum culpaui: quia te patrem vocaret: habemus enim tale mandatum, ne aliquem nomine iſto vocitemus. Cumq; hęc dixiſſet Aquila, riſit omnium adſtantium cœtus, vnà cum Sene & Petro. Aquila autem requirente cauſam, cur omnes riſerint: aio ad eum, quòd tu, in quo alios culpas, id ipſe facis: quileonem appellaueris Patrem. At ille negabat, dicens: Verè neſcio, num cum patrem vocârim. Intereà Petrus mouebatur ſuſpicionibus quibuſdam, ſicut ipſe nobis enarrauit pòſtmodum: & reſpiciens ad Nicetam: Expedi, inquit, quod propoſuiſti. Tum Niceta hoc modo exorſus eſt: Omne quod eſt, aut ſimplex eſt, aut compoſitũ. Quod ſimplex eſt, caret numero, diuiſione: colore: differẽtia: aſperitate: lenitate: pondere: leuitate: qualitate: quantitate: & ob hoc etiam fine. Quod verò compoſitum eſt, aut ex duobus, aut ex tribus, aut etiam ex quatuor compoſitum eſt: aut certè ex pluribus: & quæ compoſita ſunt, neceſſariò etiam diuidi poſſunt. Et Senex audiens hæc: Optimè, inquit, & doctiſſimè dicis, fili. Et Niceta: Igitur illud, quod ſimplex eſt, & his omnibus caret, quibus ſolui, quod ſubſiſtit, poteſt: ſine dubio incompræhenſibile & immenſum eſt: neque initium vllum neque finem ſciens: & ideo vnum & ſolum eſt, & ſine auctore ſubſiſtens. Quod autem compoſitum eſt & numero ac diuerſitati, diuiſioniq; ſubiacet, neceſſariò auctore aliquo compoſitum eſt, atque in vnam ſpeciem diuerſitas congregata. Quod ergo immẽſum eſt, bonitate, pater eſt: virtute, conditor. Neq; ergo condendi virtus, in immenſo ceſſare potuit: neq; bonitas ociari: ſed ad ſubſtituenda ea, quæ ſunt, bonitate: ad componenda & firmanda, virtute prouocatur. Subſtituuntur ergo & componuntur quædam, vt diximus, ex duobus, vel ex tribus: quædam verò ex quatuor: alia ex pluribus. Sed, quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur, & de ſubſtantia eius, quam ex quatuor elementis eſſe compoſitam conſtat: cui omnes illæ decem differentiæ, quas ſuprà comprehendimus accidunt: ab his inferioribus incipientes gradibus, ad ſuperiora veniemus. Via enim nobis ad intellectualia & inuiſibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur: ſicut continetur in Arithmeticis diſciplinis: vbi, cùm de diuinis quæritur, ab inferioribus ad ſuperiores numeros aſcenditur: cùm verò de præſentibus

Matth. 23.

Notæ naturalis στοργῆς.

Aggreditur Niceta doctiſſimè diſputationem, primùm in partem cõtrariam.

Immẽſum.

Decem. ſcilicet, Numerus, diuiſio, color. &c. vt recenſuit ſuprà.

A bus & viſibilibus ratio exponitur, de ſuperioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur. An non ita eſt? Et Senex ait: Valde bene proſequeris. Et Niceta: De mundi nunc ergo ratione proſequendum eſt: cuius prima quæſtio in duas partes diuiditur. Quæritur enim, vtrum factus ſit, an non & ſi quidem non eſt factus, ipſe erit illud ingenitum, ex quo omnia. Si verò factus eſt, de hoc rurſus queſtio in duas partes ſcinditur: Vtrum nam ex ſeipſo factus ſit, an ab alio? & ſi quidem à ſemetipſo ſit, excluditur ſine dubio Prouidentia.

Per inferiora ad ſuperiora peruenitur.

Erudita quæſtionis diuiſio.

Abſurda, qualia admittantur negata prouidentia. Eadem argumenta proponuntur ſuprà, li. 3. Reco. eodemq́; modo tractantur ab Euſebio P. lib. 6. προπ̄ρασκ. c. ἀνασκευαστικὸς περὶ εἱμαρμένης.

Si prouidentia non recipitur, fructra animus ad virtutem prouocatur: fruſtra iuſtitia cuſtoditur: quippe, ſi non ſit, qui iuſto pro meritis aliquādo reſtituat. [2] Sed ne anima quidem ipſa immortalis videbitur: ſi eam poſt abſolutionem corporis, nullius prouidentiæ excipiat diſpenſatio. Nam ſi doceatur eſſe Prouidentia, & per ipſam fa-
B ctus mundus: alia rurſus, quæ diſcutiantur, occurrunt: requiretur enim, quomodo ſit Prouidentia? vtrum generaliter erga omnia? an ſpecialiter erga partes? an & generaliter erga partes? an & generaliter erga omnia? & ſpecialiter erga partes? Generalis autem intelligitur hoc modo: quaſi ab initio Deus faciēs mundum, ordinem dederit rebus, & curſum ſtatuerit: & vltrà eorum curam, quæ geruntur, habere ceſſauerit. Specialis verò ergà partes, hoc modo eſt, vt quorūdam quidem vel hominum, vel locorum prouidentiam gerat: quorundam verò non gerat. Generalis aūt omnium, & ſpecialis partiū ſimul: hoc modo eſt, quaſi & ab initio omnia fecerit Deus: & vſq; ad finem per ſingulos quoſq; prouidentiam gerat: & vnicuiq; reddat pro actib. ſuis. [1.] Prima ergo illa propoſitio, quę dicit, quia ab initio Deus fecerit omnia: & curſu atq; ordine rebus impoſito, de reliquo nihil ad ſe reuocet: ſecundū Geneſim geri cuncta confirmat. Ad hoc ergo primò reſpondebimus, & his præcipuè qui Deos colunt, & Geneſim defendunt: qui vtiq; cùm immolant dijs, & exorant eos, ſine dubio contra
C Geneſim ſe impetraturos aliquid ſperant: & per hoc Geneſim ſoluunt. Cùm verò rident eos qui ad virtutem prouocant, & ad continentiā cohortantur: & dicūt, quod nemo poſsit facere aliquid, aut pati, niſi, quod ei fato decretum eſt, omnem profectò cultum diuinitatis abſcindūt. Quid enim colas eos, à quibus promereri nihil poſsis, quod non patiatur ratio decreti? Hæc interim aduerſus illos dicta ſint.

Contra Fatum, Geneſimq́; generalem, ratio firmiſſima.

Nunc Niceta ſuam ſententiam aſtruit, id eſt, Mundum factum eſſe.

Ego verò mundum dico à Deo factum, & ab ipſo quandoque eſſe ſoluendum: vt ille appareat, qui æternus eſt: & ad hoc factus, vt ſemper ſit: & dignos ſe, recipiat iudicio Dei.

Idem ſuprà, ſecundo extremo libro docet & Petrus.

Quòd autē ſit alius inuiſibilis mundus, qui hunc viſibilem intra ſemetipſum contineat: poſteà, quàm de viſibili mūdo diſcuſſerimus, tunc & ad illū veniemus.[1] Nunc interim, quod factus ſit mundus iſte viſibilis, teſtantur etiam philoſophorum pluri-
D mi ſapientes viri. Sed ne videamur quaſi egentes adſertionibus, vti voluiſſe teſtibus: de principijs eius, ſi videtur, quæramus. Corporeum eſſe mundum hunc viſibilem, eo ipſo, quòd eſt viſibilis, ſatis conſtat. Omne autem corpus duas recipit differentias: aut enim connexum eſt & ſolidum, aut diuiſum & ſeparatum. Et ſi quidem connexum fuit & ſolidum corpus, ex quo mundus factus eſt: & per diuerſas ſpecies partéſque ſecundum differentias ſui, corpus illud partium eſt & diuiſum: neceſſe eſt intelligi, fuiſſe aliquem, qui corpus, quod erat connexum & ſolidum, dirimeret: atque in partes multas duceret, formaſque diuerſas. At ſi ex diuerſis diſperſiſque corporum partibus, omnis mundi hæc moles compoſita eſt & compaginata: neceſſe eſt nihilominùs intelligi, fuiſſe aliquem, qui in vnum diſperſas colligeret: & diuerſas rebus ſpecies induceret. Equidem plures philoſophorum hoc magis ſenſiſſe, ſcio: quod ex vno corpore, quam illi materiam vocant, diuiſiones ac diſcretiones conditor fecerit Deus: quod tamē ex quatuor ſimplicibus, & in vnum temperamento quodā diuinæ

Philoſophi etiam aliquot mundum eſſe creatū confitentur.

Atomos intelligit. Materia.

prouidentiæ admixtis, conſtaret elementis. Nam illud ſuperfluò à quibuſdam di-ctum puto, quod ſimplex corpus, id eſt, abſq; vlla coniunctione, ſit mundi: cùm conſtet nec corpus poſſe eſſe quod ſimplex eſt: neque miſceri poſſe, aut propagari, vel diſſolui: quæ omnia vtiq; mundi corporibus videmus accidere. Quomodo enim ſolueretur, ſi eſſet ſimplex? nec haberet intra ſe aliud, à quo reſolui ac diuidi poſſet? Quòd ſi ex duobus aut tribus, vel etiam ex quatuor conſtare corpora videntur: cui non etiam exiguum habenti ſenſum manifeſtum ſit, quod fuerit aliquis, qui in vnum plura collegerit: & temperamenti moderatione ſeruata, ex diuerſis partibus ſolidum corpus effecerit? Hunc igitur nos cõditorem mundi dicimus Deum, hunc agnoſcimus vniuerſitatis authorem. Græcorum etenim Philpſophi de principijs mundi quærentes, alius alia inceſsit via. [1] Nam Pythagoras elementa principiorum, numeros eſſe di-

2 cit: [2] Caliſtratus, qualitates: [3] Alcmæon, contrarietates: [4] Anaximander, immenſitatem: [5] Anaxagoras, æqualitates partium: [6] Epicurus, atomos: [7] Diodorus, τὰ ἀμερῆ, hoc eſt, ex his in quibus partes non ſunt: [8] Aſclepiades, ὄγκους, quod nos tumores vel elationes poſſumus dicere: [9] Geometræ, fines: [10] Democritus, ideas: [11] Tales, aquam: [12] Parmenides, terram: [13] Zenon, Empedocles, Plato, ignem, aquam, aërem, terram: [14] Ariſtoteles, etiam quintum introducit elementum, quod ἀκατονόμαστον, id eſt, incompellabile nominauit: ſine dubio illum indicans, qui in vnum quatuor elementa coniungens, mundum fecerit.

Mundũ factum eſſe à Deo.

Totus hic locus fuit mendoſior, quem nos, vt nunc legitur, tum ex Euſebij Pamphili, qui eandem materiam eodem ferè modo tractat. lib. 1. προπαρασκευῆς εὐαγγ. capite, cui titulus, δόξαι φιλοσόφων περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως: itemq; lib. 7. cap. περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου θεολογίας, tum ex quarta M. Ciceronis Academica, vbi totam hanc ſentẽtiam ſuccinctè iiſdemq; propè verbis perſcripſit: ita reſtituimus. nec abs re erit, totum illum Ciceronis locum cum hoc conferre: ex quo Ruſini verſio multò clarior erit. Nam quod Anaximander dixit, τὸ ἄπειρον, Ruſinus quidem, immenſitatem: Cicero infinitatem conuertit. Quod Anaxagoras ὁμοιομέρειαν, teſte Ariſtotele, libro 8. de motu, cap. 2. Ruſiñ, æqualitates partium: Cic. particulas inter ſe ſimiles dixit. & cætera conſimiliter. Exactiùs de hiſce opinionibus Ariſt. G lib. 1. de rerum natura: Laertius, de vitis philoſoph. Minucius, in Octauio. Irenæus lib. 2. elenchi hæreſeõn, cap. 19. Tametſi peculiariter hîc quædam referantur, quæ apud pleroſq; non facile reperias. Porrò Diodori ſententia prius latinè legebatur, amere: omninò legendum eſt, τὰ ἀμερῆ, id eſt, inſecabilia. putauit enim principia rerum eiuſmodi eſſe, quæ omninò ſecari vel diuidi non poſſint. ὄγκους Ruſinus vertit tumores: rectiùs maſſas, ſiue aceruos mea quidem ſententia interpretatus fuiſſet. Sit hoc latinum legebatur. Conſimiliter denique, ἀκατονόμαστον, quod Ariſtotelem, quaſi carens nomine ſeu innominatum principium, ille, incompellabile: dixiſſe refert: nihil eſt aliud, quàm cùm doceat Ariſtoteles, in omni motu neceſſariò deueniri ad primum aliquem motorem: qui quidem ſit ipſe ab omni motu liber, ſempiternus, vnus, infinitus potentiæ, incorporeus, indiuiduus, denique defatigationis expers: vt i. capite ſeptimi libri de motu: itemq; ſexto & decimo, octaui: quis tamen ille ſit: aut qui vocetur, non explicat. Hanc ob rem dixit ita, quem imitatus Marcion, vt refert Epiphanius, hæreſi 41. tribus ex ſicticijs ſuis deis, eodem modo primum appellauit ἀκατονόμαστον. Sed de his conſulendus eſt L. Gyraldus, primo ſyntagmate ſuæ deorum hiſtoriæ: nobis ſatis eſt breuiter difficiliora annotare.

Siue igitur duo, ſiue tria, ſiue quatuor, aut etiam plura ſint: vel innumera, ex quib. H mundus conſtat: omni ex parte, qui plura in vnum collegerit, & rurſus collecta in di-

3 uerſas ſpecies duxerit, oſtenditur Deus: & probatur per hæc, non potuiſſe machinam mundi ſine opifice, & prouiſore conſtare. [3] Sed & hoc ipſo, quòd in cõiunctione elementorum deficiente alterò aut abundante, cætera reſoluuntur & cõcidunt: oſtenditur ex nihilo accepiſſe principium. Nam verbi gratia, ſi deficiat in aliquo humor nec aridum ſtabit: humore enim paſcitur aridum: ſicut & frigus calido: in quib. vt diximus, ſi alterum deficiat, penitus cuncta ſoluuntur: & in hoc originis ſuæ, quæ ex nihilo facta ſunt, prodũtur indicia. Quòd ſi materia ipſa probatur eſſe facta, quomodo partes eius & ſpecies, ex quibus mundus conſtat, videbuntur infectæ? Sed de materia & qualitatib. non eſt nunc dicendi locus: hoc ſolùm docuiſſe ſufficiat, Deũ eſſe omniũ conditorẽ: quia neq; ſi ſolidum & cõnexum fuit corpus, ex quo mundus conſtat, dirimi & diſcerni ſine cõditore: neq; ſi ex diuerſis & diſcretis partibus in vnũ collectum

Mundũ factum eſſe ex nihilo.

A Collectũ eſt, congregari & miſeri ſine artifice potuit. Igitur, ſi mundi conditor Deus eſſe à me euidenter oſtenditur: qui erit Epicuro locus introducendi atomos? & adſerendi quòd ex corpuſculis inſenſibilibus, non ſolùm ſenſibilia corpora: ſed & mentes intellectuales & rationales fiant? Sed dices, vt Epicuro viſum eſt continuationes atomorum indeſinenti curſu venientium, per immenſa & ſine fine tempora miſcentium ſe, atq; in vnum conglobantium corpora ſolida efficiuntur. Non venio ad hæc, vt rem fabuloſam, & ineptè compoſitã dicam: videamus magis, num qualecunq; iſtud ſit, poſſit ſtare, quod dicitur. Aiunt enim corpuſcula ipſa, quę atomos appellant, diuerſis eſſe qualitatibus: & alia quidem humida, & ob hoc grauia ac deorſum tendentia: alia verò arida & terrena, atq; ob hoc nihilominùs grauia: alia autem ignea, & ob hoc rurſum ſemper nitentia: alia verò frigida, & ob hoc pigra, & ſemper media. Quomodo ergo, cùm alia ſemper ſurſum tendãt, vt pote ignea: & alia ſemper deorſum, vt pote humida & arida: alia verò media, & non æquali curſu incedant: co-

πρόληψις

Ex atomis factum eſſe mundum.

Rationes contra atomos Epicuri, firmiſsimæ, doctiſsimæq́;. Eodẽ planè modo Cicer. quarta Academica.

B ire ſimul potuerũt, & vnum corpus efficere? Si quis enim de ſuperioribus, verbi gratia, minutiſsimas paleas, & ad eandem magnitudinẽ minutiſsimi plumbi particulas deorſum iaciat: nunquid poterant, quamuis æquales ſint magnitudine, leues paleæ partes, plumbi particulas conſequi? longe enim velociùs ad imum grauiora perueniunt. Ita ergo & atomi etiam, ſi magnitudine æquales ſint, pondere tamen inæquales, nunquam poterunt, quæ leues ſunt, conſequi grauiores: quòd ſi conſequi non poſſunt, ſine dubio nec miſceri, nec corpus efficere. Tũ deinde ſi indeſinenter feruntur, & ſemper veniunt: & reb. quarum iam menſura integra conſtat, adduntur quomodo ſtare vniuerſitas poteſt? cùm tam immẽſis ponderib. noua ſemper pondera cumulentur? Sed & illud requiro: ſi paulatim coëuntib. corpuſculis extruebatur hic, quẽ videmus, ambitus cęli: quomodo non in eo illicò, cùm cõſurgeret, corruit? ſiquidem hians machinæ ipſius ſummitas, nullis ſuffulta repagulis ſtringeretur. Sicut. n. hi, qui ædificiorũ tholos in circulũ inſtruunt: niſi concluſionẽ medij verticis ſtrinxe-

C rint, vniuerſum pariter ſoluitur: Ita & mundi circulus, quẽ tam decora ſpecie collectum videmꝰ, ſi nõ ſubitò & ſub vno diuinę virtutis rotatu, potẽtia cõditoris effectus eſt: ſed paulatim concurrentib. atomis & inſtruentib. non, vt ratio patebat, ſed vt fortuitꝰ incidiſſet euẽtus, quomodo non priùs, quã colligi poſſet & concludi, dilapſus eſt & diſſolutus? Ad hęc etiã illud requiro, quod ſit munimen, ſuper quod tã immẽſæ molis iacta ſint fundamenta? Et rurſus: illud ipſum, quod dixeris munimẽ, * ſuper quid iaceat? Et itẽ illud aliud, ſuper quid? & eo vſq; interrogando progrediar, donec reſponſio ad nihil & inane perueniat. Quòd ſi dicat aliquis, quia atomi igneæ qualitatis cõiunctæ, ſibi corpus vnũ fecerũt: & quia ignis qualitas nõ deorſum, ſed ſurſum tendit, impoſitã mundi molẽ, ad ſuperiora ſemper nitẽs ignis Natura ſubuectat: Ad hæc reſpõdebimus: Quomodo potuerunt atomi igneæ qualitatis, quæ ſemper ad ſuperiora cõtendunt, in inferiora deſcendere? & in profundo, ac ſub omnia demerſo inueniri loco? Cùm itaq; grauiores quęq;, id eſt, terrenæ vel humidæ qualitates pre-

ὁ κοὺ ἢ θόλος. vmbilicus teſtudinis, in quo contignationũ trabes coniungũtur: ſeu, teſtudo in orbem ducta.

** cui innitatur? τίνι ἐπίκειται.*

Alia πρόληψις.

D ueniant, vt diximus, leuiores: vnde & cęlũ velut ſuperiorẽ fabricã igneis atomis, quę & leuiores ſunt, & ſurſum ſemper fugiunt, adſerunt ſtructa: neq; ergo fundamenta ignis, aut alia vlla habere mundus poteſt: neq; atomis grauioribus cum leuiorib. id eſt, his, quæ deorſum ſemper præcipitantur, & his, quæ ſemper ſurſum fugiunt, ſocietas aut cõpaginatio vlla conueniat. Igitur, quod impoſsibile ſit ex atomorũ coniunctione, corpora mundi ſolidari, ſufficiẽter dictũ: &, quod nõ potuerint inſenſibilia corpora, etiãſi vlla ratione coire & cõnecti potuiſſent: formas dare corporib. & menſuras: vel membra fingere: vel qualitates efficere: vel exprimere quãtitates: quę vtiq; omnia modulatione ſui manum teſtantur artificis, & opus rationis oſtendũt, quam rationem ego verbum & Deum appello. Sed dicet aliquis hæc à Natura fieri: Iam in hoc de nomine cõtrouerſia eſt. Cùm enim conſtet mentis eſſe & rationis opus: hoc, quod tu Naturam vocas, ego Deum conditorẽ voco: conſtat nec potuiſſe nec poſſe vel corporum ſpecies tam neceſſarijs diſtinctionibus inſtitutas: vel animorũ ſenſus irrationa-

πρόληψις 3. Naturæ non Deo opus eſſe hoc vniuerſum

irrationabili opere,&,quod ſenſu careat,effici. Quòd ſi idonei tibi teſtes videntur E Philoſophi,Plato de his teſtatur in Timæo: vbi de mundi factura diſcutiēs requirit: vtrúmnam ſemper fuerit,an initium ſumpſerit?&pronunciat,quod factus ſit:Viſibilis enim,inquit,eſt & palpabilis,atq; corporeus:omnia autem,quę huiuſmodi ſunt, facta eſſe conſtat: Quod autem factum eſt,aliquem habet ſine dubio auctorē,à quo factum eſt:hunc ergo,inquit,factorem parentemq; omniū, & inuenire difficile eſt: & inuentum vulgò enarrare,impoſsibile.Hæc quidem Plato dicit.

Locus,quem ex Timæo Platonis citat hîc Niceta,hic eſt,eruditus & valde memorabilis.

Πᾶν δὲ τὸ γιγνόμενον ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι· παντὶ γὰρ ἀδύνατον, χωρὶς αἰτίου γένεσιν ἔχειν. *Et ſubiungit*, ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς καὶ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ,τι ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστα ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω· σκεπτέον οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ τοῦ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν· πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος: Ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τε ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δ' αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε, ἔργον· καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. F *Hucuſque Plato. Eundem verò locum Euſebius quoque Pamphilus libro citat 11.* προπαρασκ. εὐαγγ. *vbi docet*, γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον. *B. item Theodoretus Cyri Ep. li. 4. Græcarum curationum, de materia & mundo diſputans. denique & Minutius Fœlix, in Octauio.*

Sed & ſi ipſe,alijque Græcorum Philoſophi, de factura mundi ſilere voluiſſent: nónne omnibus intellectum habentibus, palàm eſſet? Quis enim eſt exigui ſaltem ſenſus homo,qui cùm cernat domum,omnia,quæ ad vſus neceſſaria ſunt,habētem, cuius cameram in ſphæræ gyrum videat collectam:eamq; vario ſplendore, & diuerſis imaginibus depictam:luminaribus præcipuis & maximis adornatam:quis inquā, eſt,qui huiuſmodi fabricam videns:non ſtatim pronunciet,à ſapientiſsimo & potentiſsimo artifice eſſe conſtructam?Et ita quis inuenietur inſipiens,cùm cœli opus inſpiciat:Splendorem Solis cernat:ac Lunæ,aſtrorum curſus, & ſpecies, & vias certis rationibus & temporibus videat definitas:non tam à ſapiente hæc artifice, & rationabili,quàm ab ipſa ſapientia & ratione clamet effecta? Quod & ſi ſecundum alios G Græcorum Philoſophos audire vis, & mechanicis imbutus es diſciplinis:* de excelſis,quæ traduntur,non te ſine dubio latent.Ponunt enim ſphæram, æqualiter ex omni parte collectam:& ad omnia ſimiliter reſpicientē:atq; à centro terræ aquis ſpatijs diſtinctam:ipſaque ſui æqualitate ita ſtabilem:vt eam in nullam partem declinare vndiq; æqualitas collecta permittat:& ita,à nullo fulcimento ſubuecta, ſuſtentatur ſphæra.Quòd ſi verè hanc habeat ſimilitudinem mundi machina:euidens eſt opus in ea diuinum.Si verò,vt alijs viſum eſt,ſuper aquas poſita ſphęra:vel ſuper ipſas fertur,vel in ipſis voluitur: etiam ſic magni in ea artificis opus declaratur. Sed ne de his, quæ non omnibus palàm ſunt, incerta videatur adſertio : ad ea veniamus,quæ neminem latent. Quis aſtrorum curſus tanta ratione diſpoſuit: ortuſque eorum & occaſus inſtituit? certiſque & demenſis temporibus vnicuiq; tenere cœli ambitum dedit?Quis ad occaſum alijs etiam redire in ortum permiſit? Quis impoſuit modum H curſibus Solis,vt horas,& dies,& menſes, & temporum viciſsitudines, diuerſis motibus ſignet?& nunc hyemem,inde ver,æſtatem,pòſt & autumnum,certa curſus ſui dimenſione diſcernat?& ſemper eiſdem vicibus anni orbem in cōfuſa varietate conſtringat?quis,inquam,tanti ordinis moderatricem,non ipſam Dei pronunciet ſapientiam?Et hæc quidem ſecundum illa nobis dicta ſint: quæ de excelſiorum diſciplinis traduntur à Grecis.Quid aūt & de his,quæ vel in terris,vel in mari videmus,nónne euidenter edocemur,Dei in his non ſolùm opus eſſe:ſed & Prouidentiam?Nam, quòd in terra montes excelſi,certis quibuſque habentur in locis:vt ex his velut compreſſus & coanguſtatus aër, ordinatione Dei cogatur & exprimatur in ventos: ex quibus & fructus germen concipiant:& æſtiuus ardor temperiem ſumat:cùm Pleiades ignitæ, Solis ardoribus incanduerint.Sed dices: Cur & ardor Solis,vt temperies requiratur?&,quomodo fruges humanis vſib. neceſſariȩ matureſcerēt? Sed & illud aduerte,quod ad axem meridianū,vbi plus eſt caloris,nō multa datur nubiū conſtitutio:

Margin notes:

* περὶ τῶν μετεώρων.

A teſtimonio aſtronomorum,& mathematicorum:

A curſu aſtrorū probat Prouidentiam.

Geneſ. 1.

Eodem modo & Euſebius P. 8. li. Præp. Euā gel. diſputat.

Ab effectis in rerum natura.

Raræ pluuiæ ad axē meridianū quare ſint

A patio:nec abundans copia imbrium funditur: ne morbus habitantibus generetur:
humidæ enim nubes, ſi calore rapido coquantur, aërem corruptum & peſtiferum
reddunt.Sed & terra callidum imbrem ſuſcipiens,non nutrimēta ſegetibus,ſed per-
niciem præbet:in quo, quis dubitat opus eſſe diuinæ prouidentiæ? Denique Aegy-
ptus,quia Aethiopicis è vicino flagrat ardoribus:ne inſanabiles corruptelas aëris im
brium neceſsitate ſuſciperet:campi eius non pluuiam,nubibus miniſtratam,ſed ter-
renum quodammodo imbrem,Nilo inundate,ſuſcipiunt. Quid de fontibus dice-
mus, & fluuijs? qui perenni in mare fluunt meatu? & per diuinam Prouidentiam,
nec illis abundans deficit curſus:nec mare, tantas aquarum recipiens copias, vllum
ſentit augmentum:ſed in eádem menſura, & ea,quæ conferunt,& ea,quæ ibi conſe
runtur,elementa perdurant.Sed dicis mihi, ſalſa aqua naturaliter conſumit fluentũ
dulce, quod ei fuerit infuſum. Et in hoc ergo manifeſtum eſt Prouidentiæ opus, vt
ſalſum faceret illud elementum,in quod curſus omnium aquarũ, quas ad vſum ho-
B minibus præſtiterat,declinauit: vti ne per tanta ſeculi ſpatia, repletus maris alueus,
inundationem pernitioſam terris &hominibus redderet.Nec ita quiſquam inſipiēs
erit,vt hanc tantam rationem,tantamq; prouidentiā ab irrationabili natura arbitre
tur eſſe diſpoſitam. Quid autem de virgultis? quid de animalibus dicam? nónne per
Prouidentiam factum eſt:vt cùm ſenecta temporis reſoluerentur,virgulta quidē vel
plantis, vel ſeminibus, quæ ipſa dederint:animalia verò,per progeniē reparentur:&
mira quadam diſpenſatione Prouidentiæ, naſcituro pecori lac preparatur in vberib.
ac ſtatim,vt natum fuerit,nullo docente,ſcit,vbi alimoniæ ſuæ horrea requirat? Gi-
gnuntur aũt non ſolùm mares,ſed & fœminæ:vt ex vtroq; poſsit rurſus conſtare po
ſteritas.Sed ne,vt putant homines,viderentur hæc Naturæ quodam ordine, & non
diſpenſatione fieri conditoris: pauca quædam ad indicium & documentum Proui-
dentiæ ſuæ,mutato ordine genus ſeruare iuſsit in terris:verbi gratia,vt per os conci-
peret Coruus:& per aurē Muſtela generaret:vt aues nonnullę,ſicut Gallinæ,inter-
C dum oua vel vento, vel puluere concepta parerent:alia quædam animalia marē vici-
bus alternis in fœminam verterent,& ſexum per annos ſingulos cōmutarent, vt Le-
pores:: & Hyænæ,quas Beluas vocant. Alia etiam, ex terra orirentur, atque inde ſu-
merent carnem, vt Talpæ:alia ex cinere,vt Viperę:alia ex putrefactis carnibus, vt Ve
ſpæ quidem,equinis: Apes autem,bubulis:alia ex fimo boum,vt Scarabæi.alia ex her
bis,vt de ocymo.Scorpius: & rurſus herbæ ex animalibus: vt, ex cornu cerui vel ca-
præ,apij & aſparagi. Et quid opus eſt plura enumerare, in quibus diuina Prouiden-
tia,mutato ordine eo,qui à natura datus putatur: multimodis differentijs natiuita-
tem animalium conſtare voluit,ex quibus non irrationabilis rerum curſus: ſed ipſi-
us diſpenſatus ratione doceretur? An non & in hoc pleniſsimum demonſtratur o-
pus diuinæ prouidentiæ: vbi ex terra & aqua, ad vitam hominum ſemina iacta re-
parantur? Quę cùm terrę fuerint mandata, voluntate Dei humorē, quem ſuſceperit
gleba,velut vberib.ſuis ſeminib.immulget: aquis ineſt quædã vis ſpiritus à Deo dati
D ex initio: cuius opere,habitus futuri corporis, in ipſo ſtatim ſemine formari incipit:
& per culmũ ſpicamq; reſtitui: turgefacto etenim ex humore ſeminũ grano, per an-
guſtos quoſdã venarũ meatus, vis illa ſpiritus, quę ineſſe aquis data eſt, vtpote incor
porea trãſcurrens,ad incrementũ,ſemina ſuſcitat: & creſcentium ſpecies format. Mi
niſterio igitur humidi elemẽti, cui vitalis ille ſpiritꝰ inſitus ſemper & ingenitus eſt, ef
ficitur: vt non ſolũ reparetur: ſed, vt per omnia ſimilis ſpecies & forma his, quæ iacta
fuerint ſeminib. redeat. Quæ ratio, cui vel * breuē ſenſum habēti, per irrationabilem
naturã, & non per diuinã ſapientiã conſtare videbitur? Deniq; etiã hęc ad ſimilitudi
nem humanæ natiuitatis formata ſunt: videtur enim terra vuluæ locũ tenere, cui ſe-
men iniectũ per aquæ & ſpiritus vim, ſicut ſupra diximus, & formatur, & alitur. Sed
& in hoc admiranda eſt diuina prouidentia, quod videre nos quidē & agnoſcere fe-
cit, quæ fiunt: quomodo autem & qualiter fiant, in ſecreto poſuit & in occulto: vt
non indignis ad agnitionē ſubiaceãt: ſed dignis & fidelib. cùm meruerint, pateſiant.

Calidi imbres, peſtilētes ſunt.

De his copioſe et doctè Ariſtoteles in libris Meteorologicorum.

Aqua marina ineffabili prouidentia ſalſa eſt

Virgulta.

Quædã mutato naturæ ordine gignũtur. Vide Plin. S. in natu- rali hiſtoria.li.10.c.12. ſed negat Ariſtoteles, lib.3. de Animalibus, c.6. Anaxagoræ aũt mendaciũ eſſe ait, de Coruo quidem & Muſtela. Cætera manifeſtiora ſunt.

Terra humorem tanquã vberibus cōcipit.

Πλατωνικῶς.

** exiguum τὸν μικρόν.*

Terra vuluæ habet ſpeciem.

Alia

Alia quæſtio obiter ad probationẽ ſuperiorũ argumentorũ adſumpta: Aqua nimirũ & ſpiritu conſtare oĩa. Probat hanc experiẽtia. Mihi quidem hæc philoſophia eò quoq; pertinere videtur, vt lubentiùs Ethnici Regenerationi, quæ fit in baptiſmo ex aqua & ſpiritu, credant. Aquæ porrò dignitatem præ cæteris elementis agnoſcit & celebrat Plin. lib. 31. nat. hiſt. cap. 1. Quippe, inquit, hoc elementum omnibus imperat cæteris. terras deuorant aquæ. flammas necant: ſcandunt in ſublime: & cælum quoque ſibi vendicant: ac nubium obtentu vitalem ſpiritum ſtrangulant. Sic Hippocrates in primis plurimùm in rerum natura tribuit Spiritui. Vide librum ipſius de Ventoſis flatibus. Eſtq; hoc Platonicum dogma, à Virgilio elegantiſsimè ſexto Aeneidos ſcriptum.

Principio cœlum, terram, camposque liquenteis, Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra. Spiritus intus alit, &c. Quod nos ſpiritui, ſanctiſsimo Deo, tribuimus: iuxta illud Danielis: Verbo domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Vt autem rebus ipſis & exemplis probemus, nihil omninò ex terrena ſubſtantia ſeminibus dari: ſed totum ex elemento aquæ & ſpiritus, qui ineſt ei, virtute conſtare: pone mihi, verbi gratia, in cratêre aliquo ampliſsimæ magnitudinis, injici terræ F talenta centum: & ſeminentur in eo diuerſæ ſpecies ſeminum: vel olerum: vel etiam virgultorum. his præbeatur ad rigandum aqua ſufficiens, & per annos plures adhibeatur iſta diligentia: congregentur aũt ſemina, quæ collecta fuerint: verbi gratia, frumenti: vel hordei, aliarumque ſpecierum per ſingulos annos ſeorſim: donec vniuſcuiuſque ſeminis aceruus, ad centum talentorum pondus aſcendat: tum etiam arbores auulſæ radicitùs adpendantur: & his omnibus ex creaturæ ſumptis, ſi adpendatur terra, centum ſua nihilominus talenta ſalua reſtituet. Vnde ergo dicemus omne illud pondus, omnemq; quantitatem ſeminum diuerſorum atque arborum ſurrexiſſe? nónne euidenter apparet, quod ex aquis? Terra enim, quod ſuum eſt, integrum tenet: aqua verò, quæ per ſingula iniecta eſt, nuſquam prorſus eſt: ob potentem diuinæ conditionis virtutem, quæ per vnam aquæ ſpeciem tantorum ſeminum virgulrorumque & ſubſtantias reparat: & ſpecies format: & genus fœnore multiplicato cuſtodit. Ex quibus omnibus ſatis abundeq; patére puto, artifici ſenſu, & non G irrationabili naturæ opere cuncta effici, & vi vniuerſa conſtare.

Aliud argumentum, ab opiſicio humani corporis ſumptum. Pleniùs idem tractat F. Lactantius, libro peculiari de opiſicio hominis ſcripto. Habet hoc quoque Theodoretus Cyri Epiſcopus, Sermone 3. & 4. de Prouidentia.

Sed veniamus adhuc, ſi videtur etiam ad noſtram, id eſt, ad hominis ſubſtantiam, qui eſt paruus in alio mundus: & conſideremus, quanta ſit ratione compoſitus: & ex hoc, præcipuè ſapientiam cõditoris intelliges: qui cùm ex diuerſis ſubſtantijs conſtet, id eſt, mortali & immortali: per artificem prouidentiam conditoris, ſocietatem diuerſitas non refugit: & quidem * longè à ſe ſubſtantijs. Alia nanque de terra ſumitur, & à conditore formatur: alia verò ex immortalibus ſubſtantijs datur:

**longè à ſe .i. diuerſis.*

Quod hic ait Niceta, dari animum ex immortalibus ſubſtantiis: prudenter intelligendum de auctore, vel etiam natura animi, ne in hæreſin Originis incidas, vel Apollinaris: quorum hic ex traduce: ille, ex particula diuinæ naturæ animam naſci & dari putauit. H

Semen ex medullis.

Oſſa in corpore humano ſunt pro columnis.

Proportio corporis humani, euidentis prouidẽtiæ argumẽtum.

Nec tamen, ei per huiuſcemodi coniunctionem honor immortalitatis infringitur: nec, vt quibuſdam videtur, affectus, quibus ad hæc ſingula moueri poſsit. Nam corpus, quod ex oſsibus & carnibus conſtat, initium ſumit ex ſemine viri, quod è medullis calor eliciens, vuluæ, quaſi terræ conſignat: cui inhærens ex fonte ſanguinis, paulatim rigatum in carnem & oſſa producitur: atque in ſpeciem auctoris iacti ſeminis reformatur. Et vide in hoc artificis opus, quomodo oſſa, velut colũnas quaſdam, quibus caro ſuſtentetur ac portetur, inſeruit: Tum deinde æqualis ex vtraque parte, id eſt, dextera ac læua, menſura ſeruetur: vt congruat pes, pedi: & manus manui: digiti quoque digitis: vt ſinguli ad ſingulos tota æqualitate concordent: ſed & oculus oculo: & auris auri: quæ non ſolùm conſona ſibi & concordantia, ſed & vſibus neceſſarijs apta formantur. Manus quidem, vt operi commodæ ſint: pedes, vt greſsibus: oculi, vt viſibus ſeruiant: ſuperciliorum excubijs cuſtoditi: aures ad audiendum ita formatæ, vt cymbalo ſimiles, ſuſcepti verbi repercuſſum ſonitum altiùs

reddant

reddant,& vſque ad ſenſum cordis emittant. Lingua autē ad loquendum illiſa dentibus, plectri reddat officium: Ipſi verò dentes, alij vt incidant & diuidant cibos: & interioribus tradant: interiores verò, vt in modum molæ conficiant & comminuãt: quo opportuniùs ſtomacho traditi, coquantur: vnde & molares appellati ſunt. Sed & nares cõmeandi flatus, & reddendi ac recipiendi gratia factæ ſunt: vt innouatione ſpiritus, calor naturalis, qui ex corde eſt, vel accendi, vel refrigerari, cũ res popoſcerit, queat, pulmonis officio: qui pectori inhęrere dat⁹ eſt: vt mollitie ſua palpet & foueat cordis vigorē, in quo videtur vita conſiſtere: vita dico, non anima. Nam quid dicam de ſubſtantia ſanguinis? quam velut fluuius ex fonte procedens, & vno priùs alueo inuectus: tum deinde per innumeras venas, quaſi per areas deriuatus, totam humani corporis terram, vitalibus rigat fluentis, iecoris opere miniſtratus: quod ad efficaciam digeſtionis ciborum, atque in ſanguinem mutandorum in dextro latere iacet. In ſiniſtro verò, ſplenis eſt locus: qui trahere ad ſe & purgare quodammodo ſordes B ſanguinis poſsit. Inteſtinorum quoque ratio, quanta eſt? quę idcirco longis nexibus in circulorũ ordinata ſunt modum, vt ſuſceptas digeſtiones ciborum paulatim egerant: quo neq; ad ſubitum inanes efficiant locos, & his, qui ſuperadditi fuerint, non impediantur cibis. Membranæ autē in modum idcirco facta ſunt, vt ex ipſis ea, quæ intrinſecus ſunt, humorem ſenſim ſuſcipiant: quo neque ſubitò effuſus exinaniſſet interna: neq; denſiore cute prohibitus, arida, quæ intrinſecùs habentur, efficeret: & totã hominis fabricam ſitis neceſsitate turbaret. Porrò verò fœminea poſitio, & vuluæ ſinus ad recipiendum germen, & confouendum viuificandumq; cõmodiſsimus, quē non ratione & prudentia effecta eſſe, quæ facta ſunt, ſuadeat? quòd in ea ſolùm parte membrorum, à virili ſpecie fœmina diſcrepat, qua poſteritas ſata ſuſcipitur, & fouetur? & rurſus virilis habitus ea tantummodo membrorũ parte immutetur, qua ei vis ſerendi & generandi hominis ineſt? Et in hoc magnũ quidem teſtimoniũ Prouidentiæ datur, ex neceſſaria diuerſitate membrorum: ſed ibi maius, vbi in habitus C ſimilitudine, vſus diuerſitas, & officij varietas inuenitur. Nam mammillæ viris æquè ſunt ac fœminis: ſed fœminarum ſolæ ſunt, quæ lactis munere replentur: vt ſtatim, vbi genuerint, apta ſibi paruulus inueniat nutrimēta. Quòd ſi tanta ratione videmus in homine membra diſpoſita, vt cum in cæteris omnibus ſimilis habitus videatur: in his tantummodo diſcrepent, in quibus vſus diuerſitatem requirit: & neq; in viro aliquid ſuperfluum, aut egens, neq; in fœmina, quod deſit, videamus: vel, quod abundet: quis ex his omnib. non euidenter agnoſcat rationis opus, & ſapientiam cõditoris? His adſtipulatur etiam cæterorũ animaliũ rationabilis diuerſitas: & ſuo quodq; vſui miniſterioq; conueniens. Hæc teſtatur & arborum varietas, herbarumq; diuerſitas, tam ſpecie variata: quàm ſuccis. Hæc aſſerit & permutatio temporũ, in quatuor diſtincta viciſsitudines: & certis horis, diebus, menſibus, annum circulus claudens: & ne vnam quidem horã ſtatutę rationis excedens: hinc denique etiam mundi ipſius ætas certa & ſtabili ratione, concepto annorum numero cenſetur. Sed dices, quando D mundus factus eſt, & quare tam tardè? Hoc poſsis obtēdere, etiamſi antè factus fuiſſet: diceres enim, cur non & ante hoc? & ita immēſa ſæcula trãſcendens, ſemper poſſis requirere, cũr non & ante hoc? Sed nobis nunc ſermo non de eo eſt, ſed num omninò factus ſit? Si enim factum conſtat, neceſſariò potētis & ſummi artificis opus eſt: quod ſi conſtat, quando eum facere voluerit, ſapientis artificis arbitrio iudicioque relinquendum eſt. Niſi videatur tibi omnis hæc ſapientia, quæ tam immanem mundi machinam ſtruxit: & ſingulis quibuſcunque rebus, formas & ſpecies dedit: quarum habitum non decori ſolùm conuenientem, ſed & futuris vſibus aptiſsimum & neceſſarium poneret, hoc eam ſolùm ſugerit: quo tam magnificæ conditionis opportunum tempus abſumeret. Eſt apud illum profectò certa ratio: ſunt euidentes cauſæ: cur, & quando, & qualiter fecerit mundum: quas hominibus, quibus hæc, quæ ante oculos poſita ſunt, & de eius Prouidentia conteſtantur, inquirere & intelligere pigrum fuit: aperiri vtique non oportuit: quæ enim in occulto habentur, & intra

Ideo præcisores dicti. *Molares.* *Nares.* *Sanguis.* *Iecur.* *Splen.* *Inteſtina quare humida.* *Vulua.* *Cumulo quodam καὶ συναθροισμῷ, ab eſſectis in natura docet Prouerb.* *Alia πρόληψις, de tēpore creationis mundi, δὶ ἐνστάσεως ſoluta, doctiſſimè, ἐρωτικῶς.*

ſapientiæ ſenſus,velut intra regios theſauros recondita ſunt,nemini patent:niſi his, E
Concluſio Nicetæ. qui ab illo didicerint,apud quem ſignata ſunt hæc & repoſita. Deus ergo eſt,qui fecit omnia:& ipſe à nemine factus eſt:qui autem Naturam pro Deo nominant,&per Naturã facta eſſe cuncta teſtantur, latet eos appellationis ſuæ error.Si enim Naturã irrationabilem putant,ſtultiſsimũ eſt, rationabilem facturam ab irrationabili facto re progredi:Si verò ratio eſt,id eſt,ὁ λόγος,per quam facta conſtat vniuerſa:ſuperfluò nomen immutant, vbi de conditoris ratione profitētur.Ad hæc ſi quid habes pater, proſequere. Hæc cùm Niceta dixiſſet, Senex ita reſpondit: Tu quidem fili prudenter, & fortiter proſecutus es, adeò, vt meliùs dici poſſe de Prouidentia non putem.
Finis diſputationis prioris Senis cum Niceta. Sed quoniam hora iam multa eſt:craſtino, ad hæc, quæ perſequutus es, reſpondere aliqua volo: de quibus, ſi mihi ſatisfeceris,gratiæ me fateor debitorem. Et his à Sene dictis,ſurrexit Petrus. Quidam verò ex adſtantium Laodicenſium primas, rogabat Petrum & nos,vt Senis indumenta, quæ habebat, ſordida & ſciſſa, mutaret: quem F
Petrus & nos amplexi,& collaudantes pro honeſta &optima voluntate ſua,dicebamus:Quia nec nos ita inſipientes ſumus,& impij, vt,cui tam precioſa verba concredimus,non multò magis etiam hæc, quæ ad vſus corporeos ſunt neceſſaria, præbeamus: quæ cum & libenter ſuſcepturum credimus,tanquam à filijs patrem: ſed & tectum nobis & vitam communem fore credimus.Hæc cùm nos diceremus:& ille primarius ciuitatis,ſumma vi, & blandimētis plurimis auellere à nobis cuperet Senem: nos verò eò vehementiùs retineremus: omnis populus acclamauit,vt illud magis fieret,quod ipſi placeret Seni:& cùm ſilentium factum fuiſſet,Senex iuramento præuenit,dicens:Hodie apud nullum manebo:neq; ab aliquo quicquam ſuſcipiam: vti ne alteriùs delectio, alteriùs triſtitia fiat: hæc enim poſtmodũ, ſi viſum fuerit,fieri poſſunt.Et cùm hæc dixiſſet Senex, Petrus ait ad primarium ciuitatis: Quoniam noſtri præſentia,bonam voluntatem tuam oſtendiſti,triſtem te non oportet abſcedere:ſed accipiemus abs te gratiam pro gratia: domum tuam nobis oſtende, & præpara eam, G
vt craſtino diſputatio,quæ futura eſt,habeatur:& ſi qui volunt adeſſe ad audiēdum, permittantur.Quæ cùm audiſſet primas ciuitatis,valde gauiſus eſt: ſed & omnis populus libenter audiuit.Cumque diſceſsiſſent turbę,domum ſuam oſtendit:diſcedere autem & Senex cœpit. Ego tamē vni ex pediſſequis meis imperaui, clàm ſubſequi
Pediſſequi Clementis. veſtigium Senis: & diſcere, vbi maneret. Nos autem cùm rediſſemus ad hoſpitium, enarrauimus omnia fratribus,quæ nobis cum Sene habita ſunt: & ita,ex more cibo ſumpto requieuimus. Die autem poſtera Petrus maturè ſurgens, ſuſcitauit nos, & perreximus pariter ad locum ſecretum, in quo & pridie orationis cauſa fueramus: atque inde poſt orationem,dum veniremus ad conſtitutam domum,in itinere monebat nos,dicens. Audite me conſerui dilectiſsimi. Bonum eſt, vt vnuſquiſque veſtrûm,ſecundum quod poteſt, profit accedentibus ad fidem religionis noſtræ: & ideo non vos pigeat ſecundum ſapientiam, quæ vobis per Dei prouidentiam collata eſt:diſſerentes inſtruere ignaros:& docere,ita tamen,vt his,quæ à me audiſtis, & tradita ſunt vobis,veſtri tantùm ſermonis eloquētiam ſocietis. Nec aliquid proprium, H
Petrus ſermoni veritatis nihil vult addi, niſi eloquentiam. & quod vobis non eſt traditum proloquamini, etiam ſi vobis veriſimile videatur. Sed ea, vt dixi, quæ ipſe à vero Propheta ſuſcepta vobis tradidi, proſequamini:etiam ſi minus plenæ adſertionis eſſe videbuntur. Hinc enim ſæpe contingit declinare quoſdam à veritate, dum ſpeciem ſibi verioris & validioris veritatis, proprijs cogitationibus reperiſſe ſe credunt.His à Petro dictis,libenter annuimus: dicentes ei, nihil nos acturos, niſi quod ipſi videretur. Tum Ille: Vt ergo, inquit, ſine periculo exerceamini:me corã diſputate ſinguli:ita, vt vnus alij ſuccedat, ac ſuas vnuſquiſq; explicet quæſtiones. Nunc ergo, quomodo heſterno die Niceta ſufficienter diſſeruit:hodie ſermonem faciat Aquila:& poſt Aquilam Clemens: inde, ego: ſi tamen etiam me res popoſcerit aliquid addere.Intereà, dum huiuſcemodi ſermones cedimus, ad domum ventum eſt: in qua ſuſcipiens nos paterfamilias, introducit ad locum quendam,in ſimilitudinem theatri collectum,&pulchrè exædificatum:in quo

turbas

A turbas plurimas ex tempore noctis operientes nos reperimus: inter quos & Senex, qui pridie nobiſcum diſputauerat. Itaque medium habentes Petrum. ingredimur etiam nos, circumſpicientes, ſicubi cerneremus Senem: quem prior Petrus videns in medio turbæ latitantem, euocauit ad ſe, dicens: Clariorem multis animam poſsides, cur in occulto lates? & verecundia contegeris? accede huc magis, & quæ tibi videntur, exſequere. Vbi hæc dixit Petrus, ſtatim turbæ locum dare cœperunt Seni. Cúmque acceſsiſſet, ita cœpit: Eorum, quæ die heſterno proſequutus eſt iuuenis, etiamſi verba non memini: ſenſum tamen & ordinem teneo: & ideo neceſſarium puto propter eos, qui heſterno non adfuerunt, ἀνακεφαλαίωσιν facere eorum, quæ dicta ſunt, & breuiter cuncta repetere: vt etiamſi me aliquid effugerit, ab eo, qui proſequutus eſt, præſente, commonear. Hic ergo fuit heſternę diſputationis ſenſus, quòd omnia, quæ videntur, quoniam certa menſura & arte, formaque ac ſpecie conſtant, ſine dubio à ſapiente virtute facta ſint: vt rationis ipſius Prouidentia mundus regatur: eti-
B amſi nobis ea, quæ geruntur in mundo, minùs rectè geri videantur. Conſequitur autem, vt ſi creator omnium Deus eſt ac mens, ſit etiam iuſtus: quòd ſi iuſtus eſt, neceſſariò iudicat: ſi iudicat, neceſſe eſt, vt homines de ſuis actibus iudicentur: & ſi de actibus ſuis vnuſquiſque iudicatur, erit ergo inter iuſtos & peccatores, iuſtum quandoque diſcrimen.

Altera diſputatio Senis Fauſti, cũ Aquila.

Ἀνακεφ. i. ſũmatim repetere dicta. Vulgo vocant Recapitulationem.

αὕτη ἡ παντὸς τοῦ λόγου περιοχή, ἤδ' ὑπόθεσις. *hoc fuit totius orationis argumentum.*

Hæc fuit, vt opinor, totius verbi continentia. Si ergo oſtendi poteſt, quod mens ac ratio cuncta condiderit: conſequens eſt: & ea, quæ ſequuntur, ratione & Prouidentia geri. Si verò Natura imprudens & cæca gignit vniuerſa, perimitur ſine dubio iudicij ratio: nec diſcuſsio peccatorum, ac benefactorum remuneratio ſperabitur: vbi iudex non eſt. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent: non indignemini, ſi fortè paulò latiùs diſcuti hæc & pertractari voluero. In hoc enim mihi ad omnia, quæ proponuntur, velut prima ianua clauditur: & ideo hanc mihi ante om-
C nia aperiri volo. Nunc ergo audite, quæ dico: & reſpondeat mihi, ſi quis veſtrûm volet: non enim erubeſcam diſcere, ſi audiero, quod verum eſt, & rectè dicenti acquieſcere. Igitur heſterno à te habitus ſermo, qui aſſerebat, quòd arte, & menſura, & ratione cuncti conſtarent. non valde me ſuadet, mentem rationemque eſſe, quæ fecerit mundum: multa enim habeo, quæ oſtendam competenti menſura, ac forma, & ſpecie conſtare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præter ea video multa inconditè, inconſequenter, iniuſtè geri in mundo, & ſine Geneſis curſu nihil fieri poſſe: quod poſt omnia etiam ex meipſo manifeſtiſsimè adprobabo. Hæc cùm Senex diceret, Aquila reſpondit: Quoniam ipſe propoſuiſti, vt ad ea, quæ diceres haberet copiam reſpondendi, qui velit: concedit mihi frater meus Niceta hodie facere ſermonem. Et Senex: Proſequere, ait, fili, vt vis. Et Aquila reſpõdit. Promiſiſti, quòd oſtenderes multa eſſe in mundo, quæ formam ac ſpeciem æquali ratione collectam gerant: quæ tamen cõſtet, non effici per conditorem Deum. Nunc ergo, quod pro-
D miſiſti, oſtende. Et Senex: Ecce arcum videmus in cœlo, circulum tenere omni menſura collectum: & habere ſpeciem veri: quam fortaſsis nec mens cõcedere, nec deſcribere ratio potuiſſet: nec tamen hic ab aliqua mente fit. Ecce in breui totum propoſui, reſponde ad hæc. Tum Aquila: Non continuò, inquit, ſi quid ex typo & forma exprimitur, id intelligitur à ratione eſſe: ac ſine mẽte non fieri poſſe: quoniam typus ipſe, qui exprimit figuras ac formas, non ſine mẽte factus eſt. Verbi cauſa: cera, ſi adfigatur ſculpto annulo, imaginẽ quidem & figuram ſumit ex annulo, qui ſine dubio ſenſu caret: ſed annulus, qui exprimit effigiem, manu artificis ſculptus eſt: & mens fuit ac ratio, quæ typum annulo dedit. Ita ergo & àrcus exprimitur in aëre: Sol enim nubibus rareſcentibus radios ſuos imprimẽs, & humori nubilo velut cerę molli adfigens orbis ſui typum, arcus ſpeciẽ reddit: & efficit hoc ipſa, vt dixi, repercuſsio ſplendoris Solis in nubibus, atque ex illis fulgorem circuli eius reddens: fit autem hoc non ſemper, ſed cùm oportunitatem ſui, humectæ nubes rareſcendo præſtiterint.

Prima ianua ad agnitionem Dei.

Proponit Senex, obijciens, multam rerũ natura eſſe ἄτακτα: quæ autẽ Deo vel per Prouidentiam facta dicere ſit abſurdum.

1. obiect. Arcus cæleſtis non fit ab aliqua mente.

ὁμοιομ.

Arcus in cœlo ex repercuſſione ſolis vide Ariſtot. lib. 3.

περὶ μετεώρων. Plinius S. lib. 2.c.59.

Vnde & rurſus, cùm denſantur nubes & coeũt, arcus forma reſoluitur, & exoleſcit: E denique nunquam ſine Sole & nubibus arcus apparet: ſicut nec ſine typo & cera, & alia huiuſmodi materia, exprimitur imago. Non ergo mirum eſt, ſi conditor Deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimãtur ac ſpecies. Simile autem hoc & illi, quod ab initio Deus elementa inſenſibilia creauit: quibus ad reliqua omnia formanda, & explicanda vteretur. Sed & qui ſtatuas formant, typum priùs luci vel ceræ ſingunt: & ex ipſo redditur ſtatuæ effigies: tum deinde & vmbra redditur ex ſtatua, quæ vmbra per omnia formam ac ſimilitudinem ſtatuæ gerit. Quid ergo, dicemus inſenſibilem ſtatuam formare vmbram, tam diligenti, quàm ipſa ſtatua eſt, ratione collectam: an illi ſine dubio adſcribetur vmbræ collectio, qui & ſtatuam finxit? Si ergo tibi videtur hoc ita ſe habere: & ſufficit, quod de hoc dictum eſt: ad alia inquirenda veniamus: aut ſi aliquid adhuc deeſſe putas, repetamus. Et Senex ait: Volo, vt repetas de hoc: ſunt enim & alia multa, quæ ſimiliter fieri video: nam & fructus arborum ſimili modo pulchrè formati, & in rotundum mirè collecti, naſcuntur: & foliorum ſpecies ingenti decore formatur, atque exquiſita arte viridis membrana contexitur. Tum præterea pulices, mures, lacertas, & his ſimilia, nunquid & hæc dicemus à Deo fieri? Vnde ex his vilioribus, coniectura capitur meliorum: quod nequaquam mentis arte formentur. Benè, inquit Aquila, de foliorum textura, & de paruis animalibus colligis, quod ex his fides etiam melioribus deroganda ſit: ſed non te iſta decipiant, vt putes quaſi duabus ſolis manibus operantem Deum, non poſſe vniuerſa complere, quæ fiunt: ſed memento quomodo heſterno tibi frater meus Niceta reſpondit, & myſterium ante tempus aperuit, verè quaſi cum patre loquens: & cur, & quo modo fiant, hæc, quæ inutilia videntur, expoſuit. Et Senex: Cur iſta inutilia voluntate illius ſummæ mentis fiant, velim à te audire. Si inquit, liquidò apud te conſtat, quòd mentis & rationis opus in ipſis eſt, tum demum tibi etiam G cur facta ſunt, dicere non pigebit: & quod iuſtè facta ſint, edocere. Ad hæc Senex reſpondit: Non poſſum fili, ea, quæ videntur ex arte formata, dicere per mentem fieri: propter cætera, quæ iniuſtè & inordinatè fieri videmus in mundo. Si te, inquit Aquila, ea, quæ inordinatè fiunt, dicere, quòd per prouidentiam Dei facta ſint, non ſinunt. cur non ea, quæ ordinatè fiunt, dicere te, quòd à Deo facta ſint, cogunt? & quia irrationabilis Natura, opus rationabile proferre non poſſit? Certum eſt enim, nec omninò negamus, quia in hoc mundo quædã ordinatè quędã inordinatè fiant: ea ergo, quæ rationabiliter fiunt, crede: quòd per prouidentiã fiant: quæ verò irrationabiliter & inordinatè, quia naturaliter eueniãt, & fortuitò accidant: Miror autẽ non aduertere homines: quia vbi ſenſus eſt, poſſunt res ordinatè fieri & inordinatè: vbi autem nullus eſt ſenſus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit: ordinis autem curſus, ſi contrarium quid acciderit, quod ordinem turbet: neceſſariò inordinatum aliquid profert. Et Senex: Hoc ipſum mihi à te oſtendi volo. Non, inquit Aquila, morabor. Duo viſibilia ſigna monſtrantur in cœlo, vnum Solis, aliud Lunæ: hæc ſequuntur & aliæ quinque ſtellæ, diuerſos & proprios ſingulæ explicantes curſus. Hæc ergo Deus poſuit in cœlo, quibus aëris temperies pro ratione temporum diſpenſetur: & ordo viciſsitudinum permutationumque ſeruetur. Horum autem ipſorum miniſterio & ſi quando pro peccatis hominum plaga & correptio terris inijcitur: perturbatur aër: lues, animantibus: corruptio, frugibus: peſtilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit, vt vno eodemque miniſterio, & ſeruętur ordo & corrumpatur. Etenim palàm eſt incredulis & imperitis, quòd curſus Solis vtilis & neceſſarius mundo, per Prouidentiam datus ſemper ordinatus habeatur. Lunæ verò, ad comparationem curſus Solis, in augmentis & detrimentis ſuis apud imperitos inordinati curſus videntur & incompoſiti. Nam Sol certis diſtinctionibus & ordinatis mouetur: ex ipſo enim ſunt horæ: ex ipſo, dies, cùm aſcenderit: ex ipſo etiam, nox, cùm occiderit: ex ipſo, menſes & anni numerantur: ex ipſo, viciſsitudines temporum fiunt: dum ad ſuperiora conſcendens, ver temperat:

2. obiect. (margin, beside "renda veniamus")

F (margin, beside "Volo, vt repetas")

Contemptiſsima quæq; animalia à Deo creantur.

Eadem prima Recognitione Barnaba Euangelium docenti obiecta, retulit ſuprà B. Clemẽs.

βίαιον.

Solutio.

Geneſ. 1. (margin, beside "plicantes curſus")

A perat: vbi autem ad ſummum cœli venerit, æſtiuos accendit calores: decidens rurſus, autumni temperiem reddit: vbi verò ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage cœli, rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Sed de his aliás latiùs diſſeremus. Nunc interim, cùm ſit iſte miniſter bonus, ad viciſsitudines temporum moderandas: tamen, vbi ſecundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandeſcit acriùs, & vrit mundum vehementioribus flammis. Similiter autem & Lunæ curſus, atque hæc, quæ imperitis videntur, inordinata permutatio, incrementis frugum, & pecudum, omniumque animantium commoda eſt: agmentis enim eius detrimentisque mira quadam prouidentiæ arte, omne, quod gignitur, alitur, & creſcit: de quibus latiùs proſequi poſſemus, & aperire de ſingulis rationem, niſi nos propoſitæ quæſtionis ordo reuocaret. His tamen ipſis eiſdemque miniſterijs quibus gignuntur, aluntur, augentur vniuerſa: cùm fuerit iuſta aliqua ex cauſa ordinis inſtituti mutata temperies: corruptio oritur & intemperantia: vt in homines, ſicut ſuprà

B diximus, caſtigatio, Dei voluntate, procedat. Sed fortaſſe dices: quid? quòd in iſta communi caſtigatione ſimilia impij patiuntur & pij? Verum eſſe etiam nos fatemur: ſed pijs, caſtigatio ad profectum cedit, vt in præſenti vita adflicti, purgatores veniant ad futuram: in qua perpetua eis requies præparata eſt. Simul autem, vt & impij aliquantulum ex ipſorum caſtigatione proficiant: aut iuſta in eos feratur iudicij futuri ſententia, cùm in eiſdem caſtigationibus, iuſti quidem gratias egerint Deo: iniuſti autem, blaſphemauerint. Igitur cùm in duas partes rerum diuidatur opinio, quòd alia per ordinem, alia contra ordinem fiant: ex his quidem, quæ ſecundum ordinem fiunt, oportuit credi eſſe prouidentiam: de his verò, quæ contra ordinem geruntur, cauſas requirere ab his, qui eas per doctrinam propheticam dedicére: quibus enim innoteſcere potuit ſermo propheticus, ſciunt, quando, & ob quam cauſam ærugo, grando, peſtilentia, & horum ſimilia per ſingulas quaſque generationes exorta ſint: & ex quibus peccatis hæc ad vindictam data ſint: vnde humano generi cau

Obiectio alia διάπρό λεψεως.

Quamobrẽ pij cum impijs aliquãdo affligantur.

C ſa triſtitiæ: vnde gemitus ac dolores acciderint: vnde etiam tremoris languor aduenerit: & quod hæc ab initio fuerit vindicta parricidij. Nam ab origine mundi nihil horum fuit: ſed ex impietate hominum, initium mala iſta ſumpſére: & inde ſemper creſcentibus iniquitatibus, & malorum numerus creuit. Sed idcirco diuina Prouidentia iudicium erga omnes ſtatuit: quia præſens ſeculum non erat tale, in quo vnicuique poſsit pro meritis diſpenſari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo acciderunt, malis, illa contemplanda ſunt, quæ ab initio, cùm nullæ malæ cauſæ exiſterent, bene & ordinatè inſtituta ſunt: denique ad indicium eorum, quæ ab initio fuêre, inueniuntur nonnullæ gentes, alienæ ab huiuſmodi malis. Nam Seres, quia caſtè viuunt, expertes habentur horum omnium: quia neque, poſt conceptum adiri vltrà apud eos fęminam, fas eſt: neq;, cùm purgãtur, carnibus ibi immundis vllus veſcitur: ſacrificia nemo nouit: ſecundum iuſtitiam omnes ſibiipſis iudices

Calamitates nobis in uindictam datæ ſunt.

D fiunt. Idcirco neque caſtigantur iſtis plagis, quas ſuprà diximus: & plurimum temporis in vita durantes, abſq; ægritudine finiunt vitam. Nos autem miſeri, velut cum ſerpentibus peſsimis habitantes, cum hominibus dico iniquis, perferimus neceſſariò cùm ipſis afflictionum plagas in hoc mundo: ſed ſpem gerimus, ex conſolatione futurorum bonorum. Si propter iniquitates, inquit Senex, aliorum, cruciantur etiam iuſti, oportuit Deum tanquam prouiſorem iubere hominibus, vt non facerent ea: ex quibus, neceſſe eſſet cum iniuſtis affligi etiam iuſtos: aut facerent emendationem aliquam, aut purificationẽ mundo adhiberẽt. Iuſsit, inquit Aquila, Deus hæc, & dedit præcepta per Prophetas, quomodo homines viuere deberent: ſed & hæc cõtempſerũt: imo verò & eos, ſi qui fortè obſeruare cupiebant, diuerſis iniurijs affixerũt: donec etiam ipſos a propoſita obſeruatione deijcerẽt, & ad incredulitatis nihilominus verterent turbam: ſibiq; ſimiles efficerent. Propterea deniq; ab initio cum fuiſſet omnis terra maculata peccatis, Deus diluuiũ mundo induxit, quod vos ſub Deucalione factũ dicitis: & tunc vnũ quendam iuſtum cum filijs ſuis in Arca reſeruauit:

Seres innocentes, miteſq; eſſe teſtantur & Plin. lib. 6. ca. 17. nat. hiſt. Populi orientales, lanitio nobiles. Vnde Sericum dicitur Solinus idem refert in Polyhiſtore, cap. 63.

Ezech. 2.

Peccatũ diluuio vltus eſt Deus.

& cum eo omnium ſeminum.omniumque animantium genus. Et tamen etiam, qui E
ex ipſis nati ſunt, tempore intercedente, rurſus ſimilia prioribus agunt: obliuioni enim, quæ acciderant, data ſunt: ita, vt poſteri ne hoc ipſum quidem crederent, quod diluuiũ factum eſt: Vnde & ſtatuit Deus in preſenti ſeculo vltrà non fieri diluuium: alióqui ſecundum rationem peccatorum, neceſſe erat etiam per ſingulas generationes hoc fieri, infidelitatis gratia: ſed magis indulſit per ſingulas gẽtes, angelos quoſdam agere principatum, qui malis gaudent: quibus tamẽ ea conditione poteſtas aduerſum vnumquemque mortalium data eſt, ſi priùs ſe ipſe quis peccando eis feciſſet obnoxium: donec adueniret ille, qui bonis gaudet: & compleretur per ipſum numerus iuſtorum: & per omnem mundum creſcente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas: & innoteſceret omnibus, quod omne, quod bonum eſt, à Deo ſit. Ex arbitrij autem libertate vnuſquiſq; hominum, dum incredulus eſt de futuris, per malos actus incurrit mala. Et hæc ſunt, quæ videntur in mundo contra or- F
dinem geri: quibus cauſas, vt eſſent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia eſt diuinæ Prouidentiæ diſpenſatio: quæ his, qui initio fuerint, bonam quidem viam vitæ incedentib. bonis incorruptibilibus dedit perfrui: vbi verò peccauerint, mali originem peccato pariente ſumpſerunt. Et vnicuiq; bono quaſi quodam coniugij fœdere, ex parte peccati ſociatum eſt malum.

Omne bonum à Deo Iacob. 1.

Malum bono tanquã ex fœdere adhæret.

Sic Phauorinus apud Gellium, libro ſexto, ca. primo: non per naturam ait, ſed κατὰ παρακολούθησιν ſiue iuxta conſequentiam mala eſſe. quòd ex contrario conſequatur, vt cùm in rerum natura bona ſint, contrà ſint & mala. At hi Adæ noſtri Euæque peccatum neſciêre.

Quoniam quidem humano ſanguine terra polluta eſt: & aer dæmonibus ſuccenſæ: aërem quoque ipſum inceſto ſacrificiorum fumo temerârunt: & ita demum corrupta priùs elementa, hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fructibus tradiderunt. Vide ergo in hoc, vt dixi, quàm iuſtè vitiatis rebus Prouidentia diuina ſuccurrat: vt quoniam bonis Dei, mala, quæ ex peccato originem ſumpſerant, G
ſociata ſunt: duabus his partibus, duos principes poneret. & ei, qui bonis gaudet, bonorum ordinem: qui ad fidem Prouidentiæ ſuæ, credentes adducere ſtatuit: ei verò, qui malis gaudet, ea quæ contra ordinem & inutiliter gerũtur: ex quibus ſine dubio etiam prouidentiæ fides in dubium veniat: & habita eſt per hoc à iuſto Deo iuſta diuiſio. Hinc ergo eſt, quod cùm ordinatus aſtrorum curſus, fidem faciat manu artificis conditũ mundum: rurſum conturbatio aëris, aura peſtilens, fulminũ vagi ignes, Prouidentiæ opus refellant. Habent enim, vt diximus, ſingula quæq; bona, contraria & coniuncta ſibi mala: vt fœcundis imbrib. grando inimica eſt: vt rori placido, rubiginis eſt ſociata corruptio: vt ventis lenibus, procellarum turbines iuncti ſunt: fructuoſis arboribus, infructuoſæ: herbis vtilibus, noxiæ: animalibus mitib. fera & perniciosa connexa ſunt: Hęc autem omnia poſtea ſunt à Deo, pro eò, quòd hominibus voluntas arbitrij à bonorum propoſito diſceſsit: & declinauit ad mala. Igitur in omnibus mundi rebus habetur iſta diuiſio: & ſicut ſunt pij, ita & impij: vt ſunt Prophe- H
tæ, ita & falſi Prophetæ. Sed & apud Gentiles ſunt philoſophi, ſunt & falſi philoſophi. Iudæorum quoque circuncisionem Arabicæ gentes, aliæque plurimæ ad miniſterium ſuæ impietatis imitati ſunt: Sic & diuino cultui, eſt contrarius dæmonum cultus: & baptiſmo, baptiſmus:

Arabes circũciſionem Iudæorum ſunt imitati. Abuſus multarum rerum.

Vt Marcion. ter repeti lucre baptiſma dixit: teſte Epiph hæreſi 42. Et Eunonius docuit Ἀναβαπτισμ: Nicephorus Call. libr. 11 cap. 11.

Et legi, leges: & Apoſtolis, pſeudapoſtoli: & doctoribus, falſi doctores. Et inde eſt, vnde apud philoſophos, alij aſſerãt prouidentiam: alij negent: alij vnum Deum, alij plures defendunt. Vſq; ad hoc res deniq; acceſsit, vt cùm verbo Dei fugentur dæmones: per quòd eſſe prouidentia declaratur: inuenerit ars magica, ad infidelitatem confirmandam, quó etiam hoc ex contrarijs imitetur. Sic ſerpentũ venena mitigare carminibus, inuentum: & verbo ac poteſtati Dei contrarias inducere ſanitates. Angelis qnoq; Dei contraria reperit ars magica miniſteria: animarũ ſuſcitationes cõtra

hæc,

A hæc,& figmenta dæmonũ potens.Et ne multa enumerãdo, ſermonẽ longiùs trahã: nihil omninò eſt,quod fidẽ prouidentiæ facit,& nõ habeat è cõtrario aliud ad infidelitatẽ paratũ: & ideo qui ignorãt iſtam diuiſionẽ rerum, pro his, quæ à ſemetipſis diſcordant in mundo,nõ putant eſſe Prouidentiã. Sed tu pater, quaſi vir ſapiens, ex iſta diuiſione elige partẽ, quæ ordinẽ ſeruat, & fidẽ Prouidentiæ facit: & nõ ſolùm ſequaris illam partẽ, quæ cõtra ordinẽ currit: & prouidentiæ derogat fidẽ. Ad hæc Senex reſpondit: Da mihi viã,fili,qua poſsim ex duobus iſtis ordinibus, quorũ alter aſſerit,alter refutat prouidentiã. vnum aliquẽ in meis ſenſibus cõfirmare. Rectũ,inquit Aquila,habenti iudiciũ facile diſcrimẽ eſt:nam & hoc ipſum,quod ais,ordo & inordinatio,ab artifice fieri poteſt: nã. verbi gratia, ponamus de excelſa rupe abruptum ſaxũ in præceps ferri,idq; illiſum ſolo in multa fragmenta cõminui: nunquid euenire vllo modo poteſt,vt in illa multitudine fragmentorũ, inueniatur vnũ ſaltẽ fragmentũ, in quo perfecta aliqua ſpecies per omnia habeatur ac forma? Et Senex
B reſpondit:Nõ poteſt.Quod ſi adſit,inquit Aquila,ſignorũ artifex,exciſum de monte ſaxũ manu artifice & ſenſu rationabili formare,in quã velit ſpeciem,poteſt.Et Senex.Verum,inquit,iſtud eſt.Ergo,ait Aquila,vbi ſenſus nõ eſt rationabilis,nulla ſpecies ex integro formari poteſt:vbi aũt ſenſus eſt artifex,ibi & forma,& informitas eſſe poteſt: verbi gratia,ſi excidat è mõte ſaxũ artifex,cui formã velit imponere: neceſſe eſt,vt id primò informe cædat & barbarũ: tum deinde paulatim excudens, & ad libram ſuæ artis exſculpens,exprimat formã,quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate,artificis manu peruenitur ad formã: & vtrunq; ab artifice procedit: ſimili igitur modo,& ea,quæ in mundo geruntur,per artificis prouidẽtiam fiunt,etiãſi minùs ordinata videantur.Et ideo, quia tibi duæ iſtæ innotuerunt viæ, earũq; accepiſti diuiſiones,fuge infidelitatis viam,ne fortè perducat te ad illum principem,qui malis gaudet: ſequere fidei viam, vt peruenire poſsis ad Regem illũ, qui bonis hominibus gaudet. Ad hæc Senex reſpondit: Cur aũt & princeps ille, qui
C malis gaudet, factus eſt? &, vnde factus eſt, aut, non eſt factus? Aquila ait: Alterius *Alia quæſtio de mali auctore.* temporis eſt iſte tractatus: verùm,ne expers abeas etiam huius reſponſionis,pauca tibi de hoc quoq; inſinuabo. Præſcius omniũ Deus ante conſtitutionẽ mundi,ſciens, *Cur facti dæmones?* quod futuri homines,alij quidem ab bona, alij verò ad cõtraria declinationi eſſent, eos,qui bona elegerint,ſuo principatui,& ſuæ curæ ſociauit: atq; hæreditatem ſibi eos propriã nominauit: eos verò,qui ad mala declinarent, Angelis regendos permiſit: *his,qui non per ſubſtantiã,ſed per propoſitũ cum Deo permanere noluerunt, **Vnde?* inuidiæ & ſuperbiæ vitio corrupti:dignos ergo dignorũ principes fecit.Ita tamẽ eos tradidit,vt nõ habeant poteſtatem in eos faciendi, quod volunt: niſi ſtatutũ ſibi ab initio terminũ tranſeant.Hic eſt aũt ſtatutus terminus,vt,niſi quis priùs fecerit dæmonum voluntatẽ: dæmones in eo non habeant poteſtatem.Et Senex ait. Magniſicè proſequutus es, fili: ſupereſt nunc,vt dicas,vnde ſit ſubſtantia mali? ſi enim à Deo facta eſt,fructus malus radicem culpabilem docet: videtur enim & ipſa malæ natu-
D ræ: ſi verò coæterna fuit hæc ſubſtãntia Deo,quomodo poteſt,quod æqualiter ingenitum & coęternũ eſt,alteri eſſe ſubiectum?Nõ ſemper fuit,inquit Aquila:ſed neq; ſi ex Deo facta ſit, continuò neceſſe eſt, etiam conditorem eius talem videri, quale eſt illud,quod ab eo factum eſt: nam ſubſtantias quidem Deus fecit omnium.Sed ſi rationabilis mens,quæ à Deo facta eſt, nequaquã conditoris ſui legibus acquieſcit: & modum ſtatutæ ſibi temperantiæ excedit,quid hoc ad conditorẽ ſpectat?vel ſi aliqua eſt ratio hæc ſuperior,ignoramus: neq; enim de ſingulis ad perfectum ſcire poſſumus: & de his præcipuè,pro quibus non ſumus iudicandi,cur ignoremus. Ea verò,pro quibus iudicandi ſumus,faciliſsima ſunt ad intelligendum: & penè vno ſermone abſoluuntur. *Chriſtiani quædam tutiùs ignorãt, quàm inueſtigãt.* Omnis enim propemodum actuum noſtrorum in eo colligitur obſeruantia,vt,quod ipſi pati nolumus, ne hoc alijs inferamus: ſicut enim ipſe occidi non vis, caueas oportet, ne alium occidas. Et, ſicut tuum non vis violari matrimonium,nec tu alterius macules thorum: furtum pati non vis? nec ipſe facias:

& intra hanc regulam, humanorum geſtorum ſingula quæque concurrunt. Tum E Senex: Næ ægrè, inquit, accipias fili, quod dicturus ſum: ſermones tui quamuis validi ſint: non poſſunt tamen flectere me, vt credam, fieri aliquid poſſe extra Geneſim. Scio enim, omnia mihi neceſsitate Geneſis accidiſſe: & ideo ſuaderi mihi nõ poteſt, quod vel bene, vel malè agere in noſtra poteſtate ſit: & ſi actus noſtros in poteſtate non habemus, non poteſt credi futurum eſſe iudiciũ: per quod vel malis, pœnæ: vel bonis, præmia tribuantur. Deniq;, quoniam te imbutum video in huiuſcemodi diſciplinis, pauca tibi ex ipſa arte proferam. Si, inquit Aquila, ex ipſa diſciplina adſtruere aliquid cupis, frater meus Clemens tibi diligentiùs reſpondebit: qui pleniùs ſcientiã matheſis ádtigit: ego enim alijs vijs adſerere poſſum, quod actus noſtri in noſtra ſint poſiti poteſtate: iſta aũt, quæ non didici, præſumere nõ debeo. Cùm hæc Aquila dixiſſet, ego Clemens: Craſtino, inquam, dices, pater, vt voles, & audiemus libenter. nam & te puto gratè habiturum, quòd cum his tibi erit ſermo, qui expertes non F ſunt eius, quam protuleris, diſciplinæ. Cùm ergo placuiſſet inter me & Senem, vt ſequenti die diſputatio nobis de ratione Geneſis haberetur. vtrum omnia ex ea fieret, an eſſet aliquid in nobis, quod non Geneſis, ſed animi iudicium gereret: Petrus ſurrexit, & ſermonem facere hoc modo cœpit: Mirum mihi admodũ eſt, quòd res, quæ facilè inueniri poſſunt, homines exquiſitis cogitationibus ac verbis difficiles faciunt: & hi maximè, qui videntur ſibi ſapientes: quiq; volentes Dei voluntatem comprehendere, quaſi homine, vtuntur Deo: imò & ſi quid minùs: nam hominis cõſilium vel ſenſum ſcire nemo poteſt, niſi ipſe prodat, quid cogitauerit: ſed neq; artem quis diſcere poteſt, niſi multo tempore à magiſtro fuerit imbutus: quantò magis inuiſibilis & incõpræhenſibilis Dei, neq; ſenſum neq; opus ſcire quis poteſt, niſi ipſe mittat Prophetam, qui enarret conſilium ſuum, & viam conditionis exponat? in quantum diſcere hominibus fas eſt. Vnde ridiculum puto, cùm naturalibus vijs de virtute Dei homines iudicant, & putant hoc quidem ei eſſe poſsibile: illud verò impoſsibile: aut hoc maius, illud minus: ignari omnium: qui cùm ſint homines iniuſti, iudicant Deum iuſtum: artificem, imperiti: incorruptibilem, corrupti: factura, factorem. Et nolo putetis, quia hæc dicens, iudicandi de rebus adimo facultatem: ſed conſilium do, ne per diuina quis incedens, ſine fine incurrat errores. Et ideo non ſolùm ſapientibus, ſed & omnibus hominibus, qui deſiderium gerunt agnoſcendi, quod ſibi expedit, ſuadeo, vt requirant verum Prophetam: quia ipſe ſolus eſt, qui nouit omnia: & ſcit, quid, & quomodo vnuſquiſque quærat. Ineſt enim intra vniuſcuiuſq; noſtrùm mentem: ſed in illis quidem, qui deſiderium Dei agnitionis & iuſtitiæ eius nullum gerunt, ociatur. In his verò, qui, quod animæ ſuæ expedit, quærunt, operatur: & ſcientiæ lumen accendit. Propter quod primò omnium hunc requirite: quem ſi non inueneritis, ab alio vos agnituros aliquid non ſperetis. Inuenitur autem citò ab his, qui veritatis amore perquirunt: & quorum anima præoccupata non tenetur in malitia. Adeſt enim his, qui eum in innocentia ſpiritus ſui H deſiderant: qui per patientiam ſuſtinent: & ſuſpiria de profundo cordis, veritatis amore producunt: fugit autem maleuolas mentes: quia, vt Propheta, cognoſcit cogitationes vniuſcuiuſque. Et ideo nemo putet eum per prudentiam ſuam inuenire poſſe: niſi, vt ſuprà diximus, mentem ſuam omni nequitia vacuam effecerit: atque agnitionis eius deſiderium purum & fidele conceperit. Vbi enim talem ſe quis præparauerit, ipſe vt Propheta, videns præparatam mentem, ſponte ſe adhibet ad agnoſcendum. Si quis igitur vult omnia diſcere, non per ſingula diſcutiens, (neque enim poterit, cùm ſit mortalis, Dei inueſtigare conſilium, & ipſam immenſitatem perſcrutari) ſed ſi diſcere, vt diximus, omnia deſiderat, verum Prophetam requirat. Quem cùm inuenerit, non quæſtionibus & diſputationibus, neq; argumentis cum eo agat: ſed, ſi quid reſponderit: ſi quid pronunciauerit: hoc certũ eſſe, non poteſt dubitari. Et ideo quæratur verus Propheta ante omnia, & eius verba teneantur: in quibus illud tantummodo diſcutiendum vnicuiq; eſt, vt ſatisfaciat ſibi: num verè Prophe-

παρασκευὴ ad futuram diſputationem.

Clemens matheſeos fuit doctus.

Finem diſputationi imponit Petrus, docẽs, in infinitũ progredi diſputatiões: conſulendũ potiùs IESVM, qui de reb. omnibus certò & verè docuerit.

Sic Paulus, Act. 17.

Chriſtus in nonnullis hominibus ocioſus eſt.

Sapient. 1.

Prudentia humana cæcutit in rebus diuinis.

Habes albam, vt ita

A Prophetica eius verba ſunt: id eſt, num indubitatam fidem contineant futurorum: *dixerim,*
num tempora definita conſignent. num rerum ordinem ſeruent: anne, quæ prima *lineam ad*
ſunt, nouiſsima: &, quæ in nouiſsimis geſta ſunt, prima narrarint: num nihil verſu- *quam exi-*
tum, nihil magicâ arte ad decipiendum compoſitum, contineant: aut ſi nõ, quæ alijs *gas prophe*
reuelata ſunt, ad ſe tranſtulerit, àdmixtis mendacijs. Et cùm his omnibus recto iudi- *tias.*
ciò diſcuſsis, verba conſtiterit eſſe prophetica: ita demum credi eis de omnibus, qui-
bus dixerint, & reſponderint, debet. Etenim conſideremus diligentiùs opus diuinæ
Prouidentiæ. Nam, quod Philoſophi introduxerunt verba ſubtilia quædam & dif-
ficilia, ita, vt ne ipſa quidem vocabula ſermonum, nota eſſe omnibus poſſent & in- *Rom. 1.*
telligibilia: Deus eos, qui ſibi artifices verborum videbantur, per omnia imperitos *1. Cor. 1. 3.*
eſſe erga agnitionem veritatis oſtendit. Simplex enim eſt, & manifeſta, ac breuis re-
rum ſcientia: quæ per verum Prophetam traditur: quam iſti per deuia incedentes
ſcrupeas verborũ difficultates, tota ignorauerunt via. Igitur verecundis & ſimplici-
B bus mentibus, cùm viderint fieri, quæ prædicta ſunt, ſatis abundeq; ſufficit, vt de cer
tiſsima præſcientia, certiſsimam ſcientiam capiant: & de cætero requieſcant, euiden-
ti agnitione veritatis adſumpta: cætera omnia æſtimatione tractantur, in quibus fir-
mum nihil eſſe poteſt. Quis enim ſermo eſt, qui non recipiat contradictionem? &
quæ argumentatio eſt, quæ non poſsit alia argumentatione ſubuerti? & inde eſt,
quod ad nullum finem ſcientiæ & agnitionis per huiuſmodi diſputationem perue-
nire homines poſſunt: priusq; finem vitæ inueniunt, quàm quæſtinonum. Et ideo
cùm in his omnia habeantur incerta, ad verum Prophetam veniendum eſt: quem
Deus pater, volens ab omnibus diligi, hæc, quæ homines induxerunt, in quibus ni-
hil poteſt adprehendi, voluit penitùs extinguere: vt eò magis iſte quæreretur, &
quàm illi obcluſerant, hic hominibus viã veritatis aperiret. Propter hunc enim Deus
etiam mundũ fecit: & ab ipſo mundus repletur: vndè & quærentibus ſe adeſt vbiq;,
etiamſi in vltimis terræ finibus quæratur. Si verò nõ purè eum quis, nec ſanctè, neq; *Act. 17.*
C fideliter quærat, intra ipſum quidem eſt, quia vbique eſt: & intra ſenſus om-
nium inuenitur. ſed, vt ſuprà diximus, infidelibus dormit, & abſens ha-
betur his, à quibus eſſe non creditur. Cumq; hæc & alia huiuſmo-
di Petrus de vero Propheta proſequutus eſſet, turbas dimi-
ſit. Senem verò cùm rogâſſet plurimùm permane-
re nobiſcum, obtinere non potuit.
ſed & ipſe diſceſsit, alia
die, ſicut
placuerat, rediturus. Et poſt hæc nos vnà cũ Petro ingreſ-
ſi hoſpitium, cibo & quiete ſolito vtimur.

D

ARGV-

ARGVMENTVM IX. RECOGNITIONVM LIBRI, PER L. GRVTERVM VENRADIVM.

TErtia IX. hoc libro Senis adhuc ignoti diſputatio cum ipſomet Clemente habita perſcribitur. Initio Petrus ſeſe explicat, quomodo pridie dixerit, ſine propheta nihil certò ſciri poſſe. cui ſuccedit Clemens, eruditè docens, vndénam ſit natus ille error, aſtris vt mala aſſcribantur: imputenturq́; tum, vnde hæc rerum in vita inæqualitas: demum, quod Aquilæ propoſuerat Senex, vnde ipſum malum, quoq́; modo depellendum. obijcit Senex, conſtellationibus multos ad crimina cogi: enarratis exempli cauſa ſchematis aliquot. hunc rurſum Clemens modeſtiſsimè ſimul & doctiſsimè cōfutat: monſtratis erroris huius falſitatisq́; cauſis: ad quæ nihil ille aliud, niſi, quod miſerrimi ſui caſus, quem ſua ſibi Geneſis viſa ſit præſagire, ſchema referat. ex hac fatalium ſuorum malorum enarratione, trium fratrum, cum quibus fuit congreſſus, parens eſſe deprehenditur mirabiliter: redditur ſuis. Matthidia, optatum recuperat maritum: caſtiſsimam hic vxorem: cariſs. illi patrem. Eſt certè hæc Clementis perdocta diſputatio, de mali cauſis & remedijs: digna me hercule, quam accuratè legant omnes. mirum, quàm fidem ille rectamq́; περὶ τῆς προνοίας ſententiam pulchrè philoſophicis & naturæ rationibus confirmet. Petrus denique ſanat dæmoniacam.

RECO-

A

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER NONVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE interprete.

SEQVENTI die Petrus vnà nobiſcum maturè ad locum, in quo pridie habita fuerat diſputatio, properauit: atq; ibi, cùm plurimas iam ad audiendũ conueniſſe turbas, & Senem cum B eis videret: ait ad eum: Heſterno die, ô Senex, cum Clemente placuerat, vt hodie ſermo fieret: &, aut tu oſtenderes, nihil extra Geneſim fieri. aut Clemens doceret, Geneſim nõ eſſe. Ad hæc Senex reſpondit: Et quid placuerit, memini: & tua verba teneo: quæ poſt pactiones loquutus es, quibus docuiſti, impoſsibile eſſe homini ſcire aliquid, niſi à vero Propheta didicerit. Et Petrus: Neſcis, inquit, quomodo dixerim: ſed nunc te ego commonebo: de voluntate dixi, & conſilio Dei, quam habuit, priuſquàm mundus eſſet: &, quo conſilio fecerit mũdum: tempora ſtatuerit: legem dederit: iuſtis, bonorum remunerationem, futurum ſeculum promiſerit: iniuſtis, pœnas ex iudicij ſententia ſtatuerit: hoc ego dixi conſilium, & hanc voluntatem Dei, ab hominibus inueniri non poſſe: quia nemo hominum poteſt ſenſum Dei coniecturis & æſtimatione colligere, niſi Propheta ab eo miſſus enunciet. Non ergo de quibuſcunq; diſciplinis, aut ſtudijs dixi: quod inueniri ſine Propheta, aut ſciri non poſsint: quippe, qui ſciam & artificia, & diſciplinas C ſciri: & exerceri ab hominibus, quas non à vero Propheta: ſed à magiſtris hominibus didicerint. Quoniam ergo te profeſſus es gnarum eſſe poſitionis ſiderum, & ſtellarum curſus: ex quibus conuinceres Clementem, quòd Geneſi omnia ſubiaceant: aut ab ipſo diſceres, quòd per Prouidentiam regantur vniuerſa, & ſit etiam aliquid in nobis: hoc expedire vos conuenit. Ad hæc Senex reſpondit: Iam quidem neceſſarium non erat, huiuſmodi mouere quæſtiones: ſi poſsibile eſſet nobis à vero Propheta diſcere, & audire, definita ſententia: quod ſit aliquid in nobis & in arbitrij poſitum libertate: valde enim me ſermo tuus mouit heſternus, in quo de virtute prophetica diſputâſti: vnde & ego aſſentio, & confirmo ſententiam tuam, quia nihil poteſt ab homine certum indubitatumq; cognoſci: cui & exiguum vitæ tempus eſt, & breue ac tenue ſpiramen, quo retineri videtur in vita. Veruntamen, quoniam priùs, quàm de prophetica virtute aliquid audirem, pollicitus videor Clementi, vt oſtenderem, quod omnia ſubiecta ſint Geneſi: aut ab ipſo diſcerem, quod ſit aliquid & in D nobis: præſtet mihi ipſe in hoc gratiam, vt primus incipiat: &, quæ obijci poſſunt, proponat & abſoluat: ego enim, ex quo paucis à te audiui de virtute prophetiæ, magnitudinem præſentiæ cõſiderans, obſtupui fateor: nec omninò recipiendum quicquam cenſeo, quod coniecturis & æſtimatione colligitur.

Explicat Petrus, quomodo dixerit, ſine propheta IESV nihil certò ſciri poſſe.

Clementis oratio, vnde natus ſit error. tribuendi malorum cauſas aſtris, & vnde hæc in vita inæqualitas?

Et cùm hæc Senex dixiſſet, ego Clemens dicere ita cœpi: Deus per filium ſuum creauit mundum, tanquam duplicem domum: interiectu firmamenti huius, quod cœlum appellatur, diſtinctam: & in ſuperiori quidem angelicas habitare virtutes: in iſto autem viſibili mundo, naſci hominum multitudinem dedit: ex quibus eligeret amicos filio ſuo, cum quibus lætaretur: &, qui ei tanquam ſponſo, dilecta ſponſa pararentur.

Renouata

 E

Renouata eſt noſtro tempore de Cœlo diſputatio, ſit'ne aliquo certo loco, necne. Clara hîc cernitur ſententia: quæ eſt & Petri, libro primo. Putatum quidem fuit à quibuſdam patribus olim, certo loco, non in cælis, ante diem nouiſſimum detineri beatas animas: ſed ab Eccleſia damnata atque exploſa eſt hæc ſententia, 2. Cor. 5. Paulo clarè dicente, conſultiùs eſſe peregrè abeſſe à corpore, & apud Deum præſentes eſſe.

Verùm vſque ad nuptiarum tempus: quod eſt præſentia ſeculi venturi: ſtatuit virtutem quandam, quæ ex his, quæ in mundo naſcuntur, eligat, & cuſtodiat meliores: ac ſeruet filio ſuo, ſequeſtratos in loco quodam mundi, qui extra peccatum eſt: in quo iam ſunt aliquanti, qui ibi velut ſponſa, vt dixi, decora, ad ſponſi præſentiam præparantur. Nam mundi huius & præſentis temporis princeps, adultero ſimilis eſt: qui mentes hominum corrumpit, ac violat: & à deſiderio veri ſponſi ſeducens, illicit ad aliena deſideria. Sed dicit aliquis: Quid ergo neceſſe erat iſtum principem fieri, qui à vero principe mentes hominum declinaret? Quoniam Deus, qui, vt dixi, filio ſuo amicos voluit præparare: non eos tales eſſe voluit, qui neceſsitate naturæ, aliud quid eſſe non poſſent: ſed, qui arbitrio ſuo & voluntate, boni eſſe deſiderarent: F
quia nec laudabile eſt, quod non eſt deſiderabile: nec bonum iudicatur, quod non propoſito expetitur: nihil enim laudis eſt, id eſſe, à quo te mutari naturæ neceſsitas non ſinat: Prouidentia ergo Dei, hominum multitudinem naſci in hoc mundo voluit: vt ex pluribus eligerentur, qui iuſtam diligerent vitam. Et quia præſentem mûdum præuidit non aliter poſſe, niſi diuerſitate & inæqualitate conſtare: ſecundum præſentium rerum diuerſitates, vnicuiq; menti libertatem mortuum dedit: & hunc principem poſuit: quo ea, quæ contraria videntur, agitante, electio meliorum, virtutis opere conſtaret. Sed vt planiùs fiat, quod dicimus, per ſingula exponemus. Nunquid omnes, verbi gratia, oportebat eſſe in hoc mundo Reges, aut Principes, aut Dominos, aut pædagogos, aut legiſperitos, aut geometras, aut aurifices, aut piſtores, aut fabros, aut grammaticos, aut diuites, aut agricolas, aut olitores, aut piſcatores, aut pauperes? hæc certum eſt, quod omnes eſſe non potuerint. Omnia tamen hæc officia, & multò plura, præſens vita hominum requirit: & ſine his tranſigi G
non poteſt: eſt ergo neceſſaria in hoc mundo inæqualitas. Nô enim poteſt eſſe Rex, niſi habeat, quos regat, & quibus imperet: neque poteſt eſſe Dominus, niſi habeat, cui dominetur: & cætera, ſimiliter. Sciens ergo conditor, à nullo ſponte veniri adagonem, dum refugitur labor: hoc eſt, ad exercendas artes iſtas, quas ſuprà diximus, per quas vel iuſtitia vniuſcuiuſque, vel miſericordia manifeſtari poteſt: corpus homini fecit, quod famem, & ſitim, & frigus reciperet: vt reficiendi corporis cauſa compulſi homines, ad omnes, quas ſuprà expoſuimus, artes, victus neceſsitate deſcéderent. Cibi enim & potus atq; indumêti gratia, ſingulas quaſq; artes expetere edocemur. Et hîc iam vniuſcuiusq; mentis propoſitum declaratur, vtrum neceſsitatem famis & frigoris, per furta & homicidia, ac periuria ſarciat, perq; alia huiuſmodi ſcelera: an iuſtitiam, miſericordiam, continentiamq; cuſtodiens: artis ſtudio & manuũ labore, imminentis neceſsitatis expleat miniſteriũ. Si enim cum iuſtitia & pietate, ac H
miſericordia, neceſsitatem corporis tranſigat: velut propoſiti agônis victor, amicus filij Dei & electus abſcedit. Si verò per fraudes, per iniquitates & ſcelera, concupiſcétijs deſeruit corporalibus, principibus mundi, atque omnium dæmonum amicus efficitur: à quibus etiam hoc edocetur, vt ſtellarum curſibus, malorum ſuorum adſcribat errores: quod non niſi propoſito ac voluntate delegit. Etenim artes cogente, vt diximus, cibi ac potus voluptate diſcuntur, & exercentur: quæ voluptas, cùm acceſſerit vnicuiq; veritatis agnitio, infirmior efficitur, ſuccedente parſimonia: quantus enim ſumptus eſt, aqua & pane vtentibus, & hunc à Deo ſperantibus? Eſt ergo, vt diximus, neceſſaria quædam in diſpenſatione mundi inæqualitas: dum omnes quidem homines, non omnia poſſunt ſcire: vel implere artificia: vſu tamen & miniſterio omnium penè omnes indigent: & ob hoc neceſſe eſt, alium operari, alium operanti præbere mercedem: alium ſeruire, alium dominari: alium regi, alium regere: ſed hanc inæqualitatem, quæ mortaliũ vitam neceſſariò ſubſequuta eſt, diuina prouidentia

Πενία πέχνας ἐγείρει. Inopia ſeu paupertas excitat artes. Græcum eſt dictum.

Parſimonia, Chriſtianis magnum vectigal eſt.

A uidentia in occaſionem iuſtitiæ, miſericordię, humanitatiſq; conuertit: vt, dum hæc inter homines aguntur, ſit vnicuiq; cauſa iuſtè agendi cum eo, cui merces operis exoluenda eſt: & faciendi miſericordiam cum eo, qui debilitate fortaſsis, aut penuria intercedente, debitum ſoluere non poteſt: ſed & humanè agendi cum his, qui conditione videntur obnoxij: manſuetudinem quoque conſeruandi erga ſubiectos: & omnia prorſus gerendi ſecundum legem Dei: dedit enim legem, iuuans per hoc humanas mentes: vt faciliùs erga vnumquodq;, qualiter agi deberet, aduerterent: qua via effugerent malum: & qua ad futura tenderent bona: &, vt in aqua regenerati per opera bona, ignem vetuſtæ natiuitatis extinguerent. Prima enim noſtra natiuitas, per ignem concupiſcentiæ deſcendit: & ideo diſpenſatione diuina, ſecunda hæc per aquam introducitur: quæ reſtinguat ignis naturam: vt, cœleſti ſpiritu anima illuminata, metum primæ natiuitatis abijciat: ſi tamen ita de reliquo viuat, vt nullas omninò mundi huius voluptates requirat: ſed ſit tanquam peregrinus & aduena, B atq; alterius ciuitatis ciuis. Sed fortaſſe dicas, quia in his quidem, in quibus naturalis neceſsitas, exigit artium operumq; miniſteriũ, poteſt vnuſquiſq; habere in poteſtate, ſeruare iuſtitiam, & modum, vel deſiderijs, vel actibus, quem velit imponere: quid de ægritudinibus dicemus, & infirmitatibus, quæ accidũt hominibus? &, quod dæmonibus nonnulli vrgentur: & febribus: & frigoribus: nonnulli etiam furore agũtur, & mente excidunt: & omnia illa, quæ innumeris caſibus premunt mortalium genus? Ad hæc dicemus, ſi conſideret quis totius miniſterij rationem, hæc illis, quæ ſuprà expoſuimus, iuſtiora eſſe pronunciabit: Deus enim hominibus naturam dedit, per quam & doceri poſsint de bono, & obſiſtere malo: id eſt, vt & artes poſsint diſcere: &, obſiſtere voluptatibus: ac præferre in omnibus legem DEI: & ob hoc virtutes quaſdam contrarias, oberrare mundum hunc, & obluctari nobiſcum permiſit: propter cauſas, quæ iam ſuperiùs dictæ ſunt: vt ex earum certamine, oriatur iuſtis palma victoriæ, & meritum præmiorum. Ex iſtis ergo accidit interdum: vt, ſi qui C incontinenter egerint, & nõ tam obſiſtere, quàm cedere atq; in ſemetipſis dare eis voluerint locum: noxia earum adſpiratione generetur intemperata, & vitioſa progenies. Dum enim totum libidini indulgetur, & obſeruatio nulla coëundi eſt: illorum ſine dubio dæmonum, quibus hæc perurgentibus fiunt: vitia & fragilitates ſuſcipit importuna generatio. Et ideo pro huiuſmodi vitijs natorum, obnoxij erũt parentes, qui legem ſeruare concubitus noluerunt: licet ſint & aliæ cauſæ ſecretiores, quibus his malis obnoxiæ efficimur animæ: quas nunc proferre temporis non eſt. Tamen oportet vnumquenq; agnoſcere legem Dei, vt ex ea generandi obſeruantiam ſumat: & immundicitiæ cauſas declinet: vt poſsit mundum eſſe, quod gignitur. Neq; enim fas eſt, vt non, in plantandis quidem virgultis, vel in ſeminãdis frugibus, oportunum tempus quæratur: terra purgetur: atq; omnia, quæ conuenit, præparẽtur: ne fortè ſemen iactum lædatur & pereat: & in ſolo homine, qui eſt ſuper hæc D omnia, ſerendi obſeruatio nulla habeatur, nulla cautela.

Duæ natiuitates hominum.

Baptiſmus quid, et cur inſtitutus?

1. Petr. 2.

Hebr. 13.

Mundus nobis pro hoſpitio eſt, non domo.

Natura hominũ capax boni.

Lex Dei nõ impoſsibilis.

Hæreditaria ſunt liberis multa vitia corporis à parentibus.

Neque enim fas eſt.) Geometrica hic doctus Clemens, diſputans ſcilicet cum Mathematico, phraſi vſus videtur: quam Rufinus vertit paulò obſcurius. Sententia eſt. Cùm in plantandis virgultis, ſeminãdiſque frugibus oportunum tempus quæratur, &c. non eſt conſentaneum, ſolum hominem cæteris rebus præſtantiorem nullam habere debere ſui coitus & ſationis obſeruationem. Doctum eſt argumentum, doctè propoſitum. Eſtque ea forma ratiocinandi valde familiaris ſcriptoribus Græcis, in primis Mathematicis: neque inuſitata Ciceroni: cuiuſmodi eſt in oratione pro Milone: &, libro de Diuinatione.

Sed quid? quod nonnulli, inquit, cùm in prima ætate abſque vitio fuerint corporali: proceſſu temporis incurrunt hæc mala, ita, vt aliquanti etiam violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina, & penè eadem ratio eſt: illæ enim, quas diximus, contrarias humano generi poteſtates, ad vniuſcuiuſque cor, per multas diuerſas concupiſcentias inuitantur quodammodo: & ingrediendi accipiunt locũ: eſtq; hæc in illis vis & poteſtas, quæ hortetur & incitet tantùm: non, quæ cogat, & perficiat. Si ergo quis adquieſcat eis, vt etiam agat ea, quæ malè deſiderat, conſenſus ſui &

actus, mercedem perditionis & peſsimæ mortis inueniet. Si verò futurum iudicium E cogitās, metu ipſo fuerit repreſſus: & reuocauerit ſe, ne actu impleat, quod mala cogitatione concepit: effugiet, non ſolùm perniciem præſentē: ſed & futura ſupplicia.

Elegans ſimile, quo baptiſmi neceßitatem, efficaciam, modumq; pulcrè explicat. Nam ſciendum eſt, hunc locum de baptiſmali tinctione: non aūt Ebionitica illa quotidiana ablutione, rectè intelligi debere.

Cauſa peccati ſimilis eſt ſtupæ oblitæ pice. Omnis enim cauſa peccati, ſimilis videtur eſſe ſtupæ pice oblitæ: quæ, vbi calorem ignis acceperit, ſtatim inflammatur: huius verò ignis incendium opera eſſe dæmonum intelligantur. Si ergo inueniatur quis peccatis & concupiſcentijs, tanquam pice, oblitus, ignis ei facillimè dominatur. Si verò non peccati pice, ſed aqua purificationis & regenerationis infuſa ſit ſtupa, ignis in ea dæmonum non valebit accendi. Sed dicet aliquis: Et quid faciemus iam nos, quos contigit peccatis, ſicut pice oblitos eſſe? reſpōdebo. nihil aliud, niſi, vt feſtinetis ablui: quo expurgetur à vobis ignis materia, per inuocationem ſancti nominis: & de reliquo futuri iudicij metù, cōcupiſcentias refrenetis: atq; aduerſarias poteſtates, cùm fortè ad ſenſus veſtros acceſſerint, tota obſtinatione pellatis. F Sed dicis: Si in amorem quis inciderit, quomodo ſe poterit continere, etiamſi ante oculos ſuos, ipſum ignis fluuium, quem pyriphlegetonta nominant, videat? Hæc excuſatio eſt eorum, qui conuerti ad pœnitentiam nolunt. Denique nunc nolo pyriphlegetonta adducas in medium. hominum tibi propone pœnas: & vide, quantum valeat metus: potéſtne quiſquam, cùm pro amoris crimine ad ſupplicium ducitur, & ad ſtipem colligatur vrendus: in illo tempore eius, quam amauit, vel deſiderium capere, vel ſpeciem ante oculos proponere? Nequaquam, inquies. *Metus fidei cōiunctus.* Vides ergo, quia præſens metus reſecat iniqua deſideria. Quod ſi credentes Deo, & futurum iudicium, pœnamq; ignis æterni confitentes, non ſe continent à peccato: certum eſt, quòd non plena fide credunt: ſi enim certa ſit fides, certus ſit & timor: ſi verò minus aliquid eſt in fide, relaxatur & metus: & tunc locum inueniunt introeundi contrariæ poteſtates: quarum perſuaſionibus cùm acquieuerint, neceſſe eſt, vt & poteſtati earum obnoxij fiant: & ipſis perſuadentibus agantur G ad præcipitia peccati. Igitur Aſtrologi ignorantes huiuſmodi myſteria, putant ſtellarum curſibus iſta contingere: vnde & his, qui accedunt ad eos, vt de futuris aliquid conſulant, reſpondentes, falluntur in plurimis: nec mirum. non enim ſunt Prophetæ, ſed vſu multi temporis auctores eorum perfugium quoddam, in his, quibus decipiebantur, inueniunt: & *Climactericí anni Aſtrologorum.* climactéras quoſdam introducunt, vt de rebus incertis ſcientiam fingant. Climactēras enim dicunt, quaſi periculi tempus: in quo interdum perimatur quis, interdum non perimatur: ignorantes, quod non ſtellarū curſus hæc, ſed dæmonum gerit operatio: qui ad aſtrologiæ errorem confirmandū deſeruientes, calculis matheſis decipiunt homines ad peccandum: vt cùm vel Deo permittente, vel legibus exigentibus, peccati dederint pœnas: verum dixiſſe videatur aſtrologus: & tamen falluntur etiam in hoc: ſi enim cito conuerſi fuerint ad pœnitentiam, & futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metū, cōuerſis ad Deum H *per gratiam baptiſmi, reſoluitur pœna mortis.

* *Vide, de quánam ablutione dixerat.*

Climactēras quoſdam.) Climacter, Græcè, ὁ κλιμακτὴρ, gradus eſt, ſeu ſcala. Idem hîc ſignificat, quod τὸ ἔτος κλιμακτηρικὸν, id eſt, annus ſcanſilis, vt Plinius vertit libro 7. Nat. hiſt. cap. 49. vel gradarius, vel ſcanſorius: ille videlicet, vbi vel ex ſeptenario, in ſeptenarium: vel ex nouenario, in nouenarium aſcendimus. ex quo Climacter ille, vel ſeptenarius: vel nouenarius, apud ſcriptores vocatur. Obſeruatum autem eſt à priſcis, inſignes naturarum atque temperamentorum conuerſiones in hos annos incidere: ideoque plurimùm ſuit eis tributum ſemper. Vide in ſuprà dictum Plinij locum, Hermolaum Barbarum, Gellium quoque, libro noctium 3. cap. 10. & lib. 15. cap. 7. de his conſule. qui ex M. Varrone eum citat locum, ad quem & Clementem reſpexiſſe veriſimile eſt. eodem propè modo ibidem legitur. Pericula quoque vitæ fortunarumque omnium, quæ Climacteras Chaldæi appellant, grauiſsima quæque fieri affirmat. De his & Macrobius 1. libro Somnij. Cenſorinus, de die Natali. Rectè eam futilitatem Clemens reijcit, etiam ab ipſis ethnicis irriſam. Artis inconſtantiam declarat, quàm incerta res ſit: inquit Plinius.

Sed

A Sed dicet quis: Multi & homicidium,& adulterium,&alia ſcelera commiſerunt,
& nihil mali paſsi ſunt. Hoc quidem rarò accidit hominibus: tamen neſcientibus
conſiliũ Dei,frequenter videtur accidere: Deus autem,qui nouit vniuerſa,ſcit quo-
modo,& quare peccet,qui peccat: & quæ vnumquenque cauſa ducat ad peccatum.
Hoc tamen generaliter agnoſcendum eſt: quòd ſi qui non ita mente,vt actibus,ma-
li,propoſito incitato ad peccandum deuoluuntur: his velocior & magis in præſen-
ti vita redditur pœna. vbique enim & ſemper Deus, prout competere iudicat, vni-
cuique pro actibus ſuis reddit. Eorum verò,qui propoſito exercent malitiam, ita, vt
interdum etiam in eos ſæuiant,à quibus bona conſequuti ſunt: & nullam recorda-
tionem capiunt ad pœnitentiam,differt pœnas in futurum:non enim merentur iſti,
ſicut illi,de quibus ſuprà diximus, in præſenti vita ſcelerum ſuorum finire vindictã:
ſed permittitur eis præſens tempus implere, vt volunt: quia emendatio eorum non
eſt iam talis,quæ temporalibus indigeat caſtigationibus: ſed,quæ æterni ignis in in-
B ferno exigat pœnas,quorum animæ ibi pœnitentiam quærent,vbi inuenire non po
terunt. Quod ſi in hac vita poſiti,illas,quas ibi patientur pœnas,ante oculos poſuiſ-
ſent: refrenâſſent vtiq; deſideria,& nullo pacto decidiſſent in peccatum. Multùm
enim poteſt ſenſus in anima,ad reſecãdas omnes eius cupiditates: maximè, cum cœ-
leſtium ſcientiam cœperit: per quam,lumine veritatis accepto,ab omni obſcuritate
malorum actuum declinauit. Sicut enim Sol omnes ſtellas ſplẽdore ſui fulgoris ob-
tundit,& contegit: ita & mens per ſcientiæ lucem, omnes concupiſcentias animæ
inefficaces reddit & ocioſos: futuri iudicij memoriam ſuper eas tanquam radios ſu-
os emittens, ita, vt ne apparere quidem vltrà in anima queant. Quòd autem timor
Dei multùm valeat ad deprimendas concupiſcentias,cape humani timoris exemplũ.
Quotuſquiſq; eſt,qui non inter homines concupiſcat aliena,& tamen metu pœnæ,
quæ legibus ſtatuta eſt,refrenatur, & cõtinentiùs agit? Regi propter metum gentes
ſubiacent: & armatus paret exercitus. Serui cùm ſint validiores Dominis ſuis, pro-
C pter metum tamen imperia perferunt Dominorum. Beſtiæ ipſæ feræ metu miteſcũt.
Tauri validiſsimi,iugo colla ſubmittunt: & immanes elephanti magiſtris obtempe-
rant,per timorem. Sed cur humanis vtamur exemplis,cùm etiam diuina non deſint?
nónne terra ipſa ſub præcepti metu permanet, quod etiam motu ſui & tremore te-
ſtatur? Mare,ſtatutum terminum ſeruat. Angeli,pacem cuſtodiunt: ſtellæ,ordinem
tenent: & fluuij,meatus: dæmones quoque certum eſt timore in ſugam verti. Et ne
per ſingula ſermonem longiùs producamus, intuere, quomodo vnumquenque ti-
mor Dei continens,cuncta in harmonia propria,& ordinis ſui compage cuſtodiat.
Quantò magis ergo certi eſſe debetis,quia & dæmonũ concupiſcentiæ, quæ in cor-
dibus veſtris oriuntur,admonitione timoris Dei extingui poſſunt,& penitùs abole-
ri? cùm etiam ipſi incentores concupiſcentiæ,metu ſibi dominante diffugiant. Hæc
ita ſe habere ſciens,ſi quid tibi reſpondendum videtur, incipe. Tum Senex: Sapien-
ter,inquit,filius meus Clemens aptauit proſequutionem ſuam: ita,vt nihil nobis ad
D hæc dicendum reliquerit: verùm omnis eius ſermo,quem de natura hominis diſſer-
uit,hanc habet continentiam:quod cum eo,quod ineſt libertas arbitrij, ſit extrin-
ſecùs & aliqua cauſa mali: ex qua per diuerſas concupiſcentias incitantur quidem
homines,non tamen coguntur ad peccatum. pro eo,inquit, quòd multò his validi-
or eſt timor,qui obſiſtat,& impetus deſideriorum refrenet: vt cùm naturales motus
deciderint,effugatis his,qui eos incitant & inflammant dæmonibus,peccatum non
poſsit admitti. Sed me hæc non adducunt ad fidem: conſcius enim mihi ſum quo-
rundam,ex quibus bene noui, quod compaginatione ſtellarum, homines aut ho-
micidæ,aut adulteri fiant,cæteraq́; perpetrent mala. Similiter autem & honeſtæ ac
pudicæ fœminæ, vt bene agant, inde coguntur. [1] Denique cum Mars centrum te-
nens,in domo ſua ex tetragono reſpexerit Saturnũ,cum Mercurio ad centrum:Lu-
na veniente ſuper eum plena,in Geneſi diurna,efficit homicidas, & gladio caſuros:
ſanguinarios: ebrioſos: libidinoſos: dæmonioſos: ſecretorũ perſcrutatores: male-

Cognitio veritatis, vt Sol, mētē illuminat.

Quanta ſit ius timoris Dei pio, cõtra cupiditates.

Senex docet cõſtellationibus cogi ad peccata homines.

De his aſpectib. ſtellarum, lege 1. Firmicũ, libro 5.

ficos: ſacrilegos: & ſi qua ſunt his ſimilia: præcipuè, cùm bonarum ſtellarum nul- E
2. la reſpexerit. Sed & ipſe rurſus Mars ad Venerem ſchema tetragonum habens, ex parte ad centrum non reſpiciente aliquo bonorum: adulteros efficit: & ſorores, & filias, & matres in coniugium adducit. Venus cum Luna in finibus & domibus Sa-
3. turni cum Saturno ſi fuerit adteſtante Marte, efficit mulieres viragines: ad agriculturam, ad ſtructuram, & ad omne opus virile promptas: miſceri, quibuſcunque voluerint: & non argui à viris pro adulterio: nulla vti mollitie: non vnguentis, non veſtibus, non calciamentis muliebribus, ſed virorum ſorte agentes: viros autem eſſe,
4. vt fœminas: nec quicquam virile gerere. Cacodæmon Venus cum Marte ſi ſit in ariete, efficit è contrario mulieres, ſi ſit in Capræcorna aut Aquario. Cumq; multa de his Senex proſequutus eſſet: & vnumquodq; ſchema matheſis, ſtellarum quoque poſitiones enumeraſſet: volens per hæc oſtendere, quod timor non ſufficiat refrenare concupiſcentias: ego rurſus reſpondi: Verè pater doctiſsimè & eruditiſsimè proſequutus es: & ipſa me ratio inuitat, aliquid ad ea, quæ à te diſſerta ſunt, reſpon- F dere: quoniam quidem ſcientia mihi matheſis nota eſt: &, libenter cum erudito viro habeo ſermonem.

Clementis Reſponſio, qua Seris confutat ſententiam: docens, aſtra neminem cogere ad peccatum. Totius loci hæc eſt ſententia. Cùm tanta ſit diuerſitas populorum & nationum in moribus atque ingenijs: quos tamen & vno cælo frui, & frequenter vna ſiderum conſtitutione naſci conſtat: quomodo fieri poteſt, vt Geneſis dominetur humanæ vitæ? Eodem modo ratiocinatur & Plinius libro 7. cap. 49. Phauorinus apud Gellium, libro 14. noct. cap. 1. Et eruditè Auguſtinus noſter, libro 5. de ciuitate Dei, cap. 1. 2. 3. Nuſquam tamen plenior eſt confutatio aut exactior, atque hic Clementis. ex qua videas, quantus ille in philoſophia fuerit.

Timē: peccare mali formidine pœnæ. Accipe ergo ad ea, quæ dixiſti, vt euidenter agnoſcas Geneſim ex ſtellis omninò non eſſe: & quod poſsibile ſit obſiſti aduerſum impugnationem dæmonum: ab his, qui confugiũt ad Deum: ac, ſicut prædixi, non ſolùm per timorem Dei, naturales cohiberi concupiſcentias poſſe: ſed & per timorem hominum: ſicut iam nunc edocebi- G
1. mus. Leges ſunt in vnaquaque regione vel regno ab hominibus poſitæ, ſiue ſcri-
De his populis ſuprà 8. Rec. qui ſunt, dictũ. ptura, ſiue etiam vſu durantes: quas nemo facilè tranſgreditur. Denique primi Seres, qui initio orbis terræ habitant, neque homicidium, neque adulterium, neque ſcortum noſſe, neque furtum committere: neque idôla venerari: & in illa omni regione, quæ eſt maxima, neque templum inuenitur: neque ſimulacrum: neque meretrix: neque adultera: neque fur ad iudicium deducitur: ſed neque occiſus ibi homo fertur aliquando: & tamen nullius libertas arbitrij ſecundum vos à ſtella Martis ignita, vt ferro vteretur ad hominis necem, nec Venus cum Marte poſita, alienum matrimonium compulit vitiari: cùm vtique apud eos, per ſingulos dies Mars
Seres. medium cœli circulum teneat. Sed eſt apud Seres legum metus vehementior: quàm Geneſis conſtellatio.

2. *2. Bactra, & Bragmanæ, populi interiora Orientis habitantes: illi vltra mare Caſpium, ad Oxum omnem, hi ad Imaum. Mela, libro 1. cap. 6. Plinius, 6. libro, cap. 16. 17. Solinus in Polyhiſtore, cap. 62.* H

Sunt ſimiliter & apud Bactros in regionibus Indorum immenſæ multitudines Bragmanarum, qui & ipſi ex traditione maiorum, moribus, legibusq; concordibus, neque homicidium neque adulterium committunt: neque ſimulacra colunt: neq; animantia edere in vſu habent: nunquam inebriantur: nunquam malitioſè aliquid
Scythotauros eos eſſe, ex libro 4. cap. 12. & ſexto Plinij, cap. 17. adparet. gerunt: ſed Deum ſemper timent: & quidem cùm cæteri Indorum & homicidia, & adulteria committant: & ſimulacra colant: & inebrientur: atque alia huiuſmodi flagitia exerceant. Sed in ipſius Indiæ nihilominus occiduis partibus regio quædam eſt, vbi hoſpites, cùm inciderint, capti immolantur & comeduntur: & neque bonæ ſtellæ vetuerunt eos ab huiuſmodi flagitijs, & ab execrandis cibis: neq; malignæ ſtellæ compulerunt Bragmanas, vt aliquid agerent mali. Et rurſus mos apud Perſas matres accipere in coniugium, & ſorores & filias: & ſub illo omni axe inceſta Perſæ in-
Perſæ. eunt matrimonia.

A *3. De inceſto horum, filiorum cum matribus, concubitu, vide Philonem, libro, de Specialibus legibus. Minucium F. in Octauio. Duplex apud Plinium, libro 6. cap. 28. & 29. Maguſum, & Maguſa.*

Ac ne fortè liceat his, qui mathéſim ſequuntur, vti illo perſugio, quo dicunt: certas quaſdam eſſe plagas cœli, quibus propria quædam habere cõceditur: ex ipſa Perſarum gente aliquanti ad peregrina profecti ſunt, qui Maguſæi appellantur, ex quibus vſque in hodiernum ſunt alij, in Media: alij, in Parthia: ſed & in Aegypto nonnulli: plures autem in Galatia: & Phrygia: qui omnes inceſtæ huius traditionis formam indeclinabilem ſeruant: ac poſteris cuſtodiendam tranſmittũt: etiam cùm plagam cœli mutauerint: nec tamen eos Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni, cum Saturno, adteſtante etiam Marte, compulit habere inter cæteros Geneſim.

Maguſæi.

4. Gelonum gens talis, qualis eſt apud Soli. cap. 65. Pandæa, Populus Mœoticus ad Tanaim, vrbẽ ligneam habitantes, prope γυναικοκρατουμένους. Mela lib. 1. cap. 21. Plinius lib. 4. cap. 12. Solinus, cap. 29. Poteſt hoc loco legi Gelas, quorum fit apud Plinium mentio, lib. 6. cap. 16. populi vltra Hyrcanum mare:
B *Græcis, καδδούσιοι.*

Apud Gelonos quoq; mos eſt, vt mulieres agricolentur: ædificent: & omne opus virile perficiant: ſed & miſeri, quibus volunt, licet: nec incuſantur à viris, aut adulteræ appellantur: paſsim enim cõcubitus miſcent: & præcipuè cũ hoſpitibus: vnguenta neſciunt: non induuntur veſte fucata, non calceis: è cõtra, viri Gelonũ ornantur: pectuntur: indumẽtis mollibus & varijs induuntur: auro cõpoſiti: vnguẽtisq; delibuti: & hæc nõ pro diſſolutione viriũ: (ſunt enim bellicoſiſsimi, & venatores acerrimi:) nec tamen vniuerſæ Gelonũ mulieres, in Capræcornu aut Aquario cacodæmonẽ Venerem naſcentes habuêre: neq; viri eorũ in ariete cũ Marte Venerẽ poſitã: per quod ſchêma, effœminatos & diſſolutos naſci, aſſerit viros, Chaldaica diſciplina. Porrò verò in Suſis, mulieres vnguentis, & quidẽ optimis vtuntur ornamẽtis: comptæ ex lapidibus præcioſis: miniſterijs quoq; ancillarũ fultæ procedunt: multò maiore ambitione, quàm viri: nec tamen pudicitiã colunt: ſed indifferens eis cum qui-
C buſcunq; voluerint, vſus eſt: & ſeruis & hoſpitibus: tali licentia, à viris permiſſa: & non ſolùm non culpantur pro hoc, ſed & dominantur in viros. Nec tamẽ omnium Geneſis mulierũ Suſidarum in medietate cœli, cũ Ioue & Marte Venerẽ in Iouis domibus habẽt.

5. Suſidæ mulieres. de his Plinius li. 6. cap. 27

In vlterioribus orientis partibus, ſi puer muliebri ſe ſubſternat iniuriæ, cùm agnitũ fuerit, à fratribus, aut parentibus, vel quibuſlibet proximis, interficitur: nec ſepultura donatur. Et rurſus apud Gallos lex priſca cõſtituit, nuptum tradi publicè pueros: nec obprobriũ ex hoc aliquod duci: & nũquid poſsibile eſt, vt omnes, qui tam turpiter ſuccũbunt apud Gallos, Luciferũ cũ Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint? In Britanniæ partibus, plures viri vnã habent vxorẽ: in Parthia multæ mulieres vnũ habent virũ: & vtraq; orbis pars, moribus ſuis atque inſtitutis obſequitur. Amázones oẽs non habent viros: ſed ſicut animalia, ſemel in anno circa vernale æquinoctiũ, proprios egreſſæ terminos, finitimæ gentis viris miſcentur: ſolennitatẽ quandam per hoc obſeruantes: ex quibus, cùm cõceperint, re-
D deunt: & ſi marem pepererint, abijciunt: fœminas nutriunt. Cumq; vnius tẽporis ſit omniũ partus, abſurdũ eſt, vt in maribus quidẽ, putetur Mars cùm Saturno in tẽpore æquis eſſe portionibus: in fœminarũ verò Geneſi, nunquã. Sed neq; Mercurium cum Venere habuiſſe in domibus proprijs poſitũ, vt vel pictores ſibi, vel ſculptores, vel trapezitas efficiat: aut in domibus Veneris, vt vnguentarios, vel vocales, vel poëtas producat.

6. Galli.

7. Britanni multi vnã vxorem habent.

8. Amázones. De his vide Iuſtinũ, libro 2. hiſtoriæ mundi.

Apud Saracenos, & ſuperiores Libes, & Mauros, & circa ora maris Oceani habitãtes, ſed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, & Scythas, atq; oẽs, quæ ſub axe Septentrionis iacent, Pontici littoris gentes: & in Chryſe inſula, nunquã inuenitur trapezita: nec ſculptor: aut pictor: aut architectus: aut geometra: aut tragœdus: aut poëta: Ergo deficit apud eos Mercurij, Veneriſq; cõſtellatio. Ex omni orbe terrarũ, Medi tantummodo ſumma obſeruantia, adhuc ſpirantes homines, canibus deuorandos abijciunt: & nõ ob hoc Martẽ cum Luna, per diurnam Geneſim in Cancro poſitos, habent. Indi mortuos ſuos incendũt: cũ quibus & vxo-

9. Mauri. Germani. Sarmatæ. Chryſe, extra oſtium Indi ſita eſt, ad Ta-

mum. Mela, li.2.c.7. Plinius, li. 6. cap.21.

10. Canes Medis ſunt ꝓ ſepultura.

11. Indi exurunt mortuos. Vide Melam, lib.2.cap.7

12. Germanorũ priſcus obitus.

Alii πρὸ-λαβεῖν.

Septem climata.

res defunctorũ, ſponte ſe offerentes, exuruntur. Sed nõ ideo oẽs, quæ viuæ incendũ- E
tur, Indorũ mulieres, in nocturna Geneſi ſub terra habẽt Solẽ cũ Marte in partibus
Martis. Germanorũ plurimi laqueo vitã finiũt, nec idcirco oẽs Lunam cũ hora, Sa-
turno & Marte circuncinctas habent: ſed nõ in omni gente, & in omni die per oẽm
diuerſitatem Geneſis naſcuntur homines. Ex quibus omnibus apparet, quod metus
legũ in vnaquaq; regione dominetur: & arbitrij libertas, quæ eſt hominibus inſita
per ſpiritũ, obtemperet legibus: nec cogere poteſt Geneſis aut Seres, homicidiũ com
mittere: aut Bragmanas, carnibus veſci: aut Perſas, inceſta vitare: vel Indos, nõ exu-
ri: aut Medos, nõ à canibus deuorari: Parthos, nõ habere plures vxores: aut mulieres
Meſopotamię, nõ ſeruare pudicitiã: Græcos, non exerceri palæſtris: Gallorũ pueros,
nõ pati muliebria: vel gentes barbaras, Græcorũ ſtudijs inſtitui: ſed, vt diximus, vna
quęq; gens ſuis legibus vtitur pro libertatis arbitrio: & decreta Geneſis legum ſeue-
ritate depellit. Sed dicet aliquis eorũ, qui in diſciplina matheſis eruditi ſunt, Gene-
ſim in ſeptem partes dirimi: quæ illi climata appellãt: dominari verò vnicuiq; clima- F
ti, vnã ex ſeptem ſtellis: & iſtas, quas expoſuimus, diuerſas leges, nõ ab hominibus po
ſitas: ſed ab iſtis principibus, ſecundũ vniuſcuiuſq; voluntatẽ: & hoc, quod ſtellæ vi-
ſum eſt, legẽ ab hominibus obſeruatam. Ad hæc ergo reſpondebimus, quòd primò
quidẽ non eſt in ſeptẽ partes orbis terrę diuiſus: tum deinde, & ſi ita eſſet, in vna par-
te & in vna regione inuenimus multas differentias legum: & ideo neq; ſeptẽ ſunt ſe-
cundum numerũ ſtellarũ: neq; duodecim ſecundũ numerũ ſignorũ, neq; XXX. &
VI. ſecundũ numerũ decanorũ, ſed ſunt innumeræ. Meminiſſe aũt debemus eorũ,
quæ ſuprà enumerata ſunt, quod in vna Indiæ regione ſint, & qui hominũ carnibus
veſcantur * & ſint, qui etiam à pecudibus vel auibus, omnibusq; animantibus abſti-
neant: Et, quod Maguſæi non ſolùm in Perſide matres ac filias accipiãt in matrimo-
nium: ſed & in omni gente, vbicunq; habitauerint, malorum ſuorũ inceſta inſtituta
cuſtodiant. Tum præterea & innumeras gentes memorauimus, quæ penitùs ſtudia
neſciant literarũ: ſed & aliquot ſapientes viri, ipſas leges in nõnullis cõmutauerint G
locis: aliæ verò etiã ſponte pro ſui vel impoſsibilitate, vel inhoneſtate derelictæ ſint:
certè, quod in promptu eſt noſcere, quot Imperatores gentiũ, quas vicerant, leges &
inſtituta mutârint, & ſuis eas legibus ſubiecerint: quod euidenter à Romanis factũ
docetur, qui oẽm penè orbem, oẽſq; nationes proprijs primò & varijs legibus inſti-
tutiſq; viuentes, in Romanorũ ius & ciuilia ſcita verterunt. Supereſt ergo, vt & ſtellę
gentium, quæ a Romanis victæ ſunt, climata ſua parteſq; perdiderint. Addam adhuc
rem, quæ poſsit etiã valde incredulis ſatisfacere. Iudæi oẽs, qui ſub lege Moyſi viuũt,
filios ſuos octaua die abſq; vlla dilatione circuncidunt: & infantis teneri ſanguinem
fundunt: à ſeculo autẽ nullus ex gentibus hoc die octaua perpeſſus eſt: & è contra,
Iudæorum nullus omiſit. Quomodo ergo in hoc ratio Geneſis ſtabit, cùm per cun-
ctas orbis terræ partes, omnes Iudæi admixti gentibus viuant? & octaua ferrum per-
ferant die, vnius in membri loco? & nemo gentilium, ſed ipſi ſoli, vt dixi, hoc faciant?
non ſtella cogente, nec perfuſione ſanguinis perurgente: ſed lege religionis addu- H
cti: & in quocunq; orbis loco fuerint, hoc eſt eis inſigne vernaculum? Sed & quòd
vnum nomen omnibus ineſt, vbicunq; fuerint: nunquid & hoc per Geneſim venit?
&, quòd nunquã apud eos infans natus exponitur? &, quod ſeptimo quoq; die om
nes vbicunq; fuerint, ocium gerũt, nec iter incedunt, nec igni vtuntur? Quid eſt er-
go, quod nullum Iudæorum in illa die cogit Geneſis, aut iter agere: aut ædificare:
aut vendere aliquid, aut emere? Quinimò & maiorem fidem rerum præſentium da-
bo: ecce enim ex aduentu iuſti & veri Prophetæ, vixdum ſeptem anni ſunt, in qui-
bus ex omnibus gentibus conuenientes homines ad Iudæam, & ſignis ac virtutibus
quæ viderant, ſed & doctrinæ maieſtate permoti, vbi receperunt fidem eius, abeun-
tes ad regiones ſuas, illicitos quoſq; gentilium ritus, & inceſta ſpreuêre coniugia.

**Bragmanas eos eſſe conſtat, ex Euſeb. præ. euang. li.6. in quem ex Clemente ad verbum multa trãſtulit.*

Scilicet, hoc abſurdum eſt. Ergo.

Vernaculũ inſigne Iudæis eſt, circuncíſio.

Rom.4.

Sabbatum Iudæorum.

Conſidera hoc loco, num Lector, quoto anno hæc & acta ſint, atque ſcripta. permultùm id delectabit te, & germanos hos libros auctoris eſſe docebit.

Deniq;

A Deniquè apud Parthos, ſicut nobis Thomas, qui apud illos euāgelium prædicat,
ſcripſit: non multi iam erga plurima matrimonia diffunduntur: nec multi apud Me
dos, canibus obijciunt mortuos ſuos: neq; Perſæ matrum coniugijs, aut filiarum in-
ceſtis matrimonijs delectantur: nec mulieres Suſides illicita ducūt adulteria. nec po-
tuit ad crimina Geneſis compellere, quos religionis doctrina prohibebat. Ecce ex
hoc ipſo conijce, & de quibus ſumus locis, coniecturam cape: quomodo, fama tan-
tùm perferente ad aures hominum, quod Propheta in Iudæa apparuit, qui ſignis &
virtutibus doceret homines vnum colere Deum: omnes paratis intentiſque animis
expectabāt, etiam ante aduentum Domini mei Petri, vt ſibi aliquis, quæ docuiſſet il-
le, qui apparuit, nunciaret. Sed, ne multa enumerare videamus, dicam, quo debeant
cuncta concludi: cùm Deus iuſtus ſit, & ipſe fecerit hominum Naturam: quomodo
poterat fieri, vt ipſe poneret Geneſim contrariam nobis: quæ nos cogeret ad pecca-
tum, & rurſus vlciſceretur ipſe peccantes? Vnde certum eſt, quod non aliam ob cau-

Thomas apud Parth. euāgelizauit. Teſtatur idem Sophronius, apud Hier. in Catal. Nicephor. Call. lib. 2. cap. 40. hiſtor. Eccle.

Quare Deus puniat.

B ſam Deus ſiue in præſenti, ſiue in futuro ſeculo peccatorem punit: niſi, quia ſcit eum
potuiſſe vincere: ſed neglexiſſe victoriam: infert enim & in præſenti ſeculo vindictā
in homines, ſicut in eos fecit, qui diluuio perierunt, qui vtiq; oēs vna die, imò, vna ho
ra extincti ſunt: cùm certum ſit, non eos eſſe ſecundum Geneſis ordinē, vna hora na
tos: abſurdiſsimum eſt autem dicere, quod ex natura nobis accidat pati mala: ſi non
priùs peccata præceſſerint. Et ideò, ſi ſalutis curam gerimus, ante omnia ſcientiæ de-
bemus operam dare: certi, quòd ſi mens noſtra in ignorantia perſeueret, non ſolùm
Geneſis mala, ſed & alia extrinſecùs, quæcunque dæmonibus viſa fuerint, perfere-
mus: niſi metus legum & futuri iudicij obſiſtat omnibus deſiderijs: & impetum pec-
candi refrenet. Nam & humanus timor, multa bona, multa etiam mala agit: quę Ge
neſis neſcit. ſicut ſuprà oſtendimus. Triplici igitur modo mens noſtra errorib. ſubia-
cet: Ex his, quæ per malam conſuetudinem veniunt: Vel ex his, quæ corpus naturali
ter ſuggerit deſiderijs: Vel, ex his, quę contrariæ poteſtates perurgent: Sed his ſingu-

Tres errorum fontes ſunt. 1. Mala cōſuetudo. 2. Cupiditates. 3. Diabolicæ oppugnationes.

C lis obſiſtere & repugnare habet in Natura ſua mens: cùm ei obſulſerit veritatis agni
tio: per quam ſcientiā, timor futuri iudicij datur, qui ſit idoneus animæ gubernator:
& qui eam poſsit à concupiſcentiarū pręcipitijs reuocare. Quod ergo ſint hęc in no
ſtra poteſtate, ſufficiēter dictum eſt. Nunc & tu Senex, ſi quid habes, quod ad hęc re-
ſpondeas, incipe. Pleniſsimè, ait, oſtendiſti fili: ſed ego, ſicut dixi ex initio, omni huic
incomparabili aſſertioni tuæ, à propria conſcientia prohibeor accōmodare conſen-
ſum. Noui enim & meam Geneſim, & coniugis meæ: & ſcio ea, quæ vnicuiq; noſtrū
dictabat Geneſis, accidiſſe: & ab his, quæ rebus & operibus cōperta ſunt mihi, nunc
verbis transferri non poſſum. Deniq; quoniam te adprimè imbutū video in huiuſ-
modi diſciplinis, audi coniugis meæ thema: & inuenies ſchema, cuius exitus accidit:
habuit enim Martem cum Venere ſuper centrum: Lunam verò in occaſum in domi
bus Martis, & finibus Saturni: quod ſchema adulteras facit: & ſeruos proprios ama-
re: in peregrinatione, & in aquis defungi, quod & ita factum eſt. Incidit nanque in

Vide mirabilem exitum huius diſputationis: ex quo nullus non cogitur agnoſcere diuinā Prouidentiam

D amorem ſerui, & periculum ſimul atq; obprobrium metuens fugit cum ipſo, & pe-
regrè profecta, vbi amori ſuo ſatisfecit, perijt in mari. Et ego reſpondi: Vnde ſcis,
quod peregrè ſeruo ſuo ſociata ſit, & in eius cōſortio poſita, defuncta? Et Senex: Cer
tiſsimè, inquit, ſcio, reuera, non, quod nupſerit ſeruo: quippe, qui neq; hoc quidem,
quòd eum amaret, agnoueram: ſed poſtquam profecta eſt, frater meus mihi enarrauit:
dicēs, quòd primò quidem ipſum adamâſſet: ſed ille, qui erat honeſtus vtpote frater,
noluit thorum fratris inceſti macula polluere. Sed illa me verens, & obprobriū non
ferens infœlix, (neque enim imputandum ei eſt, quod eam Geneſis facere compu-
lit) finxit ſomnium, & ait ad me: Adſtitit mihi quidam per viſum, qui iuſsit me cum
duobus geminis meis, ſine mora, ex vrbe proficiſci. Hæc ergo cùm audiſſem, pro ſalu
te eius filiorumque ſolicitus, confeſtim ipſam & liberos exire feci: vnum, qui erat iu-
nior, mihi retinui: hoc enim, qui reſponſa in ſomnis dederat permiſiſſe dicebat.
Tum ego Clemens, intelligēs, quod ipſe fortaſsis eſſet pater meus: lacrimis oppletus

 ſum

Senex ille qui Fauſtinianus dicebatur, inuenitur pater Clementis.

ſum: fratres quoque meos, volentes proſilire, & aperire rem, prohibuit Petrus di- E
cens: Quieſcite, quoadusque mihi placuerit. Reſpondens ergo Petrus, ait ad Senem:
Quod nomen erat iuniori filio tuo? At ille ait, Clemens. Et Petrus: Si tibi, inquit, ho-
die coniugem tuam, caſtiſsimam conſignauero, cum tribus filijs tuis: credis, quod
poſsit pudica mens motus irrationabiles ſuperare? &, quod omnia, quę à nobis dicta
ſunt, vera ſint? & Geneſis nihil ſit? Et Senex: Sicut impoſsibile eſt, inquit, te exhibe-
re, quod promiſiſti: ita impoſsibile eſt extra Geneſim fieri aliquid. Tum Petrus: Te-
ſtes, inquit, habere volo omnes hos, qui præſentes ſunt, me tibi hodie coniugem tu-
am, cum tribus veſtris liberis viuentem pudiciſsimè traditurum: & iam nunc accipe
fidem rerum, ex eo, quòd omnem cauſam multò diligentiùs ſcio, quàm tu: cunctaq;
tibi per ordinem, quæ geſta ſunt, enrrabo: & vt tu cognoſcas: & qui præſentes ſunt,
diſcant. Et cùm hæc dixiſſet, conuerſus ad turbas, ita cœpit: Hic, quem videtis, ô viri,
in hac veſte pauperrima, Romanæ vrbis eſt ciuis, ex genere ipſius Cæſaris deſcēdens.
nomen ei Fauſtinianus: vxorem quoq; nobiliſsimam, Mathidiam nomine, ſortitus F
eſt, ex qua tres filios ſuſcepit: quorum duo, gemini, vnus autem, qui erat iunior, cui
nomen Clemens, hic eſt. Et cùm hoc dixiſſet, digito me oſtendit: gemini autem filij
eius, ſunt iſti, Niceta & Aquila: quorum alius, Fauſtinus vocabatur priùs: & alius

Hæc narratio eſt quaſi hiſtoria vitæ trium fratrum, compendiaria.

Fauſtus. Simul autem, vt nomina noſtra enūciauit Petrus: Senex, reſolutis membris
omnibus, quaſi interceptus concidit: Nos autem filij irruentes ſuper eum, comple-
ctebamur & oſculabamur: verentes ſimul, ne ſpiritum reuocare non poſsit. Et cùm
hæc fierent, populus quidem admiratione ipſa obſtupefactus eſt. Petrus autem ſur-
gere nos à complexibus patris, ne eum necaremus, iubet: & ipſe, adprehenſa manu e-
ius, quaſi de ſomno quodam profundo eleuans eum, & paululum recreans: omnia,
quæ geſta fuerant, ſecundum veritatem cœpit exponere: quomodo frater eius in a-
morem inciderit Mathidiæ: & illa, cùm eſſet pudiciſsima, illicitum fratris amorem
viro indicare noluerit: ne vel bellum fratribus, vel obprobrium generi indiceret: ſed
ſapienter ſomnium finxerit: quo ex vrbe iubetur excedere cum geminis filijs, iunio- G

Vide ſupra, lib. 7.

re apud patrem relicto: Vtque nauigantes naufragium vi tempeſtatis incurrerint:
& ad inſulam Antaradum nomine expulſi: Mathidia quidem ſupra ſaxum quod-
dam fluctu iactante proiecta ſit: gemini verò liberi, rapti à piratis, & Cæſaream per-
ducti, religioſæ cuidam fœminæ venundati ſunt: quæ eos in filiorum loco habens,
liberaliter edocuerit, & erudiri fecerit: eorumque nomina piratæ immutauerint:
& Nicetam, alium: alium, Aquilam vocitauerint. Vtque poſt hæc ſtudiorum & con-
ſuetudinis cauſa, Simoni adhæſerint: atque ab eo, vbi magum & deceptorē viderūnt,
auerſi acceſſerint ad Zachæum: &, vt poſt hæc ſociati ſint ſibi. Sed & Clemens, quo-
modo ex vrbe agnoſcendæ veritatis cauſa profectus, per Barnabę notitiam, Cæſarea
venerit: ſibique innotuerit & adhæſerit: vtq; ab eo ſit de fide religionis edoctus. Sed
& qualiter apud Antaradum mendicantem repererit & recognouerit matrem: vtq;
omnis inſula in eius recognitione gauiſa ſit, & de pudiciſsimæ hoſpitæ contuber- H
nio, atque eius per ſemetipſum collata ſanitate: & de liberalitate Clementis in eos,
qui erga matrem beneficij extiterant. Vtq; poſt hæc Niceta & Aquila requirentes,
quænam eſſet peregrina mulier, cùm audiſſent à Clemente omne negotium: ſe eſſe
geminos eius filios, Fauſtinum exclamauerūt & Fauſtum: omnemq; hiſtoriam, quæ
eos egerit, patefecerūt: vtq; poſt hęc matri cautiꝰ, *ne ſubito gaudio interciperetur:
ipſo inſinuāte, oblati ſint Petro. Sed cùm hæc in auditu Senis, narratione gratiſsima
turbis exponeret Pet. ita, vt audientes, geſtorum miraculis, & humanitatis miſeratio
ne lacrimarent: neſcio: vnde audiens mater de recognitione patris, curſu concito,
irruit in medium noſtri, cum clamore, dicens. Vbi eſt meus vir, meus Dominus Fau-
ſtinianus, qui tam multis temporibus affligitur? ambulans per vrbes ſingulas, &
me quærens? Hæc cùm illa quaſi amens clamaret, & circunſpiceret: Senex accurrens
cum multis lacrimis, ampli & conſtringere eam cœpit: Et cùm hæc gererentur,
Petrus rogauit turbas, vt diſcederent: dicens, inuerecundum eſſe, vltrà perſiſtere:
ſed

**Multos repētino gaudio obijſſe, refert Plin. lib. 7. c. 53. & Gell. lib. noct. att. 3. cap. 15. Quadam enim in matrimonio,*

A ſed dandum eis locum, familiariùs inuicem ſe videndi: Craſtino autem huc, inquit, ſi qui veſtrûm volunt, conueniant ad audiendum verbum. His à Petro dictis, receſſerunt turbæ. & cùm vellemus nos quoque ire ad hoſpitium, Dominus domus ait ad nos: Turpe eſt & impiũ, tales ac tantos viros manere in ſtabulo: cùm ego omnem pene domum vacantem habeam: lectoſque ſtratos quàm plurimos: &, quæ neceſſaria ſunt, parata. Sed Petro cõtradicente, vxor patrisfamilias vna cum liberis ſuis proſtrabat ſe ante eum, & exorabat, dicens: Obſecro te, mane apud nos. Sed ne ſic quidem acquieſcebat Petrus, donec filia eorum, qui rogabant, ab immundo ſpiritu temporibus multis vexata: & catenis vincta, quæ fuerat intra conclaue clauſa, effugato à ſe dæmone, & oſtijs patefactis, cum catenis ſuis veniens, procidit ad pedes Petri, dicens: Rectum eſt, mi Domine, vt agas hodie hic ſalutaria mea: & non contriſtes neq; me, neque parentes meos. Petro autem requirente catenarum ſermonumq; eius cauſam: parentes præter ſpem læti effecti de filiæ ſanitate, & velut ſtupore quodam attoniti: B ipſi quidem dicere nequeunt: adſtantes autem famuli, aiunt: Hęc à ſeptimo ætatis anno dæmone occupata, omnes, qui accedere tentâſſent ad eã, ſcindere: dilaniare morſibus: etiam diſrumpere: & hoc per viginti annos vſque ad præſens facere nunquam deſtitit: nec ab aliquo potuit curari, ſed ne accedere ad eam quiſquam valebat: multos enim inutiles reddidit: alios & peremit: omnibus enim viris validior erat, ſine dubio, viribus dæmonis niſa. Nunc autem, vt vides, ex præſentia tui dæmon quidem fugit: oſtia verò, quæ ſummo cum munimento clauſa fuerant, aperta ſunt. & ipſa, ſana ſtat ante te, rogans, vt diem ſalutarium ſuorum lætum & ipſi, & parentibus facias: & maneas apud eos. Hæc cùm ita vnus ex famulis enarraſſet: & ipſe catenæ de manibus eius ac pedibus fuiſſent ſponte reſolutæ: Petrus certus, quod per ipſum ſanitas hæc reddita eſſet puellæ: acquieuit manere apud eos. Sed & illos, qui remanſerant in hoſpitio, vnà cum vxore ſua tranſire iuſsit: & vnuſquiſque acceptis ſeorſum cubiculis manſimus: atque ex more, cibo ſumpto, redditiſque lau-
C dibus Deo, ſuis ſinguli requieui-
mus locis.

licet rectè: parum tamen verecundè, & decorè in publico fiunt.

Puella à dæmonio liberatur, ex Petri ingreſſu. Sic Deus patefacit & illuſtrat ſuum Apoſtolum.

ARGV.

ARGVMENTVM X. RECOG. LIBRI,

PER L. GRVTERVM VENRADIVM.

AGitur hoc X:libro de cõuertendo ad fidem Fauſtiniano Clementis patre. quoniã autem res eſt cum docto & in philoſophicis verſato viro: quò meliùs Chriſtianæ religionis ipſi profeſſio perſuadeatur: ſuperſtitionis ethnicæ vanitas ac fictitiorum deorum impietas eruditè à Clemente proponitur. Suos initio docet Apoſtolus, quo nam modo cum Sene ſit agendũ. ſenex paulò pòſt ingreſſus, modeſtè, quî ſe debeat gerere, rogat: acceptaq́; diſcendi ac diſputandi facultate, cum Clemen. ſitne in natura reipſa malum aliquid, diſſerit: quod ipſum copioſè et doctè Clem. docet, exiſtere. Relabitur hîc ille ad Geneſin: ſed Clem. repetita ſuperiore de eadem diſputatione: monet, ſemel rectè concluſa, in dubium non debere reuocari: monſtrata Genethliacorum vanitate, veriſq́; malorum & infortuniorum cauſis. Nunciatur interea Petro, frequentem populum audiendi gratia conueniſſe. eo igitur admiſſo, Clemens porrò, ſic volente Pet. originem & inanitatem cõmonſtrat ethnicorum deorum. Deinceps Niceta intelligentiam fabularum allegoricam explicat. his autẽ dictis, hortari Pet. Fauſtinianum ad fidem in Chriſtum, pœnitentiamq́; explicans Chriſtiani hominis officia: ſed ille, dum iſthoc agitur, mirabiliter à Mago transformatur: reſtitutus tamen ſuæ formæ paulò poſtea à Petro: qui Laodiceâ pergit Antiochiam: vbi & cathedram conſtituit: & Fauſtinianũ baptizauit. Atq; ita x. hiſce libris, à ſua ipſius ad fidem conuerſione exorſus B. Clemens, ad mirificam vſq; patris amiſſi recuperationẽ, conuerſionemq́; ducta hiſtoria, iucundiſſimas certè, doctiſſ. & eccleſiæ vtiliſſ. Petri Apoſtolorũ coryphæi conciones, diſputationes, profectiones, cæteraſque actiones eleganter nobis & doctè perſcripſit. Porrò permultùm huic libro lucis accedet, ſi quem non piguerit, Athenagoræ Athenienſis docti philoſophi Chriſtiani, pro Chriſtianis ἀπολογίαν, ad Antoninum & Comodum Impp. ſcriptam cum eo conferre. eos dum ego quidem inter ſe cõfero, pleraq́; omnia eadem dixiſſe, nec pauca à noſtro Clemente dicta obſcuriùs explicauiſſe videtur. quocirca non verebor lectori hortator eſſe, cum altero vt alterũ conferat: adiuncto Minutij Fœlicis Octauio. operæpretium erit. & vt fiat, ſanè quæſtionis poſtulat difficultas. quicquid enim in Argonauticis, Orpheus: qcquid in rapſodijs ſuis, Homerus: quicquid in Theogonia, Heſiodus. Diodorus Siculus, & Apollodorus Athenienſis in ſuis de deis bibliothecis: quicquid Ouid. in Metamorphoſi: cæteriq́; poëtæ & ethnici ſcriptores paſſim: quicquid etiam noſtri, Athenagoras, Iuſtinus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Cyprianus, contra Demetrianum: quicquid Euſebius Pamphilus, in Euangelica præparatione: quicquid Arnobius, Lactancius, Ambroſius, Prudentiuſq́; contra Symmachum, denique Auguſtinus in libris de Ciuitate dei habent: hoc totum propè Clemens breuiter & accuratè hîc eſt complexus. ad ea autem omnia rectiùs intelligenda, plurimùm iuuauerit Lilius Gyraldus ſuis de Deis ſyntagmatis.

A RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER DECIMVS, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

MANE autem exorto Sole, ego Clemens & Niceta atque Aquila vnà cum Petro, venimus ad locum, in quo pater ſimul cum matre requieſcebat: & cùm adhuc eos dormientes repe riſſemus, pro foribus cōſedimus: vbi Petrus, talibus apud nos ſermonibus vtitur: Audite me, dilectiſsimi cōſerui Scio, quid grandem habeatis affectum erga patrē veſtrum, vereor ergo,
B ne ante tempus eum perurgeatis iugum religionis ſuſcipere, nondum ad id paratum: ad quod fortè pro veſtri gratia videatur adquieſcere: ſed hoc non eſt firmum: quod enim propter homines fit, probabile non eſt: & citò dilabitur. [redacted] Ideoq; videtur mihi, vt concedatis ei anno vno viuere pro arbitrio, quo poteſt, iter agens nobiſcum, dum nos alios docemus, etiam ipſe ſimpliciter audire: & audiens, ſiquidem agnoſcendæ veritatis rectum propoſitū gerit, ipſe rogabit: vt ſuſcipiat religionis iugū: aut, ſi non placet ei recipere: permaneat amicus. Hi enim, qui non id ex corde ſuſcipiunt, cùm cœperint ferre non poſſe, non ſolùm abijciunt, quod ſuſceperāt: ſed, quaſi pro excuſatione infirmitatis ſuæ, incipiunt viā religionis blaſphemare, & malè loqui de his, quos nequaquā ſequi aut imitari potuerunt. Ad hęc Niceta reſpondit: Non contradico, Domine mi Pet. rectis & bonis conſilijs tuis: ſed dicere aliquid volo, vt per hoc diſcā, quod neſcio. Quid? ſi intra annum hunc, quo differri eum iubes, moriatur pater noſter? deſcendet in infernum vacuus,
C & cruciandus in æternum. Tum Petrus: Amplector, inquit, benignum erga patrem propoſitum tuum: & ignoſco tibi de his, quæ ignoras. Quid enim cēſes, num, ſi quis putatur iuſtè vixiſſe, iſte continuò ſaluabitur? Non putas eum diſcutiendum ab eo, qui occulta hominum nouit? quomodo iuſtè vixerit, num fortè, ritu gentiliū, inſtitutis eorum & legib. parens: vel pro amicitijs hominum, aut pro ſola conſuetudine, aut qualibet alia ex cauſa, vel neceſsitate, & non propter ipſam iuſtitiam, neq; propter Deū? Qui enim propter ſolum Deum, & iuſtitiā eius iuſtè vixerint: ipſi ad æternam requiem venient: & perpetuitatē regni cęleſtis accipient. Salus enim non vi acquiritur, ſed libertate: nec per hominum gratiam, ſed per Dei fidem. Tum præterea cogitare debes, quod Deus præſcius ſit: & nouerit num hic ſuus ſit. quod ſi nouit eū non eſſe, quid faciemus ad ea, quæ ex initio ſtatuta ſunt ab eo? In quo autē poſſum, cōſilium do, cùm euigilauerit: & ſederimus nos, vos quaſi aliquid diſcere volentes, proponite ex his duntaxat, quæ illi expetit diſcere: & dū nos loquimur inter nos, ille
D inſtruitur. Sed tamen primò quieſcite, num fortè ipſe videatur aliquid interrogare: quod ſi fecerit, aptior erit ſermonis occaſio: ſi verò ipſe nihil quęrit, nos ab alterutro ſicut dixi, diſcere aliquid volentes, rogemus viciſsim: mihi ita videtur, etiam vobis, quid placeat, dicite. Cumq; collaudaſſemus eius rectum conſilium, ego Clem. aio: In omnib. rebus plurima ex parte ad initium reſpicit finis: ſimiliſq; principijs rerum exitus datur: ſpero ergo etiam circa patrem noſtrum, quoniā per te Deus bona initia dedit, his congruū ſeq; dignum largiatur & finē. Veruntamē etiā illud ſuggero, ſi vt dixiſti, cęperimus præſente patre, quaſi inter nos aliquid tractandi, vel diſcendi gratia loqui: tu, mi Domine Pet. non debes eum locum agere, quaſi, qui diſcere aliquid debeas: hoc, n. ſi videat, fortaſſe magis offendetur: (certus eſt enim, te omnia ſcire diligenter, ſicut & verè eſt: quale ergo erit, ſi te videat ignorantiā ſimulantē? hoc eū, vt dixi, magis lædere poterit: neſcientē conſiliū tuū.) Sed nos quidem fratres inter nos habētes, ſi in aliquo dubitemꝰ, à te quęſtioni noſtrę finis cōgruus detur: nā & ſi te cunctantem

τ̄ προορισμὸν hic Petrus palàm ſubindicat & aſſeuerat. Qui propter ſolum Deum iuſtè vixerint ſaluabuntur.

Aduertant theologi.

ctantem videat aut dubitantem, tunc verè putabit, quòd apud nullum erit ſcientia veritatis. Et Petrus ad hæc reſpondit: Omittamus hæc, & ſiquidem dignum eſt, vt ingrediatur ianuam vitæ, Deus occaſionem competentem dabit: eritque initium ex Deo, & non ex homine. E

Noluerunt Apoſtoli in ſalutis fideiq; negocio, quippe, quod eſt donum Dei, tyrannidem affectare videri. Ideoq́ue modeſtia ſua & doctrina potiùs ſunt vſi: quam conceſſa ſibi facultate: quam ad ædificationem ſibi, non deſtructionem profitebantur datam. Sic & B. Chriſoſtomus lib. 2. περὶ ἱεροσύνης, cap. 4. non vult aliquem cogi inuitum ad pœnitentiã. Idem & in oratione ὑπὲρ τοῦ μήκους τῶν προοιμίων docet. Quod haudquaquam eò pertinere putandum eſt, vt ne magiſtratus poſſit pietatis catholicæ contemtores & contumaces coërcere atque punire: in qua ſententia ſe aliquando fuiſſe teſtatur Auguſtinus, epiſtola 48. ad Vincentium: & 50. ad Bonifacium: denique 204. ad Donatum: à qua tamen poſtea facile diſceſſit, motus aliorum ſententijs atque etiam exemplis: ſed omnem coactionem à fide aſſumenda tyrannidemq́ue vult Petrus abeſſe: ne aſſcribi queat homini ſalutis initium.

Et ideo, ſicut priùs dixi, permittite eum iter agentem nobiſcum, audire nos aliquid diſputantes: ſed, quoniam feſtinantes vos vidi, idcirco dixi oportunitatem quęrendam: quam cùm dederit Deus. vos quoque ad ea, quæ dixero, obtemperate mihi. Hæc nobis ſermocinantibus, venit puer, dicens: vigilare iam patrem: & cùm vellemus ingredi ad eum, ipſe venit ad nos: & oſculo nos ſalutans, cùm reſediſſemus, ait: Licet' ne percunctari, ſi quid volet quis: an ſecundum Pythagoricos tacendum ſemper eſt? F

De Pytagoreorum ſilentio vide Gellium, lib. noct. 1. cap. 9. Diſcipuli in diſciplinam recepti ad certum tẽmpus tacere iubebantur: prout dociles fore videbantur: ad minimum tamen, quemadmodum colligitur ex quodam Luciani dialogo, biennium: ad ſummum quinquennium. Quærit F. num ita agatur in fidei doctrina?

Et Petrus. Nos nec ſilere ſemper, neque percunctari cogimus accedentes ad nos: ſed relinquimus ipſorum libertati, facere vt volunt: ſciẽtes, quod, qui curam gerit ſalutis ſuæ, ſi in parte aliqua ſentit animæ ſuæ dolorẽ, tacere non patitur. Qui verò negligit ſalutem ſuam, ſi interrogare cogatur: nihil ex hoc vtilitati eius confertur: niſi hoc ſolùm, vt ſtudioſus eſſe videatur, & diligens. Quamobrem tu, ſi quid diſcere vis, require. Et Senex ait: Eſt quidam ſermo apud Græcorum Philoſophos, vehemens valde, qui dicit, in vita hominum, re ipſa neque bonum eſſe aliquid, neque malum: ſed, quæ videntur hominibus, vſu & conſuetudine præſentis vitæ, hæc aut mala dicunt, aut bona. Nam neque homicidium reuera malum eſt, quia animam vinculis carnis abſoluit: denique, aiunt, & iuſti quique iudices, peccantes perimunt. Quod ſi homicidium ſcirent malum eſſe, non vtique id iuſti homines facerent. Neque adulterium malum eſſe dicunt, ſi enim ignoret vir, aut non curet: nihil, aiunt, mali eſt. Sed neque furtum malum eſſe: quod enim deeſt alicui, aufert ab alio, qui habet: quod quidem oportebat liberè ſumi & publicè: ſed quia occultè fit, in hoc magis illius, à quo clam aufertur, inhumanitas redarguitur. Communis enim vſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit: ſed per iniquitatem alius hoc ſuum dicit eſſe: & alius, aliud: & ſic inter mortales diuiſio facta eſt. Deniq; Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait: Communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges: & ſicut non poteſt, inquit, diuidi aër, neque ſplendor Solis: ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo data ſunt, omnibus ad habendum diuide debere, ſed habenda eſſe communia. Hæc autem dicere volui, quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum: & non poſſum bene agere, niſi priús didicero, quid ſit bonum: quod ſi intelligere potuero, ex ipſo etiam, quid ſit malum, hoc eſt, huic contrarium, aduertam. Verùm ad hæc quæ dixi, vnum è vobis reſpondere volo, non Petrum non enim dignum eſt, ab illo verba & doctrinam cum quæſtionibus capere: ſed ille, ſi quid pronunciauerit, hoc abſque aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipſe nobis ſeruetur, quaſi arbiter: vt, ſicubi diſputatio noſtra exitum non inuenerit: ipſe, quod ſibi viſum fuerit, pronuncians, indubitatum finem rebus dubijs imponat. Et nunc ego poſſem ſola eius ſententia

Hi erant, qui ἀκαταληψίαν induxerunt: quorũ præter alios Cic. ſæpe meminit.

Amicorum omnia communia. Platonis vox eſt.

Petrus arbiter deligitur.

G H

A ſententia contentus credere, ſi quid ei videretur: quod & ad vltimum faciam, volo tamen priùs videre, num ſit poſsibile, diſputãdo inuenire, quod quæritur. Placet ergo, vt Clem. primus incipiat: & oſtendat, an ſit aliquid in ſubſtantiã & actib. bonum vel malum. Ad hæc ego reſpõdi. Quoniam quidem à me vis diſcere an'ne ſit aliquid Natura, aut actu bonum vel malum: an potiùs vſu præuentis hominib. bona quædã, & alia videntur mala: pro eo, quòd diuiſionẽ inter ſe rerum fecêre communiũ: quæ deberent, vt ais, ita eſſe cõmunia, vt aër & ſplendor Solis, puto, quod non debeã tibi aliunde aſſertiones adhibere: niſi ex his diſciplinis, quibus ipſe vteris: &, quas ipſe cõfirmas: vt indubitata tibi ſint, quæ dicuntur. Omnium elementorũ & ſtellarum certos ponitis fines aliquaſq; ſtellas dicitis in quibuſdam abſq; noxia coire, ſicut in coniugijs: in alijs verò noxiè miſceri, ſicut in adulterijs. Et dicitis, quædam generalia eſſe omnium: quædam verò non omnium: neq; generalia. Sed ne prolixa diſputatio fiat, breuiter & de re dicam. Terra, quæ arida eſt, coniugio & admixtione indiget aquæ, B vt poſsit generare fructus: qui ſine vita hominibus non eſt: eſt ergo hęc legitima coniunctio. Econtrà, ſi aut pruinæ, frigus terræ miſceatur, aut calor, aquis: huiuſmodi coniunctio corruptelam facit: & hoc in talibus, aut calor, aquis: huiuſmodi coniunctio corruptelam facit: & hoc in talibus, adulterium eſt. Et pater reſpondit. Sed ſicut elementorum vel ſtellarum inconſonæ coniunctionis ſtatim proditur noxa: ita deberet & adulterium ſtatim oſtẽdi, quàm malum ſit. Et ego aio: hoc mihi primò cõfirma, an, vt etiam ipſe confeſſus es, ex incongrua & inconſona admixtione efficiantur mala? & iſtud in conſequentibus requiretur. Et pater ait: vt ſe habet rei Natura, ita ais fili. Tum ego reſpondi: quia ergo diſcere cupis de his, vide, quanta ſint, quæ mala eſſe apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum eſſe febris? incendiũ? ſeditio? ruina? cędes? vincula? ſupplicia? dolores? luctus? & his ſimilia? Et pater: verum eſt, inquit, fili hæc mala eſſe, & valde mala: aut certè qui negat hæc eſſe mala, patiatur ea. Et ego reſpondi: quia ergo cum eo mihi ſermo eſt, qui in aſtrologica di- C ſciplina eruditus eſt, ſecundum ipſam tecum agam, vt de his quæ tibi in vſu ſunt, accipiens rationem, citiùs acquieſcas. Audi nunc ergo. Confeſſus es mala eſſe ea, quæ ſuprà diximus, id eſt, febres, incendia, & his ſimilia: hæc ſecundum vos à malitioſis ſtellis fieri dicuntur: id eſt, ab humido Saturno, & calido Marte: horum verò contraria, à benignis fieri ſtellis, id eſt, à temperato Ioue & humida Venere, an non ita eſt? Et Pater reſpondit: Ita eſt fili, nec aliter fieri poteſt. Tum ego: quia ergo à bonis ſtellis, Ioue dico & Venere, bona fieri dicitis: videamus vnaquæque malarum ſtellarum cùm admixta fuerit bonis, quid eſt, quod efficit? & illud eſſe intelligamus malum. Etenim nuptias facere Venerem, ponitis: quæ ſi Iouem habeat in ſchemate ſuo, pudicas efficiat: Ioue autem non reſpiciente, ſi adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et Pater: Ita ſe, inquit, habet. Ego reſpondi: Ergo malum eſt adulterium, quandoquidem ex malarũ ſtellarum admixtione committitur: & vt cõpendioſiùs explicemus omnia, quæ dicitis ex malarum admixtione ſtellarum bonas D perpeti ſtellas, mala eſſe ſine dubio pronuncianda ſunt. Iſtæ ergo ſtellæ, quarum admixtione diximus febres, incendia, & cætera his ſimilia effici mala: ipſæ ſecundum vos etiam homicidia, adulteria, & furta operantur, propter vos etiam & ſtolidos ipſæ efficiunt. Et Pater: Verè inquit, breuiter, & incomparabiliter oſtendiſti, quod ſint mala in actibus: ſed hoc adhuc velim, quomodo iuſtè iudicat Deus eos, qui peccant, ſicut vos dicitis, ſi peccare eos Geneſis cogit? Tum ego reſpondi: Vereor dicere tibi aliquid, pater, quia in omni te honore haberi à me decet: alioquin erat, quod poſsim dicere, ſi deceret. Et pater ait: Dic, quod tibi occurrit fili, etiamſi iniurioſum videtur: non enim tu, ſed quæſtionis ratio iniuriam facit: ſicut pudica mulier intemperanti viro, ſi pro ſalute indignetur & honeſtate. Et ego reſpondi: Si prima quæque inter nos confirmata & confeſſa non bene retineamus: ſed ſemper, quæ definita ſunt, reſoluantur, per obliuionẽ videbimur telam texere Penelopes, ea, quæ texuimus reſoluentes: & ideo debemus aut non facilè acquieſcere, priùs, quàm diligenter

Propoſitio diſputationis.

1. arg. eſſe re uera in natura rerum mala.

Inter aquã & terram coniugium eſt. Empedocleũ eſt.

Adulteria in elemẽtis

2. arg.

3. arg.

Saturnus qui hîc humidus dicitur, vno omniũ aſtrologorũ ore, ſiccus putatur. Quod igitur eum humidũ dicat Clemẽs ita eſt intelligendum, quòd leniter exſiccet ſaltem: cùm Mars exſiccet vehementer, adeoq; vrere dicatur.

Præfatione honoris vtitur Clem. eò, quòd docendi quæ-

dam ſint aſperiùs diceda: q̃, vt poßint boni conſuli ſine eiuſmodi lenocinio.

genter examinetur ſermo propoſitus: aut ſi iam adquieuimus, & confirmata ſententia eſt: ſeruare ſemper, quod ſemel definitum eſt: vt poſsimus & de alijs quærere. Et pater ait: Bene dicis fili, & ſcio, quam ob cauſam dicas, quia heſterno die de naturalibus diſputans cauſis, oſtendiſti, quod virtus quædam maligna, transformans ſe in ordinem ſtellarum, humanas concupiſcentias exagitet, diuerſis modis prouocans ad peccatum: non tamen cogens, aut efficiens peccatum. Cui ego reſpondi: Bene, quia & meminiſti: & cùm memineris, erràſti. Et Pater: Ignoſce, inquit, fili, nondum enim vſum multum in his habeo: nam & heſterni ſermones tui veritate ipſa concluſerunt me, vt tibi adquieſcerem: in conſcientia tamen mea ſunt, quaſi quædam reliquiæ febrium, quæ paululum me à fide quaſi à ſanitate retrahunt: diſcrutior enim, quod ſciam multa mihi, imò penè omnia accediſſe ſecundum Geneſim. E

Eruditiſsimè Cle. vanitatem Genethliacorũ arguit, quemadmodum Phauorinus apud Gell. li. 14. noct. cap. 1. cuius diſputationem cum hoc loco conferre vtiliſsimum fuerit. Vide & Io. Picum, contra aſtrologos. F

Et ego reſpondi: Audi ergo pater, quæ ſit matheſis natura: & facito ſecundum ea, quæ dico tibi. Vide mathematicum, & dic ei primò: talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore: vnde ergo, aut quomodo, aut per quas mihi acciderint ſtellas, diſcere volo. Reſpõdebit tibi ſine dubio, quod tempora tua malitioſus ſuſcepit Mars aut Saturnus, aut aliquis eorum apoſtaticus fuit: aut aliquis annum tuum aſpexit ex diametro: aut coniunctus: aut in centro: vel alia his ſimilia reſpondebit: addens, quia in his omnibus aliquis aut ἀσύνδετος fuit cum malo: aut inuiſibilis: aut in ſchemate: aut extra hæreſim: aut deficiens, aut non contingens, aut in obſcuris ſtellis: & multa alia his ſimilia: ſecundum rationes proprias reſpondebit, & de ſingulis adſignabit. Poſt hunc, alium adito mathematicum, & dicito contraria: illud mihi boni contigit in illo tẽpore: tempus aũt hoc idem dicito: & require, ex quibus partib. Geneſis hoc tibi euenerit boni? & tẽpora, vt dixi, eadem, quæ de malis interrogaueras, cuſtodito.

Locus hic inſpecto aſtrolabio rectiùs intelligetur. ἄτοπον foret, huc omnia cõijcere. Vide quoq; theoricas planetarum: ſi eſt animus, exactiùs hæc cognoſcere: quæ certè ex ima philoſophia aſtronomica ſunt petita. G

Cumq; tu feſelleris de temporibus, vide, quanta tibi inueniet ſchemata, per quæ oſtendat quod tibi in illiſipſis temporib. euenire debuerint bona. impoſsibile enim eſt hominum Geneſim tractantibus non in omni, quam dicũt, regione ſtellarum, ſemper inuenire quaſdam bene poſitas ſtellas, & quaſdam, malè. circulus enim eſt æqualiter ex omni parte collectus ſecundum matheſim, diuerſas & varias accipiens cauſas, ex quibus occaſionem capiant dicendi, quod volunt. Sicut enim fieri ſolet, vbi ſomnia aliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt: cùm aliquis occurrerit exitus rerum: tunc ad ea, quæ acciderint, aptant etiam ſomnij viſum: Ita eſt & matheſis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur: poſtea verò, quàm aliquid acciderit: rei iam geſtæ colligunt cauſas. Denique frequenter cùm enarrauerint, & aliter res acciderit: ſemetipſos increpant, dicentes, quod illa fuerit ſtella, quæ impediuit, quæ occurrit: & non videmus ignorãtes, quod error eorum, non ex artis imprudentia, ſed ex totius cauſæ inconuenientia deſcendat: ignorãt enim, quæ ſint, quæ ſa- H cere quidem concupiſcamus: non tamen indulgeamus concupiſcentijs. Nos autem qui myſterij huius didicimus rationem, ſcimus & cauſam: quia libertatem habentes arbitrij interdum concupiſcentijs obſiſtimus: interdum cedimus: & ideo humanorum geſtorum incertus eſt exitus: quia in libertate pendet arbitrij. Nam concupiſcẽtiam quidem, quam operatur maligna virtus, poteſt indicare mathematicus: ſed, an concupiſcentiæ huius actus vel exitus impleri poſsit, nec ne, quia in arbitrij libertate eſt, ſciri ante effectum rei à nullo poteſt: & hoc eſt, quod ignorantes aſtrologi inuenerunt ſibi, vt climacteras dicerent, rei ſcilicet incertæ perfugia: ſicut heſterno pleniſsimè oſtendimus. Ad hæc ſi quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: Nihil verius, inquit, fili his, quæ proſequutus es. Cumq; hæc loqueremur inter nos, nunciauit quidam plurimum ſtare populum foris, qui audiendi gratia cõuenerint: & Petrus iuſsit his ingrediendi copiam dari. erat enim locus opportunus & amplus.

De climactere, ſuprà

A Cumque ingreſsi fuiſſent, ait ad nos Petrus: Si quis vult veſtrûm, faciat ad populum ſermonem: & de idololatria diſſerat.

Populo admiſſo, diſputatur, volente Petro, de Idololatria: ipſius origine & vanitate.

Cui ego Clemens reſpondi: Multa benignitas tua, & erga omnes lenitas, ac patientia indulget nobis, vt audeamus loqui corā te, & rogare, quæ volumus: & ideo, vt dixi, morum tuorum manſuetudo inuitat omnes, & adhortatur ſalutaris doctrinæ præcepta ſuſcipere: hoc ego vſque ad præſens apud nullum alium vidi, niſi apud te ſolùm: apud quem inuidia nulla eſt, neq; indignatio: ſed quid tibi videtur? Et Pet. Non ſolùm hæc ex inuidia aut indignatione veniunt: ſed interdum ineſt aliquibus verecundia, ne fortè de his, quæ proponuntur, plenè reſpondere non poſsint, & refugiunt imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati, quia nec eſt aliquis hominum, qui profiteri debeat, omnia ſe ſcire: vnus enim eſt, qui ſcit omnia: ipſe, qui & fecit omnia. *Luc.21.*
B Si enim magiſter noſter diem & horam, cuius etiam ſigna prædixit: neſcire ſe profeſſus eſt: vt totum reuocaret ad patrem: quomodo nos turpe ducemus, ſi aliqua nos ignorare fateamur? cùm magiſtri in hoc habeamus exemplum. Hoc tamen vnum profitemur ſcire, quæ à vero propheta didicimus: ea autem à vero Propheta nobis eſſe tradita, quæ ſufficere humanæ ſcientiæ indicauit. *Cur Chriſtus dixerit ſe neſcire extremum diem.* Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cum contra Gentiles diſputares, Domine mi Petre, valde miratus ſum te, qui à patribus Hebræo ritu, & obſeruantijs propriæ legis imbutus, Græcæ eruditionis ſtudijs in nullo inquinatus es: quomodo tám magnificè, & tam incomparabiliter proſequutus ſis, ita, vt etiam quædam de hiſtorijs Deorum, quæ in theatris decantari ſolent, contingeres. *Vide ſuprà 4.5. & ſextam Recognitionē.* verùm quoniam ſenſi tibi ipſas fabulas, & blaſphemias eorum minùs eſſe notas: de his ſi placet, aliqua in auditu tuo repetens, ab ipſa origine diſſeram. Et Petrus: Dic, inquit, bene facis iuuare prædicationem noſtram. Tum ego: dicam igitur, quia iubes, non vt doceâs: ſed, quàm ſtultas de Dijs ſuis opiniones habeant Gentiles, in medium proferês. Cumque vel-
C lem dicere, Niceta labrum mordicus ſtringens, innuebat mihi vt tacerem. quem cùm vidiſſet Petrus, ait: Cur ingenium liberale, & generoſam lædere vis naturam, vt in honorem mei, qui nullus eſt, tacere eum velis? An neſcis, quod ſi omnes gentes, poſtquam audierint à me prædicationem veritatis, & crediderint, vellent ſe ad docendum conferre, mihi maiorem pariant gloriam, ſi quidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam glorioſum, quàm Chriſto diſcipulos præparâſſe? non, qui taceant, & ſoli ſalui fiant: ſed qui loquantur, quæ didicerunt? & multis proſint? vtinam quidem & tu Niceta, ſed & tu dulciſsime Aquila, iuuaretis me ad prædicandū verbum Dei: eò magis, quòd ea, in quibus errant Gentiles, bene vobis comperta ſunt: & non ſolùm vos, ſed & omnes, qui audiunt me, opto, ita audire & diſcere: vt & docere poſsint: multis nanque adiutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore reuocentur. Cumque hæc dixiſſet, ait ad me: Tu ergo Clemês exequere, quæ cœpiſti. Et ego continuò ſubiunxi: Quoniam, vt dixi, apud Tripolim diſputans, mul-
D ta de Dijs gentium vtiliter, & neceſſariò diſſeruiſti: cupio de origine eorum, ridicula, te coram exponere, vt neque te lateat vanæ huius ſuperſtitionis commentum: & auditores, qui adſiſtunt erroris ſui probra cognoſcant. *Clementis oratio de genealogia Deorum gentilium.*

Non debes mirari, Lector: ſi fortè diuerſiùs à quibuſdam θεογονίαν Clemēs tibi enarrare viſus fuerit: quando ipſimet Græci valde inter ſe diſſentiant. Aliter nanq; Orpheus: aliter Antiphanes, citatus ab Irenæo, libro Elenchi hæreſeôn 2. ca.19. aliter Homerus: aliter Heſiodus: aliter in Timæo, Plato: aliter rurſum Diodorus Siculus, & Apollodorus Ath. in ſuis bibliothecis. Neminem in his ſequitur ille vnum viſus fortaſsis in tanta varietate ſuo iudicio: vel quod ſic tunc ſuæ memoriæ occurrerit γενεαλογία: vel, quòd ita eam ſapientes enumerarint. Conſule in hunc locum auctores, quos ad argumentum adieci.

Aiunt ergo, qui ſapientiores ſunt inter Gentiles, primò omnium Chaos fuiſſe hoc per multum tempus exteriores ſui ſolidans partes, fines ſibi & fundum quendam feciſſe, tanquam in oui immanis modum formamque collectum: intra quod multo nihilominùs tempore, quaſi intra oui teſtam, fotum viuificatumque eſſe

 animal

* μορφὴν τὼ διφυῆ ὀμ ἀρσενόθηλωκαλοῦσι.

animal quoddam: diſruptoq́; poſt hæc immani illo globo, proceſsiſſe ſpeciem quan- E
dam hominis duplicis formæ, quam illi Maſculofœminam vocant: * hunc etiam Phanetam nominârunt, ab apparendo: quia cùm apparuiſſet, inquiunt, tunc etiam lux effulſit: & ex hoc dicunt progenitam eſſe Subſtantiam, Prudentiam, Motum, Coitum: ex his factum, Cœlum & Terram. Ex Cœlo, ſex progenitos mares, quos & Titânas appellant: ſimiliter & de Terra ſex fœminas: quas Titanidas vocitârunt: & ſunt nomina eorum quidem, qui ex Cælo orti ſunt, hæc: Oceanus, Cœus, Crios, Hyperion, Iapetos, Cronos, qui, apud nos, Saturnus nominatur. Similiter & carũ, quæ è Terra ortæ ſunt, nomina ſunt hæc: Theia, Rhea, Themis, Mnemoſine, Thetis, Hebe. Ex his omnibus, qui primus fuerat è Cœlo natus, primam Terræ filiam accepit vxorem: ſecundus, ſecundam: & cæteri ſimiliter, per ordinem. Primus ergo, primam duxerat: propter eam deductus eſt deorſum: ſecunda verò: propter eum, cui nupſerat, aſcendit ſurſum: & ita ſinguli per ordinem facientes, manſerunt in his, qui eis nu- F
ptiali ſorte obuenerant, locis. Ex iſtorum coniunctionibus, alios quoq; innumeros

Saturnus Rhea.

adſerunt progenitos. Sed de illis ſex maribus, vnus qui dicitur Saturnus, qui in cõiugium acceperat Rheam: &, cùm reſponſo quodam commonitus eſſet, quod, qui ex eo naſceretur, fortior ipſo futurus eſſet, regnoq́; eum depelleret: omnes, qui ei naſcerentur filios, deuorare inſtituit: Huic ergo primus naſcitur filius, quem ἀίδην appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur: quem pro cauſis, quibus ſuprà diximus, adſumptum deuorat pater.

Orcus, ἄϊδης, ab α priuatiua, & εἴδω, video: quod omnia ſint illic obſcura, nec quicquam cerni queat.

Neptunus Iupiter.

Poſt hunc ſecundum genuit, quem Neptunum dicunt: quemq́; ſimili modo deuorauit. Nouiſsimum genuit eum, quem Iouem appellant: ſed hũc mater miſerans Rhea, per artem deuoratori ſubtrahit patri: & primò quidem, ne vagitus pueri innoteſceret, Corybantas quoſdam, cymbala fecit ac tympana percutere: vt obſtrepente ſonitu, vagitus non audiretur infantis. G

Hinc κορυβαντιασμὸς apud Dionyſium Halicarnaſſeum, lib. 2. ἀρχαιολογίας ῥωμαϊκῆς. quem locum citat & Euſebius 2. προπ. Vide de hoc tinnitu Minucium F. in Octauio. Sed notiora hæc ex fabulis poëticis eſſe poſſunt.

Sed cùm ex vteri imminutione intellexiſſet pater editum partũ, expetebat ad deuorandum: Tunc Rhea lapidem ei offerens magnum: Hunc genui, inquit. At ille accipiẽs, abſorbuit, & lapis deuoratus, eos, quos primò abſorbuerat filios, truſit & coëgit exire. Primus autem procedens, deſcendit Orcus, & inferiora, hoc eſt, inferna occupat loca. Secũdus, vtpote illo ſuperior, ſuper aquas detruditur: is, quem Neptunũ vocant. Tertius, qui arte matris Rheæ ſuperfuit, ab ipſa, capræ ſuperpoſitus, in cęlum emiſſus eſt. Hactenus anilis gentiliũ fabula & genealogia proceſſerit. ſine fine enim eſt, ſi velim omnes generationes eorum, quos Deos appellant: & impia geſta, proferre.

1. Iniecta flagitia Iouis. Iuno:

Sed exempli gratia, omiſsis cæteris. vnius, quem maximum & pręcipuum habent, quemq́; Iouem nominant flagitioſa geſta replicabo. Hunc enim cęlũ dicunt tenere, H
tanquam cæteris meliorem: qui ſtatim, vt adoleuit, ſororem propriam, quam Iunonem dicunt, duxit vxorem: in quo vtiq; ſtatim fit ſimilis pecudi. Iuno Vulcanũ parit: ſed, vt tradunt, non ex Ioue conceptum. Ex ipſo autem Ioue Medeam genuit: quam reſponſo accepto, quod qui ex ea naſceretur fortior ipſo eſſet, & regno eum depelleret, aſſumens etiam ipſe deuorat, & rurſum genuit de cerebro quidem Mineruam,

Minerua. Vide 1. dialogum deorum, apud Lucianum. Ouid. 11. Metamor.

de fęmore verò Liberum. Poſt hæc Thetidem cùm adamâſſet, aiunt Prometheum pronunciâſſe ei, quod ſi concubuiſſet cum ea, qui ex ea naſceretur, fortior foret patre: & ob hoc veritus, Peleo cuidam dat eam in matrimonium: dehinc Perſephonæ, quæ ei ex Cerere fuerat ſuſcepta, miſcetur, ex qua Dionyſium genuit, qui à Titânis diſcerptus eſt: ſed recordatus, inquit, ne fortè pater ſuus Saturnus alium filium generaret: qui etiam ſe fortior naſceretur, regnoq́; depelleret: oppugnare adgreditur patrem vnà cum fratribus eius Titânis: quibus oppreſsis, ad vltimum etiam patrem in vincula coniecit: deſectaq́; eius genitalia in mare proijcit: ſed cruor qui defluxit, ex

A vulnere ſuſceptus, fluctibus & frequenti colliſione in ſpumam verſus, procreauit eam, quam dicunt Aphroditen, quamq; apud nos Venerem appellant: ex cuius concubitu, quæ erat vtiq; ſoror: hunc ipſum Iouem ferunt genuiſſe Cyprin, ex qua aiũt & Cupidinem natum. Hæc quidem de inceſtis eius: Audi nunc & de adulterijs. Europam. Oceani coniugem vitiat: ex qua, naſcitur Dodonæus. Helenam, Pandionis: ex qua naſcitur Muſæus. Eurynomẽ, Aſopi: ex qua naſcitur Ogygias. Hermionem, Oceani: ex qua naſcuntur Charites, Thalia, Euphroſyne, Aglaia. Themin, ſororem ſuam: ex qua naſcuntur Horæ, *Eurinomia, Dice, Irene. Themiſto, Inachi: ex qua naſcitur Arcas. Idean, Minois: ex qua naſcitur Aſterion. Phæniſſam, Alphionis: ex qua naſcitur Endymion. Iô, Inachi: ex qua naſcitur Epaphus. Hippodamiam & Iſionem, Danai filias: quarum vnam Hippodomiã, Olenus: Iſionem verò, Orchomenus ſiue Chryſes habuit. Carinean, Phœnicis: ex qua naſcitur Critomaris, quæ fuit ſodalis Dianæ. Caliſto Lycaonis: ex qua naſcitur Arcas. Lybeen Munanti: ex qua naſcitur B Belus. Latonam, ex qua naſcitur Apollo, & Diana. Leanidam, Eurymedõtis: ex qua naſcitur Coron. Lyſithean, Eueni: ex qua naſcitur Helenus. Hippodamiã: Bellorophontis: ex qua naſcitur Sarpedon. Megacliten, Magaclei: ex qua naſcitur Thebe, & Locrus. Nioben Phoronei, ex qua naſcitur Argus, & Pelaſgus. Olympiadam, Neoptolemi: ex qua naſcitur Alexander. Pyrrham, Promethei: ex qua naſcitur Helmetheus, Protogeniam & Pandoram, Deucalionis filias: ex quibus genuit Aethlium, & Dorum, & Meleram, & Pandorum. Thaicruciam, Protei: ex qua naſcitur Nympheus. Salaminã, Aſopi: ex qua naſcitur Saracon. Taygetem: Electran, Maian: Plutiden, Atlantis filias: ex quibus genuit, ex Taygete quidem, Lacedæmonem: ex Electra, Dardanum: ex Maia, Mercuriũ: ex Plutide, Tantalum. Pthiã, Phoronei: ex qua genuit Achæum. Chalceam, nympham: ex qua naſcitur Olympus. Charidiam, nympham: ex qua naſcitur Alchahus. Chlorida, quæ fuit Ampegi: ex qua naſcitur Mopſus. Cotoniam, Lesbi: ex qua naſcitur Polimedes. Hippodamiam, Aniceti: Chryſoge C niam, Penei: ex qua naſcitur Thiſſeus. Sed & alia ſunt plurima eius adulteria, ex quibus nec progeniem ſuſcepit, quæ enumerare ſatis longum eſt. Verùm ex his omnib. quas enumerauimus, nonnullas transformatus, vtpote Magus, vitiauit. Deniq; Antiopen Nyctei, verſus in Satyrum corrupit: ex qua naſcuntur Amphion & Zethus. Alcmenam, mutatus in virum eius Amphitryonẽm, ex qua naſcitur Hercules. Aeginam Aſopi, mutatus in aquilam: ex qua naſcitur Aeacus. Sed & Ganymeden Dardani, mutatus nihilominùs in aquilam, ſtuprat. Manthean Phoci, mutatus in vrſum, ex qua naſcitur Arctos. Danaën Acriſij, mutatus in aurum, ex qua naſcitur Perſeus. Europen Phœnicis, mutatus in taurum, ex qua naſcitur Minos & Radamanthus, Sarpedonq;. Eurymeduſam Achelai, mutatus in formicam, ex qua naſcitur Myrmidon. Thalian Aetnam nympham, mutatus in vulturem, ex qua naſcuntur apud Siciliam Paliſci. Imãdram Geneani apud Rhodum, mutatus in imbrem. Caſsiepeiam, ex qua naſcitur Anchinos. Lædam Theſei, mutatus in cygnum, ex qua naſcitur Helena: & D iterum eandem, mutatus in ſtellam, ex qua naſcuntur Caſtor & Pollux. Lamiã, mutatus in vpupam. Nnemoſynen, mutatus in paſtorem: ex qua naſcũtur Muſæ nouẽ. Nemeſin, mutatus in anſerẽ. Semelen Cadmiam, mutatus in ignem, ex qua naſcitur Dionyſius. Ex filia autem ſua Cerere, genuit Perſephonen, quam & ipſam corrupit, mutatus in draconem: ſed & Europã, Patrui ſui Oceani vxorem: & ſororẽ eius Eurynomen adulterat: & patrẽ punit: & Pluten, Atlantis filij ſui adulterat filiã, ex qua natum ſibi filiũ Tantalũ, damnat. Ex Lariſſe etiã Orchomeni, genuit Tityonẽ, quẽ & ipſum ſupplicijs tradidit. Dianã Ixionis filij ſui diripiẽs vxorẽ, ipſum perennib. ſubijcit pœnis: & penè oẽs, quos ex adulterijs genuit filios, violẽte mortis cõditione damnauit: quorũ & ſepulcra penè omniũ manifeſta ſunt. Ipſius deniq; parricidæ, qui & patruos peremit: & vxores eorũ vitiauit: ſororib. ſtuprum intulit: multiformis Magi ſepulchrũ euidens eſt apud Cretenſes: qui tamen ſcientes & cõfidentes infanda eius atq; inceſta opera, & omnibus enarrãtes: ipſi eum confiteri Deum non erubeſcunt.

2. Iouis adulteria. Vide Apollodorum extat enim.

** Eurin.) Hanc Apollodorus, Eunomiam vocat.*

Iô.) Ouid. 1. Metam.

De Caliſtone, Ouid 2. Metam.

De Chloride, Catullo, in Coma Berenices.

3. Iouis trãsformati adulteria, de his vide Arachnen, apud Ouid. li. 6. Meta. Et Higinũ, in ſuo Mythologico Poëtico.

De Semele, Ouid. lege 3. Metam.

Lariſſen vocat Apollodorus Elaram, filiam Orchomeni, matrẽ Tityi. lib. 1.

De ſepulcris Deorum, eadem referunt, Clemens Alexand. Athenagoras, in Apologia. Euſebius Pamph. E
& Minucius, in Octauio. Habetq́ue hoc idem Lactantius, ex hoc, opinor, quædam mutuatus, nam ſeries ar-
gumentiq́ue ratio hoc omninò clamat.

Vnde mirum mihi & valde mirum videtur, quomodo is, qui ſuper omnes morta
les ſcelere & flagitijs eminet, ſanctum: &, quod eſt ſuper omne bonum nomen acce
perit, vt pater Deorum atque hominum vocaretur: niſi fortè ille, qui malis hominũ
gaudet, eum, quem ſceleribus eminere ſupra cęteros vidit: ſupra cęteros ei honorem
conferre infœlices animas ſuaſit: vt ad imitationem malorum inuitaret vniuerſos.
Sed & filiorum eius, qui apud eos Dij putantur, ſepulacra ſingulis quibuſque in lo-
cis manifeſtiſsimè demonſtrantur: Mercurij, apud Hermopolim: Cypriæ Veneris,
apud Cyprum: Martis, in Thracia: Liberi, apud Thebas: vbi diſcerptus traditur: Her
culis, apud Tyrum: vbi igni crematus eſt. In Epidauro, Aeſculapij: quiq́; omnes non
ſolùm vt homines defuncti: ſed vt nequam homines puniti pro ſceleribus docentur: F
& tamen ab ſtultis hominibus vt Dij adorantur.

Deos homines fuiſſe, etiam Herodotus, atq́; Alexander M. Macedo, Philippi F. in epiſtola ad matrem:
itemq́ue Mercurius Τρις μέγιςος *: tum Apollodorus libro de dijs, teſtantur apud Athenagoram: quem*
omninò cum hoc loco conferre, haud paruum operæpretium erit.

Quòd ſi argumentari volunt, & magis hæc loca ortus eorum, quàm ſepulturę vel
mortis adfirmant: ex vicinis & adhuc recentibus geſtis, priora & vetera conuincen-
tur: cùm docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam ipſi homines & defunctos, vel
potiùs punitos eſſe profitentur, vbi gratia: vt Syri, Adonem: Aegyptij, Oſirin: Ilien-
ſes, Hectorem: apud Leuconeſſum, Achillem: apud Pontum, Patroclum: apud Rho-
dum, Alexandrum Macedonem: multosq́; alios per diuerſa loca, ſinguli, vt Deos co
lunt & adorant: quos homines mortuos fuiſſe non dubitant. Vnde conſequens eſt,
etiam priores ſimili errore prolapſos, mortuis hominibus, qui fortè vel potentiæ ali
quid, vel artis habuerunt: maximeq́; ſi phantaſijs magicis in ſtuporem ſtolidos homi G
nes adduxerant: honorem contuliſſe diuinum. Iam hinc aditum eſt, vt & poëtæ ele-
gantia verborum: commenta erroris ornarent: & ſuauitate dicendi, immortales eſſe
ctos eſſe ex mortalibus perſuaderent: imò & ampliùs aliquid, ex hominibus aiunt
ſtellas fieri, & arbores: & animalia: & flores: & aues: fonteſq́ue ac fluuios: & ni ver-
boſitas videretur, omnes penè ſtellas, quas ex hominibus effectas adſerunt, enume-
rare, vel arbores, vel fontes, ac fluuios poſſem: exempli tamen cauſa ſingula ſaltem ex
ſingulis memorabo. Andromedam Cephei, in ſtellam dicunt eſſe conuerſum: Da-
naën Ladonis fluuij filiam, in arborem commutatam: Hiacynthum Apollinis dile-
ctum in florem: Caliſto in ſidus, quod arcton vocant: Prognen, & Philomelam cum
Tereo, in aues: Thysben apud Ciliciam in fontem: & Piramum inibi in fluuium re-
ſolutos: omneſq́; penè vt dixi, vel ſtellas, vel arbores, fonteſq́; ac fluuios, floreſq́; &
animalia, vel aues, aliquando homines fuiſſe confirmant. At Pet. hæc audiens, ait: Er
go ſecũdum ipſos, antequã homines mutarẽtur in ſtellas, vel cætera, quæ enumeras, H
& cœlum ſine ſtillis erat: & terra ſine arboribus & animalibus: nec fontes, nec flumi
na, nec aues erant: & quomodo ipſi homines vixerunt ſine his, qui in hæc póſtmo-
dum mutati ſúnt, cùm conſtet, nec potuiſſe prorſus ſine his vitam ducere homines
in terris? Et ego reſpondi: Sed ne ipſum quidem cultum Deorum ſuorum obſerua-
re conſequenter nôrunt: vnuſquiſque enim eorum, quos colunt, habet aliquid ſibi
dicatum, à quo debent ſe continere cultores: vtputa Mineruæ, oliuam: Ioui, capram
ferunt dicatam: Cereri, ſemina: Libero, vinum: Oſiri, aquam: Hammoni, arietẽ: Dia-
næ, ceruum: Syrorum dæmoni, piſcem & columbam: Vulcano, ignem: & vnicuiq́;
vt dixi, eſt aliquid propriè dicatum: à quo oportebat abſtinere ſe cultores, ad hono-
rem eorum, quibus dicati ſunt. Nũc autem ſinguli ab vno aliquo ſe obſeruãtes, pro
vnius honore cæteros omnes iratos habent: quos vtique ſi placare velint, pro hono-
re omnium, abſtinere ſe ab omnibus oportebat: vt ante diem iudicij iuſta à ſemeti-
pſis ſentẽtia cõdemnati, morte miſerrima per inediam deperirent. Verùm ad propo-
ſitum

Ita factum eſt, vt Deorum numerus fermè vltrà hominum increuerit: Hæc Plin. Transformatiões homiuum. Vide 6. lib. Met. Ouid.

PETRVS

A ſitum reuertamur. Quæ, malum, ratio eſt, imò, quæ amentia mortalium poſsidet mentes, vt hominem, quem impium, ſceleſtum, profanum, Iouem dico inceſtum, patricidam, parricidam, non ſolùm ſciunt eſſe, ſed & publicè in theatris cantant, hũc vt Deum colant & adorent? Aut ſi pro his geſtis Deus eſſe meruit: ergo, & ſi quos audiunt homicidas adulteros, parricidas, inceſtos, etiam nũc debent, vt Deos, adorare. Sed quod in alijs execrantur, ſcire omninò nõ poſſum, cur in illo venerẽtur. Et Petrus reſpondit: Quoniam te neſcire dicis, diſce à me, cur in illo facinoroſa geſta venerentur: primò quidem, vt cùm ipſi ſimilia egerint, acceptos ſe ei futuros ſciant: vtpote, quem imitantur in flagitijs.

Vel vnus Terentianus Cherea ſatis locuples erit teſtis hoc ita eſſe: is enim quod in virginem ſibi permiſit, Iouis ſe exemplo feciſſe excuſat. Actu 3. ſcena 5. in Eunucho. Teſtatur & Ouidius primo de arte amandi.

Iupiter ex alto periuria ridet amantum:
Et iubet Aeolios irrita forte notos.
B *Per ſtyga Iunoni falſo iurare ſolebat:*
Iupiter exemplo nunc fauet ille ſuo.

Idem autem & Menippus in νεκυομαντίᾳ *apud Lucianum teſtatur. Qua de re & Auguſtinus de Ciuitate Dei, libro 2. cap. 7.*

Secundò, quod hæc literis ſcitè recondita, & verſibus eleganter inſerta veteres reliquerunt. Et nunc puerilis eruditionis obtentu, cùm eorũ notitia teneris & ſimplicibus adhæſerit mentibus: reuelli ex eis atq; abijci difficulter poteſt. Hæc cùm dixiſſet Petrus, Niceta reſpondit: Nõ putes Domine mi Petre, nõ habere eruditos quoſq; gentiliũ veriſimilitudines quaſdã, quibus adſtruant hæc, quæ culpabilia videntur & probrõſa, quæ quidẽ ego, nõ vt confirmẽs errores eorũ dico (abſit enim à me, vt hoc vel ad cogitationẽ meam veniat:) ſed tamen ſcio eſſe apud prudentiores ipſorũ defenſiones quaſdam, quibus adſtruere & colorare ſolent hæc, quæ videntur abſurda. Et ſi tibi placet, vt aliqua ex his proferã, quæ ex parte aliqua retineo: vt iubes, faciam.
C Cumq; Petrus permiſiſſet: Niceta hoc modo cœpit: Omnis ſermo apud Gręcos, qui de antiquitatis origine cõſcribitur, cùm alios multos, tum duos præcipuos auctores habet, Orpheũ & Heſiodum. Horum ergo ſcripta in duas partes intelligentiæ diuiduntur, id eſt, ſecundũ literam, & ſecundum allegoriam: & ad ea quidem, quæ ſecundum literam ſunt, ignobilis vulgi turba confluxit. Ea verò, quæ ſecundum allegoriam conſtat, omnis Philoſophorum & eruditorum loquacitas admirata eſt. *Orpheus. Heſiodus.*

Poëticas fabulas allegoricè enarrárunt olim Ariſtoteles, in Peplo. Dionyſius, in Corona. Reginus in Πολυμνήμονε. *vt refert Niceph. Calliſtus, libro 10. cap. 36. Denique Ioannes Tzetzes de ratione eas intelligendi pulcrè ſcripſit, in 1. librum Heſiodi, de officijs & diebus.*

Orpheus igitur eſt, qui dicit primò fuiſſe Chaos ſempiternum, immenſum, ingenitum, ex quo omnia facta ſunt: hoc ſanè ipſum Chaos non tenebras dixit eſſe: non lucem: non humidum: non aridum: non calidum: non frigidum: ſed omnia ſimul mixta: & ſemper vnum fuiſſe informe aliquando: tamen quaſi ad oui immanis mo-
D dum, per immenſa tempora effectam peperiſſe, ac protuliſſe ex ſe duplicem quãdam ſpeciem, quam illi Maſculofœminam vocant, ex contraria admixtione huiuſmodi diuerſitatis ſpeciem concretam: & hoc eſſe principium omnium, quod primum ex materia puriore proceſſerit, quodque procedens diſcretionem quatuor elementorum dederit: & ex duobus, quæ prima ſunt, elementis, fecerit cœlum, ex alijs autem, terram: ex quibus iam omnia participatione ſui, inuicem naſci dicit & gigni. Hæc quidem Orpheus. Subiungit autẽ his & Heſiodus, poſt Chaos ſtatim Cœlum dicens factum eſſe, & Terram: ex quibus ait progenitos illos vndecim, quos interdum & duodecim dicit: ex quibus ſex mares, quinque fœminas ponit: nomina autem dat maribus: Oceanus, Cœus, Chrius, Hyperion, Iapetus, Cronus, qui & Saturnus. Item fœminis, Thya, Rhea, Themis, Mnemoſyne, Thetis: quæ nomina per allegoriam hoc modo interpretãtur. Numerũ quidem vndecim vel duodecim, ipſam dicunt primam naturam, quam & Rheam à fluendo dictam volunt: reliquos *Cœli & Terræ filij. Locus egregie philoſophicus. ῥέω enim, fluo eſt.*

autem decem accidentia eius dicunt: quas & qualitates appellant: duodecimum E
tamen addunt & Cronum, quem apud nos Saturnum dicunt, hũc pro tempore accipiunt. Saturnum ergo & Rheam tempus ponunt, & materiam, quę vbi cum humido & arido, & calido, & frigido tempore fuerint admixta, omnia generat. Hæc ergo, inquit, primò omnium tempore multo concretam genuit quandam quaſi bullam, quæ ex ſpiritu, qui in aquis erat, paulatim collecta intumuit: & aliquanto tempore circũacta per ſuperficiem materiæ: ex qua, quaſi ex vulua proceſſerat, rigore frigoris obdurata, & glacialibus augmentis ſemper increſcens: abrupta tandem demergitur in profundum: ac pondere ipſo pertracta, in infernum deſcendit. Et quia inuiſibilis facta eſt,

(Legendum videtur: quaſi ἀΐδης appellata eſt ἅδης. Ἅδης, tartarus, ſiue, inferi, quaſi ἀΐδης, inaſpectabilis, obſcurus: ab α priuatiua part. & ἰδεῖν, id eſt, videre.)

Aides appellata eſt: qui & Orcus, vel Pluto nominatur. Cumq; de ſuperioribus mergeretur in inferna, locum confluendi humido præbuit elemento: & pars craſsi- F
or, quæ eſt terra, aquis cedentibus patefacta eſt. Hanc ergo aquarum libertatem, quę priùs bulla obtegente premebatur, poſtquam illa inferni ſortita eſt locum, Neptunum eſſe appellatum. Poſt hoc, cùm elementum frigidum per concretionem glacialis bullæ, ad inferiora fuiſſet abſorptum, & aridum fuiſſet humidũq; diſcretum: nullo iam impediente elementum calidum ignis, vtpote vigore & leuitate ad ſuperiora cõuolauit aëris, ſpiritu & procella ſubuectum. Hanc ergo procellam, quæ καταιγὶς Græcè appellatur, ægam, id eſt capram dixerunt: & ignem, qui ad ſuperna conſcendit, Iouem: & ideo eum capra ſubuectum conſcendiſſe Olympum dicunt.

περὶ τῆς καταιγίδος vide Ariſtotelem, de Mundo ad Alexandrum.

Iupiter vnde dictus ſit. Vide eundem Ariſt. Ibidem: Orphea in Cratere: Platonem in Cratylo.

Ipſum verò Iouem, Græci quidem à viuendo, vel vitam dando: noſtri à iuuando nominatum volunt. Hanc ergo eſſe viuentem ſubſtantiam ferunt: quæ in ſuperioribus poſita, vi caloris velut cerebri ambitu, ad ſe trahens cuncta, & cuiuſdam temperamenti moderatione componens: de capite dicitur genuiſſe ſapientiam, quam Mi- G
neruam vocant: quæ à Græcis ἀθήνη propter immortalitatem nominata eſt: quæ, quia pater omnium per ſapientiam ſuam cuncta condidit: & ex ipſo capite eius, & principali omnium genita dicitur loco: & temperata admixtione elementorum, vniuerſum formâſſe mundum, & adornâſſe perhibetur. Igitur ſpecies, quæ materiæ inditæ ſunt, vt fieret mundus, quia vi caloris conſtringuntur, Iouis viribus contineri dicuntur. Quæ quoniam ſufficienter ſe habent, nec vltrà addi ſibi indigent aliquid noui, ſed vnumquodque ſeminis ſui poſteritate reparatur: vinctæ eſſe à Ioue Saturni manus dicuntur: quia nihil noui iam, vt dixi, ex materia tempus producit: ſed calor ſeminum, ſecũdum ſui ſpeciem cuncta reſtituit: nec vltrà Rheæ partus, hoc eſt, propago materiæ fluentis aſcẽdit, & ideo ipſam primam elementorũ diuiſionem, abſciſsionem Saturni nominant: quaſi, qui vltra mundũ generare nõ poſsit. Nam de Venere hoc modo allegoriam tradũt, vbi aiunt, ætheri ſubiectum eſt pela- H
gus, cùm repercuſſus aquis ſplendor, cœli gratior refulſiſſet, venuſtas rerum, quæ ex aquis pulchrior apparuerat, Venus nominata eſt: quæ Aetheri tanquã fratri ſuo ſociata, quòd concupiſcibile decus effecerit. Cupidinem genuiſſe memorata eſt. Hoc ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui eſt Saturnus, tempus eſſe diximus, tradunt: Rheam, materiam: Aiden, id eſt, Orcum, inferni profundum: Neptunum, aquam: Iouem, ætherem, id eſt, caloris elementum: Venerem, venuſtatem rerum: Cupidinem, concupiſcentiam, quæ ineſt rebus omnibus, per quam poſteritas reparatur: vel etiam rerum ratio, quæ ſapienter inſpecta delectat. Hera, id eſt Iuno, aër iſte medius, qui de cœlo vſque ad terram deſcendit, ponitur. Diana, quam ipſam Proſerpinam dicunt, aërem inferne tradunt. Appollinem, ipſum etiam Solem dicunt, circumeuntem polum. Mercurium, verbum, quo ratio de ſingulis quibuſque reddatur. Martem, intemperatum ignem, qui cuncta conſumat. Sed ne ſingula enumerando immoremur, ad hanc allegoriæ ſpeciem, de vno quoq;

Minerua ἀθήνη propter immortalitatem dicta eſt. Alij quaſi ἀθήλη dictã volunt, id eſt, non lactatam.

Saturni manus à Ioue vinctæ, cur?

Eodẽ modo Philo Iudæus, libro de decalogo, in primum præceptum.

Iuno.

Diana.

Mercurius.

A quoq; eorum,quos colunt,in quibus ſecretior de talibus ineſt peritia,honeſtas ſibi
videntur & iuſtas reddere rationes.Hęc cùm Niceta dixiſſet,Aquila reſpondit:Valde mihi videtur,quiſquis eſt auctor & inuentor horum,impius extitiſſe: ſi hæc, quæ
grata & honeſta videntur, abſcondit: & ſuperſtitionis ſuæ ritum in dedecoroſis &
turpibus obſeruantijs collocauit: cùm ea,quæ ſecundũ literam ſcripta ſunt,manifeſta inhoneſta ſint,& turpia: & tota religionis eorũ obſeruantia,in ipſis cõſtet,vt per
huiuſmodi ſcelera & impietates,Deos ſuos quos colunt,doceãt imitari.Nã in iſtis allegorijs,quæ eis vtilitas erit? quæ quãuis honeſta finguntur,nullus tamen ex eis aut
vſus ad cultũ peruenit:aut ad mores,emendatio.Vnde magis conſtat,quòd prudentes viri cùm viderent cõmunem ſuperſtitionẽ tam probroſam eſſe,tam turpem, nec
tamen corrigendi modum aliquẽ,vel ſcientiam didiciſſent:quibus potuerunt argumentis,& interpretationibus,conati ſunt res inhoneſtas honeſto ſermone velare:&
non,vt dicũt,honeſtas rationes,inhoneſtis fabulis occultare: quod ſi eſſet, nunquã
B vtiq; ipſa eorum ſimulacra,atq; ipſæ de eis picturæ,cum ſuis vitijs & criminibus formarẽtur.Nõ cygnus,adulter Ledæ: nec taurus formaretur Europæ: & in mille mõſtra eum,quem putant meliorem omnibus,verterent.Quod vtiq;, ſi magni & ſapiẽtes,qui ſunt apud eos,viri,fictum ſcirent eſſe, non verum: nónne impietatis arguerent & ſacrilegij eos,qui ad iniuriam Deorum huiuſmodi aut picturam ponerent,
aut ſculperent ſimulacra? deniq; Regem temporis ſui,depingant in bouis forma vel
anſeris,vel formicæ,vel vulturis: & ſcribant ſuprà Regis ſui nomen: atq; huiuſmodi
vel ſtatuam,vel imaginem collocent: & iniuriam facti ſentient,& vindictæ magnitudinem.Sed quoniam vera hæc magis ſunt, quæ publica turpitudo teſtatur: & ad excuſationem à viris prudentibus, ſermonibus honeſtis quæſita ſunt, & cõcinnata
velamina: idcirco non ſolùm non prohibentur: ſed & ipſis myſterijs Saturni filios
deuorantis,& occultati pueri,per Corybantum & cymbala, & tympanorum ſonitus,exprimuntur imagines.De abſciſsione verò Saturni,quæ maior erit probatio ve
C ritatis,quàm,vt in honorem Dei ſui,ſimili infœlicitatis ſorte abſcindãtur etiam cultores? Cùm ergo hæc manifeſtè cernantur, quis tam exigui ſenſus, imò tam ſtolidi
inuenietur: cui non palàm ſit, hæc magis vera eſſe de infœlicibus Dijs, quæ infœliciores cultores etiam corporum ſuorum vulneribus, & abſciſsione teſtãtur? Quod
ſi,vt dicunt,hæc ita honeſtè & piè geſta tam inhoneſto ritu miniſtrantur & impio,ſacrilegus profectò eſt, quiſquis ille, vel ex initio hæc tradidit, vel nunc malè tradita
perſiſtit implere.Quid aũt & de libris dicimus poëtarum, nónne oportuerat eos, ſi
honeſta,& pia Deorum geſta turpibus fabulis infamárunt,abijci protinus, atque in
ignem dari: ne perſuaderent teneræ adhuc ætati puerorum,Iouem ipſum Deorum
principem,parricidam erga parentes: inceſtum erga ſorores & filias. impurũ etiam
in pueros extitiſſe?Venerẽ cũ Marte adulteros: & omnia illa,quæ iam ſuperiùs dicta
ſunt: Aut quid tibi videtur Domine mi Petre? Tunc ille reſpondit: Certus eſto,dulciſsime Aquila,quia omnia per bonã Dei prouidentiã geſta ſunt,vt non ſolùm infir-
D ma,& fragilis,verũ & turpis eſſet cauſa,quæ futura erat contraria veritati.Si enim validior & veriſimilior fuiſſet erroris aſſertio: haud facile quiſquã, qui in eo deceptus
eſſet,ad iter veritatis rediret.Si enim nunc,cùm tam multa proba & dedecora de dijs
gentium proferuntur· vix aliquis turpem derelinquit errorem,quãtò magis, ſi eſſet
ibi aliquid honeſtum & veriſimile?Difficulter nãq; transfertur anima ab his, in quibus à prima ætate præuentus eſt: & ob hoc,vt dixi,diuina prouidentia factum eſt:vt
erroris ſubſtantia, & infirma eſſet & turpis. Sed & cætera omnia ſimili modo, competenter & commodè diſpenſat diuina prouidentia: licet nobis ignorantibus rerum cauſas,bonæ & optimæ diſpenſationis diuinæ non liqueat ratio. Cum hæc Petrus dixiſſet, ego Clemẽs Nicetam rogabã, vt aliqua de allegorijs gentiliũ, quas diligenter attigerat,agnoſcendi gratia exponeret:vtile enim eſt,vt quãdo cum gẽtilibus
diſputamus,etiam iſta nos minime lateant. Et Niceta:Si,inquit,permittit Dominus
meus Petrus,poſſum dicere.Tum Petrus.Hodie,inquit, permiſi vobis dicere aduer-
ſum

Allegoriæ de Dijs gẽtilium ad velanda decora eorum inuẽtæ ſunt.

Propterea Plato Rep. ſua eiecit poëtas.

Prouidẽtia Dei omnia ſunt infirma & palàm in honeſta, quæ veritati repugnant.

ſum gentiles,vt nôſtis.Et Niceta ait: Dic ergo Clemens,de quibus audire velis. Cui E
ego aio: Quomodo tradunt de Deorum cœna gentiles, quam in Pelei nuptijs habuerunt,& Thetidis,quem dicunt eſſe Paridem paſtorem,& quas ponunt in Iunone,Minerua & Venere, quæ apud eum iudicantur, quemúe Mercurium,vel quod malum,& cætera quæ per ordinem conſequuntur? enarra nobis.

De Nuptijs Pelei ac Thetidis luculenté ſcribit Apollodorus Athenienſis, lib. 3. de dijs. Earum atque cœnæ hic eſt valde elegans explicatio. Vide & Gyraldum 5. Syntagmate. Lucianum, in Iudicio Paridis.

Tum Niceta: Cœnæ Deorum cauſa hoc modo ſe habet. Conuiuium, mundum tradunt: diſcumbendi ordinem Deorum,ſtellarum poſitionem,quos Heſiodus cœli & terræ primos filios nominat: in quibus ſex mares,& ſex fœminas, ad duodecim ſignorum numerum referunt: quæ vniuerſum circumeunt mundum: dapes autem conuiuij,rationes eſſe & cauſas rerum tradunt,dulces & concupiſcibiles, quæ,qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex ſignorum poſitione,& aſtrorũ curſibus F colliguntur. Ad libertatis tamen conuiuij modum,dicunt iſta cõſtare,pro eo,quòd poteſtatem habeat vniuſcuiuſq; ſenſus,ſi velit deguſtare aliquid ex huiuſmodi ſcientia,aut ſi nolit: & ſicut in conuiuio nemo cogitur,ſed veſcendi libertas penes vnumquemq; eſt: ita & philoſophandi ratio, pendet in voluntatis arbitrio. Diſcordiam, concupiſcentiam carnis dicunt: quæ inſurgit aduerſum propoſitum mentis: & philoſophandi impedit ſtudium: ideo deniq; & tempus illud eſſe aiunt, in quo de nuptijs agitur. Peleum verò & Thetidem nympham,aridum & humidum ponunt elementum,ex quorum admixtione ſubſtantia corporum conſtat. Mercurium, verbũ eſſe tradunt: per quod ſenſui doctrina confertur. Iunonem,pudicitiam. Mineruam, fortitudinem. Venerem,libidinem dicunt. Paridem,ſenſum. Si ergo aiunt,accidat, in homine barbarum eſſe & imperitum ſenſum,& rectum iudicium neſcientẽ, ſpreta pudicitia,& virtute,libidini palmam,quod eſt malum,dabit: per quod non ſolùm ſibi,ſed & ciuibus & vniuerſæ genti ſubuerſio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia viſum ſit: tamen aptari ad omnem hominem poſſunt: quia ſi quis paſtoralem & ruſticum atque imperitum habeat ſenſum, nec velit erudiri: vbi corporis calor de libidinis ſuauitate ſuggeſſerit: cõtinuò ſpretis ſtudiorum virtutibus,& ſcientiæ bonis,ad voluptates corporum animum confert. Et hinc eſt,vnde impacata bella conſurgunt: vrbes ruunt: patriæ concidunt: ſicut & Paris rapta Helena ad mutuum Græcos & Barbaros armauit exitium. Et Petrus, collaudans proſequutionem eius,ait: G

Inde etiam nomẽ quidam Mercurium inueniſſe teſtantur.

Sic & 2. epiſt. 1.

Petrus docet non licere in diuinis libris intelligendis agere, quod ethnici faciunt in fabulis. Vera ſané regula explicandarum ſcripturarum. Docet præterea, quatenus ſcientia profana adhiberi poſſit ad diuinam doctrinam.

Multas,vt video,ingenioſi homines,ex his,quæ legunt,veriſimilitudines capiũt, & ideo diligenter obſeruandum eſt,vt lex Dei cùm legitur,non ſecundũ proprij ingenij intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis,quæ poſſunt trahi ad ſuum ſenſum: quem ſibi vnuſquiſque ſponte præſumpſit: quod fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus attuleris alienum, & extraneum debes quærere , quem ex ſcripturarum auctoritate confirmes: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum,qui eam à maioribus,ſecundum veritatem ſibi traditam, ſeruat, vt & ipſe poſſit ea quæ rectè ſuſcepit,competẽter aſſerere. Cùm enim ex diuinis ſcripturis integram quis ſuſceperit & firmam regulam veritatis, abſurdum nõ erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi ac de liberalibus ſtudijs,quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis cõferat: ita tamen,vt vbi vera didicit,falſa & ſimulata declinet. Et cùm hæc dixiſſet,ad patrem noſtrum reſpiciens,ait: Tu ergo,ſenex,ſi quidem ſaluti animæ tuæ conſulis,vt cùm corpore fuerit reſoluta, pro breui hac cõuerſione,requiẽ inueniat ſempiternã,require,de quibus vis: & conſule,vt poſsis,ſi quid in te eſt,dubitationis abijcere: incertũ enim eſt etiam iuuenibus vitæ tẽpus: ſenibus H

Hortatur P. ſenẽ Fauſtum ad fi-

autem,

dein Chriſtũ, & pœnitentiam: explicans officia veri Chriſtiani hominis:docẽs deniq;, quomodo neceſſariò ex ſacris literis petẽda ſit veritates cognitio.

A autem,iam nec incertum eſt: non enim dubitatur,quin,quantumcunque eſt,quod putatur ſupereſſe,breue ſit.Et ideo tam iuuenes,quàm ſenes oportet de conuerſione,& pœnitentia valde eſſe ſolicitos: & ſatagere,vt de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſsimis: id eſt,dogmatibus veritatis: decore pudicitiæ:ſplendore iuſtitiæ: candore pietatis, alijsq; omnibus quibus cōptam decet eſſe rationabilem mẽtem.Tum præterea declinare à conſortijs inhoneſtis & infidelibus: & ſocietates habere fidelium: atq; illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur.Orare ſemper Deum ex corde:& ab ipſo petere,quę decet à Deo poſcit: ipſi gratias agere: veram pœnitudinẽ gerere præteritorũ geſtorum. Aliquãtulum etiam, ſi poſsibile eſt, per miſericordias pauperum iuuare pœnitentiam. per hæc enim facilior venia dabitur: & indulgenti citiùs indulgebitur. Quod ſi prouectioris ætatis ſit is,qui ad pœnitentiẽ venit: non magis gratias agere debet Deo,quòd poſt quam fractus eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis,ſcientia veritatis acce-
B pta,nulla ei imminet pugna certaminis: per quam inſurgentes aduerſum animã, reprimat corporis voluptates.Supereſt ergo in agnitione veritatis,& miſericordiæ operibus exerceri: vt afferat fructus dignos pœnitentiæ: nec putet,quod in temporis lõgitudine documentum conuerſionis oſtendatur,& non in deuotionis ac propoſiti firmitate:Deo enim manifeſtæ ſunt mentes, qui non temporum rationem colligit: ſed animorum: ipſe enim probat,ſi quis agnita veritatis prædicatione nõ diſtulit,neque tempus negligendo conſumpſit. ſed ſtatim, & ſi dici poteſt, eodem momento, præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cœpit: & in amorem regni cœleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrûm vltra diſsimilet, nec retro reſpiciat: ſed ad euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, cùm diues factus fuero, tunc conuertar: non requirit à te Deus pecuniam,ſed animum miſericordem, & piam mentem. Neque diues conuerſionem ſuam differat, pro ſolicitudine ſeculari: dum cogitat,quomodo diſpenſet abundantiam frugum: neque dicat intra ſemetip-
C ſum,quid faciam,vbi recondam fructus meos?neque dicat animæ ſuæ, habeo multa bona repoſita in annos multos,epulare, lætare: nam dicetur ei:Stulte,hac nocte auferetur abs te anima tua: & quæ præparâſti,cuius erunt?Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas,omnis ſexus,omniſq; conditio,vt vitam conſequatur æternam.Iuuenes quidem in eo grati ſint,quòd in ipſo impetu deſideriorum ceruices ſuas iugo ſubijciunt diſciplinæ: Senes & ipſi laudabiles,quia multi temporis conſuetudinẽ,in qua male præuenti ſunt,pro Dei timore commutant.Nemo ergo differat,nemo cũctetur: quæ enim cauſa cunctandi eſt ad benè agendum? aut times, ne cùm benefeceris,ibi remunerationem non inuenias,vt putaſti?Et quid ſenties detrimenti,ſi bene feceris gratis: nónne etiam ſola in his ſufficeret conſcientia?Quòd ſi inueneris,vt præſumis,nónne pro paruis,magna: & pro tẽporalibus,æterna recipies? verùm ego hæc propter incredulos dixi.Nos autem quæ prædicamus,ita ſe habent:quia nec aliter eſſe poſſunt,quę Prophetica voce promiſſa ſunt.Si quis verò cupit ex amuſsim ve-
D ritatem noſtræ prædicationis agnoſcere, conueniat ad audiendũ: &, quid ſit verus Propheta,cognoſcat: & tunc demũ omnis in eo ceſſabit ambiguitas: ſi tamen non obſtinatis animis reſiſtat his,quæ vera eſſe cōpererit.Sunt enim quidã, qui quolibet modo,ad hoc tantùm reſpiciũt,vt vincant: & laudem pro hoc magis, quàm ſalutem quærũt:quibus non cōuenit vel dici aliquid,ne & ſermo nobilis patiatur iniuriã, & iniuriæ ſuæ reum æterna morte cōdemnet.Quid enim eſt,in quo aduerſari prędicationi noſtræ quis debeat?aut,in quo cōtra veri honeſtiq; fidem ſermo prædicationis noſtræ deprehenditur? qui dicit,honorandũ eſſe Deum,& patrem omniũ conditorem: eiuſq; filium,qui ſolus eum & voluntatẽ eius nouit: cuiq; ſoli de omnibus credendum eſt,quæ præcepit: ſolus enim eſt lex,& legis lator,& iudex iuſtus: cuius lex diſcernit, honorandum eſſe Deum, Dominum omnium, per vitam ſobriam, caſtam,iuſtam,miſericordem,& in ipſo ſolo omnem collocandam ſpem. Sed dicet aliquis,etiam à philoſophis huiuſmodi præcepta dari. Nihil eſt ſimile: nam de iuſti-

Retro reſpicere,eſt moras texere, aut cauſari aliud,quod prius te agere expediat.

Ita Chriſtus Luc.12

Inter ſalubria philoſophorũ &

tia

Chriſti præcepta, quid interſit. tia quidem ab eis, & ſobrietate mandatur: ſed remuneratorem Deum, geſtorum bonorum malorumq; non nôrunt: & eò leges & præcepta eorum accuſatorem tantúmodò publicum vitant: conſcientiam verò purificare non poſſunt. Quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorum eſſe arbitrum & iudicem neſcit? Addunt
1\. præterea philoſophi in præceptis ſuis, etiam Deos, qui ſunt dæmones, honorandos:
2\. quod ſolum, etiamſi in alijs probabiles viderentur, grauiſsimæ eos poteſt impietatis arguere, & proprijs cõdemnare ſententijs: qui vnum quidem eſſe pronunciant Deú:
3\. pro aſſentatione tamen erroris humani, plures mandent colendos. Aiunt autem & illud Philoſophi, Deum non iraſci: neſcientes, quid dicant. Ira enim mala eſt, vbi mẽtem turbat, vt rectum conſilium perdat: illa verò, quæ malos punit, perturbationem menti non infert: ſed vnus, vt ita dixerim, idemq; affectus eſt, qui & bonis præmia, & malis retribuit pœnam: nam ſi bonis & malis bona reſtituat, & ſimili remunera-
πρόληψις tione erga pios vtatur, & impios, iniuſtus potiùs, quàm bonus videbitur. Sed ais: nec
1\. Deus debuit facere malum. Verum dicis: neq; facit: ſed, qui ab eo creati ſunt, dum iudicandos ſe eſſe non credunt: indulgentes voluptatibus ſuis, à pietate & iuſtitia
2\. deuoluti ſunt. Sed dices, ſi iuſtum eſt punire malos, ſtatim, vt malè agunt, puniri de-
Prolixa patiẽtia Dei. bent. Tu quidem bene feſtinas, ſed ille, qui æternus eſt, & quem nihil latet: &, quantò nullus ei finis, tantò & prolixa patientia eſt: & non ad velocitatem vindictæ, ſed ad ſalutis reſpicit cauſa: delectatur enim non tam morte, quàm conuerſione pecca-
Ezech. 18. Ioan. 12. tis. Ideo deniq; & ſanctũ baptiſma largitus eſt hominibus, ad quod ſi quis venire feſtinet, & de reliquo maneat emẽdatus: delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiam commiſſa ſunt. Nam philoſophi quid contulerunt vitæ mortalium, dicendo hominibus non iraſci Deum? nempe, vt docerent eos nullum habere vindictæ alicuius, vel iudicij metum: & per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus iuuârunt, qui dixerunt, non eſſe Deum: ſed caſu omnia, & fortuitò agi? nónne, vt hæc audientes homines, & arbitrantes nullum eſſe iudicem, nullũ prouiſorem rerum, ad omne facinus, quod vel furor, vel auaritia, vel libido dictâſſet, neminem verendo præcipites agerentur? Nam illi multùm reuera iuuerunt mortalium vitam, qui dixerunt, nihil poſſe ſine Geneſi fieri: ſcilicet, vt vnuſquiſque peccati ſui cauſam Geneſi aſſcribens: ſemetipſum in ſceleribus ſuis pronunciaret innoxium: dum crimen ſuum non pœnitendo diluit, ſed factum culpando congeminat. Nam de illis, quid dicam, philoſophis, qui Deos colendos eſſe introduxerunt: & ta-
Vitia culta pro Dijs. les Deos, quales paulò antè audiſtis? Quid fuit aliud decernere, niſi, vt vitia: niſi, vt flagitia colerentur? Pudet, miſeretq; me veſtri, ſi creditis, quod indigna hæc eſſe & impia, atq; execrabilia, aut non deprehendiſtis hactenus, aut deprehenſa & intelle-
De rebus diuinis loqui humanis coniecturis, quàm friuolum. Sic etiam Petrus 2. epiſt. cap. 1. cta, mala pro bonis & optimis coluiſtis. Tum præterea & illud quale eſt, quod præſumpſerunt nonnulli philoſophorum, vel de Deo loqui, cùm ſint mortales: & opinione ſola de inuiſibilibus dicere: vel de mundi origine, vbi non aderant, cum fieret: vel de fine eius, vel de animarum in infernis diſpenſatione & iudicio: neſcientes, quod præſentia quidem & viſibilia noſſe, hominis ſit rationabilis? Præterea verò, & futura, & inuiſibilia ſcire, ſolius propheticæ præſcientiæ ſit. Non ergo hæc coniecturis & opinionibus colligenda ſunt, in quibus valde falluntur homines: ſed fide propheticæ veritatis, ſicut ſe habet hæc noſtra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æſtimatione collecta adnunciamus: hoc decipere eſt auditores: ſed veri Prophetæ auctoritate nobis tradita, & manifeſtata prædicamus. De cuius præſcientia & virtute prophetica, ſi quis, vt dixi, ad liquidum vult documenta ſuſcipere, ſolicitus conueniat, & impiger ſit ad audiendum: & euidentes dabimus probationes, quibus vim propheticæ præſcientiæ, non ſolum auribus audire: ſed & oculis etiam videre, ac manu contrectare ſe credat. De quo cùm certam fidem conceperit, iugum iuſtitiæ & pietatis abſque vllo labore ſuſcipiet: tantamq; in eo ſentiet ſuauitatẽ, vt non ſolùm nihil ei laboris inde cauſetur, verùm & ampliùs aliquid addi ſibi deſideret, & imponi. Cumq; hæc & alia his ſimilia dixiſſet, & nonnullos ex his qui

A qui aderant infirmos, & dæmonibus obſeſſos curâſſet: gratulantes, & Deum collaudantes turbas dimiſit: præcipiens eis, vt ad eundē locum, etiam conſequentibus diebus audiendi gratia conuenirent. Cumq; domi iam inter nos eſſemus, ac præpararemus ad edendum, ingreſſus quidam nunciat Appionem Pliſtonicenſem, cum Anubione nuper veniſſe ab Antiochia: & hoſpitari cum Simone. Tum pater audiens, gauiſus eſt, & ait Petro: Si permittis, volo & ſalutare Appionem, & Anubionem, quia valde amici mihi ſunt. Fortaſſis aūt Anubionem etiam ſuadere potero, diſputare cum Clemente de Geneſi. Et Petrus: Permitto, inquit: & laudo, quòd amicos colas: veruntamen conſidera, quomodo per prouidentiam Dei omnia tibi ex ſententia concurrunt: ecce enim non ſolū affectio tibi propria Deo præſtante reparata eſt: ſed & amicorum præſentia procuratur. Et pater: Verè, inquit, aduerto ita eſſe, vt dicis. Et cùm hæc dixiſſet, abijt ad Anubionem. Nos autem cum Petro poſiti, per totam noctem interrogando de diuerſis, & diſcendo ab eo, delectatione ipſa do-
B ctrinæ, & ſuauitate verborum peruigiles manſimus. Et cùm iam auroreſceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror, quid viſum ſit patri veſtro.

Appion.
Anubion.

Pleriſque totus hic locus valde ſuſpectus eſt, de transformatione Fauſtiniani in Magum: quod in præfatione ſua Ruſinus teſtetur penitus illum non haberi in quibuſdam codicibus: neque hæc res à fabula multùm videatur abeſſe. non debeat tamen omitti, quando & manu ſcripti vetuſti quidam codices eum habeant: & in Epitome referatur: denique perpetua ſibiquè pulchrè cohærens hiſtoriæ ſeries ſatis indicet παρεμβεβλημένον *eum eſſe non poſſe.*

Cumque hæc diceret, ſuperuenit pater, & inuenit Petrum nobis de ſe loquētem. Cumq; ſalutaſſet, ſatis facere cœpit; & cauſam exponere, ob quam foris manſiſſet. Nos autem reſpicientes ad eum, expauimus, vultum in eo Simonis videntes: vocem tamen patris noſtri audiebamus. Cumque refugeremus eum, & execraremur, ſtupebat pater, quòd tam auſterè cum eo ageremus & barbarè. Solus tamen Petrus erat, qui vultum eius naturalem videbat, qui & ait ad nos. Cur execramini patrē veſtrum?
C Cui nos vnà cum matre reſpondimus: Hic nobis Simon videtur, vocem habens patris noſtri. Et Petrus: Vobis quidem vox eius, quæ maleficijs mutata non eſt, ſola nota eſt: mihi autē etiam vultus eius, qui alijs arte Simonis mutatus apparet, Fauſtiniani patris veſtri notus eſt: & intuens patrem, ait: Cauſa, quæ coniugem tuam conturbat, ac filios, hæc eſt: ſpecies vultus in te non videtur illa, quæ fuit: ſed facies execrandi Simonis in te apparet. Et cùm hæc diceret, ingreſſus quidam ex his, qui Antiochiam præceſſerunt, dicebat ad Petrum: Scire te volo, Domine mi Petre, quod Simon apud Antiochiam publicè multa faciens ſigna, & prodigia, nihil aliud populo perſuaſit, niſi, quæ ad tui odium pertinent: Magum te nominans, maleficum, homicidam: & in tantum eos aduerſum te odium cōcitauit, vt magnopere deſiderent, ſi te vſquā inuenire queant, etiam carnes tuas deuorare: & ob hoc nos, qui præmiſsi ſumus, videntes valde commotam contra te ciuitatem, occultè in vnum conuenientes, conſiderabamus, quid fieri oporteret. Cumq; nullum videremus exitum rei, ſuperuenit
D Cornelius Centurio, miſſus à Cæſare ad præſidem Cæſareæ, publici negotij gratia: hunc accerſimus ad nos ſolū, cauſamq; ei, qua mœſti eſſemus, exponimus: ac, ſi quid poſſet, vt iuuaret, hortamur. Tum ille promptiſsimè repromittit, ſe eum protinùs fugaturum, ſi tamen conſilio eius etiam nos adniteremur: cumq; nos polliceremur impigrè cuncta geſturos, ait: Cæſar in vrbe Roma, & per prouincias maleficos inquiri iuſsit ac perimi, ex quibus plurimi iam perempti ſunt. Ego igitur diuulgabo per amicos, me, vt iſtum Magum caperem, veniſſe: & ob hoc miſſum à Cęſare, quo etiam hic cum cæteris ſuis ſocijs puniatur. Veſtri ergo, qui cum ipſo ſunt, occultè quaſi vndecunque audierint, dicēt ei, quod ego ad ipſum capiendum miſſus ſim: & certum eſt, quod cum audierit, fugiat: aut ſi vos aliquid meliùs videtis, dicite. Quid plura? ita factum eſt à noſtris, qui cum ipſo erant, explorandi gratia ſimulati. Vbi didicit Simon ventum eſſe ad ſe, tanquam ingens ſibi beneficium collatum ab eis accipiens, in fugam verſus eſt. Diſcedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc venit, ſicut au

Cornelius centurio is, qui Act. X. iuſtus & timens Deū dicitur.

diuimus, hoc ergo viſum eſt nobis omnibus, qui præceſsimus, vt interim nunc a- E
ſcendas Antiochiam, vſquequo videamus, num illo diſcedente, odium, quod de te
populo ſeminauit, aliqua ex parte vacuetur. Cùm hæc inſinuâſſet is, qui de Antio-
chia venerat, Petrus reſpiciens ad pãtrem noſtrum, ait: Fauſtiniane, à Simone Mago
transformatus eſt vultus tuus, ſicut apparet: putans enim, quod à Cæſare quærere-
tur ad pœnam, tertius fugit, & ſuum vultum tibi impoſuit, ſi fortè tu pro ipſo cape-
reris: & ad mortem duci poſsis: vt filijs tuis triſtitiam moueret. Pater verò vbi hęc au-
diuit, cum lachrimis exclamans: Rectè, inquit, æſtimâſti Petre. nam & Anubion,
quia mihi valde amicus erat, ſub myſterio quodã mihi indicare cœperat, de inſidijs
eius: ſed infœlix non credebam: quia nihil in eum commiſeram mali. Cumq; omnes
vnà cum patre triſtitia & lachrimis ageremur, interea & Anubion venit ad nos, indi-
cans nobis Simonem fugiſſe per noctem, Iudæam petentem. Videns autem patrem
noſtrum plangentem & lamentantem ſe, ac dicentem: Infœlicem me, qui eum Ma-
gum audiens non credebam: quid mihi miſero accidit, vt vna die recognitus ab vxo- F
re, & filijs, lætari non potuerim cũ eis, ſed ad priores miſerias, quas in errore pertu-
li, reuolutus ſum? Mater autem multò grauiùs ſparſis & laceratis crinibus plange-
bat: nos quoque in permutatione vultus patris ſtupentes, nec, quid rei eſſet, intelli-
gere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita videns affligi, velut mutus ſtabat.
Tunc Petrus nos intuens filios eius, ait: Mihi credite, quòd hic ipſe eſt pater veſter:
propter quod & moneo vos, vt quaſi patrem ſeruetis eum. Dabit enim Deus occaſi-
onem aliquam, qua depoſito Simonis vultu, euidentem patris veſtri, id eſt, ſuam re-
cuperare poſsit effigiem. Et ad patrem reuerſus, ait: Ego tibi permiſeram ſalutare
Appionem, & Anubionem: quos tibi amicos à puero fuiſſe dixeras: non tamen, vt
cum Simone loquereris. Et pater: Peccaui, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, in-
quit, cum ipſo rogo & deprecor te, vt ignoſcas ſeni, viro bono, & generoſo: ſedu-
ctus eſt infœlix, & ludibrio factus, à nominato Mago: dicam enim, quomodo res G
geſta eſt. Vbi venit ad ſalutandos nos, cõtigit, vt in ipſa hora circunſtaremus Simoné
audientes eum dicentem, quod fugere vellet: in ipſa nocte audiſſe enim ſe, quod ve-
nerint quidam etiam ad hanc Laodiceæ ciuitatem, qui eum ex præcepto Imperato-
ris comprehenderent: velle autem ſe in hunc, qui nuper ingreſſus eſt Fauſtinianum,
omnem conuertere furorem. Et ait ad nos: tantùm, inquit, vos facite cum cœnare
nobiſcũ: & ego vnguentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem
ſuam; vt ex eo meum vultum omnibus habere videatur: vos autem herbæ cuiuſdam
ſucco facies perungemini priùs, vt non fallimini de immutatione vultus eius: ita, vt
exceptis vobis, alijs omnibus Simon eſſe videatur. Et cùm ille hæc diceret, aio ad
eum: Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon: Primò, inquit, vt ipſum
cõprehendant, qui me quærunt, & me deſinant quęrere. Si verò punitus fuerit à Cæ-
ſare, vt luctum maximum habeant filij ſui, qui me derelicto, confugerunt ad Petrũ:
& ſunt modo adiutores ipſius. Ego autem confiteor tibi, Petre, quod verum eſt: ti- H
mui tunc Fauſtiniano indicare hæc: ſed neque ſpacium nobis ipſe Simon dedit, vt
poſſemus ſecretiùs loqui, & pleniùs ei conſilium Simonis aperire. Interea circa me-
diam noctem, Simon in Iudæam petens confugere, (deduxit autem eum Atheno-
dorus & Appion,) ego ſimulaui inæqualitatem corporis tanquam dormituriens, vt
dormire manens, facerem hunc velociùs ad vos redire: ſi fortè poſsit aliquo modo
occultari apud vos: ne ab his, qui Simonem quærunt, comprehenſus, ad Cæſarem
perducatur: & pereat gratis: & nunc ſolicitus pro ipſo, veni videre eum, & redire an-
tequam ſuperueniant illi, qui deduxêre Simonem. Et conuerſus ad nos Anubion
ait: Ego Anubion patris veſtri verum vultum video reuera: quia perunctus ſum pri-
us ab ipſo Simone, ſicut narrauit nobis, vt oculis meis vera Fauſtiniani facies appa-
reret, vnde ſatis ſtupeo & admiror artem Simonis Magi, quod vos ſtantes modò non
agnoſcitis patrem veſtrum. Flentibus autem patre & matre, ac nobis omnibus pro
his, quæ acciderant, motus miſeratione etiam Anubion, flebat. Tum Petrus miſeri-

Simon in Iudæam fugit.

cordia

A cordia permotus, reſtituturum ſe promittit faciem patris noſtri, dicens ad eum: Audi Fauſtiniane, cùm nobis priùs vtilitatis aliquid contuleris error iſte transformati vultus tui, & miniſtrauerit ad ea, quæ volumus, tũc ego veram tibi vultus tui imaginem reddam: ſi tamen priùs, quæ à me tibi fuerint imparata, profligaueris. Cumque pater meus impleturum ſe cuncta, quæ iuberet, omni promitteret pacto: tantùm, vt propriam recuperaret effigiem: Petrus ita cœpit: Ipſe auribus tuis audiſti, quòd vnus ex his, qui præmiſſi fuerant, regreſſus ex Antiochia, nunciauerit, quomodo Simon ibi poſitus, turbas aduerſum me cõcitauerit, atque in odium mei totam inflammauerit ciuitatem: magum me & homicidam ac deceptorem confirmans: in tantũ, vt deſiderent, ſi me videant, etiam carnes meas deuorare. Fac ergo, quod ego dico tibi, relinquens apud me Clementem, præcede nos Antiochiam cum coniuge tua, & Fauſto ac Fauſtino filijs tuis. Sed & alios mittam tecũ, quos mihi videbitur, qui obtemperent his, quæ præcepero. Cùm ergo vnà cum ipſis Antiochiam veneris, quan-
B doquidem Simon videris, publicè ſtans prædica pœnitentiam tuam, & dic: Ego Simon denuncio vobis & confiteor, me omnia fefelliſſe de Petro: ille enim neque ſeductor eſt: neque magus: neque homicida; neque horum aliquid, quæcunque contra eum loquutus ſum: ſed dixi illa omnia furore commotus. Obſecro ergo vos ipſe ego, qui dudum cauſas odij vobis contra eum dederam, vt nihil tale de eo ſentiatis: ſed deponite odium, ceſſate ab indignatione, quia verè à Deo ad ſalutem mũdi, miſſus eſt diſcipulus veri Prophetæ, & Apoſtolus. Propter quod ſuadeo, hortor, & moneo, vt ipſum audiatis, ipſi credatis prædicanti vobis veritatem, ne fortè ſi ſpreueritis eum, ipſa etiam ſubitò ciuitas veſtra pereat. Quam verò ob cauſam hæc nunc vobis confitear, indicabo. Hac nocte Angelus Dei corripuit me impium, & cur inimicus eſſem veritatis præconi, vehementiſsimè flagellauit. Deprecor ergo vos, vt, etiã ſi ego ipſe poſt hæc veniens ad vos, aliquid tentauero aduerſum Petrum dicere, ne ſuſcipiatis, nec credatis. Confiteor enim vobis, ego magus, ego ſeductor, ego deceptor
C fui, ſed pœnitentiam ago: licet enim per pœnitẽtiam priora malè geſta delere. Cùm hęc Petrus intimaret patri, ille reſpondit: Scio, quid velis, ne labores vltrà: intellexi enim & noui, quid oporteat, cùm ad locum venero, proſequi. Et Petrus iterum ſuggerebat ei, dicens: Cũm ergo veneris ad locum, & videris populum ex ſermone tuo conuerti; &, depoſitis odijs, recipere deſiderium noſtri; mitte & manda mihi, & ſtatim veniam. Cùm autem venero, ſine mora alienum hunc à te vultum effugabo, & tuum proprium, qui tuis omnibus notus eſt, reddam. Et his dictis fratres meos proficiſci cum ipſo iubet, ac Mathidiam matrẽ noſtram, & quoſdam ex familiaribus ſimul. Sed mater recuſabat proficiſci ſimul, & aiebat: Quaſi adultera mihi futura videor, ſi vultui Simonis coniuncta ſim: quod etſi cogar ſimul ire, impoſsibile tamen eſt, vt in eodem lectulo cum ipſo iaceam: ſed neſcio, ſi proficiſci ſimul acquieſcam. Et cùm valde renueret, Anuſion hortari eam cœpit, dicens: Crede mihi & Petro: ſed & ipſa vox non tibi Fauſtinianum eſſe perſuadet coniugem tuum, quem verè nõ
D minus ego diligo, quam tu? Deniq; etiam ego ipſe vobiſcum veniam. Et cum hæc dixiſſet Anubion, promiſit mater ſimul ſe profecturam. Tum ego, Competenter, aio, Deus negotia noſtra componit: habemus enim nobiſcum & Annubionem aſtrologũ, cum quo, ſi Antiochiam venerimus, de Geneſi attentiùs diſputabimus. Cumque poſt mediũ noctis pater noſter, cum his, quos iuſſerat Petrus, & Anubione profectus eſſet; manè, priuſquam procederet ad diſputandum Petrus, regreſsi ſunt illi, qui deduxerunt Simonem, id eſt, Appion & Athenodorus: & venerunt ad nos, requirentes patrem meum. Petrus verò, vbi cognouit, iuſsit eos introire. Et cùm conſediſſent, Vbi eſt, aiunt, Fauſtinianus? Petrus reſpondit, neſcimus: veſpere enim poſtquam ad vos venit, vltrà nulli ſuorum viſus eſt: heſterno tamen die manè Simon venit, quærens eum, & quia nihil illi reſpondimus, neſcio quid ei viſum ſit: Fauſtinianum ſe eſſe dicebat: quod cum ei nemo crederet, flens & dolens comminabatur perempturum ſemetipſum, & poſt hæc abijt ad mare verſus. Hæc cum audiſſet Ap-

Nec illa habentur in nõnullis codicibus, nec mihi arrident. Non enim decuit Petrum aſtus: nec eo fuit illi opus in Euangelico negocio.

pion,& qui cum ipſo erant,vlulatum dederunt grandem,dicentes: Quid hoc feciſtis,cur non recepiſtis eum? Et cùm vellet Athenodorus dicere mihi,ipſe fuit Fauſtinianus pater tuus: Appion præueniens eum: Comperimus, inquit, à quodam, qui cum Simone profectus eſt, ipſo Fauſtiniano deprecante eum, pro eo quòd nollet filios ſuos videre, quia Iudæi erant.Nos ergo cùm audiſſemus hæc,venimus cum hîc requirere: ſed quia hic non eſt,apparet,quod verè dixit,qui nunciauit,cum cum Simone profectum: hoc ergo nunciamus vobis. Ego autem Clemens, vbi intellexi conſilium Petri,quia voluerit eis ſuſpicionem dare,quod ab ipſis quærendus eſſet ſenex, vt timerent & fugerent,cœpi iuuare cōſilium eius, & aio ad Appionem: Audi chariſsime Appion, nos, quod bonum credimus, etiam patri tradere volumus: quod ſi noluerit recipere,ſed magis,vt dicis,exhorreſcens nos fugit,(aſperum ſit fortaſſe,quod dico) nec nos de eo curamus.Et cùm hæc dixiſſet, quaſi execrantes crudelitatem meam diſcedunt,veſtigia Simonis,vt ſequenti die comperimus,inſequentes. Interea,cùm Petrus ex more quotidie populum doceret: & virtutes multas ac ſanitates efficeret: poſt dies decem venit quidam noſtrorum ab Antiochia, miſſus à patre,adnuncians nobis,quomodo publicè ſtaret pater,Simonem quidē,qui in vultu videbatur,accuſans: Petrum verò immenſis laudibus præferens: & omni populo commendans,ac deſiderabilem faciens: ita, vt omnes ex eius ſermone mutati, deſiderarent eum videre· multos autem tantum in Petri amorem veniſſe,vt ſæuirent in patrem,quaſi in Simonem: & manus ei vellent inijcere, velut, qui tātum mali commiſiſſet in Petrum: propter quod,aiebat,adpropera,ne fortè perimatur: in tempore enim magno poſitus, velociter miſit me, vt ſine mora venias, quò viuentem eum occupes: ſimul & creſcenti erga tui deſiderium ciuitati, opportunus appareas. Aiebat etiam, quomodo mox, vt vrbem Antiochiam pater ingreſſus eſſet, quaſi ad Simonem,omnis populus ad eum collectus eſſet,& cœpiſſet omnibus confiteri publicè ſecundum ea,quæ populi reſtauratio flagitabat: nam, quicunque,omnes ſimul, & nobiles,& diuerſi ſimul diuites ac pauperes cōueniſſent,ſperantes aliqua ab eo,more ſolito, prodigia poſſe fieri,omnes hac voce adloquitur: Diu eſt, quod me Simonem infœliciſsimū hominū patiētiā diuina ſuſtinet: nā, quicquid in me mirati eſtis, non veritatis myſterio,ſed dæmonū mendacijs & artibus geſtum eſt: vt veſtrā fidem euerterem,& meam animam condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuiſſe mentitum: ille enim neque Magus,neque homicida vnquam fuit: ſed à Deo ad ſalutem veſtram omnium miſſus,eſt quem ſi ex hac hora contemnendū putaueritis, certum ſit apud vos: quòd poſsit ipſa ciuitas veſtra repente deperire.Quæ autem cauſa ſit,vt hæc vobis vltrò confitear: ab Angelo Dei hac nocte vehementer correptus ſum,& cur ei inimicus extiterim,vehemētiſsimè flagellatus.Deprecor ergo vos,vt ſi ego ipſe ex hac hora aperuero os meum cōtra eum, proijciatis me ab aſpectu veſtro: ille enim immundus dæmon ſaluti hominum inimicus, per os meum contra ipſum loquitur,ne per eum vos pertingatis ad vitam. Quid enim ars magica per me vobis potuit,virtutis oſtendere? Canes feci æreos latrare: & ſtatuas mouere: figuras mutare hominū, & ſubitò ab aſpectibus hominum abſentari: ſed per hæc debuiſtis artem magicam execrari,quæ,vt vobis miraculum inane prætenderem,animas veſtras diabolicis laqueis innodabant,ne crederetis Petro: qui & languentes in nomine eius,à quo miſſus eſt,curat: & dæmonas fugat: ac cæcos illuminat: & paralyticis ſalutem reddit: & mortuos ſuſcitat.Hæc & his ſimilia multa proſequente, execrari cœpit populus,& dabant fletum & gemitum,quòd peccaſſent in Petrū,credentes eum eſſe magum,& impium. Eodem verò die ad veſperam reſtituta eſt in Fauſtiano facies propria,& abſceſsit ab eo aſpectus Simonis Magi. Audiens autem Simon,vultum ſuum in eo ad Petri gloriam profeciſſe, feſtinus præuenit Petrum, & agere cupiens arte ſua,vt Fauſtiniano eius ſimilitudo recederet, cùm iam hoc iuxta verbum Apoſtoli ſui Chriſtus impléſſet. Videntes autem Niceta & Aquila poſt prædicationem neceſſariam, paternam faciem reſtitutam: gratias agentes Deo, non cum permiſerunt

Fauſtinianus ſubditicius Simō antiochiæ plebem reconciliat Petro.

Tempore, i. periculo.

Talia patraſſe Magum, ſupra dictum eſt. Vide & Nic. Call. lib.2.c.27.

Fauſtiniano natiua facies reſtituitur.

A miſerunt vlteriùs adloqui populum. Simon autem cœpit, licet occultè, per amicos ſuos & familiares ambulare, & ampliùs Petro derogare, quàm anteà. Tunc omnes expuentes in faciem eius, expulerunt eum de ciuitate, dicentes: Tu eris reus mortis tuæ, ſi vlteriùs loquutus contra Petrum, huc tibi credideris eſſe veniendum. Quibus cognitis, Petrus poſtera die conuenire populum iubet, & vno ex his, qui ſequebantur eum, ordinato eis Epiſcopo, alijs etiam presbyteris: baptizatis quoque plurimis: & omnibus, qui erant vexati languoribus, vel dæmonibus, ſanitati redditis: demoratus ibi aliud triduum, cunctis ritè compoſitis, valedicens eis, proficiſcitur à Laodicea multùm deſiderabilis Antiochenſium plebi: & cœpit per Nicetam & Aquilam tota ciuitas audire, quod Petrus aduentaret. Omnis autem populus Antiochiæ ciuitatis, audiens Petrum venire, occurrerunt ei: & penè omnes maiores natu & nobiles, cinere aſperſi in capite, pœnitentiam agentes, qui contra prædicationem eius, Magum Simonem ſuſcepiſſent: Hæc & his ſimilia proſequentes, offerunt ei vexatos languoribus, & dæmonijs fatigatos, paralyticos quoque, & diuerſa pericula patientes: & erat infinita multitudo ſimul languentium. Quos videns Petrus, non ſolùm pœnitudinem agere, quòd de eo malè ſenſiſſent per Simonem: verùmetiam & iam integram fidem exhibere iubebat Deo, vt etiam omnes, diuerſas ægritudines patientes, crederent per eum poſſe ſaluari, expandit ad cœlum manus ſuas, & cum lacrimis orationem effundens, gratias referens Deo, dicebat: Benedicte pater prædicande, qui omne verbum & promiſſum filij tui adimplere dignaris, vt cognoſcat omnis creatura, quia tu ſolus Deus in cœlo & in terra. Hæc & his ſimilia dicens, aſcendit in eminentiore loco, & iuſsit ante ſe poni omnem multitudinem ęgrotantium quos omnes hac voce alloquutus eſt: Similem vobis hominem me eſſe videntes, nolite putare, quòd à me poſsitis recuperare ſalutem veſtram: ſed per eum, qui de cœlo deſcendens, oſtendit credentibus ſibi, integram animæ & corporis medicinam: vnde vox veſtra teſtem habeat hunc omnem populũ, quod ex toto corde credatis in Dominum Ieſum Chriſtũ, vt ſciant etiam ſeipſos ab ipſo poſſe ſaluari. Cumque omnis multitudo infirmantium vna voce clamaret, hunc eſſe verum Deum, quem Petrus adnunciaret, ſubitò immenſum lumẽ gratiæ Dei in medio plebis apparuit, & cœperunt paralytici currere ad pedes Petri, ſani: cæci, recuperato viſu clamare: claudi, reſtaurato greſſu gratias agere: languentes, recepta ſanitate gaudere: nonnulli etiam ſolo flatu viuentes, iam ſine ſenſu & ſine voce recuperati ſunt: omnes quoque lunatici, & pleni dæmonijs liberati ſunt. Tantam itaque ſpiritus ſanctus in illa die gratiam ſuæ virtutis oſtendit, vt omnes à minimo vſque ad maximum vna voce confiterentur Dominum: & ne multis immorer, intra ſeptem dies, plùs quàm decem millia hominum credentes Deo, baptizati ſunt, & ſanctificatione conſecrati: *ita, vt omni auiditatis deſiderio, Theophilus, qui erat cunctis potentibus in ciuitate ſublimior, domus ſuæ ingentem Baſilicam, Eccleſiæ nomine conſecraret: in qua Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra: & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conueniens, credebat ſanæ doctrinæ, quam ſanitatum efficacitas adfirmabat. Tum ego Clemens cum fratribus meis & matre patrem adloquimur, vtrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remanſiſſent. At ille: Venite, ait, & videbitis coram Petro, quantum in me fidei creuerit incrementum. Tunc accedens Fauſtinianus, procidit ad pedes Petri dicens: Semina verbi tui, quæ ager meæ mentis accepit, iam nata ſunt: atque ita ad fœcundam maturitatem prouecta ſunt, vt nihil deſit: niſi, vt à paleis me ſpiritali illa tua deſeces falce, & reponas me in horreo dominico, faciens me menſæ diuinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate adprehendens manum eius, tradidit eum mihi Clementi, & fratribus meis, dicens: Sicut tibi patri filios reſtituit Deus: ita & patrem filij reſtituunt Deo. Indixit autem ieiunium omni plebi, & veniente die dominica, baptizauit eum: atque in medio populo, ex conuerſione eius materiam ſumens, omnes caſus

Simon eiectus Antiochia.

Deo referẽdum acceptũ, ſi quid geſtum fuerit ab hominibus paulò diuinius.

Vide priſcum vſum Deo dicandarũ & cõſecrandarũ eccleſiarũ.

Cathedra Petro Antiochiæ conſtituta.

Fauſtinianus quantũ promouerit.

eius expoſuit: ita, vt omnis ciuitas quaſi Angelum eum ſuſciperet: & non minorem ei gratiam, quàm Apoſtolo exhiberet.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS LIBRI DECIMI ET VLTIMI FINIS.

L. Gruterus Venradius Lectori, S.

COmmodè potuiſſet ad perſecutionem hiſtoriæ hoc loco ſubiungi Clementis illa vitæ geſtorumq́ epitome: ex qua quæ hîc deſiderantur, peti porrò poſſent, ſed cõſultius viſum eſt, ſuo quæque ponere loco: quàm ſeruato hiſtoriæ ordine, veros atque γνησίους cum libris ψευδεπιγράφους καὶ τοῖς νόθοις confundere, infrà tamen licebit cætera cognoſcere, Vale.

CANO

A CANONES Apoſtolorum iuxta veterem editionem.

CAP. 1.

Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinetur.

CAP. 2.

Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur, & diaco-
B nus, & reliqui clerici.

CAP. 3.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini alia quædã in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, & confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem Domini faciens, congruo tempore depo-
C natur.

CAP. 4.

Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas ſpicas & vuas & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum, tempore quo *ſancta celebratur oblatio.

CAP. 5.

Reliqua poma omnia ad domum primitiæ Epiſcopo & presbyteris dirigantur,
D non offerantur in altari. Certum eſt autem, quod Epiſcopus & presbyteri *diuidant & diaconis, & reliquis clericis.

CAP. 6.

Epiſcopus, aut presbyter vxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abijciat: ſi verò reiecerit, excommunicetur: *ſed ſi perſeuerauerit, deijciatur.

ΚΑΝΟΝΕΣ τῶν ἁγίων καὶ πανσέπτων ἀποστόλων.

α.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἢ τινα ἐπιτήδευτα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω. πλὴν νέων πυρῶν ἢ σταφυλῆς, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν, καὶ θημίαμα καιρῷ τῆς προσφορᾶς.

Δ.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε.

Ἐπίσκοπος, ἢ βρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

CANONES APOSTOLORVM ſanctorum per Clementem à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum, in vnum congeſti: Gregorio Haloandro interprete.

CAP. 1.

Epiſcopus à duobus aut tribus Epiſcopis ordinator.

CAP. 2.

Presbyter ab vno Epiſcopo ordinator. item diaconus & reliqui clerici.

CAP. 3. *Sacrificiũ Miſſæ à Domino ordinatum.*

Si quis Epiſcopus, aut presbyter præter ordinationem Domini, quam de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſicera, aut confecta quædã, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit, vt qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor, excepto nouo frumento, & vua opportuno tempore, Præterea licitum non eſto, aliud quippiam admonere ad altare, quàm oleum in candelabrum & *incenſum oblationis tempore. ** al. ſacra.*

CAP. 4.

Omnium aliorum pomorum primitiæ Epiſcopo & presbyteris domũ mittuntor, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autẽ, quòd Epiſcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt. ** al. diuidunt.*

CAP. 5. *Diſtin. 28. Si quis docuerit. & Diſt. 13. Intellige de vna. Quicunq; declarãdo*

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem ſuam prætextu religionis non abijcito, ſi abijcit, ſegregator à communione: ſi perſeuerat, deponitor.

*ca. Et in dec. Iuo lib. 3. *al. &. Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos. *al. eijciatur.*

CAP. 6.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſeculares curas non ſuſcipito, alióqui deponitor.

ϛ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μὴ, καθαιρείσθω.

CAP. 7.

Epiſcopus, aut presbyter, au diaconus, nequaquã ſeculares curas adſumat: ſin aliter, * deijciatur.

CAP. 7.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſanctum diem paſchæ ante vernum ęquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

ζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

CAP. 8.

Si quis Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, ſanctum paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

Miſſam eſſe ſacrificium & oblationem qua facta, omnes olim communicabãt, qui interarant. De conſec. diſt. 1. c. omnes fideles.

CAP. 8.

Si quis Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit, cauſam dicito: Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minùs dixerit, à communione excluditor, tanquam, qui populo auctor offenſionis fuerit, mota contra eũ ſuſpicione, qui obtulit.

η.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγει, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

CAP. 9.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicauerit: aut cauſam dicat, vt ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur: aut ſi non dixerit, communione priuetur, tãquam qui populo cauſa læſionis extiterit, dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificauit, quòd rectè non obtulerit.

**al. qui conueniunt in ſolennitatibus ſacris ad eccleſiã, & ſcripturas Apoſtolorum & euangeliũ audiant: Qui aũt nõ perſeuerãt in oratiõe, vſque dum miſſa peragatur, nec*

CAP. 9.

Quicunque fideles Eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces & ſanctam cõmunionem permanẽt, eos, tanquam qui ordinis in Eccleſia perturbationem inducant, à communione arceri oportet.

θ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστούς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

CAP. 10.

Omnes fideles * qui ingrediuntur Eccleſiam, & ſcripturas audiunt, nõ autem perſeuerant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari.

CAP. 10.

Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

ι.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

CAP. 11.

Si quis cum excommunicato ſaltem in domo * ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

*In dec. Iuo. lib. 5. *al locutus fuerit, vel 2. Ioan. 1. c.*

CAP. 11.

Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipſe.

ια.

Εἴ τις καθῃρημένῳ κληρικῷ, ὡς κληρικῷ, συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

CAP. 12.

Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, ſimul orauerit, iſte dãnetur.

In dec. Iuo. lib. 3.

CAP. 12.

Si quis clericus, aut laicus à cõmunione ſegregatus,

ιβ.

Εἴ τις

CAP. 13.

Si quis clericus, aut laicus, à cõmunione ſuſpenſus,

A ſus, ſeu communicans, ad aliam properet ciuitatem, & ſuſpiciatur præter commendatitias literas, & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione priuentur. Excommunicato verò proteletur ipſa correptio, tanquam qui mentitus * ſit, & Eccleſiã Dei ſeduxerit.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει. δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

tus, ſeu nondum in communionẽ receptus, ad aliam profectus ciuitatem, ſine commendaticijs literis receptus fuerit, à comunione excluditor, tam qui recepit, quàm qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor. * al. ſit

B CAP. 14.

Epiſcopo nõ licere alienam parœciam, propria relicta, peruadere, licet cogatur à plurimis. Niſi fortè quis * cum rationabili cauſa * compellat, tãquam qui poſsit ibidem * conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid * profecto proſpicere. Et hoc non à ſemetipſo pertẽtet: ſed multorum Epiſco-C porum iudicio & maxima ſupplicatione perficiat.

ιγ.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν αὐτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλεῖόν τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

CAP. 13.

Epiſcopo, qui parœciam ſuã dereliquerit, alteri inſilire nephas eſto, licet à pluribus ad hoc compellatur, niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat: nẽpe quod plus lucri, & vtilitatis his, qui illìc conſtituti ſint, verbo pietatis conferre poſsit: neq; hoc tamẽ à ſeipſo, ſed multorum epiſcoporũ iudicio, & exhortatione maxima,

Nic. cõ. c. 15. Antio. con. cap. 21.
* al. eum
* al. compellatur.
* al. conſtitutus.
* al. profectus.

CAP. 15.

Si quis Presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parœciam, pergat ad alienam, & omninò demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam, in aliena parœcia commoretur, hunc vlteriùs mi-D niſtrare non patimur: præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo, redire contemſerit, in ſua inquietudine perſeuerans. Veruntamen tanquã laicus ibi communicet.

ιδ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβοι ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

CAP. 14.

Si quis presbyter aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum con ſortio, relicta parœcia ſua in aliam cõceſſerit, & omninò tranſmigratione facta, præter voluntatem ſui Epiſcopi in alia parœcia moram traxerit, hunc iubemus, ne porrò in miniſterio publico ſit Eccleſiæ, maximè ſi accerſente ipſum Epiſcopo eius, redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

Nice. concil. cap. 16. Antio. concil. cap. 3.

CAP. 16.

Epiſcopus verò apud quẽ * memoratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo

ιε.

Εἰ δὲ ἐπίσκοπος, ᾧ παρατυγχάνουσι, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν

CAP. 15.

Quòd ſi Epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vocationis à miniſterio eccleſiaſtico pœna,

* al. moratos.

pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit, à communione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

CAP. 16.

Diſtin. 33. c. Si quis poſt.

Qui poſt baptiſmũ duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut denique in cõſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

CAP. 17.

Diſtin. 34. c. Si quis viduam.

Qui viduam duxit, aut diuortio ſeparatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis, Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

CAP. 18.

**al. viduã fratris, vel filiam patris. *al. filiam fratris.*

Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, clericus eſſe nõn poteſt.

CAP. 19.

Clericus, qui fideiuſsiones dat, deponitor.

CAP. 20.

Diſt. 55. c. Eunuchus ſi per.

Si quis humana violentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt, efficitor Epiſcopus.

CAP. 21.

*Ibidem c. Si quis abſciderit. al. * ſuijpſius.*

Qui ſibijpſi virilia amputauit, clericus non efficitor: ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

CAP. 22.

Nic. con. c. 1.

Si quis cùm clericus eſſet, virilia ſibijpſi amputauerit, deponitor. Homicida etenim ſuijpſius eſt.

CAP.

ἀθεῖσαν ἀργίαν δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικούς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

ις.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιζ.

Ὁ χήραν λαβών, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτην, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιη.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ.

Κληρικὸς ἐγγύας διδούς, καθαιρείσθω.

κ.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἐστὶν ἄξιος, γινέσθω ἐπίσκοπος.

κ.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω. φο-

νευ-

---

hilo reputans, tãquam clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, communione priuetur. E

CAP. 17.

Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorſus ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſeruiunt. F

CAP. 18.

Si quis viduam aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de ijs, quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

CAP. 19.

Qui duas in coniugium ſorores acceperit, vel * filiam fratris, clericus eſſe non poterit. G

CAP. 20.

Clericus fideiuſsionibus inſeruiens, abijciatur.

CAP. 21.

Eunuchus ſi per inſidias hominũ factus eſt, vel ſi in perſequutione eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus. H

CAP. 22.

Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputauit ſibi virilia, non fiat clericus: quia * ſuus homicida eſt, & Dei conditionis inimicus.

CAP. 23.

Si quis cùm clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omninò damnetur, quia ſuus

A ſuus eſt homicida.

Cap. 24.

Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione priuetur, quia ſuæ vitæ inſidiatur extitit.

Cap. 25.

Epiſcopus aut Præsbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim ſcriptura: Non * vindicabit Dominus bis in idipſum.

B

Cap. 26.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubiaceant.

Cap. 27.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant: ſed lectores cantoreſque tantummodo.

C

Cap. 28.

Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquẽtes, aut infideles iniquè agentes, & per huiuſmodi volentem timeri deijci ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc Dominus docuit. E contrario verò, ipſe cùm percuteretur nõ repercutiebat: cùm malediceretur, non remaledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

D

Cap. 29.

Si quis Epiſcopus, aut diaconus, depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum,

νευτὴς γὰρ ἐστὶ ἑαυτοῦ.

κγ.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία· ἐπίβουλος γὰρ ἐστὶ ἑαυτοῦ ζωῆς.

κδ.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ ἢ ἐπιορκίᾳ, καὶ κλοπῇ ἁλοὺς καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

κε.

Τῶν εἰς κλῆρον προεληλυθότων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

κϛ.

Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς, τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

κζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

κη.

Cap. 23.

Laicus qui ſe ipſum mutilauit, per tres annos à cõmunione eijcitor, puta quia ipſe vitę ſuę poſuit inſidias.

Cap. 24.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus, deponitor, non tamen à communione excluditor. Dicit enim ſcriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exigies. Eidem conditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor. *Diſt. 81. c. presbyter aut Diaconus.* *Num. 1. c. ſecundum aliam literam. al. * vindicauit.*

Cap. 25.

Ex his, qui cœlibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantùm, & cantores (ſi velint) nupti às contrahant. *In dec. Iuo. lib. 3.*

Cap. 26.

Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorẽ ipſis per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nuſquam enim Dominus hoc nos docuit. Imò verò contrà, cùm ipſe percuteretur, non repercutiebat: cùm laceſſeretur conuicijs, non regerebat conuicium, cùm pateretur, nõ comminabatur. *Diſt. 45. c. Epiſcopum aut presbyterum.* *Eſa. 53. c. 1. Pet. 2. d*

Cap. 27.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuſtè depoſitus, attingere miniſterium quod aliquando tractauerat, præſumſerit, omninò hic ab Eccleſia abſcindi tor. *Antio. con. cap. 4.*

Cap.

CAP. 28.

Chal. con. cap. 4. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipſe, quàm qui eum ordinauit, & omninò à cõmunione abſcinditor, *Actu. 8. d* quemadmodum Simõ Magus à me Petro.

CAP. 29.

16. q. 7. c. Si quis Epiſcopus. Si quis Epiſcopus ſecularium magiſtratuum familiaritate vſus, per ipſos Eccleſiam nactus fuerit, deponitor: ſegregantor quoque à cõmunione, *al. * quiq.* quicunque cum ipſo communionem habent.

CAP. 30.

Antio. con. cap. 5. Si quis presbyter, proprium aſpernatus Epiſcopum, ſeorſim conuenticula egerit, & altare erexerit, cùm de nullo crimine Epiſcopum in pietate ac iuſtitia condemnârit, deponitor quaſi qui principatum ambiat: tyrannus enim eſt. Cõſimiliter & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt: laici verò à communione ſegregantor. Atque hæc poſt vnam, & item alteram, ac tertiam Epiſcopi exhortationẽ fiunto.

CAP. 31.

Nic. cõ. c. 5 Antio. con. cap. 6. Si quis presbyter, aut diaconus per Epiſcopum à communione excluſus ſit, hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quam ab eo, qui ipſum à communione excluſit, niſi fortè fortuna Epiſcopus, qui ipſum à cõmunione ſegregauit, defunctus ſit.

CAP.

κη'

Εἴ τις ἐπίσκοπος, διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

κθ'

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθωσαν, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς συναγωγὴν καὶ θυσιαστήριον πήξῃ, μηδὲν καταγνοὺς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος, τύραννος γάρ ἐστιν· ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

λα'.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπ' ἐπισκόπου γένηται ἀφορισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτὸν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ.

miſſum, hic ab Eccleſia penitùs abſcindatur. E

CAP. 30.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, per pecunias hanc obtinuerit, dignitatem: deijciatur & ipſe, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro. F

CAP. 31.

Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, Eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes, * qui illi cõmunicant.

CAP. 32.

Si quis presbyter contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis & iuſtitiæ, deponatur, quaſi principatus amator exiſtens: eſt enim tyrannus, & cæteri clerici quicunq; tali conſentiunt, deponantur, laici verò ſegregentur. Hæc autem poſt vnam & ſecundam & tertiam Epiſcopi obſecrationem, fieri conueniat. H

CAP. 33.

Si quis presbyter aut diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtrauerat, niſi forſitan obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregâſſe cognoſcitur.

CAP.

CAP. 34.

Nullus Epiſcoporũ peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorũ, ſine cõmendatitijs ſuſcipiatur epiſtolis. Et cùm ſcripta detulerint, diſcutiãtur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, & ſi prædicatores pietatis extiterint. Sin minùs, nec quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrentur eis, & ad
B communionẽ nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proueniunt.

λβ.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι· καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε. πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

CAP. 32.

Nemo peregrinorũ Epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitijs ſuſcipitor literis, & ſi eas obtulerit, attentiùs in diſquiſitionem vocantor. Et quidẽ ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor ſin, minùs, vbi neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem & vlteriorẽ ipſos conſuetudinem non admittote, multa enim per obreptionem fiunt. *Antio. con. cap.7.*

CAP. 35.

Epiſcopos gentium ſingularũ ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quẽ velut caput exiſtimẽt, & nihil ampliùs præter eius conſcientiam gerant,
C quàm illa ſola ſinguli, quæ parœciæ propriæ, & villis quæ ſub ea ſunt, cõpetunt. Sed nec ille præter omniũ conſcientiã faciat*aliquid: ſic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtũ in ſpiritu ſancto.

λγ.

Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

CAP. 33.

Cuiuſq; gentis Epiſcopos oportet ſcire, quinam inter ipſos primus ſit, haberéq; ipſum quodammodo pro capite, neque ſine illius voluntate quicquã agere inſolitum: illa autem ſola quenque pro ſe tractare, quæ ad parœciam eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omniũ voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per DOminum in ſancto ſpiritu. *Antio. con. cap.9.*

**al. aliquid in eorum parœcijs.*

CAP. 36.

Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuita
D tibus & villis, quæ illi nullo iure ſubiectæ ſunt. Si verò conuictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientiam, qui ciuitates ipſas & villas detinent: & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

λδ.

Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν αὐτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

CAP. 34.

Epiſcopus extra terminos ſuos in ciuitatibus & regionibus ſibi non ſubiectis ordinationes facere nõ præſumito. Si verò præter voluntatem eorum qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit: deponitor tam ipſe, quàm etiã hi quos ordinauit. *Antio. con. cap.13.*

CAP. 37.

Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſ- ſam,

λε.

Εἴ

CAP. 35.

Si quis ordinatus Epiſcopus miniſterium & curam populi ſibi commiſ- ſam, *Antio. con. cap.18.*

ſam non ſuſceperit, hic à cõmunione ſeiunctus eſto tã diu, donec ſuſceperit (obedientiam accomodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.) Si verò non præ voluntate ſua, ſed præ malitia populi non ſuſceperit: maneto ipſe quidem Epiſcopus: clerus verò eius ciuitatis à communione ſegregator, eò quòd tam inobedientem populum nõ corripuerint.

CAP. 36.

Ni. con. 5.
Antio. con cap. 20.

Bis in anno Epiſcoporũ celebrator ſynodus, & pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem vocanto, neque non in Eccleſijs incidentes contradictiones dirimunto, ſemel quidẽ quarta feria pentecoſtes, ſecundò duodecima Hyperberetæi.

Hyperberetæus apud Aſiæ populos, & Macedones October Græce dictus.

CAP. 37.

Omnium rerum Eccleſiaſticarum curam Epiſcopus gerito, & eas diſpenſato: quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quippiam ex ijs ſibi tanquã proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quę Deo dedicata ſunt. Quòd ſi pauperes illi ſint, vt pauperibus ſubminiſtrato: non tamen horum prætextu res Eccleſiæ venundato.

**al. ne*
**al. deprædentur.*

CAP. 38.

12. q. 1. cap. Sint manifeſtæ.

Presbyteri & diaconi abſque voluntate Epiſcopi nihil peragunto. Ipſius enim fidei populus Domini commiſſus eſt, & pro corũ animabus ab ipſo repetetur ratio.

Mani-

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν, καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. εἰ δὲ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοῦ λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

λε.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας. καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

λϛ.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτά, ὡς θεοῦ ἐφορῶντος, μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

λη.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

λθ.

ſam, hic communione priuetur, quo aduſque cõſentiat, obedientiam commodans: ſimiliter autem & presbyter, & diaconus. Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſentẽtia, ſed pro malitia populi ipſe quidã maneat Epiſcopus: clerici verò ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi nõ fuerunt

CAP. 38.

Bis in anno Epiſcoporũ concilia celebrentur, vt inter ſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergẽtes Eccleſiaſticas contentiones amoueant, ſemel quidem quarta ſeptimana pentecoſtes, ſecundò verò duodecimo die menſis Hyperberetæi, id eſt, iuxta Romanos quarto Idus octobris.

CAP. 39.

Omnium negotiorum Eccleſiaſticorũ curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet, nec ei liceat ex his aliquid omninò contingere, aut parẽtibus proprijs quæ Dei ſunt, cõdonare. Quòd ſi pauperes ſunt, tanquam pauperibus ſubminiſtret, *nec eorũ occaſione Eccleſiæ negotia * deprædetur.

CAP. 40.

Presbyteri, & diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus

A bus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autem manifeſtę res proprię Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ, vt poteſtatem habeat de proprijs, moriens Epiſcopus, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere.*Nec ſub occaſione Eccleſiaſticarũ rerum, quę Epiſcopi eſſe probantur, intercidant: fortaſsis enim B aut vxorem habet aut filios, aut propinquos, aut ſeruos. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines, vt nec Eccleſia detrimentum patiatur, ignoratione rerum pontificis: nec Epiſcopus vel eius propinqui, ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant, qui ad eum pertinẽt, morsq́; eius iniurijs malæ famæ *ſubijciatur. C

λθ.

Ἔσω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐσθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. Δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν, ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας δημεύεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.

CAP. 39.

Manifeſtæ ſunto priuatę res Epiſcopi, (ſi modò & priuatas habet) manifeſtæ item ſunto Dominicæ, vt priuatas quidem res Epiſcopus, cùm moritur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occaſione Eccleſiaſticarum rerum intercidant res Epiſcopi, qui nonnunquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum enim eſt apud Deum, pariter & homines, ſimul, ne Eccleſia per ignorationem rerũ Epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul, ne Epiſcopus aut cognati eius prætextu Eccleſiæ oblædantur, aut atiam, qui illũ generis proximitate contingunt, incidant in negocia, eiuſque mors implicetur diffamationibus.

*al ne.

*al ſubiaceat.

CAP. 41.

Præcipimus, vt in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum præcioſæ illi ſunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros & diaconos, & cũ D timore omniq́; ſolicitudine miniſtrentur. Ex ijs autem quibus indiget, (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates & ad peregrinorum fratrum vſus ipſe percipiat, vt nihil eis poſsit omnino deeſſe. Lex enim Dei pręcipit, vt qui altari deſeruiũt, de altari paſcantur: quia nec miles ſtipendijs proprijs contra hoſtes arma ſuſtulit.

μ.

Προστάσσομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι ἐπὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν διοικεῖσθαι πάντα τοῖς δεομένοις διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι, μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῷ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου διατρέφεσθαι, ἐπείπερ οὐδὲ στρατιῶταί ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρονται.

CAP. 40.

Præcipimus, vt Epiſcopus res Eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi præcioſæ hominum animæ fidei eius committendæ ſunt, multo vtique magis oportuerit & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu diſpenſentur, neque non cũ timore Dei, ſummaq́; ſolicitudine per Presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipſe (ſi modo indiget) quantum ad neceſſarios ſuos, & hoſpitio exceptorum fratrum vſus opus habet, ne quomodo ipſe poſterio re loco habeatur, quàm cęteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites vnquã

12.q.1.c. Præcipimus, vt.

Ibidem.c. Ex ijs autẽ.

Leuit. in pluribus capit & Deu.18.a 1.Cor.9.a

ſuis annonis arma hoſtibus inferant.

*Di ſt.33.c. Epiſcopus aut presbyter. *al.deponatur. *al. cõmunione priuetur.*

CAP. 41.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget: vel deſinito, vel deponitor.

μα΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

CAP. 42.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ atq; ebrietati deſeruiens: aut deſinat, aut certè* damnetur.

Diſt.47. Epiſcopus aut presbyter. Et in dec. Iuo li.3 vbi additur, damnetur & communione priuetur.

CAP. 42.

Subdiaconus, aut cãtor, aut lector, qui conſimilia facit, vel deſinito, vel à communione ſeiungetor. Similiter & laici.

μβ΄.

Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω, ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

CAP. 43.

Subdiaconus, aut lector aut cantor ſimilia faciens: aut deſinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

CAP. 43.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vſuras à mutuum accipientibus exigit: vel deſinito, vel deponitor.

μγ΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

CAP. 44.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens: aut deſinat, aut certè damnetur.

CAP. 44.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit duntaxat, à communione ſuſpenditor. Si verò etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

μδ΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος μόνον, ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

CAP. 45.

Epiſcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit tantummodo communione priuetur: ſi verò tanquam clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

CAP. 45.

Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificium ſuſceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio, inter Chriſtum & Belial? Aut quæ particula fideli cum infideli?

2.Cor. 6. c.

με΄.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. τίς γὰρ συμφώνησις τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ, ἢ τίς μερὶς πιστοῦ μετὰ ἀπίστου.

CAP. 46.

Epiſcopum aut presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

Diſt.32.ca. præter. §. ſciendum ſententialiter.

CAP. 46.

Epiſcopus, aut presbyter, ſi eum qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impijs non baptizauerit: deponitor, vt qui crucem & mortem Domini derideat, neque diſcernat veros Sacerdotes à ſacerdotibus impoſtoribus.

μϛ΄.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν, ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων.

CAP. 47.

Epiſcopus, aut presbyter, ſi eum qui ſecundum veritatem habuerit baptiſma, denuò baptizauerit, nó aut pollutum ab impijs baptizauerit: deponatur, tanquam deridens crucem & mortem Domini, nec ſacerdotes à falſis ſacerdotibus iure diſcernens.

CAP. μζ CAP.

A

CAP. 48.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.

μζ.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ᾽ ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

CAP. 47.

Si quis laicus cum à ſe vxorem abijcit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam: à cómunione ſegregator.

CAP. 49.

Si quis Epiſcopus aut presbyter iuxta præceptũ Domini non baptizauerit, B in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in tribus ſine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciatur.

μή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ᾽ εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

CAP. 48.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem Domini non baptizauerit in patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor. *Mat. 28. d.*

CAP. 50.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, non trinam merſionem vnius myſterij celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in C Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate: ſed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

μθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ᾽ ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλ᾽ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

De conſecrat. diſt. 4. c. Si quis presbyter. Et in dec. Iuo. lib. 1.

CAP. 49.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vnam duntaxat, quæ in mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate, ſed profecti docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. *Mat. vlt.*

ν.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου. καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου οὐ δι᾽ ἄσκησιν, ἀλλὰ D βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω, ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. 50.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omninò de ſacerdotali conſortio nuptijs & carnibus & vino abſtinuerit, non propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed ptopter abominationem oblitus quod omnia pulchra valde, & quòd maſculum & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationẽ Dei vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor, & ex Eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

να.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλὰ ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν εἰπόντα, χαρὰ ἐπιγίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

CAP. 51.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, eum qui à peccato reuertitur, non recipit, ſed reijcit: deponitor, eò quòd Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo.

νβ.

CAP. 52.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino feſtiuis diebus non vtatur, idq; per abominationem, nō propter exercitationem ad cultum pietatis: deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis au ctor ſit offendiculi.

νβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

CAP. 53.

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor, excepto tamen eo, qui neceſſariò in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

νγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ χωρασθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, παρὲξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύσαντος. F

CAP. 54.

Si quis clericus Epiſcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non maledices.

νδ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσῃ τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

CAP. 55.

Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum, à communione ſegregator.

νε.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσῃ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω. G

CAP. 56.

Si quis mancum, aut mutum ſurdumúe aut cæcū, aut eum cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

νϛ.

Εἴ τις χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. 57.

Epiſcopus aut presbyter, qui negligentiùs circa clerum vel populum agit, neq; in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si verò in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

νζ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω. H

CAP. 58.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter clerico ex inopia laboranti neceſſaria nō ſuppeditauerit, à communione reijcitor. Sin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

νη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος, μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

CAP. 59.

Si quis falſo inſcriptos impiorū libros, tanquam ſacros in Eccleſia ad populi & cleri

νθ.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ξ. Εἰ

A

ξ.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη. εἰς κλῆρον μὴ ἀγέσθω.

ξα.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον ἰουδαίου, ἢ ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται εἰ μὲν τὸ ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω, εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊ-
B κὸς δεχθήτω.

ξβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ φάγοι κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον. ἢ θνησιμαῖον καθαιρείσθω τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ.

C Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν συνεύξασθαι. καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

ξδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνει, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξέ.

D Εἴ τις κληρικὸς εὑρέθη τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον. πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξς.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει ἀφοριζέσθω. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν, ἣν ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαι-

cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

CAP. 60.

Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & cõuictus fuerit: in clerum non producitor.

CAP. 61.

Si quis clericus per metum humanum vel Iudæi vel Græci vel hæretici negauerit, ſiquidem nomen Chriſti, ab Eccleſia reijcitor: ſi verò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

CAP. 62.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omninò quicunque ex ſacerdotali conſortio, comederit carnes in ſanguine animæ eius à beſtijs abreptum, aut ſuffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin verò laicus fuerit, à communione excluditor.

CAP. 63.

Si quis clericus, aut laicus ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat deponitor, & à communione ſecluditor.

CAP. 64.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione interemerit: deponitor, propter temeritatem ſuam. Sin verò laicus ſit, arcetor à communione.

CAP. 65.

Si quis clericus dominicum diem aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor Sin laicus, è communione eijcitor.

Hos dies portui & ſtationi cõparat Chriſoſto. ho. 11. in Geneſin.

CAP. 66.

Si quis virginem ſibi non deſponſatã admota vi detinet, à communione ſuſpẽditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

CAP. 67.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem

onē ſuſceperit, deponitor tàm ipſe, quàm qui ipſum ordinauit, niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati aut ordinati ſunt, hi neque fideles neque clerici eſſe poſſunt.

καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, εἰ μήγε ἄρα συσταίη ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει χειροτονίαν, τοὺς γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν. E

CAP. 68.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, ſacram quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuen non ieiunauerit: deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator,

ξή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν μὴ νηστεύσει, καθαιρείσθω αὐτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη ἀφοριζέσθω. F

CAP. 69.

Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omninò quicunque ex clericorum conſortio cum Iudeis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut laucia feſti, nempe azima, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, à communione ſegregator.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, νηστεύει μετὰ τῶν ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἢ τοιοῦτον, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. G

CAP. 70.

Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gẽtilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

ό.

Εἴ τις Χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς ἱερὰ ἐθνῶν ἢ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

CAP. 71.

Si quis clericus aut laicus ceram aut oleum ex ſancta ſurripiat Eccleſia, à communione ſeiungitor.

οα.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω. H

CAP. 72.

Vas aureum & argenteum, ſanctificatum, aut velamen linteumúe nemo ampliùs in ſuos vſus aſſumito· iniquum enim eſt. Cæterùm ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

οβ.

Σκεῦος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω. παράνομον γὰρ, εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

CAP. 73.

Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines, ab Epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus cõuictusúe fuerit, cẽſura irrogator eccleſiaſtica. Si verò vocatus non

ογ.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμο-

A ὁμολογίσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

non obtemperauit, ſecunda quoque vice vocator, miſſis duobus ad ipſum Epiſcopis: quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit Synodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiam, ne quid, tergiuerſando detrectandoq; iudicium, lucri facere videatur.

οδ.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων B σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

CAP. 74.

In dictionem teſtimonij contra Epiſcopum hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

οε.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, ἢ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι πάθει ἀνθρωπίνῳ. οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει ἄκυρος μενέτω ἡ χειροτονία. αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

CAP. 75.

Item non oportet Epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. Neque enim Eccleſiam Dei cōferre debet in hæredes. Enimuerò ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

C οϛ.

Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμόν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν, ἐπίσκοπος γινέσθω, οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

CAP. 76.

Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, Epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

οζ.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλός, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος, οὐχ ὡς βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

CAP. 77.

Qui verò mutus, ſurdúsue & cæcus eſt, Epiſcopus non efficitor: non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne Eccleſiaſtica impediantur munia.

οη.

D Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω, καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, καὶ ἐὰν ἄξιος, γινέσθω.

CAP. 78.

Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.

οθ.

Τὸν δὲ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλου διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν μηδὲ πρόπειραν ἐπιδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον. εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

CAP. 79.

Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus eſt, aut ex cōuerſatione praua, eū iuſtum non eſt protinus promoueri in Epiſcopum. Iniurium enim eſt, eum, qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

π Εἴ

Dici-

CAP. 80.

Dicimus, quod non oporteat Epiſcopum, aut presbyterum, publicis ſe adminiſtrationibus immittere ſed vacare, & commodum ſe exhibere vſibus Eccleſiaſticis. Animum igitur inducito, hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus Dominis ſeruire, iuxta præceptum Dominicum.

Matt. 6. c.

CAP. 81.

Serui ſi in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando verò ſeruus quoq; gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit, & Domini conſenſerint, manuq; emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

CAP. 82.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui militiæ vacauerit, & ſimul vtrunque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem ſacerdotalem deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari & quæ Dei, Deo.

Luc. 20. c.

CAP. 83.

Quisquis imperatorem aut magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicium luito, & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, à communione remouetor.

CAP. 84.

Sunto omnibus vobis, Clericis ſimul & laicis venerandi ac ſacri libri, veteris quidem teſtamenti, Moiſis quinq; Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor, Derelictorũ ex libro dierum duo. Heſter vnus, de Machabæorum geſtis tres, Iob vnus, Pſalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cãticum canticorum Prophetarum duodecim, Eſaiæ vnus, Hieremiæ vnus. Iezechiel vnus, Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri addiſcant item ſapientiã eruditi Syrach.

Noſtra

π.

Ἔπομεν, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλά, προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν κατὰ κυριακὴν παρακέλευσιν.

πα.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, ἀνατροπὴν δὲ τοιοῦτον ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστελοῦσι, γινέσθω.

πβ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος, Καίσαρι. καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, θεῷ.

πγ.

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, τιμωρίαν τιννύτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.

πδ.

Ἔστω πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μωσέως πέντε, γένεσις, ἔξοδος, λευϊτικὸν, ἀριθμοί, δευτερονόμιον. Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν. κριτῶν ἕν, ῥοὺθ ἕν. βασιλειῶν τέσσαρα. παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο. Ἐσθὴρ ἕν. Μακκαβαϊκῶν τρία. Ἰὼβ ἕν. ψαλτήριον ἕν. Σολομῶντος τρία, παροιμίαι, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων. προφητῶν δεκαδύο. ἓν Ἡσαΐου. ἱερεμίου ἕν. ἰεζεκιὴλ ἕν. Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σειράχ.

Ἡμῖ-

A Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ᾽ ἔστι τῆς καινῆς διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, πέτρου ἐπιστολαὶ δύο. Ἰωάννου τρεῖς. Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι᾽ ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων. διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

Τέλος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

Noſtra verò, hoc eſt, noui teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthęi, Marci, Lucæ, Ioannis, Pauli epiſtolæ quatuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones, quę vobis Epiſcopis per me Clementē in libris octo nuncupatæ ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in ſe continent. Et actiones noſtras Apoſtolorum.

B

Finis Canonum Apoſtolorum.

L. GRVTERVS VENRADIVS CATHOLICO LECTORI, S.

PLacuit hoc loco ſuccinctam atq; eruditam Theodori Balſamonis Antiocheni Patriarchæ, commentationē, quam is vir ante annos plus minus CCCCXXVII. ſub Emanuele Comneno, Conſtantinopolitano Imperatore in Apoſtolicos Canones perſcripſit, ſubiungere: vt & eorum veritas præter cætera teſtimonia magis ex tanti viri explicatione cognoſcatur: ijdemque rectiùs intelligantur. quod id tibi, Catholice Lector, operæ præcium, gratumq; fore putauimus. Vale.

C

CANO-

E

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM, DOCTE AC SVCCINCTE A' THEODORO BALSAMONE EXPLICATI:

CONVERSIQVE IN LATINVM SERMONEM PER GENTIANVM HERVETVM.

Can. 1. EPISCOPVS, à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur.

BALS. Hic canon Appoſtolicus, loquitur de ordinatione, quæ fit Antiſtitibus in Eccleſia: ſicut magnus quoque dicit Apoſtolus, Nemini manus citò impoſueris, nec alienis peccatis communicaueris, non autem de electione, vt nonnulli dicebant, ſicuti ea quæ dicebantur ſine ſcriptis per manuū eleuationem quæ fiebat à populo ciuitatum, quando fiebant electiones Antiſtitum. F *Etſi enim Laodicena Synodus dicit in primo canone non debere fieri ordinationes in præſentia audientium, quo in loco ordinatio, quæ Græcè eſt* χειροτονία, *pro electione accipitur, & Deo nonnulli exiſtimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non rectè dicere. Quæ enim fit in Eccleſia ordinatio, per preces myſticas peragitur, etiam ſi fiat coram multis: alioqui cùm iiij. canon ſanctæ primæ Synodi decernat debere fieri electionem Epiſcopi ab omnibus Epiſcopis prouinciæ, vel à tribus ſaltem, reliquis in ſcriptis aſſentientibus, dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione intelligi, qui dicit à duobus vel tribus Epiſcopis ordinandum Epiſcopum.*

Can. 2. Presbyter ab vno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus & reliqui Clerici.

BALS. Hic quoque præſens canon de ordinatione conſequenter ſtatuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione Epiſcoporum, non de eorum electione. Neque enim presbyterum, vel Diaconum, vel alium Clericum prius eligi & ſic ordinari docti ſumus. G

Can. 3. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, præter Domini de ſacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino ſiceram, vel confecta, vel aues, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam noua legumina § tempore oportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quàm oleum ad luminare, & incenſum tempore ſanctæ oblationis.

§ Haloandri exemplar habet ἢ σταφυλῆς, *id eſt, vel vuam, quod hic deeſt.*

BALS. Sacrificia, quæ ex lege antiqua in templo fiebant per ſanguinē & animalium cædem prohibentes diuini Apoſtoli, incruentum, quod à Domino traditum eſt, ſacrificium fieri iuſſerunt, & Sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum eſſe ſtatuerunt. Eſt autem ſicera quicquid ſine vino inebriat. Cùm autem audis canonem dicentem, præterquam noua legumina, ne putes per hæc permitti fieri ſacrificium. Sed dic ea offerri Sacerdoti, tanquam nouorum fructuum primitias: & vt ea ex manibus Sacerdotis cum H *benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis ſuppeditat, quæ ad victum noſtrum cultumque ſufficiunt. Et ideo, vt eſt veriſimile, Patriarchæ quoque vuas offerunt in altari ſacræ ædis Blachernarum, peracto ſacro in feſto dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ. Ego autem vidi quendam depoſitum, & ex venerandi Monaſterij, cui præerat, præfectura eiectum, quòd caſeos & carnes ad altare inferret, conſilio cuiuſdam improbi hominis, qui eum ſeduxit, & dixit hoc modo futuram plurimorum morborum medelam. Incenſum autem & oleum propter ſacrificium non offertur, ſed ad templi illuminationem, & veræ Luci & Deo gratiarum exhibendam actionem. Lege ſextæ Syn. can. xxviij. & xxxij.*

Can. 4. Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ Epiſcopo & Presbyteris. Clarum autem eſt, quòd Epiſcopus & Presbyteri Diaconis & reliquis Clericis diſtribuunt.

BALS. Nota etiam ex hoc præſenti canone, quòd in templo ſola legumina & vuæ, vt primitiæ, Deo offeruntur: fructus autem, & reliqua mittuntur ad Epiſcopum, vt per eum, vt par eſt, Deo gratiæ agantur. Quomodo autem quæ in memorijs ſanctorum & mortuorum offeruntur, & caniſcia appellantur, omni genere

κανίσκια.

A *in genere fructuum ornata ad altare afferantur, diſces ex oratione magni Athanaſij, De ijs dormierunt. Tu autem dic quòd etiam ex præſenti canone neceſſe habent Epiſcopi conſolari Clericos ſuos ex redditibus Eccleſiarum.*

Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus vxorē ſuam ne eijciat religionis prætextu: ſin autem eiecerit, ſegregetur. & ſi perſeueret, deponatur. Can. 5.

BALS. *Ante ſextam Synodum, quæ fuit in Trullo Pallatij, licebat Epiſcopis habere vxores, etiam poſt dignitatem Epiſcopalem, quemadmodum & qui poſt matrimonium ordinantur Sacerdotes & Diaconi. Quoniam itaque ante cxvij. Iuſtiniani nouellam, quæ ſita eſt in libro Imp. xxviij. tit. vij. licet quauis ex cauſa mittere ſuæ vxori libellum repudij, dicit præſens canon, non licere Epiſcopo, vel Presbytero, vel Diacono prætextu pietatis ſuam vxorem eijcere. Hic autem canon exoleuit, quod ad presbyteros & diaconos attinet: Epiſcopi enim, vt dictum eſt, poſt Epiſcopatum vxores habere non poſſunt, quòd non poſſit aliter* B *ſolui matrimonium quàm pro cauſis quæ in nouella continentur, quæ ſunt hæ: ſiquis ex coniugibus aduerſus Imperatorem conſpirauerit. Si vxor adulterata fuerit. Si alteruter vitæ alterius inſidiatus fuerit. Si vxor cum viris externis nolente marito conuiuetur, vel lauetur. Si extra domum mariti vxor manſerit, niſi fortè apud ſuos parentes. Si vxor vadat ad æquorum curriculum præter voluntatem mariti. Si alteruter coniugum vitā Monaſticam elegerit. Sunt etiam aliæ cauſæ in dicta nouella contentæ, quam etiā lege.*

Epiſcopus, vel presbyter, vel Diaconus ſeculares curas non ſuſcipiat: alioqui deponatur. Can. 6.

BALS. *De hominibus conſecratis, qui ſeculares ſeruitutes exercent ſatis ſcripſimus in xiij, cap. viij. tit. Præſentis operis. Cùm autem hic canon dicat, Clericum qui ſic facit deponendum 81. autem canon Apoſtolicus & alij canones dicant, vel ceſſet, vel deponatur, interrogauerit quiſpiam, quisnam eſt ſequendus: & puto, quòd benignior. Nam clarum illum & magnum œconomum Ariſtenum 30. dierum publicis* C *edictis à iuris dicendi officio ceſſare iuſſit ſancta Synodus.*

Si quis Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus, Sacri paſchæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit. deponatur. Can. 7.

BALS. *Diuini Apoſtoli nolunt nos feſtum cum Iudæis celebrare. Decernunt ergo vt Paſcha dominicum à nobis celebretur poſtquam illi paſcha legale celebrauerint: & quia illi ante vernum æquinoctium Paſcha celebrant, debemus nos poſt vernum æquinoctium celebrare. Eſt autem vernum æquinoctium, non, vt nonnulli dicunt, 25. menſis Martij, vel 20. vt aliquis alius dies præſtitutus: ſed quando id euenerit, ex cyclica enim ſententia curſus Solis & Lunæ alias aliter eſt æquinoctium. Quia ergo Moſes Iudæis conſtituit paſcha, ſeu malorum tranſitum quotannis celebrarent in memoriam liberationis à ſeruitute Aegyptiaca idq; non aliter quàm ante vernum æquinoctium exiſtente 14. Luna in primo menſe, ſeu Martio: nos quoque paſcha dominicum celebramus, ſeu noſtram liberationem à captiuitate diaboli, quam Deus nobis per ſuam paſsionem largitus eſt. Celebramus autem non eo tempore quo paſcha Iudaicum celebratur, ſed* D *poſt ipſum: ſcilicet poſtquam fuerit vernum æquinoctium, & poſt 14. Lunam primi menſis, ſeu primam Lunam Martij, ſed in eadem quidem certè hebdomade, quod paſsio Domini & reſurrectio ſic fuerunt. Quare etiam 8. orationem ſancti patris noſtri Ioannis Chriſoſtomi, quam ſcripſit de paſcha. Lege & 73. can. Syn. Carth. & quæ in eo à nobis ſcripta ſunt.*

Si quis Epiſcopus, Prerbyter, vel Diaconus, vel ex Sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit, cauſam dicat: & ſi probabilis fuerit, veniam conſequetur: ſin verò minus, ſegregetur, vt qui populo offenſionis cauſa ſit, & ſuſpicionem dederit aduerſus eum qui obtulit, tanquam non dignè obtulerit. Can. 8.

BALS. *Epiſcopum quidem vel presbyterum non nouit quiſpiam ad altare acceſſiſſe. & ſacrificaſſe, & ſacramentis non communicaſſe. Si quis autem ex his inuentus fuerit tale quid feciſſe, non ſolum ſegregabitur, ſed etiam valdè punietur, niſi iuſtam aliquam & probabilem cauſam dixerit, quæ ſanctam communionem prohibeat. Neque enim leuis ex ea re offenſio oritur: ex diaconis autem plurimos ad altare ac-*

cedere, & non communicare, ſed nec ſancta attingere. Si quis autem ex eis contrectauerit, & non communicauerit, ſegregabitur, vt vult canon & nonnulli quidem canonem ſic ſunt interpretati. Nonnulli autem dicunt vnumquemque conſecratum, à canone ſegregari, ſi non communicet, etiam ſi ſit extra ſacrum tribunal, quod eſt grauiſſimum. Octauum & nonum canonem alij quidem aliter ſunt interpretati: nos verò aliter. Vnde eos ſimul coniungentes dicimus, quòd qui in ſacerdotalem catalogum annumerantur, & ſacramentorum myſteria peragunt, oblationi autem quæ fit non communicant, ſegregantur niſi iuſtam cauſam dixerint: Sacrati autem qui ſancta ſuper altare tractant, & omnes laici fideles, qui non expectant, ſeu ad finem vſque non perſeuerant donec à dignis ſancta facta fuerit communicatio ſegregantur. Dicere enim fideles laicos, & conſecratos, qui ſacra non tractant, oportere quotidie ſanctis communicare, alioqui ſegregari, nec eſt ex ſententia canonis, nec poteſt fieri: & ideo nonus canon dixit puniri fideles qui non permanent. Ita interpretare canonem conuenienter 2. canoni Synodi Antiochenæ. E

Can. 9. De conſecra. diſt. 1.

Quicunque fideles ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, in precatione autem & ſacra communione non permanent, vt Eccleſiæ confuſionem afferentes, ſegregari oportet. F

BALS. Præſentis canonis conſtitutio eſt acerbiſſima. Segregat enim eos qui in Eccleſiam conueniunt & non ad finem vſque expectant, nec communicant. Porrò autem alij quoque ſimiliter decernunt, vt omnes ſint parati, & digni communione, eoſque qui tribus dominicis non communicant, ſegregant.

Can. 10.

Si quis cum excommunicato vel in domo vnà precatus fuerit, is ſegregetur.

BALS. Ἀνακοινώνητος, id eſt, excommunicationis vocabulum, idem eſt quod ſegregatio. Qui ergo vnà cum excommunicato quomodocunque precatus fuerit, ſegregabitur, etiam ſi ſit Epiſcopus vel laicus. Hoc autem ſcriptum eſt, propter eos qui dicunt, quòd qui eſt ſegregatus, ex Eccleſia eiectus eſt. Si quis ergo vnà cum eo canit in domo vel in agro, ei crimini non dabitur. Idem eſt enim ſeu in Eccleſia ſeu extra Eccleſiam orare cum excommunicato. Cum excommunicato autem colloqui non prohibemur, lege etiam 9. canonem ſyn. Cartha. G

Can. 11.

Si quis cum ſit clericus, vnà cum eo qui eſt depoſitus, orauerit, deponatur & ipſe.

BALS. Nonnulli illud vnà precari, pro eo quod eſt, ſimul ſacrificare acceperunt. Sed mihi non ita videtur. De quouis enim clerico depoſito accipitur canon, ſed non etiam de ſolo ſacerdote. Alij autem dixerunt hîc depoſitum etiam ſegregationi ſubijci, & ideo eſſe prohibitam vnà cum eo precationem. Ego verò intelligo, quòd canonis hoc eſt inſtitutum, punire quemuis clericum, qui cum quouis depoſito clerico, & poſt depoſitionem ſacerdotale quidpiam operato, ſit quomodocunque precatus. Propterea enim illi etiam depoſitio infligitur. Ex eo autem quòd quis cum aliquo excommunicato precatus fuerit, non affertur depoſitio, ſed excommunicatio.

Can. 12.

Si quis clericus, vel laicus ſegregatus, ſiue non recipiendus, diſcedens, in altera vrbe receptus fuerit abſque literis commendatitijs, ſegregetur & qui excepit, & qui exceptus eſt. H

BALS. Aliud eſt ſegregatus, & aliud is qui non eſt recipiendus, ſiue is qui ab Epiſcopo ad aliquid non admittitur. Qui enim ſegregatus eſt, ab Eccleſiaſtica communione arcetur: qui autem non eſt recipiendus, multis modis non admittitur. Illud enim Siue, pro eo quod eſt, vel, disiunctiuè accipitur, vt hoc ex ſequenti canone probatur, qui dicit, Sin autem ſit ſegregatus, &c. Dicunt ergo præſentes canones 12. & 13. cum qui ſemel ad aliquid non recipiendus iudicatus eſt, ſi ſine ſui Epiſcopi commendatitijs literis ſciens acceperit, ſegregetur. Vnà autem ſegregetur is quoq; qui receptus eſt. Sin autem non eſt is eiuſmodi, vt recipi non poſſit: ſed eſt ſegregatus, rurſus qui eum ſuſcepit ſegregetur, ſegregati autem augeatur ſegregatio. Quære 11. canonem 4. ſyn. & Antiochenæ canonem 5. & Chalced. canonem 13.

Can. 13.

Sin autem eſt ſegregatus, eius intendatur ſegregatio.

Can. 14.

Epiſcopo non liceat ſua relicta parochia, ad aliam tranſilire, etiam ſi à pluribus cogatur,

A cogatur, niſi ſit aliqua cauſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, vtpote ad maius lucrum, cum poſsit ipſe ijs qui illic habitant pietatis verbo conferre, idque non ex ſe, ſed multorum Epiſcoporum iudicio & maxima exhortatione,

*BALS. Præſens quidem canon 14. decernit non licere Epiſcopo ex ſua parochia ad aliam tranſilire, etiã ſi populi vtilitatis gratia hoc fecerit, & ab alienæ regionis populo ad hoc cogatur, niſi hoc ei Synodali permiſsione fecerit. 16. aũt canon Antiochenæ ſyn. dicit, eum reijciendum, qui abſque ſynodali ſententia vacantem Eccleſiam arripuit. Tu autem ſcias, quòd etiam ſi præſens canon Apoſtolicus non punit eum qui docet extra ſuam diœceſin, alij tamen diuerſi canones, eos qui extra diœceſin aliquid ſacerdotale exercent, depoſitioni ſubijciunt. * Characterem autem dare extra diœceſin iuſſu imperatorio permiſſum eſt. Quidam autem metropolitanus, qui in compluribus ſuis Epiſcopatibus præter Epiſcoporum voluntatem docuerat, & accuſabatur, reſpondebat dicens, iuſtum nòn eſſe vt ex eo læderetur, quòd & Epiſcopatus ſint in ſua poteſtate, & quòd præſens canon ei pœnam non imponat, & quòd non ſit forte munus Epiſcopale* * σημειῶσαι.

B *docere, vel * dare characterem. Quæ quidem magnæ ſynodo non placuerunt. Ex hoc præſenti autem 14. canone ſanctorum Apoſtolorum comprehenditur, quòd maligna quidem à parochia in alicuius Epiſcopi parochiam inuaſio condemnatur. Tranſlatio autem, quæ iuſta de cauſa, & pro prietate ac religione confirmanda, cum maxima Epiſcoporum ſit adhortatione, permittitur. Quia autem dicunt nonnulli, ne à præſenti quidem canone permitti tranſlationem, ſed Epiſcopi tantum ad tempus euocationem docendi gratia, ex hoc oſtendi dicimus: primùm cùm hic canon nihil dicat eiuſmodi, vndénam ipſi hoc afferunt? Deinde, quænam poſſit eſſe vacantis Eccleſiæ populo vtilitas, ſi Epiſcopus ſemel vel bis, vel aliquo vno tempore docuerit, & nullum aliud antiſtitis munus exercuerit? deinde, quid opus erat vt fieret hæc euocatio cum magna multorum Epiſcoporum adhortatione? poterat enim vel vnus pietatem predicare. Iam verò & qui hoc dicit, accuſat ſanctum Gregorium Theologum, & alios ſanctiſſimos Patriarchas, qui ex epiſcopatibus tranſlati ſunt in ſedem Conſtantinopolitanam, & ad alias ſedes patriarchales, tanquam qui indigne in tranſlatione ſacra miniſteria obeant, quod non eſt venia dignum.* * σημειῶσαι.

C Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia in aliam abceſſerit, & cum penitùs tranſierit, præter ſui Epiſcopi ſententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare iubemus, maximè ſi eum adhortante Epiſcopo vt rediret, non paruerit in contumacia & inſolentia perſeuerans: is tamen vt laicus communicet. *Can.15. Nic.ca.16. Anti.ca.3.*

BALS. Sextus canon ſyn. Chalced, iubet, non abſolutè, ſed in Epiſcopatu, vel Eccleſia, vel monaſterio, ordinari clericos, nec poſſunt præter eius qui is præeſt ſantentiam, ad aliam abire prouinciam aut diœceſim & clericatuum officia exercere. eum autem qui hoc facit, canon ſegregat, maximè ſi euocatus, & ad priorem parochiam redire iuſſus, non paruerit: eum tamen in alia ciuitate vt laicum verſari canon non prohibet. Quære etiam 16. canonem primæ ſyn. & quintæ can 4. Quare nota quòd non ſolum commendatitijs literis clerico opus eſt, volenti in alia diœceſi agere, & quæ ſunt clerici exercere: ſed etiam dimiſſorijs literis Epiſcopi qui eum fecit clericum. Niſi enim eiuſmodi literas oſtendat, probibebitur ab operatio-

D *ne. Quære etiam 17, can. Syn. in Trullo.*

Sin autem Epiſcopus nihili faciens aduerſus eos decretam a munere ceſſationem eos vt clericos receperit, ſegregetur vt immodeſtiæ & inſolentiæ magiſter. *Can.16.*

BALS. Nota quod præſens canon ſegregat epiſcopum, qui ſuo clero connumerauit alterius diœceſis clericum abſque ſui Epiſcopi dimiſſorijs literis. Solus autem Epiſcopus Carthaginenſis poteſt in ſuum clerum referre alterius etiam diœceſis clericos abſque dimiſſorijs literis eorum qui illos ordinauerunt. Hoc autem inuenies in canonibus Carth. Syn. ſed etiam Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, poteſt ſimiliter facere. Dicit enim expreſſè 3. nouella Iuſtiniani Imperatoris, ſeu. 2. caput 2. tit. 3. lib. Imp. Si enim in ſacro ſanctis monaſterijs prohibemus ex alio monaſterio tranſire in aliud, multomagis nec religioſiſſimis clericis hoc permittemus, lucri & negociationis oſtentatione hanc habere cupiditatem exiſtimantes. Si quando autem eiuſmodi tranſlatione tua beatitudo, vel quæ tunc fuerit Imperialis maieſtas, faciendam duxerit, ne hoc aliter fiat, prius quàm res ad dictum nobis numerum redacta fuerit. Eiuſmodi autem no-

uella ſcripta eſt ad Patriarcham Conſtantinopolitanum qui erat tunc temporis. Nota autem quòd etiam Imperatori conceßum eſt facere clericorum tranſlationes. E

Can.17. Diſt. 33. Si quis poſt. Qui poſt ſanctum baptiſmum duobus coniugijs fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali.

*BALS. Eum qui poſt ſanctum baptiſmum digamus fuerit, vel fornicatus ſit prohibet canon fieri Epiſcopum, vel ſacerdotale quidpiam exercere. Quæ enim ante baptiſmum admißa ſunt omnis generis peccata prætermitttit, cùm factus ſit nouum opus gratiæ ſancti ſpiritus. lege etiam 2. can. ſancti Baſilij. Quomodo autem multi lectores qui digami fuerant, in ſuis gradibus conſeruati, & per Archiepiſcopalia pittacia ad maiores gradus promoti ſunt, ignoro. lege etiam 137. Iuſtiniani nouellam, quæ ſita eſt in primo titulo 3. libri Imp. Decernit autem etiam cum multis alijs quæſtionibus Eccleſiaſticis, quid debeat fieri in clericos digamos. Similiter. lege etiam 23. cap. primi tit. præſentis operis, & quæ in eo ſunt. ALIA Interpre. Superius quidem ſcripſimus nos ignorare. quomodo lectores qui duas vxores duxerant, non deponuntur, ſed potius per Archiepiſcopalia pittacia ad maiores gradus promouentur. Nuper autem leges & canones diligentius conſiderantes, animaduertimus hunc 17. & 18. canonem tractare de Epiſcopis, ſacerdotibus, diaconis, & ſubdiaconis non autem etiam de lectoribus Illi enim ſiue ante ordinationem, ſiue poſt, digami fuerint, deponuntur. Hi verò lectores, ſi ante characterem quidem fuerint digami, deponuntur. Poſt characterem autem, eis permittitur, & ignoſcitur, ſed ad alium maiorem Eccleſiaſticum gradum promoueri prohibentur. Hæc enim expreſſè dicit 137. Iuſtiniani nouella, ſeu 31. & 32. cap. primi tit. 3. libri Imp. Si autem poſt ordinationem Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus, vxorem duxerit, clero eijciatur, & ordini ciuitatis, in qua erat clericus, cum bonis ſuis tradatur, ſin autem lector ſecundam vxorem duxerit, ſed primam quidem viduam, vel à marito ſeparatam, vel legibus ſacris ſiue canonibus prohibitam, ad alium Eccleſiaſticum gradum non prouehatur: ſin autem quocunq; modo ad maiorem gradum promotus fuerit, ex eo eijciatur, & priori reſtituatur. Si velis autem accipere canonem vt etiam de lectoribus loquatur, poteſt quòd ſcilicet non poßit eſſe vel fieri lector, qui ſecundam vxorem duxerit. Vbi enim cognitum fuerit, deijcitur. Lectori autem, qui poſt characterem ſecundam vxorem duxit, ignoſcitur, ſed ad maiorem gradum non promouetur. Quomodo aũt lectores, qui ſecundas vxores duxerunt, per Archiepiſcopalia pittacia ad * domeſticata, & alia eccleſiaſtica officia promouentur, nobis dicere neceſſe eſt. Dicimus ergo quòd eccleſiaſtica officia abuſiue gradus vocantur. Eſt enim proprie gradus, ſacerdotũ, diaconorũ, ſubdiaconorũ, & lectorum. Officia autem ſunt honores, & victus ſubminiſtrationes. Vnde qui fuit lector ab ineunte ætate, & ſecundam vxorem duxit, ſit citra vllum impedimentum clericus eccleſiaſticus, & populi conuocator, per pittacia. Sed non hypodiaconus, vel diaconus. Qui enim hoc auſus fuerit, deponetur.* F G

* δομεσικατά.

Can.18. Diſt.34. Si quis viduã. Qui viduam accepit, vel eiectam, vel meretricem, vel ſeruam, vel mimam ſeu ſcenicam, non poteſt eſſe presbyter, vel Epiſcopus, vel diaconus. vel omnino ex numero ſacerdotali.

BALS. Nota præſentem canonem. vult enim non ſolum eum qui eſt ſacratus, eſſe modeſtum & continentem, ſed etiam ſuam coniugem: & ideo mulieres, quæ hic comprehenduntur, probibuit cum ſacratis hominibus matrimonio coniungi, vtpote quòd eas continenter viuere non credatur, propter earum ſordes & improbitatem. Si quis ergo cum eiuſmodi muliere matrimonio coniunctus fuerit, ſacerdotio non dignabitur, & poſt ſacerdotium deponetur. Deponetur autem etiam, ſi eius vxor eo ſciente adulterata fuerit & patiente. lege etiam 29. cap. 9. tit. præſentis operis, H

Can.19. Qui duas ſorores duxit, vel conſobrinam, non poteſt eſſe clericus.

BALS. Conſobrina Græcè dicitur ἀδελφιδῆ *& etiam* ἀνέψιά. *Eum ergo qui ducit in vxorem vel duas ſorores, vel amitam, vel conſobrinam, non permittit canon effici clericum, licet omnino à matrimonio ſeparetur. Tu autem ſcias, quòd non ſolum qui hoc fecit, ſed & qui aliud matrimonium propter conſanguinitatẽ vel affinitatem prohibitum contraxit, non fiet clericus. ſed ei pœna potius imponetur. Quænam ſunt autem pœnæ eorum qui inceſtum committunt & cum conſanguineis rem habent, ſcies ex dictis canonibus ſancti Baſilij.*

Can.20. Clericus fideiubens deponatur.

BALS.

A *BALS. Fideiubere nonnulli hîc eſſe dicunt clericum pro alio fideiubere: nonnulli autem clericum pro ſeipſo dare fideiuſſorem propter inopiam. dicere ergo deponi clericum, qui ad iudicium vel ad agendum propter paupertatem, vel aliquam aliam iuſtam cauſam non admittitur, & propterea dat fideiuſſorem vt à moleſtia liberetur, eſt grauiſſimum, & Apoſtolica humanitate indignum. Si clericus autem pro alio fideiubeat, fortaſſe quandoque punietur. Si enim clericus lucri gratia pro aliquo fideiuſſerit, deponetur, propter fideiuſſionis turpitudinem: ſin autem pro aliquo paupere fideiuſſerit propter miſericordiam, vel propter aliquam piam cauſam ſeipſum pro alio ingeſſerit. non deponitur. Inuenti ſunt autem etiam in 4. vniuerſali ſynodo multi clerici & epiſcopi, qui fideiuſſores & dederunt, & acceperunt, nec tamen vllus ideo læſus eſt, Fideiuſſionem ergo ita interpretare. lege etiam 123. Iuſtiniani nouellam, quæ ſita eſt in libro 3. Imp. tit. primo ſeu cap. eius 13. quod ſic dicit in parte: Presbyteros autem, & diaconos, & ſubdiaconos, qui ſolo iure cognationis ad tutelam vel curam vocantur, tale munus ſuſcipere permittimus. Et paulò poſt: Sed nec publicorum tributorum exactorem, vel receptorem, vel vectigalium conductorem, vel curatorem domus, vel cauſæ procuratorem, vel pro his cauſis fideiuſſorem, Epiſcopum, vel œconomum,*

B *vel alium clericum cuiuſcunque gradus, vel Monachum proprio nomine, vel eccleſiæ aut Monaſterij, eſſe permittimus: ne hoc prætextu ſanctis quoque domibus detrimentum afferatur, & diuina myſteria impediantur. Quare ex his quoque verbis Nouellæ quæ dicunt non debere fieri aliquem pro his cauſis fideiuſſorem, ijs videlicet quæ comprehenſæ ſunt, poſſe clericum pro alijs ijs cauſis fideiubere, ſicut etiam ſeipſum ingerere. Quære titulum nonum præſentis operis, cap. 34. & 27. & quæ ſunt in eis & Chalced. ſyn. can. 30.*

Eunuchus, ſi ex hominum quidem iniuria factus ſit, vel in perſecutione virilibus priuatus ſit, vel ſic natus eſt, & dignus eſt, fiat. *Can. 21.*

Qui ſe ipſum mutilauit, ne ſit clericus: eſt enim ſui homicida, & DEI opificij hoſtis. *Diſt. 33. Eunuchus ſi Ibi. Ca. 22.*

Si quis cum ſit Clericus, ſe ipſum mutilauerit, deponatur: eſt enim ſui homicida. *Can. 23.*

C Laicus qui ſe ipſum mutilauit, tribus annis ſegregetur: eſt enim ſuæ ipſius vitæ inſidiator. *Nic. conc. ca. 1. Ca. 24.*

BALS. Hi quatuor canones ijs qui antequam Clerici facti eſſent, propter morbum, vel hoſtium incurſionem caſtrati ſunt, ignoſcunt, & eos in Clerum referunt, ſi omnino digni inueniantur. eos autem qui poſt Sacerdotium ſeipſos mutilauerunt, etiam ſi à morbo coacti ſunt: ſimiliter & eos qui ante ſacerdotium abſque morbo genitalia execti ſunt, puniunt. Illos enim deponunt, hos verò Clericos fieri prohibent: laicos autem, qui abſque morbi iniuria ſeipſos mutilant, tribus annis ſegregant. Vnde etiam plurimi homines paulò conſideratiores, ſuos filios propter morbum caſtraturi, ad ſanctiſſimam Eccleſiam accedunt, & morbum & teſticulorum abſciſsionem aperiunt. Ciuiles autem leges valdè puniunt eos qui ſuos filios, vel ſeruos, vel alios morbo non opreſſos caſtrant. Lege 14. caput primi tituli præſentis operis, & 60. Nouellam Imperatoris Domini Leonis ſapientis. Quia autem tria ſunt eunuchorum genera: Thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiſerunt, vt quæ eis à parentibus expreſſæ & inutiles factæ ſunt: Spadones, qui à natiuitate teſticulos non habent: Caſtrati, qui ferro execti ſunt. Thlibiæ quidem & Spadones ſine vllo præ-

D *iudicio conſecrabuntur, vtpote qui ſibi nullius mali auctores fuerint: Caſtrati autem, vt voluit ſuperior conſtitutio, aliquando quidem ad ſacros ordines admittentur, aliquando verò non*

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel periurij, vel furti conuictus, deponatur, & non ſegregetur. *Can. 25.*

Dicit enim ſcriptura: Non vindicabis bis in idipſum. Similiter reliqui quoque Clerici. *Naum. 1.*

BALS. Illud, Non vindicabis bis in idipſum, ne dixeris accipi in quouis quomodocunque depoſito. Qui enim vel magiſtratus potentia vel pecunijs ſacerdotium aſſecuti ſunt, & deponuntur, & ſegregantur. Vt dixit 29. canon Apoſtolicus & 30. ſed dic accipi de ijs qui deponuntur propter peccata quæ hic continetur, & propter alia eiuſmodi. Quære & ſancti Baſilij can. 3. 32. & lib.

Ex ijs qui non ducta vxore ad clerum promoti ſunt, iubemus, ſi velint, vxorem ducere lectores & cantores ſolos. *Can. 26.*

BALS. Ante ordinationem permittebatur omnibus vxorem ducere, & ita eos ordinari ſubdiaconos, diaconos, & Presbyteros: poſt ordinationem verò ſolis lectoribus & cantoribus vxorem ducere conceſſum eſt. E

Can.27. Epiſcopum, vel Presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos qui peccant, vel infideles qui iniuriam fecerunt, & per hæc vult perterrefacere, deponi iubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit: contra autem ipſe verberatus non repercuſſit, maledictis appetitus maledicta non retulit, patiens non minatus eſt.

BALS. Qui ſunt ex ſacro tribunali, non debent ab ira ſuperari, & verberare eos qui in ipſos peccarunt, fideles ſcilicet, vel etiam infideles, eóſque ita vlciſci, & terrere reliquos. Qui autem tale quid faciunt, præter doctrinam Domini quæ decernit, dextram percutienti maxillam oportere alteram quoque obuertere, deponuntur. Leges autem ciuiles contrarium decernunt, dicentes licere, Vim vi repellere, & arma armis propulſare. Et hæ quidem leges omnino de laicis intelliguntur, licet præceptum Domini, cum ſit generale, ſit omnibus editum. Suos autem diſcipulos mediocriter caſtigare peccantes, & poſt denunciationem ſe non corrigentes ſacerdotibus permiſſum eſt. Nam etiam Dominus eos qui in templo vendebant, & in Deum peccabant flagello percutiens exegit. Lege etiam nonum canonem ſyn. congregatæ in æde ſanctorum Apoſtolorum, & quæ prima & ſecunda dicta eſt. F

Can.28. Si quis Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus iuſtè ob manifeſta crimina depoſitus, ſibi aliquando creditum miniſterium attingere audeat, ab Eccleſia omnino abſcindatur.

BALS. Qui ob manifeſta crimina eſt legitime depoſitus, & ideo ne appellationis quidem habet auxiliũ, ſi prius miniſteriũ ſuũ attingere auſus fuerit, vt impudentiſſimus abſcinditur. Si enim habet appellationis auxilium, & de eo quod aduerſus illum ſtatutum eſt adhuc ambigitur, non condemnabitur ſi miniſtret. Lex quidem certè ciuilis hæc dicit in libro 3. Imp. tit, 1. cap. 1. Epiſcopus à ſynodo depoſitus, qui tumultum excitauit quòd Epiſcopatum rurſus acceperit, centum miliaribus longe à ciuitate ex qua eiectus eſt habitet, nec ad Imperatorem accedens: & ſi forte reſcribat, ea ſint inutilia: & qui eum defenderit, repellatur. Quære & Antiochenæ ſynodi canon. 4. 12. & 15. G

Can.29. Calc. conc. ca. vi. Act. 2. Si quis Epiſcopus per pecunias hanc ſit dignitatem aſſecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipſe, & qui eum ordinauit, & à communione omnino exſcindatur, vt Simon Magus à me Petro.

Can.30. Si quis Epiſcopus ſecularibus principibus vſus, per eos Eccleſiam adeptus ſit, deponatur, & ſegregetur, & omnes qui illi communicant.

H

BALS. Præſentes duo canones vigeſimus nonus & triceſimus non ſolum deponunt, ſed etiam à communione abſcindunt, ſeu ſegregant eos qui per pecunias, Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi ſiunt, & eos qui per principum potentiam creantur Epiſcopi. Sancti enim Spiritus, inquit, gratia non eſt venalis. Porrò autem ſancti quoque Taraſij Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola ad Papam Adrianum, dicit eſſe tollerabiliorem hæreticum Macedonium, qui ſanctum ſpiritum ſeruire impiè & blaſphemè dixit, eo qui pecunijs emit vel vendit ſancti ſpiritus gratiam. Qui enim vendit, vendit tanquam Dominus, & qui emit, tanquam Dominus argentum ſoluit. Sanctiſſimi quoque Patriarchæ Gennadij, quæ paſſim legitur, epiſtola, eos quoque anathemati ſubijcit, dicens: Sit itaque & eſt abdicatus, & ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienus; & anathematis execrationi ſubiectus tàm qui vendit quàm qui emit ſancti ſpiritus gratiam, ſiue ſit Clericus, ſiue laicus. Quæſiuerit autem quiſpiam, cum triceſimus canon ſolius Epiſcopi meminerit, ſimiliter autem & vigeſimus nonus, Diaconorum tantùm, non etiam lectorum mentionem fecerit, ſi aliquis Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector principis aut Magiſtratus potentia ſiat, vel Subdiaconus, aut Lector datis pecunijs conſtituatur, quid debet fieri. SOL. Hi quoque deponentur & ſegregabuntur ex ſine præſentis triceſimi canonis, qui dicit, non ſolum

A *ſolum primos auctores malorum deponi, & ſegregari, ſed eos etiam qui illis communicant. Porrò autem Gennadij etiam epiſtola, vt dictum eſt, non ſolum ſacratos, ſed & laicos, qui tale quid fecerunt anathemati ſubijcit, lege etiam ſecundum can. ſyn. Chalced. & 5. cap. primi tit. præſentis, operis & quæ ſunt in eo.*

Si quis Presbyter, contempto proprio Epiſcopo, ſeorſum congregationem fecerit, & altare fixerit, & alterum altare fixerit, Epiſcopo ſuo in religione ac iuſtitia nulla in re à ſe condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus. eſt enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei acceſſerunt. Laici autem ſegregentur, eaq́; poſt vnam alteramq́; ac tertiam admonitionem fiant. Can. 31.

BALS. Nota præſentem Apoſtolicum canonem, qui decernit poſſe Clericos impunè à ſuis Epiſcopis diſcedere, ſi eos vt impios vel iniuſtè gerentes condemnent, & hoc eſt nouum in iniuſtitia: alioqui enim
B *et ſi ſit peßimis moribus, non debere à ſuo epiſcopo diſcedere vel ſeparari, ſed potius credere ſe per peccatorem Sacerdotem & Epiſcopum ſanctificari. Omnes enim, inquit, Deus non eligit, ſed per omnes operatur. lege & ſancti Chryſoſtomi interpretationem epiſtolæ ad Timotheum, & 13. can. Syn. quæ habita eſt in Templo ſanctorum Apoſtolorum. ALIA. interp. Epiſcopi & laici qui ſunt ſub quæ Ciuitatis debent ſubeſſe epiſcopo Ciuitatis, & cum eo congregari, & in Eccleſia verſari, niſi illum vt impium vel iniuſtum condemnarint. tunc enim ſi ab eo receßerint, eis non imputabitur. Qui autem præter hæc fecerit, & ſine ratione à proprio epiſcopo abſceßerit, & ſeparatim in Eccleſia fuerit, ſi eſt quidem Clericus, deponetur vt Imperij cupidus: ſi autem Laicus, ſegregabitur. Sed can. quidem hæc eſſe facienda decernit, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem. lege etiam 6. can. Syn. Gangr. & 10. Carth. Hoc canone, & reliquis qui eadem decernunt, freti Metropolitani & Epiſcopi, murmurant aduerſus eos qui quærunt vt cruces Patriarchales in ſuis regionibus figantur, & ideo ſæpe quoque nonnulli Imperatoris & Patriarchæ aures obtuderunt, quærentes vt Patriarchis iam affigendarum crucium datio auferretur, vtpote quòd qui ea quærerent, & de his ad vniuerſalem Patriarcham referrent, eorum nullam rationem*
C *haberent. Sed non ſunt exauditi: & cum poſtularent proferri canones, qui crucium eiuſmodi figendarum conceßionem permitterent, ſanctiſſima eccleſiæ pars eorum inſtantiam reiecit per longam non ſcriptam eccleſiaſticam conſuetudinem, quæ pro canonibus ſeruata eſt tanto tempore quanti memoria haberi non poteſt, & in hodiernum vſque diem. Scias autem, quòd poſt præſentis canonis interpretationem, cum aliquot Antiſtites conueniſſent, qui ægrè ferebant ſibi miſſas fuiſſe à Patriarchis* * *Crucium fixiones, tanquam id præter canones factum eſſet in ſuis diœceſibus, ad-monerentur hæc iure & canonicè fieri, & Epiſcopos hæc ſeri fruſtra queri. A diuinis enim canonibus nec Metropolitano, nec Archiepiſcopo, nec Epiſcopo data eſt regio: ſed quinque Patriarchis diſtributæ ſunt regiones totius orbis terrarum: & ideo ab omnibus qui ſunt in ipſis, nomina ad eos referuntur, & hoc clarum eſt ex 6. & 7. canone primæ Synodi, & ij. & iij. canon ſecundæ Syn. qui decernunt, vt Alexandrinus habeat prouinciam orientem, Ægyptum, Libyam, & Pentapolim: Antiochenus cœlen Syriam, Meſopotamiam, & Ciliciam. & reliqui Patriarchæ alias diœceſes, vt his canonibus comprehenditur. Cùm autem ipſi eos, Antiſtites, qui earum curam gerunt, iudicent, & canonicè corrigant, iure etiam dabunt ius figendi cruces in earum ciuitatibus, & Parœcijs earum quoq; clericos impune ſibi proprios efficiant, quoties voluerint. Cùm autem hoc ius ſe habeant, nul-*
D *li Patriarchæ licebit in alterius Patriarchæ prouinciam mittere iura figendi crucem, nec eius clericum abducere, ne confundantur iura eccleſiarum.* *σταυροπήγια

Si quis Presbyter vel Diaconus ab Epiſcopo ſit ſegregatus, non liceat alij eum ſuſcipere quàm qui ipſum ſegregauit: poſt eius qui ſegregauit mortem, ſoluere non eſt permiſſum. Can. 32.

Nullus externorum epiſcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, ſine commendatitijs recipiatur, ijsq́; afferentibus, examinentur, Sin minus, ijs quæ ſunt neceſſaria, alijs exhibitis, ad communionem ne admittantur. Multa enim per ſurreptionem fiunt. Can. 33.

BALS. Alia quæ ſunt in præſenti canone, ſunt in alijs canonibus expoſita. Quomodo autem qui eſt

ſegregatus, à ſegregatione abſoluitur poſt mortem Epiſcopi qui eum ſegregauit, nunc accipe, & dic quòd poſtquam è viuis exceſsit qui eum ſegregauit: vel qui ſuccedit Epiſcopus, ſegregationẽ ſoluit vel is Antiſtes qui defunctum præfecit, Patriarcha ſcilicet, vel Metropolitanus, ſed non niſi poſt examinationem. Alterius autem parochiæ Epiſcopo ſegregatur. Sine literis commendatitijs non admitti externos Epiſcopos, Presbyteros, vel Diaconos anteà didicimus. Nunc autem definit canon, eos qui commẽdatitias literas afferunt, de pietate ac religione debere examinari: & ſi rectè de fide ſentiant, ad communionem admitti: ſin ſecus, vt dubios ac ſuſpectos recuſari: alimentis autem non oportere eos fruſtrari definitum eſt: Et hæc quidem præſens canon. Alijs autem canonibus cauetur, vt licet commendatitias literas habeant, & de fide rectè ſentiant, dimiſſorias tamẽ literas ſuorum Epiſcoporum oſtendere oportere, alioqui ſacris non operaturos. Per commendatitias enim literas eos eſſe ſacratos probatur: licere autem ijs in aliena terra ſacrificare, non ex ijs, ſed ex dimiſſorijs literis oſtenditur. Et ideo, vt eſt conſentaneum, præſens canon ſolius cõmunionis meminit, non autem miniſterij, vt pote cùm ij qui literas commendatitias habeant, in externa eccleſia verſari non prohibeantur. E

F

Can. 34. Epiſcopos vniuſcuiuſque gentis noſſe oportet eum qui in eis eſt primus, & exiſtimare vt caput: & nihil facere * quod ſit arduum aut magni momenti præter illius ſententiam: illa autem facere vnumquenque quæ ad ſuam Parochiam pertinent, & pagos qui ei ſubſunt: ſed nec ille abſque omnium ſententia aliquid agat. Sic enim erit concordia, & glorificabitur Deus per Dominum Ieſum Chriſtum.

*περιττὸν

B A L S. *Ordo omnia continet & cæleſtia & terreſtria. Vnde & præſens canon decernit eos qui ordinant, debere honorari ab eis qui ſunt ordinati. Hi enim ſunt primi & capita ipſorum, & ideo communi ſententia conſtitutum eſt, vt quæ vltra illa quæ ad vniuſcuiuſque adminiſtrationem pertinent, & ad eccleſiaſticam conſtitutionem ſpectant, & ardua & magni momenti reputantur, ne fiant abſque ſententia primorum. Atque ipſi etiam primo abſque epiſcoporum ſententia non licet aliquid facere. Sic enim, inquit, quæ eſt ex Deo dilectio & concordia inter eos conſeruabitur. Et hæc quidem eſt canonis interpretatio. Quod autem ad illa ardua & quæ ſunt magni momenti attinet, dic, verbi gratia, quòd multæ ciuitates propter gentium incurſionem abſque Epiſcopis manentes, œconomica ratione alijs ciuitatibus attribuuntur. Si ergo primas ſub quo hæ ſunt, ſine ſententia eorum qui ſunt miniſterij coadiutores, hanc attributionem fecerit, reprehendetur. Eiuſmodi enim ſunt ardua ac difficilia: non poſſe autem primũ quidquam facere ſine ſententia epiſcoporum, ne dixeris eſſe intelligenda de omnibus, ſed de ijs quæ ſunt ardua. Si enim hoc dixeris, is qui ordinat ei qui ordinatur ſuberit, cùm is qui ordinat omnino prohibeatur abſque ſententia eorum qui ei ſubſunt aliquid agere: illi verò primi præſentia ad ardua tantum opus habeant, quod eſt abſurdum.* G

Can. 35. Epiſcopus ne audeat extra ſuos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis non eis ſubiectis: ſin autem hoc feciſſe conuictus fuerit, præter eorum ſententiam qui tenent pagos illos vel ciuitatem, deponatur & ipſe, & ij quos ordinauit.

B A L S. *Extra diœceſis terminos prohibitum eſt ordinare: & eũ qui id auſus fuerit præter voluntatem epiſcopi illius regionis, canon deponit vnà cum eo qui ordinatur. Hoc autem fieri etiam in primates, qui in ſuorum epiſcoporum diœceſi celebrauerint præter eorum ſententiam. lege Antioch. Syn. can. 13. & 22. & ſecundæ Syn. can. ſecundum. Si quis autem extra diœceſim * characterem dederit, vel aliquid aliud fecerit quod non ſit ex ijs quæ ſunt intra ſacrum tribunal, aliquo alio modo, prout Synodo videbitur, eſſe eum puniendum dicunt nonnulli. Quære etiam 16. canonem ſanctorum Apoſtolorum.* H

* σημειώσηται.

Can. 36. Si quis ordinatus Epiſcopus nõ ſuſcipiat miniſterium & curam ſibi commiſſam, ſit ſegregatus donec eam ſuſceperit: ſimiliter & presbyter, & diaconus. Sin autem receſſerit, nec ſuſceptus fuerit, non ſua quidem voluntate, ſed propter populi improbitatem, ipſe quidem maneat epiſcopus, Clerus autem ciuitatis ſegregetur, quòd eiuſmodi rebellis & inſolentis populi inſtitutores non fuerint.

B A L S. *Ordinatus Græcè eſt* χειροτονηθεὶς. χειροτονία *autem & pro electione & ordinatione ſeu conſecratione accipitur. Nonnulli autem* χειροτονίαν *hic pro electione acceperunt, dixerunt que ſe*

mitari

A *mirari quomodo nonnulli ad eccleſias electi recuſant. Præſtantiſsimus autem Zonaras canonem exponens, accepit χειροτονίαν pro manuum impoſitione ſeu ordinatione & conſecratione, & etiam pro electione. Ego verò rectè habere animaduerti, ſi χειροτονία hoc in loco accipiatur pro impoſitione manuum. Meminit enim presbyterorum & diaconorum, qui ex more qui olim ſeruabatur, mittebantur in alias regiones, vt docerent populum. Diaconos autem ordinari quidem, id eſt characterem accepiſſe didicimus: eligi autem non audiuimus, ſicut eliguntur epiſcopi, & olim etiam ſacerdotes. Vt dicit canon 13. Syn. Laodicenæ. Decernit itaque præſens canon, vt ſi quis epiſcopus, presbyter, vel diaconus ad docendum pertinentem manuum impoſitionem acceperit, & ſuum munus non impleat, ſegregetur, donec eò ire ſtatuerit quo iuſſus eſt. Sin autem cùm acceſsiſſet non ſuſceptus fuerit propter improbitatē populi regionis, clerus quidem licet non fuerit auctor mali, ſegregatur, vt qui inſolentem populum non erudiat. Nota ergo quòd clericus punitur propter populi inſolentiam. Et lege Ancyr. Syn. can. 18. & Antioch. can. 17. & 18. epiſtolam ſancti Cyrilli ad Dominum: primæ & ſecundæ Syn. quæ habita eſt in templo ſanctorum Apoſtolorum can. 16. ſeptimæ Syn. can. ij. & Chalced. can. 29.*

B

Bis in anno fiat epiſcoporum ſynodus, & inter ſe examinent decreta religionis, & incidentes eccleſiaſticas controuerſias componant: ſemel quidem quarta hebdomade Pentecoſtes: iterum autem Hyberberetæi, duodecimo. **Can. 37.**

BALS. *Propter eccleſiaſticas, quæ in regione incidunt, controuerſias, neceſsarium viſum eſt Epiſcopos vniuſcuiuſque prouinciæ, cum ipſorum Primate conuenire, vt quæ ſunt dubia & controuerſa ſoluātur. Et præſens quidem canon, & 21. Antioch. Syn. & 5. Nicenæ, bis in anno iubent fieri epiſcoporum ſynodos. Nicena autem ſecunda ſynodus bis in anno epiſcopos conuenire oportere decreuit. Similiter & 20. & 21. cap. primi tit. 3. lib. Imper. quæ eſt Iuſtiniani Nouella, dicit ſynodos debere fieri ſemel in anno. Hyperberetæus autem eſt menſis october. Quære & præſentis operis tit. 8. cap. 9.*

Omnium rerum eccleſiaſticarum epiſcopus curam gerat, & eas adminiſtret tanquam Deo intuente. Ne liceat autem ex eis aliquid ſibi vendicare, vel proprijs cognatis quæ Dei ſunt largiri: ſi autem ſunt pauperes, vt pauperibus ſuppeditet: ſed nō eorum prætextu vendat quæ ſunt eccleſiæ. **Can. 38.**

C

BALS. *Eos quibus à ſancto ſpiritu credita eſt animarum adminiſtratio, abſurdum viſum eſt reddere rationem rerum epiſcopatus. Sed tanquam intuente, inquit, Deo ea adminiſtrent prout eis viſum fuerit. Perinde autem ac ſi dixiſſet quiſpiam, Si hoc datum fuerit, vendet epiſcopus ea quæ ſunt eccleſiæ, & ea ſuis cognatis elargiendo diſsipabit: ſubiungit canon, non licere epiſcopo ea ad gratiam dare ſuis cognatis, vel vendere: ex redditibus tamen eccleſiæ poſſe eum quæ ſunt neceſsaria auferre, & cognatis ſuis, ſi ſint pauperes, quæ ſunt ad vitam neceſſaria ſuppeditare viſum eſt. CXX. autem Iuſtiniani Nouella, ſeu tertium decretum primi tituli 5. libri Imp. hæc dicit præciſe: Oeconomis autē adminiſtratoribus, & chartularijs ſacroſanctarum domorum quæ vbique ſunt, & eorum parentibus, & filijs, & alijs vel genere vel affinitatis iure coniunctis, locationes, vel emphyteuſes, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium,*

D *quæ ad eas ſacroſanctas domos pertinent, ſubire vel per ſe vel per interpoſitas perſonas, ſicut & ijs qui ſunt in Imp. ciuitate, ijſdem pœnis prohibemus. Si vis autē ſcire quæ ſunt pœnæ, quære 5. decretum eiuſdem tit. & libri, quod ea perſequitur, & hæc aperte infert. Scientibus ipſis quòd ſi tale quid factum fuerit, hoc quoque erit irritum, & omnes eorum facultates & eorum qui accipiunt, & œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus dicto modo coniunguntur, ad ſacroſanctam domum, ex qua rem accipiunt, poſt eorum mortem redire iubemus. Dic ergo ex canone & ex Nouella colligens, quòd non ſolum ad gratiam, ſed nec vllo alio modo licet epiſcopo, vel œconomo, vel vlli ex prius enumeratis in cognatos transferre eccleſiarum vel ſacroſanctarum domorum immobilia.*

Presbyteri & diaconi ſine ſententia epiſcopi nihil perficiant: ipſe enim eſt cuius fidei populus eſt creditus, & à quo pro animabus ratio exigetur. **Can. 39.**

BALS. *Non oportere presbyteros & diaconos ſine ſententia epiſcopi quidquam agere, ne dixeris eſſe vniuerſale, ſed dixeris non licere eis aliquid facere, quod ad epiſcopum pertineat, abſque eius ſenten-*

ſententia, ſicut locare immobilia, redditus importare, pœnas imponere, & alia eiuſmodi. Adminiſtratio enim, inquit, rerum epiſcopalium, & animæ populi epiſcopo creditæ ſunt: lege Nicenæ ſyn. ſecundæ canon 43.

Can. 40. 11. q. Sint manifeſtæ,

Manifeſtæ ſint epiſcopi res propriæ, ſi quidem res habet proprias, & manifeſtæ res Dominicæ. Vt ſit in poteſtate morientis epiſcopi, propria, quibus vult, & vt vult relinquere, & non rerum eccleſiaſticarum prætextu res epiſcopi intercidant, qui nonnunquam vxorem habet & liberos, vel cognatos vel famulos. Eſt enim iuſtum apud Deum & homines, vt nec eccleſia damnum aliquod accipiat propter rerum epiſcopi ignorationem: nec epiſcopus, vel eius cognati eccleſiæ prætextu proſcribantur, vel in negotia litesq; incidant qui ad eum attinent, & eius mortem maledictis infauſtisq; verbis proſequantur.

δημοσιδύονται legitur etiam πημαίνονται.

BALS. Diuini Apoſtoli iuſto nihil præferentes, definierunt ſeparata eſſe debere & non communia, ea quæ ſunt epiſcopi propria, & quæ pertinent ad eccleſiam, vt ſit in epiſcopi poteſtate quæ ſua ſunt pro ſuo arbitrio adminiſtrare, & in vita, & in vltima diſpoſitione: & nec eccleſia damno afficiatur, prætextu debitorum epiſcopi, quæ emerſerunt: nec eius voluntas vel in vita, vel in morte intercidat. Quamobrem conſtituitur, vt niſi epiſcopus res quæ ſuæ erant ante electionem declarauerit, ſimiliter & quæ poſt electionem ad eum deuenerunt, nec ſunt eccleſiaſticæ, res omnes eius apprehendat qui ſuccedit epiſcopus, & vniuerſa pars eccleſiæ, & ea ſibi attribuat. Omnino autem cogetur pro illius debitis reſpondere, niſi vtique eius facultatum indicem ſeu inuentarium ediderint, Tunc enim fiet, vt mihi videtur, quod dicit lex in libro 35. tit. 14. cap. 117. Quære & præſentis operis tit. 10. cap. 5. & cap. 2.

Can. 41. 12. q. Præcipimus.

Iubemus epiſcopum rerum eccleſiæ poteſtatem habere. Si enim precioſæ hominum animæ ſunt eis credendæ, multomagis eis ſunt committendæ pecuniæ, vt in eius ſit facultate omnia adminiſtrare, & ijs qui egent per presbyteros & diaconos ſubminiſtrare cum Dei timore & omni religione, & etiam ſi ſit opus in neceſſarium ſuum vſum accipere, & fratrum qui hoſpitio excipiuntur, ita vt ipſe nullo modo egeat. Lex enim Dei hoc ſtatuit, vt qui altari * aſsident, ex altari alantur, quandoquidem nec miles vnquam ſuo viatico aduerſus hoſtes progreditur.

** προσεδρεύοντας Haloandri exemplar habet ὑπηρετοῦντας*

BALS. Præſens canon interpretatus eſt per interpretationem 38. canonis, qui eadem dicit. Illic autem adijcit debere epiſcopum amatorem pauperum, & largitionē in pauperes debere fieri per ſuos presbyteros & diaconos. Si vult ſe ſeruare ab omni ſuſpicione immunem. lege 24. can. Syn. Antioch. & epiſtolam Cyrilli ad Dominum.

Can. 42. Diſt. 35. Epiſcopus aut presbyter.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, aleis & ebrietatibus vacans, vel ceſſet, vel deponatur.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor ſimilia faciens, vel ceſſet, vel ſegregetur. Itidem & laicus.

Can. 43.

BALS. Aliter puniuntur epiſcopi presbyteri, & diaconi aleis & ebrietatibus vacantes, & aliter hypodiaconi, cantores, lectores, & laici. Præſentes enim canones dicunt illos quidem deponi niſi ceſſauerint, hos verò ſegregari. Quære 9. canonem Syn. in Trullo, & tit. 9. præſentis operis, cap. 27. & 35. & tit. 13. cap. 29.

Can. 44.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, pecunias mutuo datas cum fœnore exigens, vel ceſſet, vel deponatur, Lex antiqua dicit: Non dabis fratri tuo pecuniam ad vſuram. Conſequenter ergo præſens canon dicit quidem omnem deponi epiſcopum, presbyterum, & diaconum fœnerantem, niſi ceſſauerint. Quintus autem canon ſyn. Carth. & 13, primæ ſyn. & 10. ſyn. in Trullo, dicunt omnem eſſe clericum deponendum, niſi ceſſauerit fœnerari. Quære etiam 9. tit. præſentis operis, cap. 27.

Can. 45.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel ſolùm comprecatus

A tus eſt, ſegregetur. Sin autem eis tanquam clericis aliquid operari permiſerit deponatur.

BALS. Rogauerit quiſpiam, cur Hæretici vnà cum epiſcopis comprecati, & etiam Presbyteri. & diaconi non deponuntur, ſed ſolum ſegregantur, quemadmodum & qui cum aliquo ſegregato comprecati, vt vult Apoſtolicus canon 10. SOL. Ne hic dixeris epiſcopum & reliquos vnà cùm hæretico in templo orare. Hi enim deponentur, vt vult 46. canon: ſicut & qui eis permiſit tanquam clericus aliquid operari: ſed accipe illud comprecari pro eo quod eſt ſimpliciter communicare, & in Hæretici preces mitius affectum eſſe. eos enim tanquam execrabiles abhorrere, non eis familiariter vti debemus. Vnde & ſufficere viſa eſt ſegregationis pœna.

Epiſcopum, vel presbyterum, qui hæreticorum baptiſmum, vel ſacrificium admiſerit, deponi iubemus. Quæ eſt enim conuentio Chriſti cum Belial? vel quæ pars eſt fideli cum infideli? Can. 46.

B

BALS. Præſens quidem canon eos qui hæreticorum baptiſmata vel ſacrificia admittunt, epiſcopos vel ſacerdotes deponi iubet. Magna autem Synodus diuerſos ſacratos, qui Firenici illius hæretici ſcripta tantum viderant, & non eis inſultauerant, nec ea deſpuerant, iuſtiſſime depoſuit.

Epiſcopus vel presbyter, cum qui verè habet baptiſmum, ſi de integro baptizauerit, vel ſi eum qui ab impijs pollutus eſt non baptizauerit, deponatur, vt qui irrideat mortem & crucẽ Domini, & non diſcernat ſacerdotes à falſis ſacerdotibus. Can. 47.

*BALS. Verè baptizatur quis, quando conuenienter voci Domini ſemel baptizatus fuerit, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Si quis ergo epiſcopus, vel presbyter eum qui ſic baptizatus eſt, tanquam de integro nulla eius cura habita baptizauerit, deponetur. Similiter deponetur & qui non rebaptizauerit eos qui ab hæreticis baptizati ſunt. Id autem quod hîc quæritur eſt eiuſmodi: Quidã à Perſis forte captus eſt, & coactus eſt execrabilia eorum dogmata audire, & * immolatis veſci. Poſt captiuitatem autem confeſſus quod factum fuerat, non aliàs ad communionem admiſſus eſt ab illius regionis epiſcopo vel presbytero, quàm ſi baptiſmum quoque ſuſcepiſſet. Eum ergo qui ſic fecit, & hominem rebaptizauit, deponit canon. Dic autem & quod deinceps à canone definitur. Baptizatus eſt quiſpiã ab impio: id enim eſt pollutum eſſe: & cum vellet rurſus baptizari, & Chriſtianis communicare, ab epiſcopo ſeu presbytero non eſt admiſſus, dicente non debere eum rebaptizari, qui ſemel baptizatus eſt. Dicit ergo canon, deponi debere epiſcopum ſeu presbyterum, qui eum non baptizat, ſed eum ſuſcipit cum impuro baptiſmate.* *μαρφοα γε͂ρ.

C

Si quis laicus ſua eiecta vxore aliam acceperit, vel ab alio ſolutum, ſegregetur. Can. 48. De conſecrat. Diſtin. 4. Si quis presbyter.

BALS. Qui ſuam vxorem præter rationem eijcit, aliam accipere non poteſt, vel potius etiam ſegregabitur: & qui liberam non accepit, ſed ſolutam (eſt autem ſoluta, quæ nõ ex lege à ſuo marito eſt ſeparata) vt adulter contemnatur, conuenienter ei quod dixit Dominus: Et qui ſolutam duxerit, mœchatur, & ſegregatur. Quare apud canones adulteri & fornicatoris eccleſiaſtica pœna eſt ſegregatio. hoc dicunt nonnulli: ſed mihi non videtur. Et lege canones ſancti Baſilij, qui inter fornicatorem & adulterum differentiam introducunt. Scias autem, quòd vir quidem, ſi adhuc conſtante matrimonio cum aliqua muliere rem habeat, fornicationem non adulterium committit. non ita autem ſi cum ea quæ viro coniuncta eſt: tunc enim vt adulter punitur. Mulier autem ſi cum alio quocunque conſtante matrimonio coeat, vt adultera punitur. Et hæc quidem ita habent. Iuſtiniani autem nouella, quæ ſita eſt in libro Imp. 28. tit. 7. dicit, quòd ante quidem poterat vterque coniunx quando volebat mittere libellum diuortij. Vir enim dicebat: Mulier habe tibi res tuas: & mulier, Vir age res tuas. Sed deinceps ſit diuortium ex certis cauſis. Hæ autem in nouella quoque cauſæ ſcriptæ ſunt. Sed antiquitus quoque non fiebat liberè diuortium niſi cum cognitione iudicis. Qui cum ergo vxorem duxit, quæ non ſic dimiſſa eſt, adulterauit.

D

Si quis epiſcopus, vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizauerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in trium principij expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur. Can. 49.

BALS.

BALS. Epiſcopum, vel presbyterum, qui non baptizat ſecundum Domini conſtitutionē, in nomine E *patris, & filij, & ſpiritus ſancti, ſed in tres principij expertes, vel tres filios, vel tres paracletos, dicit canon eſſe deponendos: erant enim quidam hæretici, qui hæc impiè blaſphemeque dicebant, nos autem deitatem credentes in tribus perſonis, baptizamur in vno baptiſmate, per inuocationem patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Ideo autem epiſcoporum, & presbyterorum tantū meminit canon, eo quòd alicui alij non permittit baptizare.*

Can. 50. Si quis epiſcopus, vel presbyter, non tria vnius myſterij baptiſmata perfecerit, ſed vnum baptiſmum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate: ſed, Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

BALS. Hic quoq; canon eſt eiuſdē poteſtatis: ſtatuit enim per tres immerſiones peragi oportere myſterium ſacri baptiſmatis, ſcilicet in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. ſemel autem baptizare propter vnitatem deitatis, & Trinitatem perſonarum: vel propter mortem Chriſti in cruce, & eius tri- F *duanam reſurrectionem. Dicit enim etiam Apoſtolus: In mortem eius baptizati ſumus. Baptiſmata autem hic pro immerſione accipienda ſunt. eum quidem certè, qui per vnam immerſionem in mortem Domini baptizat, canon dicit deponendum, vt qui præter Domini doctrinam faciat, & apertè ſit impius.*

Can. 51. Si quis epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero, à nuptijs, carnibus, & vino, non propter exercitationem, ſed propter abhominationē abſtinet, oblitus quòd omnia valde bona, & quòd maſculinum & fœmininum fecit Deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, & ex eccleſia eijciatur. Similiter & laicus.

BALS. Legitimas nuptias eccleſia non reijcit: quia propter eas Deus maſculum & fœminam creauit. nec eos qui carnibus veſcuntur, & vino vtuntur abhorret, ſi omnia opportunè faciant, & ſicut ſacra tradunt oracula. Sed nec eos rurſus, qui ab his propter exercitationem abſtinent, punit. Et ideo animad- G *uertendum eſt quomodo quis ab eis abſtinet: & ſi quidem, vt vel maximè impij Bogomili, propter eorum odium, & quòd mali cauſa ſint, ijs qui eis abutuntur, deponetur, ſi poſt denunciationem non corrigatur, vel quod magis eſt, etiam ex eccleſia exterminabitur, vt qui aduerſus Dei creaturas blaſphemet. Si autem propter exercitationem, & quandam religionem ab ijs abſtinet, non condemnabitur. Et ideo multi etiam Monachi, qui ſatis longo tempore propter continentiam, nec caſeum, nec ouum, nec vinum guſtauerant, ea aliquando guſtarunt, & omne quod malam de ijs ſuſpicionem afferebat, offendiculum amputauerunt. Vt beatus ille Heſychaſtes, qui Ferratus dictus eſt, & qui Eleæ epiſcopus vocatus eſt, Monachus Theodulus, in ſynodo, vt offendiculum, & improborum quorundam nullas tolleret, caſeum & ouum guſtauit.*

Can. 52. Si quis epiſcopus, presbyter, vel diaconus eum qui à peccatis conuertitur, non recipit, ſed eijcit, deponatur quoniam Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit: Gaudiū eſt cælo propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem. H

BALS. Non eſt peccatum quod Dei benignitatem & humanitatem ſuperet: & ideo omnes qui pœnitentia ducuntur, & à bono ad malum conuertuntur, Dominus obuijs vlnis excipit. Propter peccatorū enim ſalutem è cælo deſcendit, & dixit, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Epiſcopus ergo, vel presbyter, qui eos qui ſic conuertuntur non recipit, ſed illius Nouati inſtar eos abhorret, deponatur, vt qui Dei voluntati aduerſatur qui dicit: Gaudium eſt in cælo ob vnum peccatorum pœnitentiam agentem. Nota ergo ex præſenti canone, quòd non ſolis epiſcopis & ſacerdotibus conceſſum eſt hominum confeſſiones audire, & peccata remittere. Sed etiam presbyteri cum epiſcopali permiſſione peccatorum confeſſiones audiunt. Quære 6. can. Carth. Syn. & quæ in ea ſcripta ſunt. ALIA Interp. Cum præſens can. Apoſtolicus puniat epiſcopos & presbyteros, qui non ſuſcipiunt peccatores qui conuertuntur: 6. & 7. & 42. can. Carth. Syn. non permittat ſacerdotibus inſciente epiſcopo peccatorum enumerationes audire, & peccata remittere, appàret non ſolum Monachis, ſacerdotibus conceſſam eſſe peccatorū reconciliationē, ſed etiā generaliter omnibus ſacerdotibus. Hoc aūt pulchre à me cōprehenditur, vel ex hoc quòd diuinis & ſanctis Apoſtolis cognitus non eſſet Monachalis habitus. Monachi enim tunc cognoſcebantur & no-

A *& nominabantur, qui deſerta & ſolitudines habitabant, vt & Propheta Helias, & ſanctus præcurſor, & magnus Antonius, & ſanctus Paulus Thebanus, & alij. Quæ autem in vrbibus hodie degit forma Monachalis, ſancto Pachomio reuelata eſt per angelum circa finem ſanctorum canonum. Quomodo ergo nec à Patriarchis, nec ab epiſcopis permittitur ſacerdotibus qui non ſunt monachi, peccatorum hominum confeſſiones audire, neſcio. Ego autem permiſi multis in magna Antiochia ſacerdotibus, qui erant clerici eiuſdem ſanctiſsimæ ſedis, peccatorum confeſſiones abſque vlla prohibitione excipere, & peccata remittere.*

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, in feſtis diebus carnem & vinum nō ſumit, abhorrens & nō propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat inuſtam conſcientiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa. Can.53.

BALS. *Omnem diem feſtum, & omnem diem dominicum celebrantes non ieiunamus, ſed ſabbatis omnibus præterquam magno ſabbato ieiunium ſoluimus. Qui ergo his diebus ieiunat, ſiquidem vt ea quæ nobis à Deo in cibum data ſunt abhorrens, & hinc populo offenſionis cauſam præbens, deponitur, ſi ſit* B *videlicet epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus. Sin autem propter exercitationē ab eis abſtinet, ei ignoſcetur. Lege 14. can. ſyn. Ancyr. laicus verò qui ſic malè ieiunat, ſegregatur in fine li. can.*

Si quis clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſegregatur, præterquā ſi in publico diuerſorio in via propter neceſsitatem diuerterit. Can.54.

BALS. *Diuini & ſancti apoſtoli cùm vellent clericos agere vitam ab omni repræhenſione alienam, nec multos offendere, ſed potius ad bonum excitare, decernunt vt non ſolum ab omni turpi mercatura abſtineant, vt in alijs canonibus dictum eſt. eum autem qui propter neceſsitatem in caupona diuerſatus eſt, non punit propter circunſtantiam. Qui ergo dicunt clericos poſſe vini mercaturam facere, vel lauacra conducere, vel aliquam aliam turpem mercaturam exercere, malè dicunt. Si enim abſolute prohibitum eſt, ne clericus cauponam ingrediatur, multo magis prohibebitur eiuſmodi turpem mercaturam* C *exercere, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonā. lege etiam ſyn. Laodic. can. 24. & Carth. 40. Quia autem 41. canon Apoſtolicus epiſcopum quidem, & presbyterum, & diaconum aleis vel ebrietatibus vacantes deponi iubet, ſi non ceſſauerint: hypodiaconum autem, & omnem, vt ſemel dicam, clericum tale quid facientem: ſimiliter & laicos ſegregari, niſi corrigantur poſt denunciationem. Exiſtimo ergo quòd hîc quoque poſt primam & ſecundam admonitionem, ſegregabitur clericus qui cauponam ingreditur, & à malo non abſtinet. Probatur enim hoc quoque ex eo quod dicit canon, Si quis clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſæpe ſcilicet malo vſus.*

Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponatur. principi enim populi non maledices. Can.55.

Si quis clericus presbyterum vel diaconum iniuria affecerit, ſegregetur. Can.56.

D BALS. *Hi duo canones 55. & 56. puniunt petulantes & iniurioſos clericos. ſed 55. dicit deponēdum clericum, qui epiſcopum iniuria affecit. 56. autem decernit ſegregandum clericum, qui presbyterū, vel diaconum iniuria affecit: idque quia epiſcopo maior honor debetur. Et canones quidem ſic diuidunt ſupplicium inſolentium clericorum. Ius autem ciuile definit quemuis iniuriam facientem notari infamia præter pœnam pecuniariam. Exiſtimo autem quòd infamiam ſequitur etiam depoſitio.*

Si quis clericus claudum, vel ſurdum, vel eum cui vitioſus eſt inceſſus, irriſerit, ſeparetur. Similiter & laicus. Can.57.

BALS. *Clericos & laicos ſegregat canon, qui eorum qui quomodocunque ſunt corpore mutilati non miſerentur, ſed eos irrident. Permulti autem ex ijs accipiunt ridendi occaſionem, Dei iudicijs reſiſtentes.*

Epiſcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pieta- Can.58.

R tem

tem non docet, ſegregetur: & ſi in ſocordia perſeueret, deponatur. E

BALS. *Epiſcopalis dignitas in docendo conſiſtit: & omnis epiſcopus debet docere populũ piæ dogmata, & ſtatum orthodoxorum. epiſcopus enim ideo conſtituitur, vt quæ ſui ſunt populi attendat: & ideo etiam populus eſt appellatus. Porrò autem etiam presbyteri tales eſſe debent, quia etiam prope epiſcopos ſedent in ſuperioribus cathedris. Epiſcopus ergo & ſacerdos, qui non ſic facit, ſed negligenter eſt affectus, ſegregatur: ſin autem in ſocordia perſeuerat, etiam deponitur.*

Can. 59. Si quis epiſcopus, vel presbyter, cum ſit aliquis ex clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei nõ ſuppeditat, ſegregetur: ſin autem perſeueret, deponatur, vt qui fratrem ſuum interfecerit.

BALS. *Didicimus quòd epiſcopus debet poſt neceſſariam ſuam impenſam, eccleſiæque & clericorum conſuetam diſpenſationem, quæ ſuperſunt ex eccleſiæ redditibus dare pauperibus. appellantur enim bona pauperum. Nunc autem decernit canon, vt epiſcopi & presbyteri curam gerant vt ſuppeditent pauperibus clericis ea quæ ſunt neceſſaria. & eos quidem qui non ita faciunt, ſegregat: qui verò perſeuerant, deponit, vt qui cauſæ ſunt mortis fratris. Ne dicas autem, Quare punit canon Presbyteros, qui res ſuas pauperibus clericis non diſtribuunt? finge enim presbyterum poſſidere bona eccleſiaſtica, vt qui ſit fortè promotus Chorepiſcopus, vel Protopapa, & qui ex eo diues euaſerit, & neceſſe habet pauperes ſuſtentare, & multo magis pauperes clericos. Niſi enim hoc dixeris, non video quomodo ſegregabitur, vel deponetur presbyter, qui non dat pauperi ſuo conclerico quæ ſunt neceſſaria. Fratrem autem interfeciſſe ne dixeris ad factum vſque proceſſiſſe. Et ſi enim non eſt mortuus, quod ad epiſcopi tamen vel presbyteris propoſitum attinet, id factum eſt.* F

Can. 60. Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſanctos, in eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur. G

BALS. *Præſenti Apoſtolico canoni conſequenter alij quoque definiunt canones, non eſſe legendos impiorum libros, ſed igni tradendos. Quare 12. tit. præſentis operis, cap. 3. & quæ in ipſo ſunt. Quia autem nonnulli pia ſcripta adulterauerunt, vel etiam orthodoxorum nomina eorum qui malè ſentiunt ſcriptis appoſuerunt, vt hæreticus ille fecit Pamphilus, qui aurea theologica dicta Chryſomalli, nugas hæreticas appellauit, & ita ſimpliciores decepit, decernit canon ſacerdotem eſſe deponendum, qui hoc audet in populi perniciem. Quære vltimum canonem Apoſtolicum, heroicos verſus ſancti Gregorij theologi, & ſyn. in Trullo canonem 63. & ſcies quinam libri legi debent ab orthodoxis.*

Can. 61. Si aduerſus fidelem aliqua accuſatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis, & conuictus fuerit, ad clerum ne prouehatur.

BALS. *Qui fornicationis, vel adulterij, vel alicuius alius prohibitæ actionis accuſatus & conuictus ſeu condemnatus eſt, non efficitur clericus. Et nota hoc propter eos qui dicunt ex eo ſolo quòd quis accuſatus fuerit, impediri ordinationem. Ecce enim dicit canon, quòd qui conuicti ſunt non deponentur, non etiam qui ſolum accuſati fuerint.* H

Can. 62. Si quis clericus propter metum humanũ, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negauerit: ſi quidem nomen Chriſti, eijciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, vt laicus recipiatur.

BALS. *Ius quoque ciuile ei dat veniam, qui vi vel metu aliquid facere adactus eſt. Sed ius eccleſiaſticum vult omnes orthodoxos eſſe fidei confeſſores. Si ergo propter metum pœnæ negauerit aliquis nomen Chriſti, non ſolum deponetur, ſed etiam tanquam membrum putridum, ex pulchro eccleſiæ corpore abſcindetur: ſin autem ſe eſſe clericum negauerit, deponetur. ſed & qui in vtriſque egit pure pœnitentiam, vt laicus admittetur. Nota ex hoc quòd qui tonſuræ ſignaculum ſeu characterem acceperunt, & deinde*

A *deinde in lectorum ordine conſtituti ſunt, ſi ſacras veſtes proiecerint, & inſtar laicorum conuerſati fuerint, non poßunt quidquam tanquam lectores agere, ſi rurſus ad clerici habitum redierint, vel etiam monachi facti fuerint, ſed vt laici vitam agent. Si enim qui propter metum clericatum ſuum negauit, deponitur, & tanquam laicus ſolum poſt pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem ſua ſponte abnegationem admiſit, & ſanctum amictum illuſit, dignus priori ordine non cenſebitur.*

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali catalogo, comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quid à feris captum, vel morticinum, deponatur. hoc enim lex prohibuit: ſi autem ſit laicus, deponatur. **Can. 63.**

BALS. *Illud, Ne comedatis carnes in ſanguine animæ ſuæ, in libro Geneſis conſtitutũ eſt. Hæc autem ſunt ſuffocata & morticina. Sed nec à fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, ſi eſt quidem clericus deponatur: ſi verò ſit laicus, ſegregetur. Quæ autem à venatorijs* B *auibus vel canibus capiuntur, & ſuffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur neſcio. Nota ergo canonem, propter Latinos, qui ſuffocata indiſcriminatim comedunt.*

Si quis clericus vel laicus in Iudæorum vel hæreticorum ſynagogam ingreſſus ſit ad orandum, deponatur & ſegregetur. **Can. 64.**

BALS. *In 45. canone Apoſtolico à nobis interpretatum eſt, quomodo intelligitur illud, Vnà cum hæreticis orare. Hic autem canon conſtituit, & qui in Iudæorum vel hæreticorum ſynagoga orauerit, ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. ita enim pœnam diuidit, quod nec poſſit deponi laicus. Si autem deponi & ſegregari dixeris clericum qui hæc facit, minimè aberraueris. Lege & 11. can. ſyn. in Trullo, qui decernit vt omnes Chriſtiani nomen ſortiti & ſacrati & laici, à Iudæis longè ſint remoti. & nec vſque ad medicinam, vel vllam aliam cauſam, cum eis communicent, vel hi quidem deponantur, illi verò ſegregentur.*

C

Si quis clericus in pugna pulſatum aliquem vno ictu occiderit, deponatur propter ſuam procliuitatem & temeritatem. **Can. 65.**

BALS. *Sacrorum Myſteriorum miniſtri iuſſi ſunt iram comprimere, ſicut ex 27. canone Apoſtolico declaratur. Hic autem decernit canon, vt deponatur clericus qui ab ira victus fuerit, & tempore concertationis aliquem percuſſum occiderit. Perinde aũt ac ſi dixiſſet quiſpiam, non debere eũ deponi, ſi ab vna pulſatione vulnere accepto mortuus ſit, quòd nõ fuerit cædes volũtaria, infert canon eũ etiã deponi oportere qui vno ictu interfecerit. Et diuerſi etiam ſancti Baſilij canones clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponi iubent. Lege etiam librum 60. tit. 39. cap. primum, decretum tertium & cap. 5. decretum ſecundum & cap. 10. & cap. 26. 9. tit. præſentis operis. Illic enim ſitæ ſunt dictæ leges. Similiter lege & ſancti Baſilij can. 8. 11. 43. 54. 55. 56. 57. & ea magis conſidera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis eccleſiaſtico quàm ciuili auxilio indigent.*

D

Si quis clericus inuentus fuerit die dominico ieiunare, vel ſabbato, præterquam vno ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur. **Can. 66.**

BALS. *Sabbato non ieiunamus, ne Iudæos imitari videamur: & diem dominicum celebramus propter Domini & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ eſt in vniuerſo mundo, lætitiam, & reſurrectionem: quoniam, illud quidem, mundi opificij eſt monimentum: hæc verò, reſurrectionis, vel potius reformationis. Vno autem magno ſabbato, quo Domini corpus exanime in ſepulchro iacebat, ieiunare iuſſi ſumus. De eo enim dicit Dominus: Quãdo ablatus ab eis fuerit ſponſus, tunc ieiunabunt. Qui ergo præter hæc facit, ſi eſt quidem clericus, deponatur: ſin autem laicus ſegregetur. Excipe autem mihi diuinos patres, qui propter exercitationem nonnunquam ieiunant etiam his diebus. hi enim non condemnabuntur. Quære etiam 51. & 53. can. ſanctorum Apoſtolorum.*

Si quis virginem non deſponſam vi allata habet, ſegregetur: ei autem aliam accipere non liceat: ſed illam retinere quam elegit, etiam ſi pauper ſit. **Can. 67.**

BALS. Qui virgini non deſponſæ vim attulit, ſic punitur, ſed qui deſponſæ vim attulit, vt adulter punitur. lege & 82. can. 6. ſyn. De eo autem, quòd qui vim attulit, eam quam violauit habeat, etiam ſi ſit pauper, & aliam non accipiat, idq́ue cum lex dicat in libro 60. tit. 37. iuß. 71. Qui puellæ vim affert, & eam corrumpit, ei nares abſcindantur, & det ei etiam tertiam partem ſuarum facultatum: videtur ergo hic quoque canon intelligi conuenienter 3. cap. 38. tit. 60. libri, decernenti eum qui cum continente muliere rem habet, eam in matrimonij ſocietatem accipere: & propter vim quidem, ſegregari eum qui peccauit, propter virginis autem ſalutem, cogi ipſum ei legitime copulari: lege & præſentis operis tit. 9. iuß. 30. & quæ in eo ſunt, & librum Imp. 60. tit. 58. iuß. 3. dicentem: Ne nubat rapta ei qui eam rapuit, ſed ſi tali matrimonij copulæ conſenſerint eius parentes, exterminantur. Et ne contraria exiſtimaueris. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter eius qui rapuit impudentiam non condonatur. Per vim autem ſtupratio, ſi ab ea cui vis allata eſt, ſuſcipiatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congreſſus eſt, aliò modo punitur. Ait enim lex in libro 60. tit. 37. cap. 80. Qui cum virgine puella coijt, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, recognita, ſi eam quidem in vxorem habere voluerit, & parentes conſentiant, fiat contractus. Si autem vna pars parentum, id eſt vtriuſque perſonæ, non velit, ſi diues quidem eſt qui vitium attulit, violatæ puellæ det vnam auri libram. Sin autem ſit egentior, ſuarum facultatum dimidium. ſed ſi in extrema ſit paupertate, verberatus & tonſus exterminetur. E F

Can. 68. Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus ſecundam ordinationem ab alio ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinauit, niſi vtique conſtiterit quòd ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati ſunt, vt fideles vel clerici ſint fieri non poteſt.

Can. 69. Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, ſanctam Paſchæ quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel paraſceuen, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur. ſi ſit autem laicus, ſegregetur. G

BALS. Quadrageſimale Paſchæ ieiunium, primum quidem à Domino traditum eſt, qui tot diebus ieiunauit. Deinde per præſentem canonem à ſanctis apoſtolis. Dicit enim, Si quis fidelis non ieiunat in ſancta quadrageſima Paſchæ & in omni quarto die, & paraſceue (nam & in ijs ſimiliter ac in quadrageſima aridis veſci iuſſi ſumus) ſi eſt quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur. Excipe mihi eos qui ægrotant. Hi enim ſi per piſces ieiunium ſeruant, eis venia datur. Per carnem autem non ſoluet quemuis unque quartum diem, & paraſceuen, exceptis paſchalibus, & alijs conceſſis, etiam ſi extremum ſpiritum agat. Similiter excipe mihi & ex quadrageſima, ſabbata, & dies dominicos. Nam & in his etiam ieiunium ſoluimus, vt vult Apoſtolicus canon. 66. Similiter excipe mihi quartos dies, & paraſceuas quæ ſunt ante τὴν ἀπόκρεω, τὴν τυροφάγον & hebdomadem τῆς διακινησίμου. In ijs enim ſoluimus, quia ieiunant Armenij propter Nineuitas: in eo qui eſt ante ἀπόκρεω & in eo qui eſt ante τυροφάγον, hæretici Tetraditæ magnum ieiunium obſeruant. Hebdomas autem τῆς διακινησίμου, tanquam ipſe magnus dominicus dies reputatur. Propterea enim, & matutina reſurrectionis euangelia eo die leguntur. Cùm autem ſolutionem audis, ne dicas eam quæ ſit per carnem: propter corporalem enim imbecillitatem non permittetur cuipiam, etiamſi extremum agat ſpiritum, in magna quadrageſima carnibus veſci. Vidimus enim hoc diuerſis temporibus ſynodicè petitum eſſe, & non eſſe conceſſum. Nota & ex hoc præſenti canone vnum eſſe ieiunium quadrageſimale, quod eſt in feſto Paſchæ. Si enim eſſent & alia, eorum canon quoque meminit. Sed & ſi in alijs ieiunij diebus, ſcilicet ſanctorum apoſtolorum, dormitionis ſanctiſſimæ deiparæ, & natalis Ieſu Chriſti ieiunauerimus, pudore non afficiemur. lege & quæ à nobis ſcripta ſunt in Interrogationem ſynodalium factarum reſponſionum in diebus Patriarchæ Domini Nicolai. H

Can. 70. Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, ieiunat cum Iudæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis feſti xenia accipit, vt verbi gratia azyma, vel quid tale, deponatur. Si verò ſit laicus, ſegregetur.

BALS.

A *BALS. Ne dixeris autem eos Iudaizare, tanquam idem cum Iudæis ſentiant, omnino enim non depoſitioni vel ſegregationi ſolum ſubijcientur, ſed etiam abſolutæ & omni ex parte perfectæ excommunicationi, vt iubet 29. canon Laodic. ſyn. ſed dic hos quidem rectè ſentire & orthodoxos eſſe, ſed eccleſiaſticarum traditionum contemptores, & indiſcriminatim viuentes. & ideo ipſos mitius, vt qui offendiculum generent, puniri. Propterea & nos qui Iudæis alijſque hæreticis contraria & ſentimus & agimus, ſoluimus citra dubitationem, quando illi ieiunant, forte propter minas Niniuæ, vel alias quæ eis videntur cauſas. Ac ex hoc quidem quòd deponuntur vel ſegregantur ij qui ex Iudæis feſtorum xenia accipiunt azyma, & cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma myſticum ſacrificium faciunt. ſi enim ſimpliciter azymum comeſſe, Iudaici feſti depoſitionem & ſegregationem inducit, eorum tanquam dominici corporis eſſe participes, & ſimiliter ac illi paſcha facere, quam non habebit condemnationem ſiue animaduerſionem? Nota ergo canonem, & quære Carth. Syn. can. 60.*

Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum gentium, vel in ſynagogam Iudæorum, in eorum feſtis, vel lucernam accendit, ſegregetur. *Can. 71.*

B

Si quis clericus vel laicus à ſancta eccleſia ceram vel oleum auferat, ſegregetur. *Can. 72.*

BALS. Auferre; non de furto intelligo (qui enim è ſacro furatur, vt ſacrilegus punitur) ſed ipſum ſolum auferre, & quod Deo dicatum eſt commune facere, punitur, etiam ſi imperij dominium in templo habeat, etſi eius ſit miniſter.

Vas aureum, vel argenteum, vel velum ſanctificatum nemo amplius in ſuũ vſum conuertat. hoc fit enim præter ius & contra leges. Si quis autem deprehenſus fuerit, multetur. *Can. 73.*

BALS. Quæcunque ſuppellex Deo fuerit dedicata, eam communem ac prophanam fieri vetat. Veli autẽ ſeu ὀθόνης nomine, quicquid eſt textile ſignificatur. Achaz autem ille, cũ linguam auream ex au-
C *reis ſpolijs Deo quidem votis ac promiſſis, ſed nundum conſecratis, ſibi vt propriam attribuiſſet, *generatim ab omnibus, lapidibus obrutus eſt. lege & 10. can. 1. & 2. ſynodi quæ fuit in templo Apoſtolorum.* *παγενεῖ.

Epiſcopum à viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab epiſcopis vocari neceſſe eſt. & ſi ſe quidem ſtiterit, & confeſſus, vel conuictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, ſecundo etiam vocetur, miſsis ad ipſum epiſcopis duobus. Si autem etiam ſic non obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rurſus miſsis epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax non ſteterit, ſynodus ea quæ videntur aduerſus eum pronunciet, ne lucrifacere videatur *dum iudicium ſubterfugit. *Can. 74.* *Φογοδικῶμ.

BALS. Quinam poſsint epiſcopos & clericos accuſare, & quinam aduerſus eos teſtimonium ferãt, lege præſentes operis tit. 9. cap. 1. & quæ in eo ſunt, & cap. 2. & quæ ſunt in ipſo. Præſens autem canon
D *ſtatuit accuſatum epiſcopum vt ei crimen intendatur, legitimè ab epiſcopis accerſi: eum enim abſentem condemnari iniquum viſum eſt, & præſentem quidem, & vel ex non refellendis probationibus, vel ex propria confeſſione, in iudicio conuictum, canonicè multari. Si autem non acceſſerit, à duobus rurſus epiſcopis vocari. Atqui & tertio quoque, vt ſine ſic quidem ſtiterit, ſynodus aduerſus eum pronunciet, etiam ſi *pars vna tantum adſit, ea quæ ſibi videbuntur: ne contemptor, inquit, ſeu contumax, ex impudenti dilatione lucretur. Hæc cùm decernat canon, ſæpe quæſitum eſt, an per præſentem canonem Synodo permiſſum ſit, inobedientem ac contumacem epiſcopum depoſitioni ſubijcere. Dixerunt autem aliqui. *à miſericordia nimis alienum eſſe, vt ob inobedientiam ſiue contumaciam deponatur epiſcopus, Si enim ea eſſet, inquiũt, Apoſtolorum ſententia vt deponeretur epiſcopus, depoſitionis in hoc canone meminiſſent. Alij autem dixerunt, quòd ex proximè edita ſancti Baſilij nouella, quicunque is ſit aduerſus quem actio intenditur, ſi in iudicium vocetur, & poſt tres quidem ſcriptis mandatas denunciationes accerſitus, & non veniens, condemnatur vel vna tantum parte præſente. Si ergo etiam epiſcopus cum datione libelli ac ſcriptis legitimis accuſatus fuerit, & in ius vocatus, primum quidem per citationes ſeu denunciationes, deinde etiam per tria ſcriptis mandata edicta, & ſe iudicio non obtulerit, damnabitur vel vna tantum par-* *μονομερῶς. *ἀσυμπαθές.

te præſente,& deponetur. Hic ergo vocari, legitimè intelligitur, ſcilicet per 30. dierum edicta, & non vt E
nonnulli dixerunt, per paucorum dierum ſcriptis mandatas denunciationes. Hoc autem alio modo dictum eſt in tribunali Imperial. & magis in cauſa epiſcopi Beſææ. & iudicatum eſt per tria legitima edicta debere vocari epiſcopum, aduerſus quem actio intenditur, & ita propter contumaciam condemnari. Condemnari itaque contumacem epiſcopum, vt vult nouella illuſtris Imp. Emanuelis Comneni, eſt extra omnem controuerſiam. Ita enim iudicatum eſt etiam apud tribunal Imperatorium. Cum duobus autem antiſtitibus, & non vllo alio modo vocationē eius fieri, non eſt iuris, nec ea eſt huius canonis ſententia. Quando enim ſcriptus eſt, nec iudicibus nec Patriarchalibus notarijs per ſe fidem haberi in vſu erat. Hodie autem cùm eis per ſe maior & amplior fides habeatur, neceſſario & quæ à Patriarchalibus notarijs vel iudicibus edicta fiunt, nec reprobari, nec refelli poterunt. Rectè ergo condemnabitur qui per ea euocatus fuerit, & in indicio nō ſtiterit, cùm edicta nō ex eo labe factentur quòd nō fiant ab Antiſtitibus.

Can. 75. In teſtimonium aduerſus epiſcopum hæreticus ne admittatur: ſed nec vnus ſolus fidelis. In ore enim duorum vel trium ſtabit omne verbum. F

Vide tit. 9. huius operis cap. 2.

B A L S. *Hoc quod hîc dicitur, ſi ſummum ius accuratè ſpectetur, non indiſtinctè verum eſt. Si eſt enim cauſa pecuniaria, & vſque ad libram vnam, duo teſtes, fide digni, bonæ exiſtimationis, aduerſus epiſcopum iurati teſtificantes ſufficiant. Sin autem vſque ad L. libras, tres. Si autem vltra hæc, quinque. Si autem non eſt pecuniaria cauſa ſed criminalis, per quinque fide dignos teſtes & iurantes, qui ſunt & ipſi bonæ famæ aduerſus epiſcopum accuſatio probatur. Et de hoc lege 1. tit. lib. 21. Imp. conſtit. qui hæc huiuſmodi multa docet.*

Can. 76. Quod non oportet epiſcopū fratri, vel filio, vel alij cognato gratificantē, humana affectione * ad epiſcopatus dignitatem quem vult eligere. Epiſcopatus enim hæredes facere iuſtum non eſt, ea quæ Dei ſunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipſe autem ſegregatione multetur.

*εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βούλεται χειροτονεῖν. *Haloandri exēplar hoc nō habet.*

B A L S. *Præſens quidem canon ſtatuit non licere epiſcopo cognatum loco ſuo in epiſcopatu conſtituere, nec ſpiritus gratiam vt humanam aliquam hæreditatem tranſmittere. Infirmat autem & irritam decernit huiuſmodi electionem, & etiam epiſcopum ſegregat. Tu autem dic, quòd etiam ſi non ad ſuum cognatum epiſcopus epiſcopatum tranſmiſerit, ſed ad alienum, idem erit. Epiſcopos enim à Synodis fieri decretum eſt. Et ideo etiam vita functus ille vrbis Philippi Metropolitanus maximus, ſuam metropolim ſub hac conditione renuncians. ſi eius œconomum vrbis Philippi Metropolitanum pro ſeipſo ſancta Synodus conſtitueret, non eſt exauditus, ſed audit: quòd ſi res, quas poſt electionem ex eccleſiæ redditibus acquirit, non poteſt dare, vel ad quos vult tranſmittere, multo magis epiſcopatum. Lege Carth. Syn. can. 32. & Antioch. ſyn. can. 23. dicentes non licere epiſcopo, etiamſi moriatur, alium pro ſe epiſcopum coſtituere.* G

Can. 77. Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæſus, epiſcopatu autem dignus ſit, fiat nō enim corporis damnum cum polluit, ſed animæ inquinatio. H

B A L S. *Antiqua quidem lege nullus vlla corporis parte mutilatus ad ſacerdotium promouebatur. multo magis autem ſi poſt ſacerdotium ex morbo vel caſu aliquo læſus ac mutilatus eſſet, à ſacrificio ceſſabat. Diuini autem Apoſtoli, eos quidem, qui quominus quæ ſunt ſacerdotij exequantur, impediti ſunt, non admitti ſtatuerunt: eos autem qui poſſunt, etiam ſi vno oculo careant, & claudi ſint, qui eligantur dignos haberi iuſſere. Animam enim puram & integram omnes habere volunt, non autem corpus. Nunquid autem ſi poſt ſacerdotium fiat aliquis ſurdus, vel cæcus, vel aliquo alio corporis vitio affectus, & non poteſt ſacerdotaliæ exequi, ſacerdotio mouebitur veteris legis inſtituto?* S O L. *Nequaquam. eſt enim * à commiſeratione diſiunctum, & à recto Apoſtolico iudicio alienum, vt qui miſericordia potius dignus ſit, propter id quod ei accidit indignus iudicetur. Ac multi quidem antiſtites, & ſacerdotes, & diaconi excæcati, & alioqui extremo morbo affecti, & in ſummam imbecillitatem adducti, & qui nec ſacerdotale quidpiam agere poterant, ad eorum vſque vitæ finem non moti ſunt. Iam verò lex quoque dicit in lib. 9. tit. 1. cap. 4. excæcatus autem etiam iudex eſſe poteſt, & ſenatu non mouetur, nouum autem magiſtratum non ſuſcipit: ſed quem ante morbum habebat, habere perſeuerat.*

*ἀσυμπαθές.

Qui

A Qui autem eſt ſurdus & cæcus, ne ſit Epiſcopus, non vt pollutus, ſed ne Eccleſiaſtica impediantur.

Can. 78. Haloander legit βεβλαμμένος non μεμαμμένος.

Si quis dæmonem habeat, neq; fiat clericus, ſed ne cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, & ſi ſit dignus fiat.

Can. 79.

*BALS. Tertius canon Patriarchæ Alexandrini Timothei dicit, Si ſit fidelis dæmone percitus, debet eſſe ſanctorum myſteriorum particeps: & præſenti canoni non aduerſatur. Ille enim de his loquitur, qui per dilucida interualla furore corripiuntur, & ſciunt eo tempore quo reſipuerunt, diuinorum ſacramentorum myſterium. Præſens autem canon de eo loquitur, qui eſt perpetuo furioſus Si autem etiam de eo qui per dilucida fuerit interualla, canonem loqui dixeris, nec ſic quidem vllum tibi erit impedimentum. Neque enim concedetur ei qui per dilucida interualla furore corripitur, in clerum cooptari, ne ſacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur, *probriſque & blaſphemijs diuina appetantur.*

βλασφημεῖσθαι

B

Eum qui ex vita gentili acceſſerit & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non eſt æquum protinus Epiſcopum fieri. Iniquum eſt enim, vt qui ſui nondum experientiam oſtenderit, ſit aliorum magiſter, niſi forte hoc diuina gratia fiat.

Can. 80.

BALS. Scire debes ex 10. can. Sardic. Syn. & 17. can. Syn. habitæ in æde ſanctorum Apoſtolorum, quæ prima & ſecunda dicitur, quòd neque fidelis laicus illinc ad epiſcopalem dignitatem proueh:tur, niſi præſtituta tempora per alios gradus impleuerit. Si autem fidelis laicus non aliter ſit epiſcopus multo magis nec ad epiſcopatum prouehetur qui recens eſt illuminatus, niſi præſtitutos gradus peruaſerit tempore ſufficienti. nec ei docere permittetur, niſi prius fuerit edoctus myſterium. oportet ergo cum ſufficienti tempore probari, & ſi dignus fortè inuentus fuerit, prouehi. Quære & ſecundum can. primæ Syn. quæ eum deponi ſtatuit qui præter hæc fecerit. Iam verò & magnus Paulus non iuuenem prohibet, id eſt, νέον, fieri epiſcopum, ſed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον. Illud autem niſi hoc forte diuina gratia fiat, de
C *reuelatione dici intellige. Apoſtolo enim Ananiæ reuelatur eſt de magno Paulo cum eſſe vas electionis,*

Diximus non oportere epiſcopum vel presbyterum ſeipſum ad publicas adminiſtrationes demittere, ſed in eccleſiaſticis negocijs verſari. Vel ergo ita facere perſuadeatur, vel deponatur.

Can. 81.

BALS. Sextus canon Apoſtolicus ſacris initiatos indiſtinctè deponi iubet, qui mundanas in ſecuras ſuſcipiunt. Præſens autem canon in eos Paulo clementius animaduertit. Dicit enim, vel ceſſent, vel deponantur. Trahe ergo canonas in vnam intelligentiam ad id quod eſt humanius, & dic etiam 6. can. huic conuenienter intelligi. Quære & 16. can Carth. Syn. & quartum quartæ,

Seruos in clerum prouehi, ſine voluntate dominorum non permittimus ad eo-
D rum qui poſsident moleſtiam. *Domorum enim euerſionem talia efficiunt. Si quãdo autem etiam dignus ſeruus viſus ſit qui ad gradum eligatur, qualis noſter quoque Oneſimus viſus eſt, & Domini conceſſerint, ac liberauerint, & ædibus emiſerint, fiat.

Can. 82. *οἴκων ἀνατροπὴν ἀπεργάζεται, nõ habet Haloandri exẽplar, qui quidẽ ἀνατροπὴν vertit redhibitionẽ, neſcio qua ratione motus.

BALS. De ſeruis qui in clerum cooptantur, lege 36. cap. 1. tit. præſentis operis. Hic aũt canon nolens noſtris fratribus aliquid à nobis offendiculi aſſerri, non permittit vt alienus ſeruus in clerum promoueatur, etiam ſi ſit prudentiſsimus & dignus, niſi dominus ei rei conſenſerit, & eum prius libertate dignum exiſtimauerit. Ad exemplum autem ſcriptum eſt & quod factum eſt in Oneſimo. Scriptum eſt enim quòd hunc Oneſimum Philemonis ſeruum magnus Paulus ad Philemonem remiſit, etiam ſi ei viſus eſſet ad miniſterium vtiliſsimus, dicens, non eſſe iuſtum eum ſine Philemonis voluntate in fidei prædicatione ſeruire. Quare nec libertas, nec ſacerdotium, nec aliquid aliud Dominum ignorantem à ſerui ſui dominio abalienant. Et lex quæ ſtatuit aduerſus libertatem non dari reſtitutionem, de his non intelligitur, ſed de ſeruis liberatis voluntate imperfecti Domini.

Can.83. Epiſcopus, vel Presbyter, vel diaconus, exercitui vacans & vtraque obtinere volens, Romanum ſcilicet Magiſtratum, & ſacerdotalem adminiſtrationem, deponatur. Quæ ſunt enim Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. E

*BALS. Diuerſi canones Apoſtolici prohibuerunt, ſacris innitiatos publica negocia adminiſtrare. Præſens autem canon iubet eos deponi qui exercitui vacant, vel huiuſmodi militares commeatus adminiſtrant, & * expeditionis militaris rationem ducunt. Talis enim hîc militia exiſtimanda eſt, & non ea quæ fit armis. Illa enim omnino prohibita eſt, & lege 7. can. Chalced. Syn. tales anathemate ferientem, ſi non pœnitentiam agant. Quæ fierit autem quiſpiam, an & hic illud, ceſſet vel deponatur, locum habeat, quemadmodum & in 81. can. didicimus. An etiam ante edicta, ſacerdos qui rem militarem tractat, ex eo deponetur? SOL. Exiſtimo quòd hic quoque poſt edictum, is qui copiarum rationem ducit, ſi non ceſſat, deponetur. Omnia enim publica eandem cauſam habent.*

* στρατολογῶν.

Can.84. Quiſquis regem vel principem præter ius contumelia affecerit, pœnas luat: & ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus ſegregetur. F

BALS. Lex Moſaica dicit: Principi populi tui non maledices: Ei ergo conſequenter ſtatuit canon, eum qui regem vel principem iniuria afficit, ſi ſit quidem clericus, deponi: ſi verò laicus, ſegregari. Et hoc quidem quantum ad Eccleſiaſticam traditionem attinet. Imp. autem leges Imp. factam iniuriam aliter vindicant lege autem 36. ſtat. primi tit. præſentis operis. Nonnulli autem illud interpretantes, Si quis regem vel principem præter ius contumelia afficit, dixerunt ſæpe etiam iuſtam reprehenſionem pro iniuria accipi. Exiſtimo autem hoc explicari à 14. cap. 36. tit. 60. libro Imp. quod ſitum eſt in triceſimoſexto capite, nono titulo præſentis operis.

Can.85. Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & ſancti, veteris quidem teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Ieſu Naue vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id eſt derelictorum libri dierum, duo. Eſdræ duo. Eſter vnus. Maccabæorum tres. G Iob vnus. Pſalterium vnus. Solomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum. Prophetarum duodecim. Eſaiæ vnus. Ieremiæ vnus. Iezechiel vnus. Extrinſecus autem à vobis intelligatur: debere veſtros adoleſcentes diſcere ſapientiam crudititiſſimi Sirach. Noſtra autem, id eſt, noui teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli Epiſtolæ quatuordecim. Petri Epiſtolæ duæ. Ioannis tres. Iacobi vna. Clementis Epiſtolæ duæ, & ordinationes vobis epiſcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non ſunt omnibus diuulgandæ propter ea quæ ſunt in eis myſtica: & actus noſtri Apoſtolorum.

BALS. A 60. quidem canone didicimus non legere falſo inſcriptos impiorum libros, tanquam ſanctos, nunc autem diſcimus quóſnam libros legere debeamus ex veteri Teſtamento & nouo. Tu autem intelligas, quòd et ſi hic ſcriptum eſt, ordinationes Clementis legi à nobis, ſed non diuulgari debere, ſecundus tamen ſextæ Synodi canon earum lectionem prohibuit, quòd in eis adulteratio facta ſit. & lege eundem ſecundum canonem ſtatuentem cum alijs quibuſdam ſolos 85. canones ſanctorum Apoſtolorum legere nos oportere, alium autem nullum curare, etiam ſi eſſe dicatur ſanctorum Apoſtolorum canon. Quæ autem à ſanctis patribus & confeſſoribus ſcripta ſunt, & legere & amplecti debemus, vt quæ nos ad veram & orthodoxam fidem deducant.* H

* παραποίησις.

CONSTI-

CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE LIBRI VIII. IO. CAROLO BOVIO EPISCOPO OSTVNENSI INTERPRETE.

PRÆFATIO.

ANTEQVAM Clementem Latinè loquentem audiamus, libet præfari quædam, quæ non aliena à propoſiti muneris ratione videbuntur. Tractabo autem Prolegomena illa, quæ Philoſophi in principijs librorum quęrere conſueuêrunt: ea verò (quantùm ad præſens inſtitutum attinet) ſunt ſeptem, ſcobus, vtilitas, an ſit legitimus liber, inſcriptio, numerus librorum auctoris, partitio horum librorum in capita, ordo lectionis, methodus. Primùm ergo videamus ſcopũ, hoc eſt quinam ſit finis propoſitus ſcriptori, ad quem omnis diſputatio ſit referenda.

LEGISLATOR noſter, & Eccleſiæ fundator Chriſtus, ordiens propagandæ religionis initium, eas nobis credendi, atque viuẽdi leges dedit, quę vniuerſam fidei ſummam, rationem ſacramentorum, ac vitæ degendæ præcepta continerent. Haud facilè autem Dei cultus amplificari, neque pietas coli potuiſſet, niſi mandata, quæ de huiuſmodi rebus vniuerſa quâdam ratione, & generatim tradita fuerant, in certos ac proprios modos eſſent diſtributa. Videmus enim in omni optimè conſtituta ciuitate, eum morem diſciplinamque haberi, vt legum deſcriptione definita ſint ſingula rerum agendarum munera, quâ tàm ij, qui alijs præſunt, quàm qui eorum poteſtati obediunt, intelligant, quantum ſibi impoſitum ſit muneris, quo loco, quo tempore, qua ratione ac modo vnumquodque ſit agendum. Huiuſmodi autem diſpoſitionem atque moderationem rerum Saluator noſter mandauit Apoſtolis, quorum conſilio & legibus, inſtitutam à ſe Eccleſiam, regendam atque tuendam commiſit. Cùm enim Dominus ſe ita Apoſtolos miſiſſe aſſirmet, quemadmodum ipſe à patre miſſus fuiſſet, conſtet autem eum (vt alia ipſius œconomiæ munera prætermittantur) à patre miſſum, vt legislatoris, moderatoris, Epiſcopi munere fungeretur: neceſſe eſt Apoſtolos eorum munerũ poteſtatem obtinuiſſe à Domino, quâ ad gubernationem Eccleſiæ, & ad reliquam inſtituti operis ſubſtructionem abſoluendam vterentur. Quibus etiam cum dixit, Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: ſignificauit Apoſtolicarum pręceptionum auctoritatem perinde futuram, atque ſi ipſius mandatis obtemperantes, ad illas ſeruandas compelleremur. Hac igitur auctoritate præditi Apoſtoli, vt diuinum cultum conſtituerent, & Euangelicas leges ſtabilirent, poſt Domini aſcenſionem, fidelium cœtu in ordines diſtributo, ſingulis ordinibus oſſicia, & propriam viuendi normam dederunt: ſacra, ceremonias, preces, ieiunia, ritus, ſolennia omnia inſtituerunt: fidem, hoc eſt credendi legem, pro ratione temporum explicauerunt. Hæc verò omnia Apoſtoli in Eccleſijs in quibus Euangelium nunciauerant, voce ac verbis tradiderunt. Quanquam aliqua etiam epiſtolis præceperunt, quæ non ita multa ſunt. *Cætera enim (inquit Apoſtolus) cum venero diſponam.* Et alio in loco, *Tenete traditiones, quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam.* Has igitur traditiones, quæ nullis literarum monumentis ab Apoſtolis conmendatæ ſunt, ſed ſermone, & non ſcripta inſtitutione ad Eccleſias peruenerunt, collegit in vnum Clemens Pauli familiaris ac comes, atque ijs octo libris digeſsit: vt verè affirmare poſsimus, propoſitum eſſe Clementi, diſpoſitum Dei cultum, ritus ſacrorum, ceremonias, obſeruationes, ordines, ſtatum Eccleſiæ, & præcepta ad eum pertinentia, ijs libris complecti. Atque is quidem eſt horum librorum ſcopus.

VENIO ad vtilitatem, quam puto eſſe tantam, vt credam hos libros diuinitus nobis oblatos hoc tempore, quo obpugnatur legum Eccleſiaſticarum auctoritas, in dubium veniunt Apoſtolicæ traditiones, labefactantur ſacra, euertuntur ſolennia, omnis denique pietatis cultus extinguitur. Quæ cum fiunt, ipſa Euangelij ſumma, & fidei caput concidat neceſſe eſt. Quod declarat Sanctiſsimus Pater Baſilius in libro, quem de Spiritu ſancto inſcripſit, in quo de ijs ipſis non ſcriptis traditionibus diſputans, *Si conemur (inquit) non ſcriptas conſuetudines, quaſi non magnam vim habentes reijcere, eò deueniemus vt præcipuas Euangelij partes labefactemus, imò ad nudum nomen, prædicationem redigamus.* Quam ſententiam ijs calamitoſis temporibus veram eſſe experimur. nam dum contemptis ceremonijs, quæ ad excitandam, atque fouendam pietatem humanæ imbecillitati ſunt neceſſariæ, religio ad nudum Euangelium reuocata eſt, confuſionem & fidei obliuionem inductam videmus. Quid dicam de Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis inferiorum graduum ordinibus, quorum hic myſtica inſtitutio explicatur, & eam ad Dominum, vel ad Apoſtolos pertinere intelligimus? quæ res Eccleſiaſticam Hierarchiam contra hæreticorum errores conſtituit.

LICET quoque ijs in libris cernere continentiæ leges, aliarum rerum, quas adiaphoras vocant, neceſsitatem, iuſta mortuorum, liberi arbitrij facultatem, operum ad ſalutem conſequendam vim, in tuendis leuiſsimis officijs diligentiam, tantam quantam nunc in maximis mandatis ſeruandis nemo adhibet. Quòd ſi noſtrum officium expendere & conſiderare libuerit, facilè ijs libris intelligemus, quantum munus ſuſtineamus, quis nobis id impoſuerit, quid præſtare debeamus, quo ſtudio qua diligentia, qua vigilantia, quantis animi & corporis viribus in eo ſit elaborandum, quanto virtutum ornatu inſtructos nos ad id præſtandum accedere oporteat. Quæ & ſi nos deterrent à tanto onere, & deſperatione debilitant, tamen non nihil proficimus cum officij noſtri admoniti, antiquam pietatem imitari, vel certè ſtudio & amore proſequi conamur. Atque vt omnia ſimul complectar, cum duobus malis laboret Eccleſia, hæreſum immanitate, & corruptorum morum deprauatione, ad vtrunque malum magna ijs libris adhibentur remedia. Nam nihil ferè oppugnant hæretici, quod horum librorum auctoritas non defendat: & quæ ij, veluti Chriſtianæ pietati cõtraria, per errorem & ſuperſtitionem in Eccleſiam irrepſiſſe affirmant, ea in ipſis Eccleſiæ incunabulis inſtituta, atque ab antiquiſsimis illis Ducibus approbata, & per tot ſæculorum ætates continuata, ad nos perueniſſe cognoſcimus. Diſciplinam verò Eccleſiaſticam quid magis conſtituere poteſt, quàm veteris illius Eccleſiæ propoſita nobis ad imitandum forma? quam cùm intuemur, animum ad pietatem erigimus, & priſcæ virtutis ſtudio incendimur: cùm verò illam cum ijs, quæ nunc vſuueniunt comparamus, intelligimus, quàm omnia conuerſa, ac propè iam ad interitum perducta ſint. Quare ſi perditis Eccleſiæ rebus ſubuenire, & has ruinas reſtituere cupimus, ea in primis quærere debemus, quæ antiquorum temporum diſciplinam nobis proponunt, & expreſſam Apoſtolicæ religionis imaginem oculis noſtris ſubijciunt.

SED video non defuturos quamplurimos, qui ne ſententiarum, quas defendunt impietas tam graui teſtimonio refutetur, eleuabunt horum librorum auctoritatem, affirmantes eos eſſe apocryphos, & ab Eccleſia iampridem eiectos. Quare neceſſe eſt de illo tertio capite pertractare, quo in Prolegomenis quæritur, An liber ſit auctoris, cui inſcribitur, legitimus atque germanus. Ad id autem de præſenti ſcriptore confirmandum, primi prodeant Canones Apoſtolorum, perpetuo conſtantique omnium Græcorum, multorum Latinorum patrum conſenſu, atque approbatione recepti. In quorum vltimo, inter eos libros, qui in Eccleſijs veluti ſacroſancti habendi ſunt, numerantur octo libri de Conſtitutionibus, auctore Clemente, ſcripti Epiſcopis: quos, inquit, non oportere peruulgari propter myſtica, quæ in ijs ſunt ſcripta.

SEQVITVR Ignatius, qui Eccleſiæ Antiochenæ ſecundus poſt Petrum præfuit. nam is

nam is in duodecim Epiſtolis, quas cum Romam ad ſupplicium duceretur, in itinere ad Eccleſias miſit, Inſtitutiones Clementis ita eſt imitatus, vt non ſolùm earum dogmata atque præcepta expreſſerit, ſed etiam ex ijs ſæpe ſententias totidem verbis exſcriptas tranſtulerit, eaſdem figuras, idem dicendi genus ſeruauerit, eaſdem rationes in ſuis ſententijs confirmandis, atque in alienis confutandis attulerit. Quæ ſingula ſeparatim in ſuis locis annotabo. Nunc tantùm quædam proferam, quæ id apertè oſtendent. In Epiſtola ad Trallianos, inſtitutam Paraſceues, ſabbati, atque diei dominici obſeruationem ijſdem verbis, quibus Clemens, refert ad paſsionem, ſepulturam & reſurrectionem Domini. In epiſtola ad Philippenſes, præcipiens quadrageſimam, eandem præceptionis cauſam, eademque verba adducit, quæ Clemens. quod idem ſeruauit in hebdomade paſsionis, Paraſceue, & quarta feria. Sabbatiſmum in principio naſcentis Eccleſiæ aliqua ex parte ſeruatum, eodem modo inſtituit. In Epiſtola ad Magneſios docens nil præter ſententiam Epiſcopi agendum: *Non licet, inquit, ſine Epiſcopo baptizare, neque offerre, neque ſacrum facere.* Et deinde nonnullis interiectis verbis, *Vt Dominus ſine Patre nihil facit (non poßum enim inquit, facere à me ipſo quicquam) ſic nec vos ſine Epiſcopo, neque Presbyter, neque Diaconus, neque Laicus.* Et ad Heronem ſcribens, *Nihil inquit, ſine Epiſcopis agito: ſunt enim ſacerdotes, tu ſacerdotum miniſter. Illi baptizant, ſacrificant, ordinant, manus imponunt.* Quæ omnia totidem verbis translata ſunt à Clemente. In Epiſtola ad Trallianos, iubet reuereri Epiſcopum veluti Chriſtum. atque vt oſtenderet fontes, ex quibus præceptum hauſerat, dixit id faciendum ex Apoſtolica cõſtitutione: quam ſecutus in omnibus ferè Epiſtolis, Hierarchiam Eccleſiaſticam deſignat ad imitationem Clementis. In Epiſtola ad Mariam, & in Epiſtola ad Magneſios, Diaconos, inquit, obtinere locum Chriſti, Epiſcopum Dei, Presbyteros referre cœtum Apoſtolorum: quo nihil frequentius in Clementis libris reperias. Multa prætereo, quę de Dei Patris auctoritate, Verbi origine, Spiritus ſancti natura ijſdem ſententijs atque verbis, quibus Clemens, accuratè diſputauit: quem etiam imitatus eſt, cùm Chriſti diſpenſationem ſecundum carnem expoſuit: & cum aduerſus hæreticorum errores Catholicam fidem defendit, in quibus omnibus latum vnguem à Clemente non diſceſsit.

QVOD ſi quis hoc non ſatis eſſe velit, neque omnino ex eo id effici putet, quod nos probandum ſuſcepimus, propterea quòd Ignatius, nec librorum, neque eorum auctoris mentionem vllam faciat (quod ad conſtituendam auctoritatem teſtimonij neceſſarium videtur) nos non dicimus Ignatium Clementis veluti horum librorum auctoris mentionem facere: illud autem ſatis eſſe iudicamus, quòd Ignatius hos libros cognouit, vidit, atque ita probauit, vt ex eorum ſententijs & verbis, ſuas Epiſtolas conflauerit, ac totam Eccleſiarum, quas docebat inſtitutionem, ad eorum exemplum expreſſerit. Quare certum ex eo ducitur argumentum, nec nuper ſcriptos hos libros eſſe, neque in apocryphis omnino numerandos, quos primæua illa Eccleſia habuit, & Apoſtolici viri cognitos probatóſque in ſua ſcripta tranſtulerunt. Quod vt neceſſaria ratione colligimus, ſic illud non leui coniectura aſſequimur, hos libros ab Ignatio Clementi tributos. Is enim ea, quæ ex ijs libris hauſit, ab Apoſtolis diſpoſita, atque inſtituta fuiſſe, non obſcurè affirmat. Clementem autem Petri & Pauli auditorem appellat, vt facilè quis intelligat, Ignatij teſtimonio Apoſtolicas conſtitutiones ei tribuendas, qui Apoſtolorum auditor fuiſſet. Non ignoro autem eſſe nonnullos, qui has ipſas, quarum auctoritate vtimur, Ignatij Epiſtolas in eandem ſuſpicionem adducant: quos rectè facturos exiſtimo, ſi patientur annos Irenæi, Athanaſij, Euſebij, Hieronymi auctoritatem ipſorum iudicio anteponere: Ij enim has Epiſtolas agnoſcunt, & eas ipſas eſſe, quarum ij mentionem faciunt, ex particulis Epiſtolarum quas in ſuis ſcriptis inſerunt, intelligimus. Quod ſi ex ceremonijs, quas non probant, atque ab illius temporis conſuetudine alienas exiſtimant, eas ſuſpectas facere volunt, eſt id quidem omnino ſuperbum & arrogans, ex ſententijs, quas ipſi veras opinantur, velle de vete-

rum

rum ſcriptorum auctoritate coniecturam facere, & ad ſuum iudicium, aliorum diſciplinam accommodare: cùm potiùs hæ ſententiæ condemnandæ ſint, quæ à certiſſimis probatiſsimiſque priſcorum monumentis diſſentiant, quam ea in dubium reuocanda quæ cum opinionum, quas ij tuentur, nouitate non cohæreant. Ac de Ignatio quidem hactenus.

ATHANASIVS, cuius teſtimonium grauiſsimum eſſe debet, horum librorum mentionem facit, & de ijs preclarè ſenſit, in ea Epiſtola ad Ammum Monachum, in qua libros Canonicos numerauit. Aggregat enim Apoſtolorum doctrinam (ita enim eos appellat) in ordinem eorum librorum, qui quidem in Canonem relati non ſunt, ſed tamen ab ijs, qui pietatis & veri cultus rationem percipere expetunt, non contemnendi: de quo librorum genere poſt Canonicos libros ſcribit ijs verbis, *Sed vt res ſit accurata, & exactior, hoc quoque adijcio, ſcribens neceſſario, quòd extra hos, ſunt alij quoque libri, non in Canonem quidem redacti, ſed quos legi à patribus decretum eſt, ijs, qui nunc accedunt, & volunt in pietatis, veriq́ue cultus ratione initiari. Sapientia Solomonis, Sapientia Sirach, & Eſter, & Iudith, & Tobias, & Doctrina, quæ dicitur Apoſtolorum, & paſtor, qui ſunt tamen non aſpernandi.*

ATHANASII iudicium ſecutus Euſebius, neque in eis ſcripturis hos libros numerauit, quæ pro Canonicis ab omnibus Eccleſijs receptæ erant, neque in apocriphis, ſed in eis, quas non omnes Eccleſiæ agnoſcebant. In quo etiam ordine ſtatuit quoſdam libros, qui olim omnium Eccleſiarum cõſenſu non ita probati, nunc ab omnibus ſine controuerſia pro canonicis habentur. Sed præſtat, vt Euſebij locum proferam. Is enim in primo libro Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, connumeratis ſcripturis ab omnibus receptis, ſubiungit hæc verba, *In eis, quæ ſunt in controuerſia, cognita tamen ſunt à multis, numeratur Epiſtola Iacobi, quæ appellatur, & Iudæ, & Petri ſecunda, & ſecunda ac tertia, quæ dicuntur ſcriptæ à Ioanne, ſiue is ſit Euangeliſta, ſiue eiuſdē nominis alius. Aggregetur quoque in nothas ſcriptura de Actis Pauli, & Paſtor, & Apocalypſis Petri: præterea Epiſtola Barnabæ, & inſtitutiones Apoſtolorum, quæ appellantur, præterea, vt dixi, Apocalypſis Ioannis.* Vides cum quibus libris connumerentur ab Euſebio inſtitutiones Apoſtolorum, ex quo perſpicuum fit, à veteribus non eſſe dubitatum de veritate doctrinæ, ſed num eſſent ij libri in Canonem ſacrarum ſcripturarum referendi. Quod certe nunquam obtinuerunt, neque nos ijs tantam auctoritatem tribuere volumus.

HANC verò fuiſſe Euſebij ſententiam, declarant eius verba, quæ mox ſequuntur. In quibus hæreticorum commenta, & compoſitas in fraudem fidelium fabulas, quæ nomine Apoſtolorum erant inſcriptæ, ab hoc gemino librorum ordine ſegregauit. Reddens enim rationem, cur eorum librorum, qui non ita ab omnibus Eccleſijs reciperentur, mentionem fecerit, ſic inquit, *Neceſſariò horum quoque catalogum fecimus, diſcernentes, quæ ſecundum Eccleſiaſticam traditionem, veræ, germanæ, & certæ ſcripturæ haberentur: & præterea illas, quæ non ſunt illæ quidem in teſtamento, & in controuerſiam veniunt, ſed tamen à multis Eccleſiaſticis agnóſcuntur: idque ea de cauſa fecimus, vt & has ſcripturas cognoſceremus, & eas, quæ nomine Apoſtolorum ab hæreticis circumferuntur, continentes Petri. Thomæ, Matthiæ, & quorundam aliorum Euangelia, vel Andreæ, Ioannis, & aliorum Apoſtolorum Acta, quorum nullus omnino ex Eccleſiaſticorum traditione vir mentionem faciendam cenſuit. multumq́ue in ijs dicendi Character, ab Apoſtolico more diſsidet, ipſa que ſententia, & eorum, quæ dicuntur inſtitutum, à vera atque orthodoxa norma longiſsimè aberrans, manifeſtum facit, hæc hæreticorum commenta fuiſſe: quo neq; in nothis ſunt numeranda, ſed vt abſurda atque impia reijcienda.* Hactenus Euſebij cenſuram, id tantùm ijs libris detrahentis, vt propter quorundam dubitationem, eos in Canonicarum ſcripturarum numerum non aggregauerit.

HORVM duorum æqualis Cyrillus Hieroſolymarum Epiſcopus, in decima octaua Catecheſi, vt probaret mortuos reuiuiſcere, ex quinto Clementis libro, ijſdem penè verbis, vſus eſt renaſcentis Phœnicis ſimilitudine: eius verba hæc ſunt, *Quærunt Græci reſurrectionem è mortuis manifeſtam magis: & aiunt, quod & ſi reuiuiſcunt animalia, quæ diximus tamen hoc fieri, quoniam non omnino interierunt: & quærunt aliquod animal, quod manifeſtè corruptum reuiuiſcat. Nouit Deus eorum incredulitatem: atque auem ad hoc condidit Phœnicem, quæ*

(vt ſcribit

(vt ſcribit Clemens, & multi narrant) cùm ſit ſoligena, poſt quingentorum annorum circuitum, ad Aegyptiorum Regionem aduolans, reſurrectionem demonſtrat, eamque non in deſertis locis, ne myſterium eſſet occultum, ſed in clara vrbe, vt res incredibilis manibus tractaretur. Extructo enim ſibi tumulo ex thure, ſmyrna, atque aromatibus, poſt abſolutum annorum curſum eò accedens, euidenter moritur; atque corrumpitur. Poſtea ex illius mortua corrupta carne, vermis quidam gignitur, qui in auem formatur.

QVANTO opere ijs libris delectatus ſit Epiphanius, declarant eius ſcripta aduerſus hæreſes, in quibus frequenter Apoſtolicæ Conſtitutionis mentionem facit. Nam in primo libro attulit verba tranſlata ex proœmio, in quo ſcriptum extat. Dei plantationem, & vineam eſſe Catholicam Eccleſiam. Et in tertio diſputans aduerſus Aerium, ſolennem ſextæ & quartæ feriæ obſeruationem, & exquiſitum illud ieiunium, quod ſex diebus ante Paſcha ſeruabatur, confirmat vnà cum reliquo veteris Eccleſiæ ritu, ex ea Apoſtolorum conſtitutione, quæ in octauo libro ſcripta reperitur. Et in eodem tertio libro eam de alenda barba, & capillo præceptionem producit, quæ extat in primo libro harum inſtitutionum. Quæ verò fuerit de ijs libris Epiphanij ſententia, quam ipſe expoſuit, cùm contra Audianos diſputaret, dicam cum reliquos numerauero, qui horum librorum mentionem faciunt, in quibus eſt Chriſoſtomus, qui in Homilia 53. in Matthæum hos libros nominat ijs verbis, *Quomodo autem quidem ſacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeſte in libro octauo Canonum Apoſtolorum dicitur. Qui autem ex hominibus ordinatus eſt, quantum ad Deum non eſt Diaconus, aut Sacerdos.* Hanc ſententiam in eo ipſo libro, quem Chriſoſtomus nominat, totidem verbis ſcriptam inuenies.

HOS ipſos Apoſtolorum Canones, quorum Clementem auctorem facit, nominat Ioannes Damaſcenus in quarto de fide orthodoxa libro, cum recenſet ſacrorum librorum volumina.

PROCLVS quoque Patriarcha Conſtantinopolitanus hos libros agnoſcit, in quodam capite De Traditione diuini ſacrificij, & Oecumenius, in Commentarijs in Epiſtolam primam ad Timòtheum: & S. Nicolaus Methonenſis Epiſcopus, in eo libello, in quo probat verum Corpus & ſanguinē Chriſti contineri in Euchariſtia.

QVAMPLVRIMA alia eiuſdem rei teſtimonia ex veterum monumentis quæ nondum edita ſunt, præſertimq; ex prima & octaua Synodo excerpta, collegit in vnum Romæ homo doctus, & illuſtrandæ Eccleſiaſticæ antiquitatis laude excellens Gulielmus Sirlætus Protonotarius: cuius lucrubrationes, ad ſtabiliendam horum librorum auctoritatem fortaſſe aliquandò in lucem prodibunt. Nos tamen interea facilè ijs contenti eſſe poſſumus. Nam cui hæc ſatis non ſunt, certè cum neque alijs auctorum teſtimonijs crediturum exiſtimo.

RELIQVVM eſt nunc, vt de ſexta Synodo aliquid dicam, cuius ſententia ij libri damnati videntur: Omitto ea, quæ verè dicere poſſem, Canones illos, qui ſextæ Synodo tribuuntur, potiùs, quàm clementis libros eſſe damnandos, vt qui à ſexta Synodo nullo modo prodierint, ſed à conuentu quodam Græcorum Conſtantinopoli ſint editi, in quo ij pleraque à recta religionis norma aliena decreuerunt. Confirmatum eſt enim in eo cœtu Concilium illud Afrorum à Cypriano coactum, in quo ſtatutum eſt hæreticos ad Eccleſiam ſe recipientes, iterum baptizandos. Alia quoque aduerſus ſanctiſsimas Eccleſiæ Romanæ leges ſunt diffinita: quò factum eſt, vt Eccleſia hos Canones, quanquam plurimi multa vtilia haberent, nunquam in Sanctionibus Canonicis numerauerit.

SED hoc totum aduerſarijs omitto: alia ratione agam, Habeant Canones aliquā auctoritatem, vt qui ſi non ab Eccleſia at ab hominibus doctis, & rerum diuinarum ſcientia præditis ſint compoſiti. Quid ait Canon? *Ordinationibus Sanctorum Apoſtolorum per Clementem, iam olim ab ijs qui in fide aliena ſentiunt, adulterina quædam & à pietate aliena introducta ſunt, quæ diuinorum dogmatum elegantem ac decoram ſpeciem obſcurarunt.*

SENTENTIAE horum patrum Sanctiſsimi ac doctiſsimi Patris Epiphanij iudicium

cium oppono. is enim negat ijs libris aliquid à fide alienum contineri. nam in tertio libro, cùm refutaret Audianos ad horum librorum auctoritatem confugientes, de ijs ſcripſit. *Ad hoc Audiani proferunt Apoſtolorum ordinationem, quæ quidem apud multos reuocatur in dubium, ſed tamen non eſt improbanda. nihil enim habet peruerſum in fide æque confeßione, ſed neque in Eccleſiaſtica gubernatione & Canone.* Non potuit Epiphanius expreſsiùs horum librorum auctoritatem commendare. Duo ſunt quæ noſtræ religionis ſummam continent, recta fidei ſententia, & Eccleſiæ diſciplina. in ijs duobus (inquit Epiphanius) nihil habet abſurdi Apoſtolorum ordinatio.

QVOD ſi quis contenderet in ſequenti tempore hos libros fuiſſe deprauatos, cùm priùs integri fuiſſent: primùm accipio id quod Canon apertè affirmat, libros eſſe Clementis, germanam & integram (vt paulò póſt Canon inquit) habuiſſe olim Apoſtolorum doctrinam. An verò ij libri fuerint poſtea hæreticorum erroribus aſperſi puto hoc melius poſſe lectione ipſa librorum iudicari, quàm cuiuſquam auctoritate vel ſententia ſtatui. Iampridem exploſæ ſunt omnes veterum hæreticorum ſententiæ, omnia, de quibus aliquo tempore dubitatum eſt, ita nunc ſunt certa atque explorata, vt vnuſquiſque, qui modò in Eccleſia educatus, Catholicam normã tenere ſtudeat, poſsit vera à falſis, integra à corruptis ſecernere. Percurrat hos libros qui velit, & ſingulas eorum ſententias expendat: nihil profectò in ijs inueniet, quod Chriſtianæ pietati non ſit maximè conſentaneum, quodque non appareat ab Euangelij fontibus manaſſe. Quinetiam multorum errorum labem iam tum ab hæreticis Eccleſiæ inuectam, in ijs libris ita repulſam videbit, ea ad cauendum remedia adhibita, atq; ita totius Chriſtiani myſterij rationem expoſitam, vt Clemens non ab hæreticis deprauatus, ſed ipſe hæreticorum impietatem labefactâſſe videatur.

ILLVD autem negandum non eſt, videri aliquando Clementem de Spiritu ſancto exiliter loqui, de Verbo quoque, & ſi ille præclarè ſentit, tamen duriores quaſdam interdum voces fundere, quæ certè defendi omnia poſſunt, & ſuam propriam habent rationem atque ſententiam: de quibus cùm ad illum locum peruenero, dicam quid ſentiam.

SED tamen vt concedamus Paulianos, Arianoſue, ſiue etiam Macedonianos, aliquas voculas ijs libris inieciſſe, quibus opinionis ſuæ prauitatem poſſent defendere, eritne obſecro verum, vt ideo integrum amittamus Clementem? aut num minima eius cicatrix reliquum corpus obſcurabit, & quia næuum in corpore non probamus, egregiam atque omnibus numeris abſolutam ſpeciem contemnemus? Si quid habet Clemens ab hæreticis inculcatum, & refectum, id quanquam eſt exiguum cum reliquis partibus comparatum, facilè cognoſcitur. nam vt in nitidiſsima veſte leuis macula, ſic in hoc præclariſsimo opere modica peruerſio eminet atque appa ret. Eſt autem illud conſiderandum, quòd ſi libri hi, ab hæreticis (vt Canon ait) deprauati fuiſſent, id tantum ex ea parte accidere potuiſſet, quæ illorum ſententias attingeret, quæ verò ad hæreticos nihil pertinerent, integra manſiſſent. Quare, cùm Eccleſiæ deſcriptionem ac diſciplinam (quam ferè omnem Clemens ijs octo libris eſt complexus) in controuerſiam eius ætatis hæretici non vocauerint, vt qui vnam fidei ſententiam perſtrinxerint, non eſt cur ſuſpicemur eam hæreticorum deprauatione minus ſinceram relictam. Aërius autem, qui poſt primam Eccleſiæ ætatem, exæquare ordines, & pleraſque obſeruationes, quarum hic mentio fit, euertere eſt conatus, tantum abeſt, vt hos libros corruperit, vt nullis validioribus armis aduerſus eius inſaniam pugnare poſsimus. Si quis dicat hæc de ceremonijs, & de diuino cultu præcepta, permiſta ijs libris fuiſſe à ſuperſtitioſis, qui Euangelij & Chriſtianæ pietatis leges ignorarent, primùm Canon teſtatur ab hæreticis deprauatos libros fuiſſe, qui vt ſuas ſententias fidelibus probarent, eas horum librorum teſtimonio commendari voluerunt. Deinde ſi externi cultus, & Ceremoniarum veſtigia in omni antiquitate nuſquam apparerent, poſſent, quæ à Clemente præcipiuntur, in eam venire ſuſpicionem, vt ad Apoſtolicam inſtitutionem minimè

referenda

referenda viderentur. Sed cùm nullus fere ex antiquis illis patribus reperiatur, qui hos ipſos viuendi ritus à Clemente expoſitos non vehementer approbet, eóſque ad Apoſtolorum auctoritatem, atque ad illius temporis conſuetudinem pertinere non iudicet, pleraque etiam ab illo tradita (quod eſt omnium maximum) conſtanti perpetuaque omnium gentium, omniumque ſæculorum conſenſione ſint in Eccleſijs obſeruata, dubitandum non eſt, ea à Clemente ita fuiſſe expoſita, atque tradita, quemadmodum ipſe ab Apoſtolis accepiſſet. Quod ſi illud dicant Clementis vituperatores, ſatis eſſe ad eleuandam eius teſtimonij fidem, ſi minima ex parte ij libri ſint deprauati, vel in aliquo ſuſpecti: leuia enim errata fidei, & paruæ ijs in rebus dubitationes, non ſolùm illam rem in qua eſt offenſum, euertunt, ſed etiam vniuerſam ſententiæ ſummam perturbant. Quod quidem dici poſſet, ſi ex Clementis libris noua pietatis dogmata conſtituenda eſſent. Quod ſi antiqua & probata ſolùm confirmare, vel Apoſtolicam pietatis formam intueri ſit in animo, nullus credo, in Eccleſia libertam receptus, tamq; omnium iudicio probatus reperietur, qui vberiorem nobis harum rerum facultatem præbere poſsit. quem, vt ſcriptoris auctoritas non probet, ſaltem ita commendat vetuſtas, vt à nemine magis priſcæ Eccleſiæ teſtimonium petendum cenſeam. Nemo enim ijs libris vnquam adimet, quin detracto illis Apoſtolicæ auctoritatis nomine, ſint tamen certi fideleſque illorum temporum teſtes: à quibus, veluti ab inſpectoribus earum rerum, quas narrant, primæui illius temporis ritus, mores, inſtituta, religionis originem, Eccleſiæ incunabula poſsimus cognoſcere. Quæ certè amplam materiam nobis præbent, non ſolùm Eccleſiæ conſtituendæ, ſed etiam nouæ huius impietatis refutandæ.

ARGVMENTANTVR quoque detractores ex his ipſis libris, quòd in ijs quædam reperiri aſſirmant, peruerſa, atque inter ſe pugnantia: alia verò puerilia atque indigna omnino tanti auctoris nomine. Ad quæ reſpondebo, cùm de methodo agam, oſtendamque (vt ſpero) ex via & ratione, quam auctor tenuit, nihil eſſe ijs in libris non graue, non conſtans, nihilq; quod viro Apoſtolico meritò non ſit tribuendũ.

VENIO ad inſcriptionis cauſam: nam ea quoque in prolegomenis quæri ſolet. Inſcriptio ſemper ferè libri ſcopum indicat. id eſt, cùm ab eo, de quo tractandum eſt, appellatio ducitur. Quod in horum librorum inſcriptione eſt ſeruatum. Dicuntur enim διατάξεις ἀποστόλων hoc eſt, preſcripta & inſtitutiones Apoſtolorum. Et, vt vox ad communem loquendi vſum accommodetur, conſtitutiones, ſiue ordinationes poſſunt dici. Eſtque huius vocis ea vis, vt diſciplinæ lexque ab aliquo præſcripta ſignificetur: quod totius operis inſtituto aptiſsimè conuenit.

REPERIO autem hos libros variè à patribus appellatos: nam, vt vidimus, Athanaſius doctrinam Apoſtolorum nominat, Chryſoſtomus & Ioannes Damaſcenus Canones, Oecumenius Diatypoſim, hoc eſt informationem & inſtitutionem. Quæ tamen voces, in inſcriptione idem valent, atq; in varietate nominum, eadem eſt rei vis, & ſignificatio. communius verò & frequentius eſt, vt Diataxes inſcribantur: quam vocem ſæpe, cum de ijs ageret, vſurpauit Ignatius, vſusque eſt ea Paulus, huiuſmodi Eccleſiaſticæ œconomiæ leges præſcribens.

NON eſt omittendus numerus eorum librorum Clementis, qui quidem in cognitionem noſtram peruenire potuerunt. Epiphanius, qui huius ſcriptoris libris præcipuè eſt delectatus, eorum librorum, qui de Recognitionibus inſcribuntur, mentionem facit, ex quibus, diſputans contra Gnoſticos, nonnulla eſt mutuatus. Ij libri quòd continent Petri pleraſque prouincias, docendi cauſa obeuntis peregrinationes, Itinerarij nomem obtinuerunt: quos erroribus refertos eſſe, auctor eſt idem Epiphanius, & in Apologia Origenis Ruffinus, qui eos in Latinum conuertit. eis autem non modò permiſti errores adimunt auctoritatem, ſed etiam ille caſus parentum & fratrum Clementis, qui cuiuſdam fabulæ potius Argumentum, quàm vllam veritatis ſimilitudinem videtur continere: in quo tamen illud ex Apoſtolicis conſtitutionibus compertum habemus, Nicetam, & Aquilam Clementis fratres fuiſſe.

Scripſit quoque decem libros, quorum Argumenta expoſita ſunt in calce libri tertij de Recognitionibus. Agnouit antiquitas eius epiſtolas, in quibus vna ad Corinthios penè ſacræ Scripturæ auctoritatem obtinuit. Canon tamen ille Apoſtolorum duabus dat auctoritatem, quæ vicio temporum interierunt. Relictæ verò nobis ſunt aliæ epiſtolæ Clementis nomine inſcriptæ ex quibus Romani Pontifices, & Triburienſe Concilium, atque Vaſenſe aliqua tranſtulerunt. Quas tamen cretum eſt, non eſſe eas, quarum meminit Epiphanius in primo contra hæreſes libro: in quo ſcribit laudari in ijs epiſtolis virginitatem, atque omnes Prophetas, ex eoque ſumi Argumentum contra Hebionem illos vituperantem. Quæ quidem in ijs peruulgatis epiſtolis non legimus: leguntur autem in eis multa translata ex Itinerario, quæ illarum auctoritatem reddunt leuiorem in quibus vnum de quotidiana lotione corporum, quaſi ea ad mentis mundiciem pertineat, eſt omnino non ferendum. Hebionitæ enim cùm quotidianos baptiſmos haberent, corruptis Clementis libris, Petrum fecerunt illorum baptiſmorum auctorem. Tributi ſunt etiam Clementi Dialogi quidam inter Petrum & Appionem habiti, quos Euſebius reſpuit. Libros autem Clementis à Hieronymo conuerſos (vt ipſe teſtatur in fine interpretationis commentariorum Originis in Epiſtolam ad Romanos) iudico has ipſas eſſe Apoſtolorum conſtitutiones. quid enim ille in vertendis Apocryphis tantopere inſudaret, præſertim ſi ſciret palmam ſibi à Ruffino præreptam? Doctrina verò Apoſtolorũ, qua Latinæ Eccleſiæ hactenus caruiſſent, digna profectò erat, in cuius interpretatione tantus vir laboraret.

QVANTVM attinet ad librorum diuiſionem, huius operis Argumentum digeſtum eſt octo libris. In quorum primo traduntur officia pertinentia ad communem vitam: nam primùm exponuntur aliqua præcepta moralia veteris legis, quibus adiunguntur alia perfectiora ex Euangelio, quod dicitur Caput & explementum legis. Deinde proponuntur præcepta, quibus prohibetur cultus & ornatus corporis, admonenturq; fideles ne otioſi diſcurrant, ſed domi ſuis rebus dent operam, præſcribiturq; eis, quid domi agere debeant: interdicitur ipſis lectio librorum Ethnicorum, danturque legendi libri ex veteri Teſtamento: admonentur ijdem, quid in ijs libris obſeruare debeant: Traditur præceptum ex Solomone de cauenda illecebra mulierum: inſtituuntur vxores, quemadmodum viris obtemperare debeant, & erga ipſos fungi officio: quarum probitas etiam Solomonis teſtimonio commendatur. Deniq; in balneis ab earum ſocietate repelluntur viri, & quædam alia officia eis ſeruanda præſcribuntur. In ſecundo libro exponuntur mores & officia epiſcopi, in quibus copioſè agitur de illo graui ac præcipuo eius munere, quod verſatur in recipiendis conſiliandisq; pœnitentibus: de quorum ſtatu multa præclarè ſcribuntur. Præterea tractatur diligenter de Decimis Epiſcopo debitis, deq; earum diſpenſatione. Item de honore habendo, & de obedientia præſtanda Epiſcopis ſimulq; de presbyteris ac diaconis: quam ſcilicet ij perſonam, ſiue figurã referant. Præterea de iudicijs Epiſcoporũ iuſtè exercẽdis. quibus expoſitis, deſcribitur forma, qua Eccleſiaſtici conuentus ab epiſcopo celebrari debeant, ac quẽadmodũ peregrini recipiendi ſint, & laici ad conuentus inuitandi, quos bis in die Eccleſiam adire oporteat, ac templa dæmonum & ludos omnino vitare. De quibus multa vtilia præcipiuntur.

TERTIVS liber de viduis ac de illarum ſtatu pertractat. In quibus quædam iniecta ſunt de oblationibus à quibúſnã hæ ſint recipiendæ. In eodẽ libro interdicitur mulieribus docendi munus, rerumq; ſacrarum adminiſtratio: quod etiã ad omnes Laicos pertinere oſtenditur. Aſsignantur Epiſcopis & presbyteris certæ quædã ac propriæ functiones, deinde redit oratio ad officium viduarum in quo mentio fit officij diaconiſſarum in baptiſmo mulieribus adminiſtrando. Cuius rei occaſione exponitur diuina initiatio baptiſmi, & præſcribuntur mores illorũ, qui ſunt initiandi. Deniq; agitur de officio diaconi, & de ordinatione epiſcopi, atq; de officio presbyteri, quę occaſione quadam, atq; obiter videntur allata.

QVARTVS

QVARTVS liber tractat de pupillorum cura ſuſcipienda, de collectis conferendis accipiendisque, de officio parentum & librorum, dominorum & ſeruorum, de ſubiectione & obedientia magiſtratibus exhibēnda. denique de virginibus.

QVINTVS de Martyribus omni cultu atque officio proſequendis, de perſecutionibus & ærumnis pro Chriſti nomine perferendis, ſimulque de moderatione adhibenda in morte pro fide obeunda: item de reſurrectione, cui adiunctæ ſunt quædam mortales admonitiones de idolorum cultu fugiendo, de dierum feſtorum celebritate ſeruanda: cui ſermoni accedit digreſsio de Paſsione Domini, & inſtitutione certorum dierum in quibus ieiunium ſeruandum ſit.

SEXTVS liber hæreticorum errores complectitur, quibus ex aduerſò opponit Catholicam Apoſtolicæ fidei doctrinam, commendat legem à Moſe ſcriptam, explanat legem naturalem, diſſerit de humanis traditionibus, & de inductis obſeruationibus, quas Euangelium vel ſuſtulit, vel mutauit.

SEPTIMVS tradit præcepta de vita & moribus ex lege moſis, quæ coniungit cũ ijs, quæ longè excellentius, atque perfectius lex Euangelica præcepit. Ijs abſolutis tractat de baptiſmo eiúſq; ceremonijs, nec nón de ijs, qui baptiſmi ſacris ſunt initiandi: repetit quædam de ieiunijs, & feſtis diebus, quibus additæ ſunt præclaræ quædam, & diuinæ formulæ rogandi Deum cum præconio laudum, & gratiarum actione. Inſtituit Catechumenos, exponens conſecrationem aquæ, olei, & myſtici chriſmatis: connumerat Epiſcopos ab Apoſtolis inſtitutos: quibus poſtremò accedunt quædam preces ſolennes certis diei temporibus conceptæ.

OCTAVVS liber proſequitur omnium ferè rerum myſticarum Argumentum. Primùm diſputat de Chriſmatibus, hoc eſt de ijs muneribus, quæ Spiritus ſanctus ad regendam & conſeruandam Eccleſiam diſtribuit: in quibus Epiſcopatum numerat, cuius omnem myſticam inſtitutionem præclarè exponit, cùm quo ſermone ſimul omnem ritum ſacrorum omnem rei diuinæ rationem, ceremonias, ſolennes preces, admirabili Euchariſtiæ ſacrificio adiunctas complectitur. Deinde ad reliquorum graduum inſtitutionem deſcendit. cui ſermoni cùm inſeruiſſet nonnullas alias myſticas benedictiones, & pauca quædam de oblationibus deſcendit ad propria quædam præcepta certis perſonis atque officijs accommodata. Qui in cœtum fidelium ſint admittendi, quiue repellendi: quandiu Catechumeni inſtituendi: quibus diebus ab operis ceſſandum ſit quando, vbi, quomodo ſupplicandum: iuſta mortuis quibus diebus ſoluenda: quibus nonnulla alia minuta ſunt permiſta, quæ cum vix in ſummam colligi poſsint, ſuis locis lectori patebunt. Denique pulcherrima Eccleſiaſticæ Hierarchiæ deſcriptione totum opus clauditur.

EST autem intelligendum hanc per capita, partitionem, & ſynopſim, quæ ſingulis capitibus præpoſita eſt, nouam eſſe, ſinguli enim libri ab Auctore perpetua oratione ſunt continuati. quam rem illud maximè oſtendit, quòd ſæpe ſequētis capitis initium continuatur cum fine capitis ſuperioris, vt ex vtroque integra conſtet oratio. fit etiam in quadam ſynopſi, Hegeſippi & Tertulliani mentio: quos Apoſtolicis temporibus inferiores fuiſſe neminem arbitror ignorare. Vidi ego codicem in quo capita non eodem modo diuidebantur, & minùs interrupta erat oratio. Is verò qui hanc Capitum diſtributionem compoſuit, videtur interdum in ſynopſi ſcribenda negligens fuiſſe, vt quæ non ſemper capiti ex omni parte reſpondeat, nec contineat plenum & integrum rei, qua de agitur argumentum.

SEQVITVR ordo librorum, qui nihil eſt aliud, niſi librorum inter ſe connexio & diſpoſitio quædam, quæ cùm ratione & via tractatur, ita aptos efficit libros, vt ſequens liber à priori pendeat. quod ſcriptor ita aſſequitur, ſi diuidendi arte aptè vtatur: Gaudeant enim (inquit Plato) qui hac methodo vti ſciunt, mihi verò omnes hos libros, ſingulaſq; eorum partes diligenter conſideranti, non videtur accurata vlla partitio à Clemente in ijs libris diſponēdis adhibita. Nã ſi prima 8. librorũ argumenta expēdere velimus, inueniemus ea nullo vinculo connexa eſſe, neq; inter ſe ita

cohærere, vt mutuus ordo ſponte exiſtat, & ex natura rei diſtributio naſcatur. Quin etiam in ipſis libris videmus quædam crebrò inculcata, vt in eis collocandis diuiſione ex arte vti nullo modo poſsimus. Neceſſe enim eſſet aliqua ſæpe repetentes, partes ita diuidere, vt aliquando alia aliam contineret, quod eſt diuiſionis vitium vel maximum. Tenuit igitur Clemens Chriſtianam illam ſimplicitatem Apoſtolorum diſcipulo dignam, ſicque ordinem eſt ſecutus, vt à rebus confuſionem tolleret, exquiſitum illud Artificium contemneret. Non enim negari debet, aliquando ordinem in nonnullis locis notari poſſe, ſed eum nec de induſtria quæſitum, neque ſumma arte elaboratum.

ERIT etiam vtile, ſi ſcriptoris methodum cognouerimus. Methodum autem voco docendi viam, & argumenti tractationem. Quam ad ſubtilem illam Philoſophorum rationem non reuoco. Vt quærenda nobis ſint demonſtrationum genera, diffinitiones, componendi & reſoluendi viæ, à notioribus nobis, vel naturæ progreſsiones, quibus modis & vijs ſcientiæ & facultates vtuntur. non hæc inſtrumenta Apoſtolicus Philoſophus ad docendum adhibuit, vt quæ Chriſtianæ inſtitutioni, quam ſibi tractandam propoſuerat, non ita erant accommodata. Omnia igitur rerum probandarum argumenta Clemens ducit à ſcripturarũ auctoritate nam ſiue vitæ ac morum præcepta tradat, ſiue rerum Eccleſiaſticarum formam doceat, ſiue Chriſti Oeconomiam, ac rerum diuinarum rationem demonſtret, ſingula ita efficit, vt ea, vel in ſacris literis explicata oſtendat, vel ex ijs neceſſaria conſecutione colligat. Atque ea laus præcipua ac ſumma Clementi tribuenda eſt, quòd nemo ex ſcriptoribus ſacris, ſcripturarum locis ſit vſus tàm proprijs támque ad docendum accommodatis. Quare ex multis vtilitatibus, quas hi libri continent, hæc quoque magna habenda eſt, quòd ex ijs pleraſque veras ac germanas ſcripturarum ſententias intelligimus. Scripturas autem duobus modis tractauit Clemens, nam aut earũ auctoritate eſt vſus, proferens ex ijs teſtimonia, quibus ſua dicta confirmantur, aut eas in ſua ſcripta ita tranſtulit, & in oratione incluſit, vt ſententias ex ſuis & ſcripturæ verbis contextas, perpetuo ſtylo continuauerit. quod cum ſit, grauitas & ſanctior quædam dignitas orationis exiſtit. Eas verò frequenter compoſuit ex verbis Pauli, quem omni ex parte eſt imitatus, vt facilè intelligatur diſciplinam Clementis, præſertim eam, quæ pertinet ad mores, & vitam in omni ſtatu regendam, ex Pauli præceptis tranſlatam, atque ad eius generis ſimilitudinẽ expreſſam.

ILLVD quoque verè poſſumus dicere, Clementis libros ex coaceruatis, & in vnum locum collectis ſacrarum literarum partibus conſtare. Vſus eſt autem veteris teſtamenti interpretatione ſeptùaginta Interpretum, vt quę illo tempore erat in vſu, & ab omnibus ſacroſancta habebatur. Nam Euangeliſtæ quoque & Paulus Hebraicè doctus, ea vti voluerunt: nec erat illo tempore (credo) alia interpretatio, quæ omnibus eſſet peruulgata, cùm Apoſtoli Aquilam, Theodotionem, & alios, qui vetus teſtamentum ſunt interpretati, ætate longè anteceſſerint: quo fit, vt ſententiæ plerunque ab hac communi & vulgata interpretatione diſsideant, aliquæ etiam ex ijs in noſtro Canone non reperiantur. Conſtat enim ex Epiphanio ſeptuaginta Interpretes in vertendo, eam rationem ſecutos, vt veluti explanantes ſcripturam, aliqua de ſuo adderent, alia veluti ſuperflua relinquerent. Non ſolùm enim interpretum, ſed etiam Prophetarũ (vt idem Epiphanius inquit) functi ſunt munere.

QVATVOR docendi generibus ſcriptura frequenter vtitur. Vnum eſt, quod dogmaticum vocant, aliud in imperando ac precipiendo conſiſtens προσακτικὸν Græcè dicitur tertium quo aliquid definitur & quaſi ſuis terminis deſcribitur, propterea que ὁρισμὸν appellatur. Quartum eſt prophetarum, quod pertinet ad prædictiones. Ex ijs Clemens dogmaticum & præcipiens frequenter vſurpat, definiens non eſt ipſi adeò frequens. Is enim docendi modus non præcipit, neq; decreto ſtatuit, ſed quid ad rem aliquã adipiſcendam vel fugiendã ſit opus, deſignat & præſcribit, cuiuſmodi eſt illud, Qui non tollit crucẽ ſuã, & ſequitur me, nõ eſt me dignus. Et illud, Niſi

Niſi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis. Quærendum etiam eſſet an Prophetico genere aliquádo ſit vſus: fortaſſe enim nonnulla, quæ nondum viuis omnibus Apoſtolis acciderant,potuerunt ab ipſis,vt mox futura,præſcribi,& prædictione deſignari.

Qvod attinet ad genus ſermonũ, cùm Clemens diſciplinam ex Apoſtolorum ſermonibus exceptam, atque fidelibus traditam in Eccleſijs vellet eſſe perpetuam, eam ijs octo libris eſt cõplexus,in quibus ſuppreſſa ſua perſona, omnem ſermonem tribuit Apoſtolis, putans,opinor,maiorem auctoritatem habituram orationem, ſi quæ ab Apoſtolis præcepta accepiſſet,ea Apoſtolos ipſos faceret exponentes. Dixi autem eum ſuum nomen ſuppreſsiſſe, propterea quòd ex propria perſona non eſt præfatus,quanquàm ſe aliquando faciat ex cœtu loquentium vnum,ſocium Apoſtolorum,& in rebus agendis adminiſtrum. Ex quo intelligitur, huiuſcemodi ſcribendi genus eſſe quaſi miſtum ex dialogo,&ex eo genere in quo perpetuo orationis curſu res narrantur,quod διεξοδικὸν vocant.Nam ex ea parte,qua perſonæ loquentes inducuntur,videtur dialogi ſimilitudinem habere: quatenus ſermones non habentur inter ipſos loquentes,ſed à principio in Apoſtolorum perſonam inſtituta oratio eandem formam conſeruat, quaſi ipſi Apoſtoli hos libros conſcripſerint,poteſt infuſum illud & perpetuum genus referri.

In ijs ſermonibus,duo ſunt diligentiſsimè animaduertenda,vnũ eſt illud, aliqua facta vel inſtituta Apoſtolorũ,non eo ordine à Clemente expoſita eſſe,quo ab ipſis ſunt geſta vel præcepta. nam pro argumento rei, quam tractabat, mentionem fecit Clemens earum actionum, quæ ad rem propoſitam pertinebant, in quibus euenit aliquando vt illa primo loco narrantes fecerit Apoſtolos, quæ tempore inferiora erant ijs,quæ poſt cõmemorantur.Alterũ eſt attendendum,quæ à Clemente in perſonam Apoſtolorũ dicuntur,non ita intelligi præcepta ab Apoſtolis,vt omnes vno tempore atq; vnum in locum conuenientes, vniuerſa, quæ ijs octo libris continentur,præſcripſerint,ſed eſſe quædam,quæ diuerſis tẽporibus,ſeparatim, ac nõ ab omnibus præcepta ſint,in quæ Clemens cum incidebat,cõtinuò illa referebat ad inſtitutionis auctorẽ,eumq; more ſuo,loquentem inducebat.Ijs duabus rebus obſeruatis,multa quæ videntur pugnantia,vel præpoſterè dicta,conciliantur,& ad diſtinctã rerum ſeriem rediguntur.Ex hoc enim accidit,vt Clemens,cùm res poſtulat,loquẽtem faciat Iacobũ fratrem Domini, quem tamen mortuum fatetur in quinto, & ſeptimo libro,& in ſecundo libro Ioannes ſui Euangelij,& Apoſtoli Actorum mentionem faciant,quæ tamen euidens eſt,vltimo loco ſcripta fuiſſe. Ita anteuertit aliquando Clemens,& anticipat rerum Eccleſiaſticarũ inſtitutiones, eaſdem nonnũquam in poſtremum locũ reijcit,præponens ea,quæ longo pòſt tempore acciderũt. quod totum methodo,quam tenuit,tribuendũ cenſeo.Nam cùm, excluſo nomine Auctoris,res narrentur ab Apoſtolis,quemadmodũ ipſi eas geſſerunt,atq; inſtituerunt,neceſſe eſt,cùm mentio ſit certæ rei, ad vnum, vel plures Apoſtolos pertinentis,is,qui eius auctor extitit,loquatur,& ſui facti ſe auctorẽ faciat,ita euenit, vt quæ tempore poſteriora ſunt, plerunque primo loco commemorentur, vel quæ multo antè acciderunt,ab ijs dicantur, quos mortuos iam conſtet, proptereaq; non ſunt quibuſdam in locis (quo ad temporum ſeriem attinet) ſequentia cum ſuperioribus continuanda.Id ſi conſideretur, quæ perturbata & confuſa putantur, apparebunt aptiſsimè diſpoſita, Clemensq; vituperatorum reprehenſione, atq; calumnia facilè liberabitur.Dictionem autem eam eſt ſecutus Clemens,quæ rerum, quas tractabat ſanctitati conueniret.Simplici vtitur oratione,caſta, ſubtili, preſſa, quam tamen concinnitate quadam ita elimauit,vt non modò nihil habeat horridũ, atq; ieiunũ,ſed etiã mediocri cultu expolita videatur. Attico more plerunq; mutat numeros,etiam nõnunquã perſonas. ſequitur ἀκατάλληλον illud & ἀνανταπόδοτον,quod fit,cùm vel orationi ſequẽs membrũ non reſpõdet, vel cùm oratio ſuſpenſa ſuſtinetur,nec habet aliquid quo nixa cõſiſtat. In vertẽdo aũt ſatisfeciſſe me ſuſcepto mu-

neri exiſtimarem, ſi adhibita veritate ſententiarum, aptiſq; ad loquendum verbis Clementeum ſcribendi genus eſſem imitatus. Sed ſententias (vt ſpero) ita expreſsi, vt ijs fidelis interpretis diligentia non deſideretur. quod verò attinet ad verba, voluiſſem quidem ſemper ijs vti idoneis, atque huiuſmodi, quæ à Latini ſermonis conſuetudine non abhorrerent: ſed cùm Eccleſiaſtica tractarem, nephas eſſe duxi, ab eis vocibus diſcedere, quæ iampridem ab Eccleſia receptæ, ſuam quandam habent religionem: cùm præſertim eas loquentium conſuetudine tritas, vſus iam emoliuerit. Plerunque etiam cùm myſtica occurrebant, quæ penè in ſingulis verbis totidem continent ſententias, verbum pro verbo neceſſariò reddens, nō potui omnem orationem ad veterem illam purè loquendi normam dirigere. Ac cùm frequenter in eas ſententias inciderem, de quibus ſummæ ſunt nobiſcum Eccleſiæ aduerſarijs concertationes, malui in ijs vertendis verba ſequi Græcum quiddam olentia & peregrinum, quàm exiſtimari, paululum à verbis deflectens, ſententiarum integritatem deprauaſſe. De ſimilitudine verò ſcriptorum, ſcio eam præcipuam haberi laudem interpretis, ſi is eius, quem transferendum ſuſcepit virtutes imitatione aſſequi ſtudeat. In quod quidem ſtudium me aliquid operæ, ac laboris contuliſſe non nego, ſed non eo animo, vt ſperarem interpretationem meam Clementis laudes aſſecuturam. non enim adeò inſaniebam, ſed vt (quod à diligenti interprete præſtari erat æquum) aliqua ex parte Latino ſtylo eius formæ ſimilitudinem adumbrarem. In quo, & ſi intuens meam tenuitatem, atque in huius generis facultate inopiam, quicquam laude dignū efficere me non potuiſſe intelligo, ſit tamē illud in optatis, vt cùm illam politiſsimam elegantiam genere dicendi meo attingere nō potuerim, hoc ſalutem, δεύτερον πλοῦν (quod aiunt) ſim aſſecutus, vt opera mea Clemens quaſi ciuitate Romana donatus, noſtris hominibus, Græca non plenè intelligentibus, perſpicuè atq; enucleatè loquatur.

CONSTI-

A CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE.

LIBER PRIMVS.

IO. CAROLO BOVIO EPISCOPO OSTVNENSI, INTERPRETE.

B *Catholica doctrina de laicis.* *Cap. I.*

APOSTOLI, & Presbyteri omnibus, qui ex Gentibus crediderunt in Dominum Ieſum Chriſtum: gratia vobis, & pax ab Omnipotente Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum abundet in cognitione ipſius. Dei plantatio eſt catholica Eccleſia, & vinea eius electa: illi, qui crediderunt in infallibilem pietatem ipſius, qui fruuntur æterno regno eius per fidem, qui acceperunt virtutem ipſius, & armati ſunt, communicatione Sancti Spiritus per Chriſtum, & timorem eius induerunt, participes precioſi, & immaculati ſanguinis Chriſti, qui fiduciam acceperunt, vt Omnipotentem Deum inuocarent, cohæredes & conſortes facti dilecti filij eius. Audite doctrinam ſacram, qui amplectimini promiſsionem eius, ex mandato Saluatoris, æquiparandam glorioſis vocibus ipſius. Attendite filij Dei C omnes, vt in obedientia Dei vitam agatis, eſtoteq; in omnibus placentes Chriſto Deo noſtro: nam ſi quis iniquitatem ſecutus, faciat quę voluntati Dei aduerſantur, is veluti gens iniqua à Deo æſtimabitur.

CAPVT II.

ABSTINETE animum veſtrum ab omni cupiditate, & iniquitate: nã *Exod.20.*
in lege ſcriptum eſt, Non concupiſces vxoré proximi tui, non agrũ ,,
eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non iumentum eius, ,,
neque aliquid, quod proximi ſit: quoniam omnis harum rerum cu- ,,
piditas à malo prouenit. Nam qui vxorem concupiſcit, vel ſeruum, ,,
vel ancillam proximi, iam mente adulter, ac fur cenſetur (niſi eum pœniteat) ac iudicatus eſt à Domino noſtro Ieſu Chriſto, per quem gloria Deo in D ſæcula, Amen. Inquit enim in Euangelio (in ſummam redigens, & ſtabiliens, ac perficiens legis Decalogum.) In lege ſcriptum eſt, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, hoc eſt in lege, quæ per Moſem ſcripta eſt, ego locutus ſum: nunc verò, idé ille vobis dico, Omnis, qui aſpexerit vxorem proximi ad expetendam eam, iam corde ſuo mœchatus eſt: *Matth.5.* ita mœchus iudicatur, qui animi cupiditate ardet. Qui verò bouem, vel aſinum concupiſcit, nónne in eam cogitationem venit, vt furetur? vt ſuum faciat? vt abducat? Rurſus, qui agrum cupit perſeuerans in huiuſmodi affectione, nónne improbè facit? vt cùm fines proferre velit, cogat poſſeſſoré viliſsimi vendere. Ait enim quodã in loco Propheta, Væ cõiungentibus domũ domui, & agrũ agro- *Iſaiæ c.5.* continuantibus, vt proximo auferant aliquid: propterea dicit, Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram? audita ſunt enim in aures domini Sabaoth hæc. Et alio in loco, *Deut.27.* Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, fiat. Ideo, inquit Moſes, Non commouebis fines proximi tui, quos poſuerunt patres tui. *Deut.19.* Ea de

cauſa

cauſa igitur formidines, mortes, iudicia, damnationes à Deo talibus hominibus im- E
minent. Is verò, qui Deo ſunt obedientes, vna eſt Dei lex impoſita, quæ ſimplex, vera, viua exiſtit. Quod in te ab altero fieri non vis, id tu in alterum ne feceris. Non vis vt aliquis in vxorem tuam turpiter conijciat oculos, animo eam vitiandi? nec tu in vxorem proximi tui improbè oculum defigas. Non vis veſtimentum tuum tolli? neque tu alterius veſtimentum tollas. Non vis percuti, contumeliam ferre, petulantiam perpeti? neque tu in alium hæc ipſa committas.

De non referenda contumelia, & de non vlciſcendo eum, qui iniuriam intulit. Cap. III.

Cap. 24. AT maledicit aliquis tibi, tu benedic ei: quoniam ſcriptum inuenitur in libris Numerorũ, Qui benedicit tibi, benedictus eſt: & qui maledicit tibi, maledictus eſt. Eodem modo in Euangelio ſcriptum F
eſt, Benedicite maledicentibus vobis. Cùm iniuriam patimini, nolite iniuriam referre, ſed æquo animo pati: quoniam inquit ſcriptura, Noli dicere, vlciſcar inimicum meum de ijs, quæ in me iniuſtè fecit, ſed expecta vt pro te vendicet Dominus, & vltionem inferat iniuriam inferenti tibi. Etenim rurſum in Euangelio ait, Diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs, qui
Matth. 5. oderunt vos, & orate pro calumniantibus, & perſequentibus vos, & eritis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt: quoniam ſolem ſuũ oriri facit ſuper malos, & bonos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Attendamus igitur dilecti ijs mandatis, vt eis obſequentes,
Epheſ. 4. filij lucis inueniamur. Ferte igitur ſerui, & filij Dei vos inuicem. Vir aduerſus eius vxorem ne ſit ſuperbus, neque elatus, ſed facilis, ac benignus, cupiens tantùm propriæ vxori placere, atque ei indulgere, cum honore illi ſtudens gratificari.

De cultu, & ornatu, atque de peccato ex eo proueniente. Cap. IIII. G

NEQVE ornatui ſtudebis, quo aliqua alia mulier in te capiatur. Nã, ſiue ab ea victus peccabis, mors à Deo æterna tibi parata eſt, & ſenſu doloris acerbè cruciaberis: ſiue flagitium non facies, ſed illa repulſa non conſenties. at hoc ipſo peccaſti, etiam ſi nõ feceris, quoniam ſolùm propter ornatum tuum illaqueaſti mulierem, vt tui cupiditate flagraret. Feciſti enim vt quæ hoc paſſa eſt, per concupiſcẽtiam in te mœcharetur. ſed non ita es in culpa, quoniam non morem geſsiſti ei, quæ tui amore irretita fuerat. Non enim tu illam concupiuiſti. Et quoniam illi nõ es obſecutus, miſericordiam inuenies à Deo, qui dixit, Non mœchaberis, & non concupiſces. Nam ſi illa, cùm te vidit, vel intempeſtiuè obuiam tibi facta eſt, mente plagam accepit, & ad te miſit, tuq; vt pius reiecisti eam, illa verò corde ſauciata eſt, tu tamen quia iuuenis formoſus es, & ornatus incedis, vt ideo illa tui amore capta ſit, reus iu- H
dicaris peccati illius tãquam ijs qui cauſam ſcandalo illius dediſti, & in væ incidiſti.
Galat. 8. Quare roga Dominum Deum, vt nihil mali tibi propterea, contingat, non enim te hominibus placere oportet in peccatum, ſed Deo in ſanctitatem, & vitam, ac requietem æternam amplecti. Pulchritudinem tibi à natura, Deo auctore collatã, noli adiecto cultu, exornare, ſed humiliter eam aduerſum homines ita cohibe: capillum comæ non nutriens, ſed potius illum detondens, & adimens, ne tu pruitu vexatus, & caput lacerationis expers conſeruans, vel vnguentis perfundens, inducas tibi mulieres, quæ hoc modo illaqueant, vel illaqueantur. Neque verò veſtitu vti velis comparato ad decipiendum: neque femoralia vel crepidas pedibus tuis improba arte conſuas, ſed tantùm ijs vtere, quæ ad grauitatem, & vſus neceſſarios pertinent. Neque auream palam in digitos tuos induas, quoniam hæc omnia ſcortationis ſunt argumenta, quibus qui præter id, quod decet, ſtudet, iniuſtè facit. Fidelis enim cùm ſis, &

A ſis,& homo Dei, non licet tibi nutrire capillum,& in vnum complicare, quod eſt delicatum,& molle, vel diſcerniculo diſcriminare, neque verò intortum calamiſtris criſpare, vel flauum facere: quoniam quidem lex vetat in Deuteronomio, inquiens, Non facietis vobis rotunditatem ex coma capitis veſtri, neque inciſiones. Neq; verò licet barbæ pilos corrumpere: neque hominis figuram præter naturam mutare. ›› *Leuit. 19.* Non incidetis (inquit lex) ſuperficiem barbæ veſtræ: Hoc enim mulieribus decens *Leuit. 21.* creator Deus ſtatuit, viris indecorum eſſe iudicauit. Tu verè hæc faciens,& vt tibi ›› placeas legem violans, in odio eris apud Deum, qui creauit te ſecundum imaginem ›› ſuam. Si igitur cupis Deo placere, contine te ab omnibus quæ odit ipſe,& nihil facias, quod animo eius diſpliceat.

Quòd non oportet eſſe curioſum de ijs, qui malè viuunt, ſed proprio operi inuigilare. *Cap. V.*

B NOLI quaſi peruolare, diſcurrere, & vagari per plateas intempeſtiuus ſpeculator eorum qui perditè viuunt: ſed arti tuæ, & operi tuo incumbens, quære vt facias quæ ſunt Deo accepta,& Chriſti ſermones in memoriā reuocans, aſsiduè meditare. Inquit enim ſcriptura, In lege eius meditaberis die, ac nocte: ſcilicet, cū in agro ambulas, *Pſalm. 1.* cùm domi ſedes, cùm in lectulo cubas, cùm manè ſurgis: vt in omnibus intelligas. Quòd ſi diuitijs abundas,& vt te ſuſtentes arte, opus non habes, noli circumcurſare,& intempeſtiuè obambulare.

Quos ſcripturæ libros legere oporteat. *Cap. VI.*

C SED ſiue ad fideles,& eiuſdem ſententiæ homines accedis conferens cum ijs, vitalia verba loquere: ſin minus accedis, intus ſedens percurre legem, Reges, Prophetas, pſalle hymnos Dauid, lege diligenter Euangeliū, quod eſt horum complementum.

Quòd oportet abſtinere ab omnibus exteris libris. *Cap. VII.*

ABSTINE te ab omnibus Gentilium libris. Quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falſis Prophetis? quæ quidem leues à fide abducunt. Nam quid tibi deeſt in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas confugias? Nam Hiſtorica percurrere cupis, habes Reges, ſi Sophiſtica,& Poëtica, habes Prophetas,& Iob,& Prouerbiorū auctorem, in quibus omnis Poëticæ, ac Sapientiæ accuratā rationem inuenies: quoniam Domini Dei, qui ſolus eſt ſapiens, voces ſunt. Quòd ſi cantilenas D cupis, habes Pſalmos: ſi rerū origines noſſe deſideras, habes Geneſim: ſi leges & præcepta, glorioſam Dei legem. Ab omnibus igitur externis, & diabolicis libris vehementer te contine: veruntamen legem quoque perlegens, inducta illa, atque adiecta, quæ appellantur, reijce. Quòd ſi non omnia, at quædam, quæ ſunt in traditionibus ſeniorum, Deuteroſes quæ appellantur Solùm autem hiſtoriæ cauſa illa lege, vt cognoſcas,& glorifices Deum, qui te à talibus, ac tantis vinculis liberauit. Habeas autem præ oculis ad cognoſcendum quid ſit naturalis lex, quid ſint traditiones,& illa inducta, atque adiuncta, quæ in deſerto ijs, qui vitulum conflauerunt, ſunt impoſita. Lex enim eſt, id quod locutus eſt Dominus, antequàm populus in Idololatriam incideret, & vitulum conflatilem faceret illum Aegyptiorum Apim: Hoc eſt Decalogus. Quæ verò illis peccantibus vincula acceſſerunt, illa tibi ne attrahas: Saluator enim noſter nullam aliam ob cauſam venit, niſi vt ſaluaret reos reſeruatæ iræ,& impleret legem,& Prophetas,& vincula adiecta humanarum traditionum,&

inducto-

inductorũ, vel ſolueret, vel mutaret. Ideo inuitãs nos dicebat, Venite ad me omnes, *Matth. 11.* qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tu ergo perlegens legem conſentaneam Euangelio, & Prophetis, lege etiam Reges, vt intelligas quot Reges iuſtè vixerũt, eos à Deo auctos fuiſſe, & ijs promiſsionẽ vitæ æternæ apud ipſum permãſiſſe. Quot verò Reges à Deo defecerunt, rebellione ſua breui tẽpore interijſſe, iuſto iudicio Dei, & vita eius priuatos fuiſſe, pro requiete æternum ſupplicium conſecutos. Hæc cùm leges, multum fide auctus ædificaberis in Chriſto, cuius corpus, & membrum exiſtis. Inambulans autem in foro, & lauare volens, vtere virili balneo, ne ſi nudatum corpus tuum mulieribus turpiter aperueris, at ſpeciem viris nõ conuenientem aſpexeris, vel irretitus inueniaris, vel ipſe in te irretitas mulieres, quæ tam facilè capiuntur. Caue igitur ab ijs ne laqueis impedias animam meam.

De Mulieribus malis. Cap. VIII.

Prouer. 7. DICAMVS enim in ſapientia quid dicat ſanctus ſermo. Fili cuſtodi ſermones meos, præcepta mea reconde tibi, dic ſapientiæ ſororem eſſe, & prudentiam amicam acquire tibi, vt cuſtodiat te à muliere extranea, & mala, ſi te verbis blandis adoriatur. Nam à feneſtra domus ſuæ proſpiciens in plateas, quem viderit ex filijs inſipientibus adoleſcentulum, vecordem prætereuntem in foro, in biuijs domus ſuæ, & loquentem in tenebris veſpertinis, quando quies nocturna fuerit, & caliginoſa: mulier autem occurrit illi, ornatu meretricio ad faciendum iuuenem euolare à corde: vaga autem eſt, & diſſoluta: domi non quieſcunt pedes ſui. Nam modò foris vagatur, modò in plateis per omnes angulos inſidiatur. deinde, apprehẽſum oſculata eſt eum, & impudenti vultu affata eſt eum. Hoſtia pacifica mihi eſt, hodie reddo vota mea, idcirco exij obuiam tibi, deſiderans faciem tuam, inueni te: intexui funibus lectulum meum, ſtraui tapetibus ex Aegypto, aſperſi cubile meum croco, domum meam cinnamomo: veni, & fruamur amicitia, donec illuceſcat dies: veni, & implicemur amore. & reliqua, quibus ſubiungit: Decepit illum multus ſermo, & laqueis labiorum protraxit illum. Ipſe autem ſequitur eam delinitus. & rurſus dicit, *Prouer. 5.* Noli attendere mulieri prauæ: mel enim ſtillat à labijs mulieris fornicariȩ, quod breui tempore impinguat guttur tuum. Poſtea amarius felle inuenies, & acutius gladio ancipiti. Et rurſum, Fuge, & ne moreris, neque figas oculum tuum in illam: multos enim vulnerans percuſsit, & innumerabiles ſunt, quos interfecit. Quod ſi non feceris, mutaberis, inquit, in nouiſsimis tuis, quando conſumentur carnes corporis tui, & dices, Quomodo odio habui doctrinam, & redargutiones iuſtorum declinauit cor meum? non audiui vocem erudientis me, & docenti me non accommodaui aurem meam: propemodum factus ſum in omni malo. Ne pluribus teſtimonia producamus. Quòd ſi aliqua omiſimus, ſapientes ipſi vobis legentes bona, ex ſacris ſcripturis confirmemini, fugientes omnia praua, vt ſancti reperiamini in vita æterna apud Deum.

De ſubiectione mulieris ſtudioſæ erga virum ſuum, & temperatæ. Cap. IX.

MVLIER ſubdita eſto viro tuo: quoniam caput mulieris vir eſt. viri ambulantis in via iuſtitiæ, caput eſt Chriſtus: Chriſti caput eſt Deus, & Pater eius. Igitur poſt omnipotentem Deum noſtrum, & Patrem præſentis, & futuri ſæculi dominum, omnis ſpiritus, & omnis virtutis creatorem, & poſt dilectum eius filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem gloria Deo, time tuum virum ô mulier, & reuerere, illi ſoli placere ſtudens, illi obſequens in miniſterijs tuis: vt in te beatificetur

A ficetur vir per Sapientiam, dicentem per Solomonem hæc verba, Mulierem fortem
quis inueniet? æſtimabilior eſt lapidibus precioſis. Quæ talis eſt confidit in ea vir ſu-
us, talis ſpolijs non indigebit. Operatur enim viro bona omnibus diebus vitæ ſuæ,
ducens lanam & linum: fecit vtilia manibus ſuis. Facta eſt quaſi nauis mercaturam
faciens, de longè congregans victum ſuum. Et ſurgit de nocte, deditq; cibaria do-
mui, & opera ancillis. Conſiderans agrum, emit eum, & de fructibus manuum ſua-
rum plantauit poſſeſsionem. Accingens lumbos ſuos ſuſtulit brachia ſua, & guſta-
uit quod bonum eſt operari, & non extinguitur lucerna eius in tota nocte. Cubi-
tos ſuos extendit ad vtilia, manus ſuas firmat ad fuſum. Manus ſuas aperuit paupe-
ri, & palmam extendit mendico. Non curat de ijs, quæ ſunt domi vir eius: omnes
enim qui apud eum ſunt, veſtiuntur ſtolis duplicibus. Chlamydes fecit viro ſuo: ex
byſſo, & purpura veſtimenta. Conſpicuus in portis vir eius quando ſedet in con-
ſeſſu cum ſenioribus habitantibus. Sindones fecit, & vendidit Phœnicibus, cingu-
B la Chananæis. Gloriam & honorem induit, & gauiſus eſt in diebus nouiſsimis. Os
eius aperuit ſapienter, & opportunè, & ordinem miſit linguæ ſuæ. Auguſtæ ſunt ſe-
mitæ domus ſuæ, & panem ocioſum non comedit. Aperuit os ſuum ſapienter, &
conuenienter. Lex miſericordiæ in lingua eius. Surrexerunt filij eius, & ditatam
laudauerunt eam: & vir laudauit eam: multæ filiæ poſſederunt diuitias: multæ fe-
cerunt virtutem. Tu autem ſupergreſſa es, & ſuperaſti omnes. Falſa gratia, & vana
pulchritudo mulieris ne ſit tibi: mulier etiam pia benedicitur, & timens Deum ipſa
laudatur. Date ei de fructibus labiorum eius, & laudatur in portis vir eius. Et rur-
ſum, Mulier fortis corona viro eius. Et rurſum, Multæ mulieres ædificauerunt do-
mum. Didiciſtis qualia encomia mulier temperata, & viri ſtudioſa capit à Domino
Deo. Si fidelis, & grata Deo cupis eſſe ô mulier: noli te ornare, vt placeas alienis vi-
ris, & meretricum plicaturas, veſtitus, calceamenta imitari, ad alliciendum eos, qui
huiuſmodi rebus tenentur. Nam quanquàm tu non peccandi ſtudio hoc nefas com
C miſiſti, ſed tantùm cultus cauſa, tamen non ideo effugies pœnam, quia illo ornatu
coëgiſti aliquem, vt ad te concupiſcendum induceretur. neque adhibuiſti cautio-
nem, vt neque tu in peccatum incideres, neque alij in ſcandalum. Quòd ſi tu quoq;
peccabis, laxata libidine, & tu deliquiſti, & illius animæ rea facta es. deinde cùm in
vno peccaueris, veluti in deſperationem adducta, in alio rurſum delinques, vt quæ
omnem ſenſum doloris amiſeris, quemadmodum affirmat diuinus ſermo, Impius *Prouer. 18.*
cùm in profundum malorum venerit, contemnit: aduenit ei triſtitia, & opprobriũ.
Talis enim mulier deinde, vltra modum ſaucia, illaqueat animas inſipientium. Vi-
deamus igitur quomodò triumphum agat de talibus diuinus ſermo, Odi ſupra mor *Eccle. 7.*
tem mulierem, quæ eſt laqueus, & plaga animæ. Ligatæ ſunt manus eius. Et alibi, *Prouer. 11.*
Quaſi inauris aurea in naribus ſuis, ſic mulieri inſipienti pulchritudo. Et rurſum, Si- *Prouer. 25.*
cut in ligno vermis, ſic perdit viros mulier malefica. Et rurſum, Melius eſt habitare *Prouer. 21.*
in angulo aperto, quàm cum muliere procaci, & contentioſa. Nolite igitur imitari
D vos tales mulieres cùm ſitis Chriſtianæ. Si verò fidem ſeruare velis viro tuo, ſtude vt
illi tantùm placeas. In plateis verò caput tuum vela. Nam ſi te texeris, ab aſpectu tui
arcebis curioſos. Noli depingere os tuum, quod fecit Deus. nihil eſt enim in te, quod
ornatum deſideret. quoniam omnia, quæ fecit Deus, erant valde pulchra: acceſsio
autem ornamenti in pulchro eſt importuna, & artificis laudem dedecorat. Demiſ-
ſis oculis viam tuam ingredere, obuoluto capite, quemadmodum decet mulieres.

Non debere mulierem lauare vnà cum viro. Cap. X.

DEVITA confuſam vnà cum viris in balneo lotionem. multa enim ſunt
retia mali. Mulier fidelis cum viris ne lauet: nam ſi contegit faciem, vt ab
alienorum virorum aſpectu os ſuum verecundè occultet, quomodò nu-
da cum viris talis mulier in balneum intrabit? Muliebre ſi ſit balneum,

Hæc duo aduerbia ordinatè & modeſtè, vſurpauit. S. Ignat. ad Heronem.

cum pudore ordinatè, & modeſtè lauet, neque ſuperfluam lotionem faciat, neque E multam, neque frequentem, neque in meridie, ſed ſi fieri poteſt, neque de die. Hora ſit tibi conſtituta balneo decima. Oportet enim te, fidelis, cùm ſis, omni occaſione, & vndique ſuperuacaneam oculorum ſedulitatem declinare.

De contentioſa, & procaci muliere. Cap. XI.

S. Ignat. ad Trall.
Iſaiæ 55.
Prouer. 22.

CONTENTIONEM verò tuam aduerſus omnes, maximè verò aduerſus virum præcide, fidelis cùm ſis, ne vir tuus ſi infidelis fuerit, vel gentilis, propter te offenſus, Deum blaſphemet, & tu illius væ hæreditatem apud Deum adepta reperiaris. Væ enim, inquit, ei, " propter quem nomen meum blaſphematur inter gentes. Quòd " ſi fidelis vir tuus fuerit, cogetur tanquàm ſcripturarum peritus di" cere verbum, quod in Sapientia inuenitur ſcriptum, Melius eſt habitare in deſerto, F quàm cum muliere procaci, & contentioſa. Quare mulieres per pudorem, & man" ſuetudinem, religionem oſtendite in conuerſionem, & exhortationem fidei externis omnibus, ſiue mulieribus, ſiue viris. Et ſi his paucis admonitas inſtituimus vos ſorores, & filiæ, & membra noſtra, ipſæ quoque tanquàm ſapientes abſque vllo vitæ probro permanete. Quærite vt diſciplinam cognoſcatis, per quam poteritis ad Domini noſtri regnum bona ipſius voluntate peruenire, & requieſcere.

CONSTI-

A
CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE.

LIBER SECVNDVS.

De Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. Cap. I.

DE EPISCOPIS audiuimus à Domino noſtro, Paſtorē, qui
B conſtituitur Epiſcopus per Eccleſias in omni parœcia opor-
tere eſſe ſine crimine, in quem nō cadat reprehenſio, exper-
tem omnis iniquitatis hominum, non minorem annis quin-
quaginta, quod quodāmodò in hac ætate iuueniles pertur-
bationes, & externas calumnias ſuperauit aduerſus blaſphe-
mias, quæ multis à quibuſdam falſis fratribus infligūtur, qui
non norunt verbum Dei, quod eſt in Euangelio, Qui locu- *Matth. 12.*
„ tus fuerit verbum ocioſum, reddet de eo rationem Domino in die iudicij. Et rurſus,
„ Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sit igitur, ſi fieri poteſt,
„ eruditus, & peritus in ſcientia verbi conuenienter ætati. Quòd ſi in parua parœcia
grandior natu aliquis non reperitur, qui teſtimonio probatus, & ſapiens in Epiſco-
pum conſtitui poſsit, iuuenis verò ibi eſt, teſtimonium habens eorum, qui cum eo
vixerunt, Epiſcopatus munere illum dignum eſſe, in manſuetudine, & modeſtia ſe-
nectutē præ ſe ferens, & probatus talium teſtimonio cōmendetur, is cōſtituatur in
C pace. Nam Solomon duodecimum agens annum, in Iſraele regnauit, & Ioſias octo *3. Reg.* [illegible]
annos natus regnauit in iuſtitia. Item Ioias in ſeptimo anno præfuit populo. Quare *2. Para.* [illegible]
quanquam iuuenis, at mitis eſto, timidus, & quietus. quoniam per Iſaiam Dominus *2. Par.* [illegible]
Deus inquit, Ad quem reſpiciam niſi ad humilem, & quietum, & timentem ſermo- *Iſaiæ 66.*
„ nes meos per omnia? Item in Euangelio hoc modo, Beati mites, quoniam ipſi hære- *S. Ignat. ad*
„ ditabunt terram. Sit verò & miſericors, quoniam rurſus dictum eſt, Beati miſericor- *Trall.*
„ des, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sit etiam bonæ conſcientiæ: omni *Matth. 5.*
„ malitia, atque improbitate vacuus: quoniam rurſum dictum eſt, Beati mundo cor-
„ de, quoniam ipſi Deum videbunt.

Qualem oporteat eſſe Epiſcopum, & reliquos Clericos. Cap. II.

D
SIT igitur ſobrius, temperans, moderatus, conſtans, placidus, nō vi- *1. Timo. 3.*
nolentus, non percuſſor, ſed æquus, non contentioſus, non auarus,
non neophytus, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium, & in laqueum
incidat diaboli: quoniā omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur. Talem *Lucæ 14.*
verò oportet eſſe Epiſcopum, qui ſit vnius vir vxoris, quæ quidem
ſemel nupſerit. Bene ſuæ domui præſideat. Sic enim probetur, cùm
ordinationem capiens in Epiſcopatus loco collocatur, ſi ſit honeſtus fidelis, mode-
ratus, ſi vxorem honeſtam habeat, vel habuerit: ſi filios religioſè educatos, & in di-
ſciplina Domini inſtitutos produxerit, ſi domeſtici venerabiliter, reuerenterq́; om-
nes illi obediunt. Nam ſi ſecundum carnem propinqui diſsident ab eo,
& parere ei nolunt, quónam modo, qui extra domum
propinqui futuri ſunt, ei parebunt?

In quibus oporteat probari propoſitum Epiſcopum. Cap. III.

Lucæ 21. PROBETVR igitur an vacet omni culpa in ijs, quæ ad communis vitæ vſum pertinent. Scriptum eſt enim, Exquirite diligenter aſſumédum in ſacerdotium. Sit igitur expers iræ, quoniam, inquit Sapientia: Ira, ſapientes perdit. Sit miſericors, non illiberalis, charitate prædi-

Ioan. 13. ditus: quoniam dicit Dominus, In hoc cognoſcent omnes, quòd mei diſcipuli eſtis, ſi diligetis vos inuicem. Sit facilis ad communicandum, ſtudioſus viduarum, hoſpitalis, promptus ad ſuppeditandum, ac miniſtrádum paratum ſe exhibens, ſine pudore inſeruiens, noſcens quiſnam dignior ſit, vt accipiat. F

Quòd non oportet ſingulis viduis ſuppeditare, ſed aliquando nupta præponenda eſt: & quòd voratori, ebrio, inerti, non eſt miniſtrandum. Cap. IIII.

NAM ſi quæ vidua ſit, quæ poſſit ſibi neceſſarios vitæ vſus parare, alia verò ſit non vidua, ſed tamen quæ vel propter morbum, vel propter alendos filios, vel propter manuum imbecillitatem egeſtate laboret, in hanc potius manum porrigat. Si quis verò helluo, ebrioſus, iners, inopia rerum vitæ neceſſariarum prematur, non eſt is ſubſidio dignus: neque verò Dei Eccleſia. Scriptura enim de ijs inquit,

Prouer. 19. Quoniam abſcondens piger manum ſuam in ſinu, non poterit admouere ipſam in G

Eccleſ. 4. os ſuum. Et rurſum, Piger comprehendit manus ſuas, & comedit carnes ſuas. Om-

Prouer. 23. nis enim ebrius & fornicator mendicabit, & inductur ſciſſa, & lacera ſomnolen-

Ignat. ad Tharſen. tus. Et alibi, Si dederis ad phialas, & calices oculos tuos, poſtea ambulabis nudior piſtillo. Verè enim pigritia mater eſt famis.

Quòd oportet Epiſcopum non eſſe acceptorem perſonarum in iudicando, & moribus moderatum, & victu frugalem. Cap. V.

NE ſit autem Epiſcopus acceptor perſonarum, neque diuitem reuereatur, vel aſſentetur ei, præter id quod decet, neque pauperem contemnat, vel H opprimat. Non accipies enim, inquit Deus Moſi, perſonam diuitis: ne-

Exod. 23. que pauperis miſereberis in iudicio, quoniam domini iudicium eſt. Et

Deuter. 16. rurſum, Iuſtè perſequeris iudicium. In cibo & potu frugalem, & parcum ſe præbeat Epiſcopus, vt poſſit ſobrius eſſe, dum corripit homines carentes diſciplina, nec ſit ſumptuoſus, nec delicatus, nec voluptuoſus, neque bonorum ciborum vorator. Sit autem patiens, longanimis in admonitionibus, copioſus in docendo, meditatione, ac ſtudio inuigilans in Dominicis libris, nimius in lectionibus, vt ſcripturas diligenter exponat. Euangelium interpretur conuenienter Prophetis, & legi. Interpretationes ex lege & Prophetis procedant ad conuenientiam, & ſimilitudi-

Ioan. 5. nem Euangelij. Ait enim Dominus, Scrutamini ſcripturas, quoniã ipſæ teſtimoniú perhibent de me. Et rurſum, De me enim Moſes ſcripſit. Præ omnibus autem diſcriminator bonus ſit, legem, & traditiones diuidens, ac demonſtrãs, quæ ſit lex fideliú, & quod ſit vinculum infideliú, ne quis in vincula incidas. Attende igitur diligenter verbo,

A verbo,ô Epiſcope,vt quatenus fieri poteſt,omnia ad verbũ interpreteris. Et in multa doctrina abundè nutrias,& illumines populum tuũ illuminatione legis. Immittite,enim,inquit Deus,ipſis lumen ſcientiæ,quòd adhuc tempus eſt.

Quòd Epiſcopus non debet eſſe turpis lucri cupidus,nec fideiuſſor,neque Aduocatus. Cap. VI.

NE quærat Epiſcopus turpe lucrum, maximè in gentibus, detrimẽtum patiatur potiùs,quàm inferat: ne ſit iniurioſus, nec rapax,nec expilator,nec diuitiarum cupidus: ne inopes odio habeat,ne ſit loquax,ne falſum teſtimoniũ dicat,ne ſit iracũdus, ne cõtentioſus,ne vitæ negotijs impediatur, ne fideiubeat pro vllo, nec ſit aduocatus in pecuniarũ litibus,ne ſit ambitioſus, nec duplicis mentis,neq; bi-
B linguis,neq; ad calumniam, neq; ad detrahendum præbeat aures, ne ſit hypocrita ad feſta gentium ne accedat,vanis deceptionibus non vtens,ne ſit cupidus, nec auarus: quoniam hæc omnia infeſta Deo ſunt,& dæmonibus amica.Hæc omnia Epiſcopus laicis confirmando denunciet,inducens eos,vt eius mores imitentur. Timoratos enim,inquit,facite filios Iſraël.Sit ſapiens,humilis, præceptor in diſciplinis Domini,bonæ mentis,qui abrenunciauerit omnibus,quæ ſunt in vita, malis ſtudijs, & ,,
omnibus ethnicis cupiditatibus.Sciat bene præcipere,ſit acutus in cognoſcendis malis,ijsq; vitandis: amicus omnibus,iuſtus,iudicio præditus. Et denique quæcunque bona in hominibus reperiuntur,ea Epiſcopus in ſe poſsideat.Quoniam ſi vacauerit iniuſtitia Paſtor,proprios diſcipulos coget, & conſuetudine ſua compellet, vt ſuarum actionum digni imitatores exiſtant, vt inquit quodam in loco Propheta, Et erit ſicut ſacerdos,ſit & populus. Etenim Dominus noſter, & magiſter Ieſus Chri-
ſtus filius Dei,incœpit priùs facere,& poſtea docere, vt inquit Lucas, Quæ incœpit *Iſaiæ 24.*
C Ieſus facere,& docere.Propterea dicit,Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabi- ,,
tur in Regno Dei.Speculatores enim oportet vos Epiſcopos fieri populo:quoniã & ,,
vos ſpeculatorem habetis Chriſtum.Igitur efficiamini vos quoq; boni ſpeculatores ,,
populo Dei: quoniam ait Dominus per Ezechielem, Speculatorem dedi te domui *Ezech. 33.*
Iſraël,& audies de ore meo verbum & cuſtodies.Et annunciabis eum ex me,dicente ,,
me iniquo,Morte morieris,& non locutus fueris,vt auerteres iniquũ ab iniquitate ,,
ſua.Iniquus ille in iniquitate ſua morietur, & ſanguinem illius de manu tua requi- ,,
ram.Tu verò ſi annunciaueris iniquo,vt auertatur à via ſua,& nõ fuerit auerſus,ipſe ,,
in iniquitate ſua morietur,& tu animam tuam liberaſti.Similiter ſi gladius belli ve- ,,
nerit,& conſtituerit populus ſpeculatorem ad cuſtodiam,& videns eum venientem ,,
non indicauerit,& ceperit animam,anima quidem peccato ipſius capta eſt, ſanguis ,,
verò de manu ſpeculatoris requiretur,quoniam non ſignificauit tuba.Si autẽ ſigni- ,,
ficauerit buccina,& non cauerit,qui audiuit,& venerit gladius,& ceperit eum, ſan ,,
D guis ipſius erit ſuper ipſum, quoniam non cauit audiens buccinam: qui verò cauit, ,,
animam ſuam liberauit,& ſpeculator,quoniam ſignificauit, vita viuet. Gladius eſt ,,
iudicium: tuba ſacrum Euangelium: ſpeculator,conſtitutus in Eccleſia Epiſcopus, quẽ oportet annunciantẽ conteſtari,& cõfirmare de iudicio. Niſi annũciaueritis,& conteſtati fueritis populo,in vos peccatũ ignorantiũ recidet.Ideo carentes diſciplina admonete,& redarguite cũ libertate,ignorantes docete, ſcientes confirmate, errantes reducite.Eadem de ijſdem rebus dicentes,non peccabimus fratres. Nam ex frequentibus ſermonibus veriſimile eſt, aliquos pudore deterritos, quamuis ſemel
aliquid boni facturos,& mala declinaturos.Inquit enim per Prophetam Dominus, *Ezech.2.*
Conteſtare ipſis hæc,fortè audient vocem tuam: & rurſum,Si fortè audiant, ſi fortè *Ezech.3.*
quieſcãt.Et Moſes dicit populo,Si auribus audiueris Dominũ Deũ,& feceris bonũ & *Exod 15.*
rectũ in oculis eius.Et rurſum, Audi Iſraël,Dominus Deus tuus vnus eſt.Et Dominus *Exod.20.*
in Euãgelio ſæpe inculcat illud, Qui habet aures audiẽdi,audiat. Et ſapiẽs Salomon *Lucæ 8.*

T 3 dicit,

Prouer. 1. dicit, Audi fili diſciplinam patris tui, & ne abijcias legem tuæ matris. Atque hucuſque quidem non audiuerunt: nam cum audire viderentur, perperàm audiuerunt, relinquentes vnum, ac ſolum verum Deum, in pernicioſas, & graues hæreſes inducti, de quibus alio loco dicemus.

Qualem oporteat eſſe initiatum. *Cap. VII.*

COGNITVM autem ſit vobis, chariſsimi, quòd baptizati in mortem Domini Ieſu, ampliùs peccare non debent. Nam vt mortui peccandi poteſtate ſunt priuati, ſic qui commoriuntur Chriſto, peccandi conſuetudinem amittunt. Quare non credimus, fratres, eum, qui lauacrum vitæ eſt adeptus, poſtea iniquorum flagitia facturum: qui verò poſt baptiſmum peccauit, niſi peccati dolore ſit affectus, & delictis finem faciat, condemnabitur in gehennam.

De eo, qui iniuſtè accuſatur, vel de eo, qui redarguitur. *Cap. VIII.*

SI quis ab Infidelibus per calumniam accuſetur, eo quòd vnà cum eis flagitioſè non viuat, ſciat quòd talis beatus apud Deum cenſetur, quemadmodum in Euangelio Dominus dicit, Beati eritis cùm exprobrauerint vobis, vel perſecuti vos fuerint, vel dixerint contra vos omne malum verbum, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis. Si quis igitur blaſphemiâ patiatur in re falſa, is beatus eſt exiſtimandus. Dicit enim Scriptura, Vir reprobus intentatus apud Deum. Quòd ſi quis aliquam rem iniquam egiſſe conuincatur, is non modò ſibi obfuit, ſed etiam communi Eccleſiæ corpori, & doctrinæ blaſphemiam intulit. Quaſi non facientibus nobis illa, quæ bona eſſe dicimus, & arguemur à Domino: Quoniam dicunt, & non faciunt. Vnde tales verè conuictos, & redargutos vitabit cum libertate Epiſcopus, ſi mores non mutauerint.

Matth. 5. — Matth. 23.

Quòd integrum oportet eſſe Epiſcopum. *Cap. IX.*

NON ſolùm enim offenſione vacare Epiſcopũ oportet, ſed etiam acceptorem non eſſe perſonarum, in bonitate corrigentem peccatores. Quòd ſi ipſe non bona conſcientia præditus, perſonis gratificatus fuerit, propter turpem quandam & quæſtuoſam munerum perceptionem parcet impiè peccanti, permittens eum in Eccleſia manere, negligens diuinam illam, & Dominicam vocem dicentem, Iuſtè quod iuſtum eſt perſequeris, non accipies perſonam in iudicio, non iuſtificabis impium, non capies munera propter animam: munera enim obcœcant oculos ſapientum, & euertunt verba iuſtorum. Et in alijs inquit, Educite malum de vobis. Et Solomon dicit in Prouerbijs, Eijce peſtilentem de conſilio, & exibit cum eo contentio.

Exod. 32. — Deut. 16. — Ioan. 5 — Prouer. 22.

Quòd Epiſcopus ſine iudicio parcens peccatoris, eſt in culpa. *Cap. X.*

IS igitur rebus non attendens, incõſideratè parcet, cui debetur pœna. Quod Saul fecit in Agag, & Heli in filijs, qui nõ nouerãt Dominũ, qui tales eſt, prophanauit propriã dignitatem, & Dei Eccleſiam, quæ ſua parœcia cõtinetur. Iniuſtus eſt ille, & Deo, & ſanctis hominibus, vt qui cauſam ſcandali dederit multis nuper illuminatis, & Catechumenis, atq; ætate iuuenibus, quẽ væ manet, & mola aſinariam

A ria in collo,& profundũ,cui obnoxius factus eſt. Nã propter omiſsi iudicij iniquitatem,videntes talem virum ſibi præeſſe,ipſi inter ſe diſceptabunt,lapſique in eundẽ morbum,vnà cum illo interire cogentur, vt populus cùm Roboam & cum Core,ij, qui cum adiuuerunt.Quòd ſi peccator cernet Epiſcopum,& Diaconos criminis expertes, & gregem purgatum, primùm non audebit per contemptum in Eccleſiam intrare,percuſſus conſcientia. Quòd ſi id nihili faciens ingredietur, continuò refutabitur,vt Ozar cùm arcam attrectaſſet, & vt Achar in furto muneris, & vt Giezi in pecunijs Naaman: & ſtatim pœnas dabit,vel correptus à Paſtore in pœnitentiam reducetur. Circumſpiciens enim omnes ſigillatim,& in nullo maculam inueniens, neque in Epiſcopos, neque in populo ſibi ſubiecto pudore affectus cum multis lachrymis egredietur,pacificè commotus,& grex relinquetur purgatus: ille verò ingemiſcet in conſpectu Dei,& pœnitentiam aget de ijs quæ peccauit,& habebit ſpem,grexque totus cernens illius gemitum, admonebitur, quòd peccator, ſi pœnitentiam e-B gerit,non perit.

2.Reg.6. *Ioſ.7.* *4.Reg.5.*

Quomodo oporteat Epiſcopum iudicare eos,qui peccant Cap. XI.

CVARE, ô Epiſcope, ſtude mundicie operum excellere, cognoſcens locum ac dignitatem tuam,tanquam locum Dei obtinens,eo quòd præes omnibus Dominis,ſacerdotibus,Regibus,Principibus,patribus, filijs,magiſtris,atque ſubditis ſimul omnibus.Sicque in Eccleſia ſede cùm ſermonem facis, vt poteſtatem habens iudicandi eos, qui peccauerunt: quoniam vobis Epiſcopis dictum eſt, Quodcunque ligaueritis ſuper tærram, erit ligatum in cœlo, & quodcunque ſolueritis ſuper C terram,erit ſolutum in cœlo. *Matth. 18.*

Doctrinam, quomodo oporteat ſe gerere cum pœnitentibus, & huius rei exempla varia. Cap. XII

IVDICA igitur, ô Epiſcope cum poteſtate,tanquam Deus, ſed pœnitentes recipe. Deus enim,miſericordiarum Deus eſt.Increpa peccantes, admone eos qui non conuertuntur, hortare ſtantes vt perſeuerent in bonis, pœnitentes recipe: quoniam Dominus Deus cum iureiurando promiſit remiſsionem ſe conceſſurum pœnitentibus de ijs, quæ peccauerunt. Dicit enim per ipſum Ezechiel, Dixi eis: Viuo ego dicit Dominus Adonai.Si voluero mortem peccatoris, ſed vt conuertatur impius à via ſua mala & viuat. Conuertimini igitur à vijs veſtris malis, & vt D quid moriemini domus Iſrael? Hic ſermo fiduciam dedit peccatoribus, vt ſi pœnitẽtiam egerint,ſalutis ſpem habeant,ne aliquando ſenſu doloris amiſſo,ſe tradant iniquitatibus ſed habentes ſpem ſalutis, conuerſi clament ad Deum pro peccatis ſuis, & pœnitentiam agant ex corde. *Paul. 2. ad Corinth.*

Quòd oportet fugere experientiam peccatorum. Cap. XIII.

NOS verò,qui non peccauerunt, tales manere oportet,neque deſcẽdere ad experientiam peccatorum, ne opus habeant dolere,triſtitia gemitu pro remiſsione. Quid enim ſcis homo cum peccaſti,ſi vnum diem victurus es in hac vita,vt pœnitentiam agere poſsis? quoniam incetrus eſt tuus è vita diſceſſus,& in peccato morienti,nulla pœni-

Pſalm.6. tentia relinquitur vt inquit per Dauid, In inferno quis confitebitur tibi? Oportet E
Proue. 24. igitur paratum eſſe in bonis, vt ſine triſticia illud iter peragamus. Propterea horta-
tur diuinus ſermo per ſapientem Solomonem dicens, Tibi præpara in exitum ope-
Matth.25. ra tua, & para in agrum ne deſit nobis aliquid ex bonis: quemadmodum quinque in
Euangelio virginibus ptopter ſtulticiam defuit pietatis oleum, & extinctis diuinæ,
cognitionis lampadibus, expulſæ ſunt à ſponſo. Propterea ſecurus manet omnis, qui
vitæ ſuæ parcit, & perſeuerat ſine peccato, vt iuſtitias á ſe prius peractas, ſibi conſer-
uet. Tu igitur ita iudica tanquam Deus iudicium exercens. Iudicium enim, inquit,
Exod.23. Domini eſt. Primùm igitur poteſtate reum iudica, deinde cum miſericordia, hu-
manitate, & indulgentia eum concilia, promittens ei ſalutem, ſi morem mutauerit,
& ad pœnitentiam redierit. Pœnitentem corripiendo recipe, memor Domini dicen
Lucæ.15. tis, Quod gaudium ſit in Cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.
F

De dicentibus recipiendum non eſſe pœnitentem. Cap. XIIII.

Pſalm. 73. SI pœnitentem non receperis, inſidiatoribus trades, oblitus Dauid
Ierem.8. dicentis, Ne tradas beſtijs animam confitentem tibi. Ideo inuitans
& eandem ad pœnitentiam Ieremias inquit, Non cadens non reſurgit, vel ſe
habet ſen- conuertens non conuertitur? Quoniam conuerſus eſt populus me-
tentiã Ig- us conuerſione audaci, & deuicti ſunt in electione ipſorum. Con-
nat. ad E- uertimini, qui elongati eſtis, & ego medebor cõtritionibus veſtris.
phe. Recipe igitur pœnitentem, ſine vlla dubitatione omnino, neque impediaris ab ijs,
qui crudeliter dicunt, non oportere cum ijs coinquinari, neque ſermonis commu-
nionem habere. Hæc enim conſilia ſunt hominum ignorantium Deum, atque eius
prouidentiam de agreſtibus beluis, feriſque indomitis. Non enim vident quòd o- G
Eze.18. portet non communione ſermonis cauere à peccatoribus, ſed operis. Iuſtitia enim
Eze.14. iuſti ſuper ipſum erit, & iniquitas iniqui ſuper ipſum erit. Et rurſum, Terra ſi pecca-
uerit mihi, vt præuaricetur præuaricationem, & extendam manum meam in illam,
& conteram ſuper eam virgam panis, & immittam famem, & exterminabo ab ea ho
minem, & iumentum. Et ſi fuerint tres viri in medio eius, Noë, Iob, & Daniel, ij in
iuſtitia ſua ſaluabunt animas ſuas, dicit Dominus Adonai. Manifeſtè declarauit
Scriptura, quod iuſtus ſi vixerit cum iniquo, non perit cum eo. In hoc enim Mundo
iuſti, & iniuſti vnà congregantur ſocietate vitæ, non ſanctitatis, neque in hoc pec-
Ignat. ad cant ſancti. Imitatores enim ſunt patris ſui, qui eſt in Cœlo, qui Solem ſuum oriri
Philadelph facit ſuper iuſtos & iniuſtos: & pluit ſuper bonos & malos, & nullum ex hoc peri-
Matt.5. culum imminet iuſto: nam in ſtadio & victores cernuntur, & victi, in corona ſoli,
2. Timo. 2. qui generoſe certauerunt. Nemo verò coronatur, niſi qui legitimè certauerit. Vnuſ
Geneſ.7. quiſque de ſe confitebitur, & non perdet Deus iuſtum cum iniuſto: quoniam apud H
Gene.19. eum expers peccati vita immunis eſt à ſupplicio: nam nec Noë aqua obruit, neque
Ioſue.2. Lot incendio conſunpſit, neque Raab vna cum alijs interemit.

Quòd nemo pro alio punitur, ſed vnuſquiſque pro ſe rationem reddit. Cap. XV.

QVOD ſi ſcire vultis ea quæ nobis euenerunt. Iudas cùm eſſet nobiſ-
cum accepit ſortem miniſterij eam, quam nos accepimus, & Simon
Magus accepit ſigillum in Domino. Sed vterque cùm ſe prauum o-
ſtendiſſet, alter ſuffocatus eſt, alter contra naturam volans attritus
eſt. Et in arca Noé, & filij eius erant, ſed ſolus Cham improbus re-
pertus, in filio pœnas dedit. Quanquam parentes pro filijs non pu-
niuntur,

A niuntur, neque filij pro parentibus neque ſerui pro Dominis, neq; propinqui pro propinquis, neque amici pro amicis, neque iuſti pro iniuſtis, ſed vnuſquiſque de ſuis operibus rationem eſt redditurus. Nam neq; Noë pro Mundo pœnas pendit, neque Lot pro Sodomitis igne flagrauit, neque Raab pro Ierichuntijs interfecta eſt, neque Iſraël pro Aegyptijs. Non enim cohabitatio condemnat iuſtos cum iniuſtis, ſed eiuſdem propoſiti, ac voluntatis conſenſio. Non oportet igitur ad cædem paratis, necijs, qui odio homines habent, neq; criminum ſtudioſis, & per occaſionem mortem inferentibus, mentem adhibere: alius enim pro alio mortem non ſubit, ſed priorum peccatorum catenis vnuſquiſq; conſtringitur, & ecce homo & opus eius.

Quòd oportet infirmis in fide, opem ferre. Cap. XVI.

B OPORTET autem vos opem ferre infirmis periclitantibus, & errantibus, & quoad fieri poteſt ſermonis exhortatione ſanare eos, & liberare à morte: non enim opus habent, qui valent, medico, ſed qui ægrotant: quoniam non eſt voluntas coram Patre, vt pereat vnus ex paruulis. Non enim hominum duri cordis voluntatem expende- *Matt.18.* re oportet, ſed Dei & Patris cunctorum, quæ eſt per Chriſtum Dominum noſtrum, cui honor in ſecula. Amen.

Quòd non oportet Epiſcopum obſequi laico ſeditioſo. Cap. XVII.

C NON enim eſt ęquum, caput cùm ſis, ô Epiſcope, caudę obſequi, hoc eſt, laico homini ſeditioſo in alterius perniciem, ſed Deo ſoli. Imperare enim debes ſubditis, non parere: nam neque filius imperat patri ſecundum originis rationem, nec ſeruus Domino ſecundum poteſtatis rationem, neq; diſcipulus magiſtro, neq; miles Regi, ita neque laicus Epiſcopo: nam quod dicitur, Ne videantur cum iniuſtis conſuetudinem habentes, ſermonis doctrina quaſi contagione inquinari, vel communicare cum eorum peccatis. Ezechiel præcidés hanc improborum ſuſpicionem, *Cap.18.*
inquit: Quid vos dicitis ipſis parabolam hanc in terra Iſraël? Patres comederunt vuã ,,
acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Viuo ego dicit Adonai Dominus. Si di- ,,
cetur in vobis hæc parabola in Iſraël, quóniam omnes animæ meæ ſunt: Quomodo ,,
anima patris, ita anima filij mei eſt: anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Vir autem ,,
qui erit iuſtus faciens iudicium & iuſtitiam. Et deinceps exponens reliquas virtutes ,,
concludit dicens, quòd hic iuſtus eſt, vita viuet, dicit Dominus Adonai. Et ſi genue- ,,
D rit filium peſtilentem fundentem ſaguinem, & in via patris ſui iuſti non ambulaue- ,,
rit. Et ſubiungens reliqua, quæ ſequũtur, tandem infert, Vita non viuet, omnes ini- ,,
quitates has fecit, morte morietur. Sanguis eius ſuper ipſum erit. Et dicere quòd nõ ,,
portauit filius iniquitatem patris, & iuſtitiam ipſius, qui iuſtitiam, & miſericordiam ,,
fecit, & dices eis, Anima, quæ peccauit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatẽ ,,
patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper ipſum erit, & iniqui ,,
tas iniqui ſuper ipſum erit. Et paulò pòſt ait, Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fe- ,,
cerit iniuſtitiam, ſecundum omnes iniquitates non recordabuntur: in præuaricati- ,,
one, quam pręuaricatus eſt, & in peccato, quo peccauit, in eo morietur. Et poſt pau- ,,
ca infert, Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam fecit, & fecerit iudicium, ,,
& iuſticiam, hic animam ſuam ſeruauit, & auertit ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, ,,
quas fecit, vita viuet & non morietur. Et infra, Secundum vias veſtras iudicabo vos, ,,
domus Iſraël, ait Dominus Adonai. Videte filij noſtri chariſsimi quã miſericors cũ ,,
iuſticia ſit Dominus & Deus noſter, bonus & benignus, qui innocentẽ non abſoluit.

reum,

reum & ſe conuertentem recipit, atque viuificat, non relinquens ſuſpicandi locum E
acerbè iudicare volentibus, ac omnio declinare peccantes, & nullam ſocietatem
cum eis habere ſermonum conſolatoriorum, qui ad pœnitentiam poſsint inducere.
Contra quos Deus per Iſaiam inquit Epiſcopis, Conſolamini conſolamini populum meum, Sacerdotes loquimini ad cor Ieruſalem.

Quod oportet Sacerdotem neq; contemnere peccata, neq; eſſe promptum ad puniendum Cap. XVIII.

OPORTET igitur vos, ipſum audientes, hortari eos, qui in peccatum inciderunt, & ad pœnitentiam inuitare, & bonam ſpem inijcere, F
ac non exiſtimare vos delictorum communionem habituros ob charitatem, quæ erga illos oſtenditur. Libenter verò pœnitentes admittere, gaudentes illorum cauſa cum miſeriordia, & humanita-
Ignat. ad Philad. te, iudicantes eos, qui deliquerunt. Nam ſi aliquem in ripa fluminis ambulantem, & labi incipientem, baculo impuleris, & in flumen deieceris, cui potius manum eras porrecturus, certè occidiſti fratrem cum labenti dexteram præbere debeas, ne penitus intereat, vt populus admoneatur, & ne qui peccauit, omnino pereat. Oportet autem te, Epiſcope, neque contemnere populi peccata, neque
Iſa.62. „ pœnitentes vitare, ne tanquam imperitus corrumpas gregem Domini, & vile efficias eius nomen nouum, quod eſt impoſitum eius populo, & exprobrabitur tibi, ſicut
Iere.12. „ antiquis paſtoribus, de quibus Dominus per Ieremiam dicebat. Paſtores multi corruperunt vineam meam, inquinauerunt hæreditatem meam. Et alibi, Contra pa-
Iere.23. Mala.1. ſtores incitatus eſt furor meus, contra agnos iraſcar. Et in alijs, Vos ſacerdotes, qui G
vilificatis nomen meum.

De pœnitentia, & quis ſit eius modus, & quomodo rectè peragatur. Cap. XIX.

CVM aliquem peccauiſſe cognoueris, exacerbatus iube eum foras eijci, & exeunte illò exacerbentur diaconi, ac quæſitum detineant
Luc.13. extra Eccleſiam, ingreſsique pro eo te rogent: etenim pro peccatoribus Saluator patrem rogauit, vt in Euangelio eſt ſcriptum, Pater dimitte eis, non enim ſciunt quid faciunt. Tunc tu iubebis illum intrare & expendens an pœniteat, & dignus ſit, qui in Eccleſiam
omnino recipiatur, afflictum illum diebus ieiuniorum pro ratione peccati hebdo- H
madas duas, vel tres, vel quinque, vel ſeptem, dimitte, dicens ei quęcunque conueniunt ad peccatorem corripiendum, & increpatum doce, & admone, vt maneat apud ſe, & humiliter ſe gerat, rogetque Deum, vt ſit ſibi benignus, & dicat, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quoniam apud te eſt propitiatio. Nam quiddam huiuſmodi inuenit illud, quod in Geneſi dictum eſt Cain. Pec-
Gen.4. caſti, quieſce: hoc eſt, ne addas. Nam quod eum, qui deliquit, oportet proprij delicti pudore affici, ſatis demonſtrat ſermo Moſis pro Maria dictus, quando rogabat vt ei peccatũ remitteretur. Ait enim DEUS Moſi, Si Pater eius ſpuiſſet in faciem illius, non-
Num.12. ne verecundia affecta eſſet? ſeptem dies eijciatur extra caſtra, & poſtea ingrediatur. Idem nos facere debemus, & eos qui ſe peccatorum pœnitere dicunt, ſegregare per certum tempus ſecundum proportionẽ peccati, deinde pœnitentia peracta, recipere tanquam patres filios.

Quòd

Quod ſine reprehenſione oportet eſſe Epiſcopum, tanquam formam ſubditorum. Cap. XX.

QVOD ſi Epiſcopus ipſe in offenſione fuerit, quomodo amplius prodibit ad quærendum crimen alicuius? vel ad coarguendum aliquẽ cùm ob gratificationem perſonarum, vel ob munerum perceptionem nec ipſe, neq; Diaconi bonæ conſcientiæ prædici fuerint? Nam cùm Magiſtratus petit, & iudex capit, nunquam ad finem perducitur iudicium. Quod ſi cum furibus ſocietatem habeant, & iudicio viduarum non attendant, non poterunt qui Epiſcopo ſubſunt. adiuuare Epiſcopum: dicent enim ei quod eſt in Euangelio ſcriptum, Quid aſpicis, feſtucam in oculo fratris tui, trabem verò in proprio oculo non conſideras? *Matt.7.* Caueat igitur Epiſcopus cum ſuis Diaconis, vt audiat ſermonem huiuſmodi, hoc eſt, ne det occaſionem.
B Nam peccator cùm vidit aliquem ſimilia ſuorum operum facientem, couſirmatur, vt eadem faciat. Deinde improbus ex illo vno occaſionẽ accipiens, cum alijs operatur (quod abſit) atq; ita peruertitur ouile. Cùm enim plures ſunt peccantes, maior exiſtit improbitas, quę ab illis committitur. Peccatum enim non repreſſum, fit deterius, & in alios graſſatur: Quoniam paruum fermentum totam maſſam corrumpit, *Gal 5.* & fur vnus vniuerſæ genti fraudem illam inuehit, & muſcæ mortuæ corrumpunt vnguenti ſuauitatem, *Eccle.10.* " & Rex ſi audiat ſermoñem iniuſtum, omnes eius miniſtri fiunt iniuſti; " ſic ouis ſcabioſa cum alijs communicat morbum, niſi ſeparentur ab ea oues integræ: *Prou.19.* " & homo peſtilens à multis cauendus eſt: & canis rabidus, niſi coërceatur, periculoſus eſt omnibus, quos attigerit. " Si igitur hominem iniquum ab Eccleſia non ſeparemus, faciemus domum Dei ſpeluncam latronum: " non enim oportet in peccantibus conniuere, ſed coarguere, admonere, vrgere, ieiunijs affligere, vt alijs timorem incutias: " Timoratos enim (inquit) facite filios Iſraël.
C Oportet enim Epiſcopum peccatorum prohibitorem per admonitionem effici, " iuſtitiæ ſcopum, præparatorum à " Deo bonorum præconem, & futuræ in iudicio iræ nuncium, ne Dei plantationem ob negligentiam contemnens, audiat quod in Oſea dictum eſt, Quare reticuiſtis impietatem, & fructum eius vindemiaſtis. *Oſe.10.*

Quòd oportet Epiſcopum curare, ne populus peccet, cùm ſit eius ſcopus. Cap. XXI.

OMNIVM curam habeat Epiſcopus, eorum, qui non peccauerunt, vt perſeuerent ſine peccato, & eorum, qui peccant, vt pœnitentiam agant. Dicit enim Dominus vobis, Videte ne contemnatis vnum ex paruulis iſtis. *Matth. 18.*
D Et pœnitentibus remiſsionem concedere oportet: nam eo ipſo quo delinquens, verò affectu dicit, Peccaui in Dominum: reſpondet Spiritus ſanctus, Dominus remiſit tibi peccatum: confide, non morieris. Recognoſce igitur, ô Epiſcope, dignitatem tuam, quòd ſicut ligandi poteſtatem accepiſti, ſic etiam & ſoluendi. Obtinens igitur ſoluendi poteſtatem, recognoſce te ipſum, & ſecundum dignitatem loci tui, in hac vita verſare, ſciens quòd de pluribus rebus ratio abs te requiretur. Cui enim (inquit) depoſitum eſt multum, abundantius repetetur ab eo. *Luc.12.* Nam peccati expers reperitur nemo, excepto eo, qui propter nos factus eſt homo: Quoniam ſcriptum eſt, Nemo *Iob.25.* Mundus à ſordibus, neque ſi vnum diem vixerit. Atque ob hanc cauſam veterum iuſtorum, & Patriarcharum, vitæ conſuetudine(que conſcriptæ ſunt, non vt ijs exprobremus, cùm illa legimus, ſed vt nos pœnitentiam agamus [illegible] bonam ſpem habeamus nos remiſsionem conſecuturos. Nam in illorum [illegible] noſtra ſecuritas, & admonitio cõſiſtit, quòd veniam obtinebimus. Scriptum eſt enim,

Quis

Prouer. 20. Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? vel quis confidit mundum ſe eſſe à peccato? E
Nemo igitur ſine peccato viuit. Tu igitur, quo ad potes, conare reprehenſione ca-
rere, & de omnibus ſollicitus eſto, ne quis propter te ſcandalum paſſus pereat. Lai-
cus enim de ſe ſolo eſt ſollicitus, tu autem de omnibus, vt qui maius onus habes, &
grauius ſuſtines pondus. Scriptum eſt enim, Et dixit Dominus ad Moſem & Aaron,
Num. 18. Accipietis peccata ſacerdotij. Quare tanquam de pluribus rationem redditurus, de
,, omnibus curam ſuſcipe: ac ſanum quidem conſerua, peccantem caſtiga, & ieiunio
afflictum remiſsione releua, & ingemiſcentem recipe, omni Eccleſia pro illo rogan-
te, manuque ei impoſita permitte, deinde illum eſſe in ouili. Somnolentos autem
& inertes conuerte, confirma, hortare, cura, ſciens quãta merces tibi parata ſit, cùm
hæc facis, quemadmodum contra quantum periculum tibi immineat, ſi hæc negli-
Cap. 34. gas. Inquit enim negligentibus populum Epiſcopis Ezechiel, Væ paſtoribus Iſraël,
,, quoniam paſcebant ſemetipſos: non greges paſcunt paſtores, ſed ſeipſos. Lac come-
,, ditis, & lanis induimini, craſſum occiditis, oues non paſcitis. Quod infirmum fuit, F
,, non conſolidaſtis: & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod confractum, non alligaſtis:
,, quod abiectum eſt, non reduxiſtis: & quod perierat, non quæſiſtis, ſed in potentia
,, corrigebatis illas, & cum ſuperbia: & diſperſę ſunt eo quod non eſſet paſtor: & factę
,, ſunt in deuorationem omnibus feris ſyluæ. Et rurſum, Et non quæſiuerunt paſto-
,, res oues meas, & paſcebant paſtores ſeipſos, oues autem meas non paſcebant. Et pau
,, lò pòſt, Ecce ego aduerſus paſtores, & exquiram ego oues meas de manu ipſorum,
,, & ceſſare faciam eos ne paſcant oues meas, & non paſcent ampliùs paſtores ſeip-
,, ſos, & liberabo oues meas de manu ipſorum, & non erunt ipſis in eſcam. Et ſubiun-
,, git, populo dicens, Ecce ego iudicabo inter ouem & ouem, arietem & arietem. Nũ
,, parum erat vobis quòd paſcua bona depaſcebatis, & reliquias paſcuarum conculca-
,, ſtis pedibus veſtris, & oues conculcationes pedum veſtrorum comedebant? Et pau-
,, lò pòſt ſubiungit, Et cognoſcetis quòd ego Dominus, & vos oues paſcuarum mea- G
,, rum. Homines mei eſtis, & ego Deus veſter dicit Dominus Adonai.

Quòd paſtor negligenter ſe gerens cum ouibus, pœnas dat, & ouis non obediens paſtori, punitur. Cap. XXII.

AVDITE Epiſcopi, & audite laici quomodo dicit Deus, Iudicabo inter arietem, & arietem, & inter ouem, & ouem. Et ad paſtores dicit, Iudicabimini propter imperitiam veſtram, & perditionem ouium. Hoc eſt, Inter Epiſcopum & Epiſcopum iudicabo: & inter laicum & laicum, & inter Principem & Principem. Sunt enim rationales hę oues, & hi arietes, non irrationales, ne fortè dicat laicus, ego ouis ſum, non paſtor, & nullam rationem mei habeo, ſed paſtor videbit, & ipſe ſolus de H ſe me rationem eſt redditurus. Nam quemadmodum ſi ouis bonum paſtorem non ſequatur, lupis exponitur ad interitum: ita ſi malum paſtorem ſequatur, in euidentem mortem incidit: vorabit enim eam paſtor. Quare fugiendi ſunt paſtores pernicioſi.

Quomodo oporteat ſubditos obedire præſidentibus Epiſcopis. Cap. XXIII.

PASTOREM bonum laicus honoret vt Dominum, vt Pontificem
Luc. 10. Dei, vt Magiſtrum pietais. Nam qui illum audit, Chriſtum audit:
,, & qui illum ſpernit, Chriſtum ſpernit: qui verò Chriſtum non reci-
,, pit, non recipit eius Deum ac patrem. Nam qui vos audit, inquit,
me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, ſpernit eũ

A qui miſit me. Item Epiſcopus laicos, vt filios diligat, fouens ac complectens charitatis ſtudio tanquàm oua ad pullos procreandos, vel tanquam pullos in vlnis tenens ad educandas gallinas: omnes admonens, omnes, qui quidem reprehenſione opus habent, obiurgans, ſed non percutiens, adigens ad pudorem, ſed non ad euerſionem, caſtigans ad conuerſionem, coarguens ad correctionem, & rectitudinem viæ. Quod eſt validum conſerua, hoc eſt, quod eſt firmum, fide ſecurum cuſtodi, populum pacificè paſcens: infirmum conſolida, hoc eſt, quod tentationem patitur, admonitione confirma. Aegrotum ſana, hoc eſt, quod laborat ex fide in incertitudine, per doctrinam cura. Fractum alliga, hoc eſt, quod errauerat, vel quod comminutum, vel diſruptum fuerat peccatis in errore viæ, alliga per conſolatoriam admonitionem, leuatum delictis & bona ſpe iniecta recreatum: ſic robuſtum ad Eccleſiam reuoca, reducens ad gregem. Abiectum reſtitue, hoc eſt, in peccatis repertum, & in pœnam ſegregatum, non permittens foris manere, ſed apprehendens & conuer-B tens reduc ad ouile, hoc eſt, ad populum immaculatæ Eccleſiæ. Quod perierat quære, hoc eſt, eum qui ob multitudinem peccatorum de ſalute deſperauerat: ne ſinas funditus interire eum, qui ob multum torporem atque inertiam, ſomnolentus factus eſt, & qui propter grauem ſomnum, ſuæ vitæ eſt oblitus, & à proprio ouili ita longè diſceſsit vt in lupos incideret, tu require, & correptum conuerte, & ſobrium eſſe hortare, atque ſpem inijce, non permittens illum dicere id, quod à quibuſdã dicitur, Quod impietates noſtrę in nobis ſunt, & in ipſis tabeſcimus, & quónam modo inuenimus? Si igitur fieri poteſt, transferat in ſe Epiſcopus peccatum, & dicat ei, qui peccauit, Tu modò conuertere, & ego morem debitam tibi, in me ſuſcipio vt Dominus mortem nobis & omnibus debitam, in ſe ſuſcepit. Nam bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: mercenarius autem, qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, hoc eſt, diabolum, & relinquit oues, & fugit, & lupus diripit eas. Intelligere igitur oportet, quòd cùm er-C ga peccatores miſericors ſit Deus, cum iureiurando pœnitentiam promiſit. Qui ergo peccat, & promiſsionem Dei pœnitentiæ ignorat, & longanimitatem, ac patientiam eius neſcit: præterea verò ſanctas Scripturas eam prædicantes cognitas non habet, vt qui abs te eas non didicerit, is ad interitum ruit: tu verò tanquam paſtor beneuolus, & cuſtos bonus, inueſtiga numerans gregem, & quod deeſt, quære, quemadmodum Dominus Deus, & bonus Pater noſter, cùm miſiſſet filium ſuum paſtorem bonum, & ſaluatorem, Magiſtrum noſtrum Ieſum, mandauit ei vt relinqueret nonaginta nouem in montibus, vt pergeret ad quærendam errantem, & inuentam, ſuper humeros attolleret, & ad gregem ferret lætus quòd perditam ouem reperiſſet. Eodem modò te obedientem præbe, ô Epiſcope, quærens quod perierat, dirigens, quod aberrauerat, reducens quod receſſerat: poteſtatem enim habes reducendi, & abſoluendi vulneratos in remiſsione. Propter te Saluator dicit Paralytico in peccatis, Remittuntur tibi peccata. Fides tua te ſaluauit, vade in pace. Pax autem, & D portus tranquillus eſt, Dei Eccleſia, cui abſoluendo peccatores reſtitue ſanos, immaculatos, alacres, ſtudioſos, laborioſos in operibus bonis. Vt peritus & clemens Medicus medere omnibus in peccato errantibus: non enim opus habent, qui valent, medico, ſed qui ægrotant. Venit enim filius hominis ſaluare, & quærere quod errauerat. Quoniam ergo medicus es Eccleſiæ Dei, adhibe medicamentum accommodatum vnicuique ægroto: Omnibus modis cura, ſana, ſaluos reſtitue Eccleſiæ. Paſce gregem: noli cum ſuperbia præeſſe tanquam dominans, ſed tanquam paſtor bonus in ſinum congregans agnos, & pregnantes conſolans.

Ioan.10. *Matt.9.* *Ignat.ad Polyc.* *1.Pet.5.* *Eſa.40.*

Periculoſum eſſe, reo non audito, iudicare, & pœnam in reum ſtatuere, antequam ſermone redargutus ſit. Cap. XXIIII.

SIt autem probus, bonus, manſuetus, ſimplex, verus, non durus, E
non contumax, non immanis, non glorioſus, non miſericordiæ ex-
pers, non inflatus, non acceptor hominum, non tumidus, non du-
plex, non illudens populis ſubiectis, non abſcondens ab eis Dei le-
ges, & ſermones de pœnitentia, non promptus ad eijciendum, & ex
pellendum, ſed cautus: non obiurgator, non præceps, non admit-
tens teſtimonium contra aliquem ſine tribus teſtibus, ijſque, quorum mores pridē
ſint teſtimonio probati, & qui neque inimicitijs, neque inuidia ducantur. Reperi-
untur enim multi, qui aliorum malis lætantur, dicaces, triplices linguæ, fratres non
odio habentes, operam dantes, vt Chriſti oues diſsipent: quorum ſermones ſi teme-
rè audire voles, diſperges tuum ouile, & trades lupis in cibum, hoc eſt Dæmonibus
& prauis hominibus, ſed in figura humana feris, Ethnicis, Iudæis, & hæreticis im-
Ioan. 8. pijs. Nam ad expulſum ab Eccleſia, ſtatim accedunt pernicioſi lupi, & eum tãquam
agnum vorare exiſtimant, ſuum lucrum illius interitum credentes. Etenim horum F
pater diabolus homicida eſt. Et qui ob temeritatem iudicij tui iniuſtè damnatus eſt,
mœſtitia affectus, & imbecillitate animi oppreſſus, vel ad gentes transfugiet, vel hæ-
reſibus impedietur, & omnino ab Eccleſia atque à ſpe in Deum abalienabitur, &
implicabitur impietati: tuque illius interitus reus efficieris. Non enim eſt æquum
promptum eſſe ad eijciendum peccatores, tardum ad recipiendum reuertentem, &
Prou. 1. paratum ad abſcindendum, durum ad ægrotos curandum. Nam te talibus diuina
Scriptura dicit, Pedes eorum in malitiam currunt, veloces ſunt ad effundendum ſan
guinem. Contritio & labor in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non eſt
Matt. 7. timor Dei ante oculos eorum. Via pacis eſt Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui do-
cuit nos cùm dixit, Remittite, & remittetur vobis: date & dabitur vobis: hoc eſt, da-
te remiſsionem peccatorum, & remittentur vobis delicta, quemadmodum & per
orationem, nos inſtituit vt Deo diceremus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &
nos dimittimus debitoribus noſtris. Niſi ergo vos dimiſeritis peccatoribus, qua ra- G
tione remiſsionem peccatorum veſtrorum obtinebitis? Nonne contrà ipſi vos ali-
gamini dicentes dimittite cùm non dimittitis? Nonne veſtro ipſorum ori aduerſa-
mini, dicentes, dimittimus, non dimittentes? Scitore enim quòd, qui innocentem e-
ijcit, vel redeuntem non recipit, interfector fratris exiſtit, & eius ſanguinem fundit,
vt Cain ſanguinem Abel fratris: ſanguiſq; eius clamans ad Deum requiretur. Nam
iuſtus ab aliquò iniuſtè occiſus, in requiete apud Deum manebit in æternum. Eo-
dem modo ſi quis temerè ab Epiſcopo fuerit eiectus. Ille, qui eiecit innocentem, tan
quam peccatorem, acerbior interfector cenſetur, cùm non reſpiciat ad Dei miſeri-
cordiam, nec memor ſit illius erga pœnitentes bonitatis, neque talium rerum ſco-
pus habeat eos, qui multitudinis peccatorum in pœnitentia remiſsionem impetra-
uerunt. Quare audacior exiſtimandus eſt interfectore corporali is, qui inſontem
reijcit: eodem modo qui pœnitentes non recipit, diſsipat quæ Chriſti ſunt, contra
Pſalm. 150. illum veniens. Nam vt Deus iuſtus eſt in peccatoribus condemnandis, ſic etiam mi- H
ſericors in pœnitentibus recipiendis. Miſericordiam enim, & iudicium canebat de
eo pius Dauid.

Quòd magnum exemplum pœnitentiæ proponitur nobis Dauid, & Neniuitæ & Ezechias & eius filius Manaſſes: Cap. XXV.

NECESSE eſt autem, Epiſcope, vt ante oculos habeas exempla præ-
teritorum, ijſque peritè vtaris ad regendum eos, qui vel aſperis, vel
lenioribus opus habent ſermonibus. Præterea verò æquum eſt, vt
in iudicando, Dei ſententiam ſequaris: & ſi Deus iudicat peccato-
2. Reg. 12. res, val conuerſos, item tu eodem modo iudices. Etenim nonne
Dauid lapſum increpatum per Natham dicentemque ſe pœnitere,

continuò

A continuò morte liberauit? inquiens, Confide,non morieris. Ionam nolentem Ni-
neuitis prædicare, iuſsit à mari atque à Cete deuorari, orantem in ventre Cete ab
interitu in vitam reduxit. Ezechiam paululum in ſuperbiam elatum cum lachrymis
rogantem, crimine liberauit. Audite, ô Epiſcopi, vtile ad tales res exemplum. Scri- *Reg.4.c.21.*
ptum eſt enim in quarto Regum, & in ſecundo Paralipomenon libro dierum, his
verbis, Et mortuus eſt Ezechias, & regnauit filius eius Manaſſes: duodecim anno-
rum erat cùm regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinque annis ragnauit in Ieru-
ſalem:& nomen matri eius Epſiba. Fecitque malum in conſpectu Domini, non
abſtinuit ab abominationibus gentium, quas exterminauit Dominus à facie filio-
rum Iſraël: & conuerſus eſt Manaſſes & ædificauit excelſa, quæ diſsipauit Ezechias
pater ipſius, & ſtatuit columnas Baal, & erexit altare Baal,& fecit Lucos ſicut fece-
rat Achab Rex Iſraël.Et fecit altare in domo Domini,in quo dixit Dominus ad Da-
uid & ad Solomonem filium eius, Quoniam in ipſo ponam nomen meum. Et ſta-
B tuit Manaſſes altare,& in ipſo ſeruiuit Baal, & dixit, Erit nomē meum in æternum:
& ædificauit altaria in duobus atrijs domus Domini militiæ cœli. Et ipſe traduxit
filios ſuos per ignem in Gebenænom, & ariolatus eſt, magiciſque artibus operam
dedit, & habuit Pythones, vates, coniectores, & Seraphin: & abundauit vt faceret
malum in oculis Domini, vt irritaret eum. Et poſuit fuſile, & ſculptile luci imagi-
nem, quam fecit in domo Domini in quo elegit Dominus ponere nomen ſuum il-
lic in Ieruſalem ſancta ciuitate in æternum, & dixit, Non faciam pedem meum mo-
ueri à terra Iſraël,quam dedi patribus ipſorum.Verum ſi cuſtodiuerint omnia quæ-
cunque mandaui ipſis ſecundum mandatum, quod mandauit ſeruus meus Moſes,
& non audiuerunt.Et ſeduxit eos Manaſſes vt facerent malum in cōſpectu Domini
ſuper gentes, quas deleuit Dominus a facie filiorum Iſraël. Et locutus eſt Dominus
ad Manâſſem, & ad populum eius in manu Prophetarum ſeruorum eius dicens, Eo
quòd fecit Manâſſes Rex Iuda abominationes has malas, ab omnibus quæ fecit A-
C morræus in conſpectu eius,& peccare fecit Iudam in idolis ſuis, hæc dicit Dominus
Deus Iſraël, Ecce ego porto mala in Iſraël & Iudam, vt omnis qui audit illa, perſo-
nent ambæ aures eius: & extendam ſuper Iſraël menſuram Samariæ, & pondus do-
mus Achaab,& delebo Ieruſalem tanquam tabulam,quæ deletur: & euertam in fa-
ciem ſuam,& tradam reliquias hæreditatis meæ, & dabo eos in manus inimicorum
ipſorum,eruntque in vaſtitatem,ac in rapinam omnibus inimicis ipſorum, eo quòd
fecerunt mala in oculis meis, & ſunt irritantes me à qua die eduxi patrem ipſorum à
terra Aegypti,vſque ad hanc diem. Inſuper ſanguinem innocentem effudit Manâſ-
ſes multum vehementer, donec impleuit Ieruſalem vſque ad os, præter peccata ip-
ſius à quibus peccare fecit Iudam,vt faceret malum in oculis Domini. Et eduxit Do-
minus duces copiarum Regis Aſſur, ceperuntque Manâſſem in vinculis, & vinxe-
runt compedibus ferreis, duxeruntque Babylonem, & erat vinctus & totus ferro
circumdatus in carcere, & dabatur ei furfuraceus panis pondere modicus & aqua
D cum aceto in menſura,vt viuere poſſet. Et erat oppreſſus,dolenſque valde. Et poſt-
quam vehementer afflictus eſt: quæſiuit faciem Domini Dei ſui, & humiliatus eſt
vehementer à facie Domini Dei patrum ipſius,& orauit ad Dominum dicens:

Oratio Manâſſes Regis Iuda. *Cap.* XXVI.

DOMINE Omnipotens Deus patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob- & ſeminis ipſorum iuſti,qui feciſti cœlum, & terram cum omni ornatu eorum: qui ligâſti mare verbo mandati tui, qui concluſiſti abyſſum, & conſignaſti eum terribili, & glorioſo nomine tuo,quem omnia pauent, & tremunt à facie virtutis tuæ: quoniam importabilis magnificentia gloriæ tuæ, & intollerabilis ira in peccatores

catores comminationis tuæ, immenſa, & inueſtigabilis miſericordia promiſsio- E
nis tuæ, quia tu es Dominus miſericors, longanimis, multæ miſericodiæ, & pœni-
tens ſuper improbitates hominum. Quoniam tu Deus ſecundum bonitatem probi-
tatis tuæ, promiſiſti pœnitentiæ remiſsionem peccantibus in ſalutem. Tu igitur Do-
minus Deus noſter iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis Abraham, Iſaac, &
Iacob, qui non peccauerunt, ſed poſuiſti pœnitentiam ſuper me peccatore, quoni-
am peccaui ſuper numerum arenæ maris. Multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domi-
ne, multiplicatæ iniquitates meæ: & non amplius dignus ſum figere oculos, & intu-
eri altitudinem cœli à multitudine iniquitatum mearũ: Incuruatus multò vinculo
ferri, quoniam irritaui furorem tuum, & malum in conſpectu tuo feci, ſtatuens ab-
ominationes, & multiplicans offenſiones. Et nunc inclinans genua cordis mei, ro-
gans bonitatem tuam: peccaui Domine, & peccata mea ego cognoſco, ſed peto, ro-
gans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne ſimul perdas me cum iniquitati-
bus meis, neque in æternum iratus conſerues mala mihi, neque condemnes me in F
infimis locis terræ. Quia tu Deus, Deus pœnitentium, & ſuper me oſtendes boni-
tatem tuam, quoniam cum ſim indignus, ſaluabis me ſecundum multam miſericor-
diam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat o-
mnis virtus Cœlorum, & tua eſt gloria in ſecula. Amen.

Et audiuit vocẽ ſuam Dominus, & miſertus eſt eius, & facta eſt circa ipſum flam-
ma ignis, & liquefacta ſunt omnia circa ipſum ferramenta & ſanauit Dominus Ma-
naſſem à tribulatione eius, reduxit eum Ieruſalem ad regnum ſuum. Et cognouit
Manaſſes quòd Dominus ipſe eſt Deus ſolus, & ſeruiuit ſoli Domino Deo in toto
corde eius, & in tota anima eius, & putatus eſt iuſtus. Et ſuſtulit Deos alienos, &
ſculptile à domo Domini, & omnia altaria, quæ ædificauerat in domo Domini, &
omnia altaria in Ieruſalem eiecit extra ciuitatem & direxit altare, & ſacrificauit ſu-
per ipſum ſacrificium ſalutaris & laudis. Et dixit Manaſſes Iudæ, vt ſeruiret Domino
Deo Iſraël, & dormiuit in pace cum patribus ſuis, & regnauit Amon filius eius G
pro eo, & fecit malum coram Domino, ſecundum omnia quæcunque fecerat Ma-
naſſes pater eius in primis, & irritauit Dominum Deum ſuum. Audiſtis, filij chariſ-
ſimi, quemadmodum Dominus Deus eum, qui idola coluerat, & multos inſontes
occiderat, leuiter caſtigatum recepit, & dimiſsis delictis, eum in regnum reduxit.
Non ſolùm enim pœnitentibus indulget, ſed etiam priſtinam dignitatem reſtituit.

Contra eos, qui ex contemptu peccant ſit exemplo Amon. *Cap.* XXVII.

NVLLVM peccatum idolatriæ reperitur grauius: ea eſt enim contra
Deum impietas, ſed tamen ipſa quoq; per veram pœnitentiam con-
donatur. Si verò quis de induſtria peccet tentas Deum, quaſi non H
vlciſcentem mala: is remiſsionem non conſequitur, quamuis ſecũ
4. Reg. 21. ipſe dicat, Sit mihi propitius Deus, quoniam ambulabo in euerſio-
ne cordis mei praui. Talis fuit Amon Manaſsis filius. Inquit enim
ſcriptura, Et cogitauit Amon cogitationem trangreſsionis malam: & dixit, Pater
meus à iuuentute multa iniquè fecit, & in ſenectute pœnitentiam egit, & nunc ego
ambulabo prout concupiſcit anima mea, & poſtea conuertar ad Dominum.
Et fecit malum in conſpectu Domini ſupra omnes, qui fuerunt ante
ipſum, & exterminauit eum Dominus Deus citò à terra eius bo-
na: & irruerunt in eum ſerui ſui, & occiderunt ipſum in
domo ipſius, & regnauit annos
duos ſolos.

Quòd

Quòd Christus Ieſus venit peccatores ſaluare per pœnitentiam. Cap. XXVIII.

ATTENDITE laici, ne quis veſtrum cogitationem Amon in corde
ſuo confirmet, & breui tempore pereat. Eodem modo Epiſcopus
conſeruet quantum poteſt, eos, qui non peccauerunt, vt ſine pecca-
to perſeuerent: & eos qui à peccatis conuertuntur, curatos recipiat.
Si verò pœnitentem contra miſericordiam non admiſerit, peccabit
in Dominum Deum ſuum, iuſtificans ſe ipſum ſupra illius iuſtitiam,
& non recipiens quem ille recepit per Chriſtum: propter quem miſit filium ſuum in
terram hominibus tanquam hominem: propter quem voluit de muliere illum naſci
cum eſſet factor mulieris & viri: cuius cauſa non parcens cruci, & morti, ac ſepultu-
ræ, permiſit illum pati, cum eſſet natura impaſſibili, filius dilectus, Dei verbum, ma-
B gni conſilij angelus, vt morti ſubiectos, morte liberaret. Hunc irritant non recipi-
entes pœnitentem. Is enim me Matthæum, cùm eſſem priùs publicanus, vocare non Matt. 9.
eſt veritus, & petrum, qui eum ob timorem ter negauit, cùm is per pœnitentiam ip-
ſum placaſſet, & amaræ fleuiſſet, in gratiam recepit, paſtoremq́; propriorum agno- Matt. 26.
rum conſtituit. Et Paulum coapoſtolum noſtrum, qui multa nobis prius intulerat
mala, & blaſphemauerat in nomen ſanctum: pro perſecutore Apoſtolum fecit, vas Act. 9.
electionis illum inſtituens, & alteri cuidam mulieri peccatrici inquit, Remittuntur Luc. 7.
tibi peccata multa, quoniam dilexit multum. Quãdam aliam peccatricem ſtatuerũt Ioan. 8.
ſeniores coram eo, & reiecto in eum iudicio, exierunt. Cognitor verò cordium Do-
minus, cùm quæſiſſet ab ea, num ſeniores ipſam condemnaſſent, illaq́; negaſſet, di-
xit mulieri, Vade, neque ego te condemno. Hunc Saluatorem, Regem, & Dominũ,
& Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, ô Epiſcopi, tanquam ſcopum vos habere, hu-
ius immitatores vos eſſe oportet, mites, quietos, clementes, miſericordes, pacificos,
C manſuetos, promptos ad docendum, ad conuertendum, ad recipiendum, ad cohor-
tandum non percuſſores, non iracundos, non petulantes, non glorioſos, non ſu-
perbos, non vinolentos, non ebrios, non inanes ſumptus facientes, non delicatos,
non ſumptuoſos, non tanquam alienis, ſed tanquam proprijs Dei donis vtentes,
tanquam bonos diſpenſatores factos, tanquam eos, à quibus Dominus rationem eſt
poſtulaturus. Sufficientem habeat victum & veſtitum Epiſcopus, vſui, & dignitati
accommodatum: non vtatur Dominicis rebus tanquàm alienis, ſed moderatè: dig-
nus eſt enim operarius mercede ſua. Delicatus ne eſto, ne leuis, ſed tantùm expetat, Matt. 10.
quæ faciunt ad conſeruandam naturam.

De primitijs & decimis, & quomodo debeat Epiſcopus ex ijs ipſe capere, vel eas cum alijs communicare. Cap. XXIX.

D QVAE ex decimis, & primitijs ſecundum mandatum Dei dantur, vt Dei ho-
mo conſumat, voluntaria, quæ occaſione pauperum offeruntur, rectè di-
ſpenſat orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis egentibus: vt qui habet De-
um harum rerum rationem ab eo repoſcentem, qui hanc diſpenſationem
illi commiſit. Omnibus egentibus cum iuſtitia tribuentes, ipſiq́; ijs vtentes, ſed non
abutentes: comedentes de ijs, ſed non ſoli vorantes, egeniſq́; impertientes, Dei of-
fenſionem vitabitis. Nam ſi ſoli hæc conſumetis exprobrabitur vobis à Deo dicente, Ezec.
tanquam inſatiabilibus, & voratoribus, lac comedebatis, & lanis veſtiebamini. Et in Iſa. 5.
alio loco, Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram? Propterea in lege præceptum eſt
vobis. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Atq; hęc non ideò dicimus, vt non ca-
piatis fructum laborum veſtrorum. Scriptum eſt enim, Non infrenabis os boui tri- Deu. 25.
turanti: ſed moderatè, & cum iuſtitia. Et igitur in area laborans in ſomnis bos come
dit quidem, ſed non totum abſumit, ſic vos laborantes in area, hoc eſt, in Eccleſia

Dei, de Eccleſia comedite, morè Leuitarum miniſtrantium in tabernaculo martyrij, E
quod per omnia Eccleſiæ figuram referebat, etiam verò ex nomine martyrium Ec-
cleſiæ tabernaculum deſignabat. Hic igitur leuitę tabernaculo aſsidentes, de ijs, quę
Deo offerebantur ab omni populo, donis, partibus, primitijs, decimis, ſacrificijs, ob-
lationibus ſine prohibitione partem habebant ipſi, & vxores eorum, filij & filiæ eo-
Nu. 8. rum. Quoniam autem eorum officium erat tabernaculo miniſtrare: propterea ſorté
terrę non acceperunt in filijs Iſraél, quòd oblationes populi ſors Leui, & ſors tribus
eius. Vos igitur hodie, ô Epiſcopi, eſtis populo veſtro ſacerdotes. Leuitæ, qui mini-
ſtrant ſacro Tabernaculo ſanctæ, & catholicę Eccleſiæ, atq; aſsiſtentes ad altare Do-
mini & Dei noſtri, & adducentes ei rationales & incruentas hoſtias per Ieſum mag-
num Pontificem. Vos laicis, qui inter vos ſunt, eſtis Prophetæ, Principes, Duces,
& Reges, mediatores Dei, & fidelium ipſius, participes verbi ac nuncij, cognitores
Scripturarum ac tubæ Dei, teſteſq; eius voluntatis, qui omnium peccata portatis, &
de omnibus rationem redditis, quibus (vt audiſtis) grauiter minatur ſermo, Si ab- F
Luc. 11. ſconderitis ab hominibus clauem ſciētiæ. quibus periculum damnationis imminet,
,, niſi annunciaueritis voluntatem eius, populo vobis ſubiecto: quibus certa merces à
Ignat. ad ,, Deo parata eſt, & gloria ineffabilis laudabiliter, & rectè miniſtrantibus in Taberna
Polycarpū. culo ſancto. Nam quemadmodum veſtrum eſt onus, ita miniſteria victus, atq; alios
neceſſarios vſus vos capitis. Imitatores enim eſtis Chriſti, & vt ipſe omnium noſtrū
peccata portauit in ligno affixus, immaculatus pro ijs, qui ſupplicio digni erant, ſic
Iſa. 53. vos populi peccta in vos ipſos transferre oportet. Dictum eſt enim de Saluatore in
Iſaia, quòd hic peccata noſtra tollit, & pro nobis dolet. Et rurſum, Ipſe peccata mul-
torum portauit, & propter iniquitates ipſorum eſt traditus. Quemadmodum igitur
vos ſcopi eſtis, ita ſcopum habetis Chriſtum. Vt igitur ille omnium veſtrum ſcopus
eſt, ſic vos laicorum vobis ſubiectorum. Nolite enim exiſtimare facilè vel leue eſſe
Epiſcopatus onus. Conuenit igitur, vt quemadmodum onus ſuſtinetis ipſi, ita G
quoque fructuum primi participes ſitis, & egentibus partem ſuppeditetis, vt qui ra-
tionem redditurі eſtis ei, qui falſas rationes à vobis non eſt accepturus. Oportet e-
nim eos qui Eccleſiæ aſsident, ali de Eccleſia. Quippe ſacerdotes, Leuitas, aſſeſſores,
miniſtros Dei, vt in libro Numerorum ſcriptum eſt de ſacerdotibus. Et dixit Domi-
Num. 18. nus ad Aaron, Tu & filij tui, & domus patris tui accipietis peccata ſanctorum ſacer-
,, dotij veſtri. Ecce dedi vobis cuſtodiam primitiarum de omnibus ſanctificatis à filijs
,, Iſraél. Tibi dedi ipſa in munus, & filijs tuis poſt te in legem æternam. Et hoc erit vo-
,, bis à ſanctificatis, à fructibus, & à donis, & ab omnibus ſacrificijs, & ab omni deli-
,, cto, & de peccatis, & quęcunque reddunt mihi, ab omnibus ſanctis tibi erunt & fili-
,, js tuis. in ſanctuario comedite ipſa. E paulò pòſt, Omnes primitiæ olei, & vini, & fru
,, menti, quæcunque dederint Domino, tibi dedi ipſa. Primogenita omnia tibi dedi,
,, & dices omne donum omne primogenitum hominis & iumenti mundi & immun-
di, & hoſtiæ & pectoris, & humeri dexteri ad ſacerdotes pertinet, & reliquos inſer-
uientes Leuitas, Audite hæc vos laici, & electa Dei Eccleſia Dei. Etenim antea popu H
Exod. 19. lus Dei populus & gens ſancta vocabatur: vos quoq; igitur eſtis ſancta Dei, & ſacra
1. Pet. 2. Eccleſia deſcripta in cœlo, regale ſacerdotiū, gens ſancta, populus acquiſitionis, ſpó
ſa ornata Domino Deo, Eccleſia magna, Eccleſia fidelis. Quæ prius dicta ſunt, nunc
auribus percipe, primitiæ Pontifici Chriſto, & miniſtrantibus ei, Decimæ ſalutaris
initium nominis Ieſu. Audi ſacra catholica Eccleſia, quæ decem plagas effugiſti,
& Decalogum accepiſti, & legem didiciſti, & fidem eis adepta, & in Ieſum credidiſti,
& de nomine eius appellata es, & in comſummatione gloriæ ipſius firmata: quæ tūc
victimæ erant, nunc orationes ſunt preces & gratiarū actiones: quæ tūc primitiæ, &
decimæ partes & dona, nūc oblationes: quę per ſanctos Epiſcopos offeruntur Domi
no Deo per Ieſū Chriſtū, qui pro ipſis mortuus eſt. Ij enim ſunt Pōtifices veſtri, ſacer
dotes veſtri presbyteri ſunt leuitæ veſtri qui nūc ſunt Diaconi; lectores, cantores, oſti
arij, Diaconiſſæ, veſtræ viduæ, virgines, orphani veſtri: ijs ōnibus ſuperior pōtifex eſt.
Iſ

A

In cuius figuram, & dignitatem quilibet de Clero ſit conſtitutus. Cap. XXX.

EPISCOPVS verbi miniſter eſt, ſcientiæ cuſtos, mediator inter Deũ
& vos in ſeruitute, quam Deo impendit: is pietatis magiſter eſt, is
poſt Deum pater veſter, qui per aquam vos regenerauit in adoptio-
nem filiorum Dei, is Princeps & dux veſter, is Rex veſter & dynaſta.
Denique, is terrenus Deus poſt Deum, cui à vobis honor debetur:
nam de eo & ſimilibus Deus dicebat. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi
omnes: & dijs non maledices. Epiſcopus enim ſupra vos ſedeat, vt qui Dei dignita-
te ornatus eſt, quatenus clero præeſt & omni populo imperat. Diaconus huic aſsi-
ſtat vt Chriſtus patri, & miniſtret ei in omnibus ſine reprehenſione, quemadmodũ
Chriſtus à ſe ipſo nihil faciens, quæ grata ſunt patri facit omnino. Diaconiſſa in figu
B ram Spiritus ſancti honoretur à vobis, nihil ſine Diacono agens vel loquens, quem-
admodum nec paracletus à ſe ipſo aliquid loquitur vel facit, ſed glorificans Chriſtũ,
expectat eius voluntatem. & vt nemo in Chriſtum credere poteſt ſine doctrina ſpi-
ritus, ſic ſine Diaconiſſa nulla mulier accedat ad Diaconum vel Epiſcopum. Presby-
teri in formam Apoſtolorum à vobis cenſeantur: magiſtri ſint ſcientiæ Dei, quoni-
am Dominus nos mittens dicebat, Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes ipſos in
nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes ipſos ſeruare omnia, quæ manda-
ui vobis. Viduæ & orphani in figuram altaris exiſtimentur à vobis, virgines in figu-
ram turibuli & incenſi honorentur.

Pſal. 18.
S. Ignat. ferè eadem ſcripſit ad Magnes. et ad alios. in Epiſtola verò ad Trall. hæc ipſa repetẽs, mẽtionem facit apoſtolicarũ conſtitut.
Matth. 28.

Quòd res tremenda eſt hominem ſe ipſum demittere ad dignitatem aliquam ſacerdotalem vt Coritæ, vt Saul, vt Ozias. Cap. XXXI.

C
QVEMADMODVM nõ erat licitum alienigenam, & eum qui non eſ-
ſet Leuita, aliquid offerre, vel ad altare accedere ſine ſacerdotibus:
ita vos ſine Epiſcopo nihil facite. Quòd ſi quis ſine Epiſcopo faciat
aliquid, fruſtrà illud facit: non enim in opus ipſi imputabitur. Vt
enim Saul cùm ſine Samuele obtuliſſet, audiuit quoniam fruſtrà fe-
ciſti: ſic laicus omnis ſine ſacerdote perficiens aliquid, fruſtrà facit.
Et vt Ozias Rex cùm non eſſet ſacerdos, & ſacerdotũ ſacra adminiſtraſſet, in lepram
incidit propter iniquitatem: ſic omnis laicus non effugiet ſupplicium, ſi Deum con-
tempſerit, ſuoſq; ſacerdotes deſpexerit, ſibiq; honorem arrogauerit, non imitatus
Chriſtum, qui non ipſe ſe glorificauit vt fieret ſacerdos, ſed expectauit vt à patre au-
diret, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum; Tu es ſacerdos in æternũ ſecundum
ordinem Melchiſedech. Quòd ſi ſine patre Chriſtus ipſe ſe non glorificat, quomo-
do fieri poteſt vt homo ipſe ſe in ſacerdotium proijciat, non accepta dignitate à ſu-
D periore, & ea faciat, quæ ſolis licita ſunt ſacerdotibus? Nónne Coritæ quanquàm de
tribu leui erant, incendio conſumpti ſunt cùm in Moſen & in Aaron inſultaſſent,
& de ijs, quæ ad ſe non ſpectabant, pugnaſſent? & Dathan, & Abiron viui in Infer-
num deſcenderunt? Et virga cùm germinaſſet multorum inſaniam compreſsit, & à
Deo Pontificẽ inſtitutum indicauit. Decet igitur & vos fratres ſacrificia veſtra, ſiue
oblationes Epiſcopo afferre, vt Pontifici vel per Diaconos: etiam verò primitias, &
decimas, & voluntaria ei afferte. Ipſe enim cognoſcit oppreſſos & cuilibet tribuit,
quantum ſatis eſt, ne quis ſæpe eodem die, aut eadem hebdomada accipiat, alius ve-
rò nihil omnino. Aequum eſt enim ijs, qui verè oppreſsi ſunt, potius in vſus ſuppe-
ditare, quàm ijs, qui oppreſsi eſſe exiſtimantur.

1. Reg 13.
4. Reg. 15. & 2. Para. 26. S. Igna. in Epiſt. ad Magnes.
Pſalm. 109.
Num. 16.
Num. 17.

De conuiuio, & quemadmodum oporteat ſingulos Cleri ordines ab inuitantibus honorari. Cap. XXXII.

Luca 14. *S. Ignat. ad Smyr.*

QVI ad Agapas, ſiue (vt Dominus nominauit) ad conuiuium inſti- E tuerũt vocare Presbyteros: quam norunt Diaconi oppreſſam, eam frequenter vocent. Seponatur autem in conuiuio quod paſtori conſuetum eſt dari, dico autem id quod ad primitias pertinet, veluti ſacerdoti, etiam ſi conuiuio non adſit, in honorem Dei, qui ei ſacerdotium commiſit. Quantum autem vnicuique Presbyterorum datur, eius duplum detur Diaconis in honorem Chriſti. *S. Ignat. ad Mag.* Presbyteris verò, vt qui laborant in verbo doctrinæ, duplex quoque ſeponatur pars in gratiam Apoſtolorum Domini, cuius locum ſuſtinent, tanquàm conſiliarij Epiſcoporum, & Eccleſiæ corona. Sunt enim ij Senatus cõſeſſus Eccleſiæ. Si Lector ſit, capiat partem vnam in honorem Prophetarum. Eodem modo Cantor & Oſtiarius: vnicuique igitur gradui, laici debitum honorem tribuant, in donis atque in omni vitæ veneratione. Non autem facilè moleſti ſint præpoſitis, ſed per miniſtros, quæ voluerint, ſignificent, hoc eſt per Diaconos, quibus cum maiori libertate poterunt vti. non enim ad F Omnipotentem Deum accedere licet, niſi per Chriſtum: ita laici omnia, quæ volent, per Diaconum manifeſta Epiſcopo faciant, ſicque de illius ſententia ea perficiant. Neque enim olim in ſacro ſanctuario offerebatur vel gerebatur aliquid ſine ſacerdote. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem exquirent de ore ipſius, ait quodam in loco Propheta. *Malac. 2.* Quoniam Angelus Domini Omnipotentis eſt: nam ſi ijs, qui dæmones colunt, in nefarijs & abominandis impuriſque eorum ſacris, etiam nunc ſancta imitantur (ac longo quidem interuallo piaculum ſi in comparationem veniat, à pietate diſtet) veruntamen ſi ij in illis impijs religionibus ſine ſacerdote nihil offerunt, nihil faciũt, ſed os lapidearũ ſtatuarum ſacerdotem putãt, à quo expectãt ſibi præcipi quid facturi ſint, & quæ ille præceperit omnia exequũtur, nihilq; niſi de eius ſententia agunt, in honoreque habent ſacerdotem, eiuſque nomen ſacroſanctum exiſtimant in honorem inanimarum ſtatuarum, cultumque improborum ſpirituum: ſi inquam illi, cùm inania falſaque opinentur, in nullaque G re firma ſpem ſuam collocẽt, tamen ſanctitatem imitari conantur, quanto eſt æquius vos, qui clariſsimam fidem certiſsimamque ſpem obtinetis, & glorioſam æternam infallibilem promiſsionem amplectimini, in præpoſitis colere DOMINUM Deum, exiſtimantes os Dei, eſſe Epiſcopum.

Quæ ſit dignitas Epiſcoporum, & Diaconorum: Cap. XXXIII.

NAM ſi Aaron poſtquàm nunciauit Pharaoni ſermones nomine Moſis, Propheta dictus eſt, Moſes verò Pharaonis Deus, ſcilicet vti Rex ſimul, & Pontifex (vt inquit ad eum Deus) Deum poſui te Pharaoni, & Aaron frater tuus erit tuus Propheta: cur non vos quoque internuncios verbi H Prophetas eſſe exiſtimetis, eoſque vt Deos reuereamini?

Quomodo oporteat laicos parere Diaconis. Caput XXXIIII.

NVNC enim vobis loco Aaron Diaconus eſt, loco Moſis Epiſcopus: quòd ſi Moſes à Domino appellatus eſt Deus, à vobis quoque Epiſcopus Dei loco in honore habeatur, & Diaconus ſit tanquàm eius Propheta. Nam quemadmodum Chriſtus ſine Patre nihil agit, ita Diaconus nihil agit niſi de ſententia Epiſcopi. Et quemadmodum Filius ſine Patre non eſt, ita neque Diaconus ſine Epiſcopo. Et quemadmodum Filius eſt obediens Patri, ita Diaconus omnis Epiſcopo paret. Et quemadmodum Filius nuncius eſt & Propheta Patris, ita Diaconus nuncius eſt

& Pro-

A & Propheta Epiſcopi. Propterea omnia quæ à Diacono geruntur, ſignificentur Epiſcopo,& per eum ad exitum perducantur.

Quòd non licet Diaconum ſine Epiſcopo aliquid agere. Cap. XXXV.

IN ſumma autem nihil agat Diaconus ſine Epiſcopo, nec cuiquam quicquam det,niſi de illius ſententia. Nam ſi clam Epiſcopo alicui egenti præbuerit aliquid,in contumeliam Epiſcopi præbebit, eumque calumniæ ſubijciet,vt qui negligere videatur eos, qui egeſtate oppreſſi ſunt.Qui verò Epiſcopo ſermone vel factis detrahit, Deum offendit,non audiens eum,qui dixit: Dijs non maledices. nō enim *Exod. 22.* de lapidum & lignorum piaculis legem ferebat, quæ ſuo falſo nomine ſunt abomi-
B nabilia,ſed de ſacerdotibus,& iudicibus,quibus dixit,Dij eſtis,&filij excelſi omnes. *Pſalm. 81.*

Quòd non oportet Diaconum præter Epiſcopi ſententiam dare aliquid: nam in calumniam Epiſcopi hoc aget. Cap. XXXVI.

SI vides, Diacone, aliquem inopia premi, admonito Epiſcopo illi ſuppedites,nec clam in eius contumeliam quicquam agas, ne murmurationem in illum excites.Non enim contra illum murmuratio orta videbitur,ſed contra Dominum Deum,& audiet Diaconus & alij,quæ Aaron & Maria in Moſen oblocuti,audiuerunt.Quomodo non timuiſtis loqui contra Moſen ſeruum meum? Et rurſum *Exod.16.*
C idem Moſes ijs,qui in eum conſpirauerant, inquit, Non enim contra nos murmuratio veſtra eſt,ſed contra Dominum Deum noſtrum. Nam cùm laicus, qui dixerit racan,vel ſtulte,non impunè abiturus ſit,vt qui nomen Chriſti contumelia affecerit,quid dicemus de Epiſcopo?per quem Dominus in ordinatione Spiritū ſanctum vobis dedit: per quem ſanctam doctrinam didiciſtis, & Deum cognouiſtis, & in Chriſtum crediſtis: per quem cogniti eſtis à Deo: per quem conſignati eſtis oleo exultationis,& chriſmate ſapientiæ: per quem filij lucis facti eſtis: per quem Dominus illuminatione veſtra, Epiſcopi manus impoſitionem teſtimonio ſuo comprobans, in ſingulis veſtrum ſuam ſacram vocem emiſit, dicens, Filius meus es tu,ego hodie genui te. Per Epiſcopum, ô homo, adoptat te Deus in fili dexteram matris tuæ,& dilige eum,qui ſecundum Deum tuus pater eſt, & illum reuerere.

D

Quomodo oporteat honorare ſacerdotes, & venerabiles exiſtimare, cùm ſint patres ſpirituales. Cap. XXXVII.

NAM ſi de parentibus ſecundum carnem lex diuina inquit, Honora patrem tuum,& matrem tuam,vt bene tibi ſit,& qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur. quanto magis de ſpiritualibus parentibus vobis præceptum eſt, vt eos honoretis, & diligatis tanquàm beneficos legatosque ad Deum, qui vos per aquam regenerauerunt, verbo quaſi lacte educauerunt, in doctrina nutriuerunt: in mandatis confirmarunt: ſalutari corpore, & precioſo ſanguine dignos reddiderunt: à peccatis ſoluerunt, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ participes effecerunt: diuinæ promiſsionis conſortes, cohæredesque ſtatuerunt? Hos venerabiliter colite varijs honoribus: ij enim à Deo vitæ & mortis poteſtatem acceperunt in *Exod.20.*

pecca-

peccatoribus iudicandis,damnandisq; in mortem ignis æterni, nec non in liberan- E
dis ijs,qui redeunt,& in vita illis præſtanda.

Quòd ſacerdotes ſunt præſtantiores Principibus, & Regibus. Cap. XXXVIII.

HOS Principes & Reges veſtros putatote, & tributa tanquàm Regi-
bus penditote. De veſtro enim illos,& domeſticos illorum ali opor-
tet,quemadmodum Samuel præcepit populo de Rege in primo Re-
gum, & Moſes de ſacerdotibus in Leuitico, eodem modo nos de
Epiſcopis vobis præcipimus. Nam ſi tunc populus proportione, ta-
to Regi munera præbebat,quanto magis nunc Epicopus decreta ſi-
bi à Deo ſtipendia capere debet ad ſe alendũ,& clericos,qui apud eum ſunt? Quòd
ſi aliquid orationi addendum eſt,plura hic capiat,quàm ille olim. Ille enim rem mi- F
litarem tantùm adminiſtrabat,belli paciſq; moderator ad tuenda corpora, hic verò
Dei ſacerdotium adminiſtrans,corpus,& animam periculis liberat. Quanto igitur
anima corpore eſt excellentior,tanto ſacerdotium Regno præſtat. Ligat enim id &
ſoluit ſupplicio,vel indulgentia dignos. Ideo Epiſcopum diligere debetis,vt patrem
timere,vt Regem,honorare,vt dominum. Fructus veſtros & opera manuum veſtra-
rum in veſtram benedictionem illi offerentes primitias veſtras, decimas, partes, do-
na veſtra dantes ei vt ſacerdoti Dei: primitias inquam frumenti, vini, olei, pomo-
rum, atque omnium, quæ Deus præbet vobis. Et erit oblatio tua accepta in odo-
rem ſuauitatis Domino Deo tuo, & benedicet Dominus operibus manuum tua-
rum, & multiplicabit Dominus bona terræ tuæ,quoniam benedictio in caput tri-
buentis reuertitur.

Quòd quemadmodum leges decimas dare præcipiunt, ita & Euangelium. Cap. XXXIX. G

INTELLIGENDVM eſt autem, quòd quanquàm Dominus libera-
uit vos à ſeruitute adiectorum vinculorum, & eduxit vos in refrige-
,, rium,non ampliùs ſinens vos ſacrificare bruta animalia pro pecca-
Leuit.16. tis,ſolutos illis expiationibus,emiſſarijs,aſſiduis lotionib9,& aſper-
ſionibus: nõ tamen oblationibus vos liberauit, quas ſacerdotibus
debetis,& beneficentijs erga eos,qui egent. ait enim Dominus no-
Matth.5. ſter in Euangelio, Niſi abundauerit veſtra iuſtitia pluſquàm ſcribarum & Phariſæ-
,, orum,non intrabitis in regnum Cœlorum. Ita ergo abundabit iuſtitia veſtra, ſi de
,, ſacerdotibus,orphanis,viduis maiorem curam ſuſcipietis, vt ſcriptum eſt, Diſperſit,
Pſalm.3. dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Et rurſum, Per eleemoſy-
Prouer.15. nam & fidem delentur peccata. Et rurſum, Anima benedicta omnis ſimplex. Ergo
Prouer.11. ita facies quemadmodum Dominus præcepit, & dabis ſacerdoti iuſta ſua, primitias H
de area & torculari pro peccatis tanquàm mediatori, atque internuncio poſito in-
ter Deum & eos,qui expiationibus & deprecationibus opus habent. Te enim dare
oportet,illum diſtribuere tanquàm œconomum, & diſpenſatorem rerum Eccle-
ſiaſticarum. Neque enim ab Epiſcopo tuo rationem petere debes, neq; eius diſpen-
ſationem obſeruabis quomodo eam peragat, quando, cum quibus, vbi, bene, vel
malè,vel conuenienter. Habet enim iudicem Deum, qui in eius manus hanc diſpen-
ſationem commiſit,& dignum eum effecit ſacerdotio tanti loci.

Admonitio decem mandatorum. Cap. XL.

HABE præ oculis timorem Dei, memor omni tempore decem Dei man-
datorum.

1 Diligito Deum vnum,ac ſolum,omnibus viribus tuis.

2 Noli

A 2 Noli attendere Idolis, & huiuſmodi alijs tanquam dijs inanimis, vel ratione carentibus, vel dæmonibus.

3 Intellige Dei opera diuerſum ſumpſiſſe exordium per Chriſtum, & ſabbatizabis per eum, qui ceſſauit ab operando, non autem à prouidendo ſabbatiſmum, qui eſt meditatio legum, non manuum ceſſatio. *S. Ignat. ad Mag.*

4 Omnem abſurdam cupiditatem abijce.

5 Omnem iniuriam, quæ ad hominum perniciem pertinet, iram omnem.

6 Honora parentes tanquàm ortus tui auctores.

7 Dilige proximum, ſicut teipſum.

8 Impartire victum egentibus.

9 Periurium & iuſiurandum vanum vita: non enim innocens iudicaberis.

10 Non appareas coràm ſacerdotibus vacuus, & voluntaria aſsiduè offer, nec ab Eccleſia Dei abſis: ſummo manc, ante omne opus, & iterum veſperè gratias agens B Deo, eo quòd tibi vitam eſt largitus. Operare, perſeuera, labora, offer Domino voluntaria tua. Honora enim, inquit, Dominum tuis iuſtis laboribus, præbe peregrinis vnum, vel duo, vel quinque minuta. Congrega tibi cœleſtes diuitias, quas nec tinea, neque fur demolitur. Sicque faciens noli iudicare Epiſcopum tuum, neque collaicum: nam ſi fratrē iudicas, factus es iudex, à nullo ad hoc munus electus. Nā ſolis ſacerdotibus cōceſſum eſt vt iudicent, quoniā dictū eſt eis, Iuſtum iudicium iudicate, Et rurſum, Eſtote trapezitæ probati. Vobis enim permiſſum non eſt, imò cōtrà ijs, qui iudicandi poteſtate carent, dictum eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini.

Matth. 6. " " " *Deuter. 1. Ioan. 7. Damaſcenus de fi. Ortho. li. 4 Matth. 2.*

De accuſatoribus, & calumniatoribus, & quòd non oportet iudicem ijs facilè credere, vel non credere, ſed cum diligenti inquiſitione. Cap. XLI.

C OPORTET tamen vt Epiſcopus rectè iudicet, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtum iudicium iudicate: & alio loco, Cur à vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Imitamini ergo peritos argentarios. Vt enim ij improbos numos reijciunt, probatos recipiunt, ſic Epiſcopus debet quæ à reprehenſione abſunt, retinere: quæ vitium habent vel curare, vel ſi immedicabilia fuerint, proijcere, & non ſtatim abſcindere, neque cuiuis temere fidem habere. Accidit enim vt aliqui vel propter æmulationem, vel propter inuidiam contra fratrem falſam accuſationē inſtituant, quod duo ſenes Babylone fecerunt in Suſannam, & Aegyptia mulier in Ioſeph. Tu igitur cùm ſis homo Dei, noli tales criminationes facilè admittere, ne perdas innocentem, & occidas iuſtum. Nam qui talia recipere vult, iræ magis, quàm pacis pater eſt. Vbi autem ira reperitur, inde abeſt Dominus: nam ira cùm ſit Satanæ amica (illam inquam, quæ præter rationem excitatur) per falſos fratres nunquam in Eccleſia con- D cordiam eſſe patitur. Quare quos tales cognoſcitis dementes, contentioſos, alienis malis gaudentes, ijs nolite fidem habere, ſed cauete ne quid à talibus contra fratrem audiatis: quoniam in oculis eorum nihil inſidet, præterquàm cædes, & in quo minus quis ſuſpicatur, confodiunt virū. Tu ergo mentē adhibe accuſatori, ſapienter obſeruās eius vitæ conſuetudinē, quæ, ac cuiuſmodi fuerit: & ſi cōperies eum verum dicere, fac ſecundum præceptionem Domini, apprehenſumq; accuſatum remotis arbitris corrige, vt ad pœnitentiam redeat. Quòd ſi obſequi noluerit, vocatis duobus, vel tribus viris, monſtra ei delictum, admonens eum in manſuetudine, & diſciplina. Quoniam in corde bono requieſcet ſapientia, & in corde inſipientum non cognoſcitur.

Ioan. 7. In ſecunda auctoritate, videtur alludere ad præceptum Pauli in prima ad Cor. cap. 6. Prou. c. 14.

Quòd oportet peccatores ſeparatim increpare, & pœnitentes recipere ſecundum ordinationem Domini. Cap. XLII.

Si

SI igitur perſuaſus fuerit in ore trium veſtrum, bene habet: quòd ſi obdurauerit, dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi tanquàm Ethnicus & publicanus, nec illum ampliùs veluti Chriſtianum in Eccleſiam admiſeris, ſed veluti Ethnicum vitaueris. Pœnitentiam agere volentem recipe: non enim priùs Ethnicum vel Publicanum in communionem recipis, quàm eum præteritæ impietatis pœniteat. nam pœnitentibus locum pœnitentiæ ſtatuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Exempla de pœnitentia. Cap. XLIII.

ETENIM ego Matthæus vnus ex duodecim, qui in hac doctrina loquuntur vobis, ſum Apoſtolus, & cùm prius publicanus eſſem, núc per fidem miſericordiam conſecutus ſum, pœnitentiáq; egi de præteritis actionibus, & dignus factus ſum, vt eſſem Apoſtolus, ac prædicator verbi. Et Zachæus, quem Dominus recepit in pœnitentia illi ſupplicantem, item Publicanus antea fuerat. Iam verò milites, & publicanorum turba, cùm accederent ad dominicum de pœnitentia ſermonem, audierunt à Propheta Ioanne poſt baptiſmum, *Lucæ 3.* „Nihil pluſquàm quod ordinatum eſt „vobis, facite. Eodem modo Ethnici ſpem vitæ nõ amiſerunt, ſi per pœnitentiam incredulitatem abiecerint. Quare vti Publicanum & Ethnicum habeas illum, qui de opere malo correptus, pœnitentiam agere recuſat. Et Ethnici, ſi poſtea dolere, & ab errore redire volent, eos in Eccleſiam recipimus, vt verbum audiant, non tamen cómunionem habemus cum eis, quouſq; recepto baptiſmi ſigillo, initiati ſint. Eodem modo pœnitentes, quouſq; pœnitentiæ fructum non oſtenderint, permittimus Eccleſiam ingredi, quò verbum audientes funditus non intereãt non habeant autem cõmunionem orationis, ſed diſcedãt poſt lectionem legis, Prophetarũ, & Euangelij: vt per diſceſſum meliores euadant in vitæ conſuetudine, ſtudentes ad conuentus quotidie venire, & precibus operam dare, quò & ipſi recipi valeant, & eos, qui vident compungant, cautioreſq; fiant, verentes ne in ſimilia incidant.

Quòd non oportet inimicum animum habere aduerſus illos, qui ſemel biſue peccant. Cap. XLIIII.

NOLI tu abominari, ô Epiſcope, eum, qui vno alteróve peccato lapſus eſt: nec illum Dominico ſermone prohibito, neque à communi victu reijcito: quoniam neque Dominus recuſabat cum Publicanis & peccatoribus cibum capere. quod cùm ei à Phariſæis obijceretur, *Matth. 9.* dicebat, Nõ opus hebẽt, qui valent, medico, ſed qui ægrotant. Verſamini igitur, & conſuetudinem habete cum ijs, qui propter peccata ſegregati ſunt, eos procurantes, conſolantes, confirmantes, dicenteſq; *Hebr. 12. 6.* ijs, Corroboramini manus diſſolutæ, & genua debilitata. Conſolari enim oportet lugentes, & parui animi hominibus alacritatem inijcere, ne ob magnitudinem mœſtitiæ in dementiam incidant, quoniam puſillanimis valde inſipiens eſt.

Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & quomodo cum peccatoribus agendum ſit, & qui ſint ab Eccleſia abſcindendi. Cap. XLV.

SI quis conuerſus pœnitentiæ fructum oſtenderit, ad orationem eũ admitti oportet, vti filiũ illum perditũ & prodigũ, qui conſumptis bonis cum meretricibus, porcos paſcebat, & ſiliquis ſatur fieri expetebat, cùm nemo illi daret. Deinde cùm pœnitentia ductus, & ad patrem reuerſus, dixiſſet: Peccaui in Cœlum, & coràm te, & non ſum

ampliùs

A amplius dignus vocari filius tuus,cum amantiſsimus pater cum muſicis recepit,red-
ditaq; illi veteri ſtola,annulo,& calceamētis,atq; occiſo vitulo ſaginato, lætatus eſt
cum amicis.Idem fac tu Epiſcope. Sed quemadmodum Gentilem per lauacrum re-
cipis,poſt eius inſtitutionem,ita hunc per manuum impoſitionem vti per pœniten-
tiam purgatum,omnibus pro eo rogantibus,in priſtinum ſtatum reſtitues, & erit ei
in locum lauacri impoſitio manuum. Nam per impoſitionem manuum noſtrarum
credētibus Spiritus ſanctus dabatur. Ac ſi quis ex firmis fratribus obijciat tibi, quòd *Lucæ 15.*
hunc in gratiam recepiſti, dic ei, Tu ſemper mecum es, & mea omnia tua ſunt: gau- "
dere debebas & lætari quòd frater hic tuus mortuus erat, & reuixit, perierat,& in- "
uentus eſt. Quòd autē Deus pœnitentes non modò recipit, ſed etiam eos in priſtinū
gradum reſtituit, idoneus teſtis eſt ſanctus DAVID, qui poſt commiſſum in Vriam
delictum, rogabat DEVM, dicens: Redde mihi exultationem ſalutaris tui, & ſpiritu *Pſalm. 50.*
principali confirma me. Et rurſum, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes "
B iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me DEVS, & ſpiritum rectum innoua in "
viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum ſanctum ne auferas à me. Tu "
igitur vti clemens medicus, peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad ſalutem
medicamentis, non modò ſecando, vrendo, nouaculam adhibendo: ſed etiam alli-
gando, exiccando, inijciendo medicamenta leuia, cicatricem obducentia, emollien-
do ſermonibus conſolatorijs. Si vulnus altum fuerit, reficito ſuaui vnguento, vt re-
pletum reliquis partibus æquetur. Si ſordes collegerit, nouacula perpurgato, hoc
eſt, ſermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri collyrio complanato, hoc
eſt, iudicij minis. Si ſerpat, cauterio cohibeto, tabemq; excidito, ieiunij acrimonia.
Quòd ſi hæc feceris, viderisq; à pedibus vſq; ad caput non prodeſſe fomenta: non
oleum, non faſcias, ſed ſerpere tabem ſuperareque omnem medicinam, veluti can-
crum omnia membra exedentem, tunc re multum conſiderata, ac deliberata, adhi-
bitisq; alijs peritis medicis, tabidum membrum abſcindito, ne totum Eccleſiæ cor-
C pus contabeſcat. Noli igitur eſſe facilis ad abſcindendum, neque cito ad dentatam
ſerram curras, ſed primùm vtaris cultello abſciſſum diuidens, vt cauſa, quæ dolo-
rem faciebat expulſa, corpus ſine dolore conſeruet. Quòd ſi aliquem impœniten-
tem, atque obduratum videris, tunc cum triſtitia & luctu medicinam reſpuentem, *Exod. 23.*
ab Eccleſia abſcinde. Tollite enim malum de vobis, & timoratos facite filios Iſraël. "
Et rurſum, Non accipies perſonam diuitis in iudicio, & pauperis non midereberis in "
iudicio, quoniam iudicium DOMINI eſt. "

Quòd oportet Iudicem, non eſſe acceptorem perſonarum.
Caput XLVI.

QVOD ſi falſa fuerit criminis accuſatio, voſq; paſtores vnà cum Dia-
D conis vel ob perſonarum gratiam, vel ob munerum pactionem fal-
ſum pro vero acceperitis, volentes criminatori gratificari, reumque
accuſatum illum quidem, ſed innocentem ab Eccleſia eieceritis, ra- *Exod. 23.*
tionem reddetis in die Domini. Quoniam ſcriptum eſt, Innocen- "
tem & iuſtum non occides: non capies munera vt percutias animā. "
Munera enim excæcant oculos ſapientum, & perdunt verba iuſta. Et rurſum, Iuſti- *Iſaiæ 5.*
ficantes impium pro donis, & quod iuſtum eſt à iuſto tollentes. Cauete igitur à con- "
demnando aliquo iniuſtè, & ab improbis defendendis. Væ enim dicenti bonum ma- *Iſaiæ 5.*
lum, & malum bonum: amarum dulce, & dulce amarum: ponenti lucem tenebras,
& tenebras lucem. Nam ſi alios iniuſtè condemnatis, ipſi contra vos pronunciatis: *Matth. 7.*
quoniam ait Dominus, Quo iudicio iudicatis, iudicabimini, & quo condemnatis,
condemnabimini. Quare ſi nulla perſonarū ratione habita, iudicaturi eſtis, cogno-
ſcite eum, qui falſo teſtimonio accuſat proximum, oſtenditeq; eſſe calumniatorem,
inuidum, interfectorem, perturbatorem, oratione incōſtantem, ſibi pugnantem in

ijs, quæ loquitur, & verbis proprij oris conuictum. Laqueus enim validus inſidet in E
eius labijs: quem refutatis eius mendacijs, ſeuerè iudica, & gladio ignis trade, facq;
tu in eum, quemadmodum ille cogitabat in proximum facere. Nam quod locutus
eſt, quantum ad eum attinet, occidit fratrem, iudicis auribus occupatis. Scriptũ eſt
Deuter.19. autem, quòd fundens ſanguinem hominis, pro ſanguine ipſius effundetur, & tolles
„ ſanguinem innocentem à te effuſum.

Quomodo oporteat calumniatorem punire. *Cap.* XLVII.

EIICITE eum extra cœtum veſtrum veluti fratris interfectorem: deinde interiecto tempore, ſi ſe pœnitere confeſſus fuerit, premitte cũ ieiunijs, poſtea manu ei impoſita recipite, prius tamen fide accepta, ſe neminem poſthac turbaturum. Quòd ſi reuerſus in Eccleſiam, F eodemmodo ſeditionem moueat, & ſtudio contentionis comparás crimina, non deſinat fratrem perturbare, & vexare: exterminate eũ, veluti hominem peſtilentem, ne Eccleſiam Dei euertat. Talis enim homo ciuitatem perturbat, & ſi intra Eccleſiam manet (quod decorum non eſt) illi exiſtit inutilis, & ſuperfluus, inquinans, quantum in ſe eſt, Chriſti corpus. Nam ſi quidam homines, qui à ſuo ortu ſuperflua membra reliquo corpori adiuncta habent, veluti digitos, vel carnis proceſſus, propter turpitudinem illas eminentias abſcindũt, nihilq; fit ijs indecorum, cùm per artificem naturalem corporis habitum recipiunt, quanto magis id facere debetis, vos Paſtores, cùm ſit Eccleſia corpus perfectum conſtans ex integris membris in Deum credentibus in timore DOMINI & charitate: ſcilicet cùm inuenitur membrum aliquod ſuperfluum, improba ſapiens, & reliquum corpus deturpans, atq; perturbans, ſeditione, contentione, detractione: afferens ei timores, moleſtias, maculas, detractiones, crimina, perturbationes, & huiuſmodi DIABOLI ope G ra: operam dans veluti ad id delectus à DIABOLO vt nihili fiat Eccleſia per blaſphemias, tumultus, contentiones, diſſentiones. Is igitur extra eccleſiam iterum eiectus à cœtu Domini meritò abſcinditur: ornatiorq; eſt Dei Eccleſia, quàm antea, cùm illud ſuperfluum, & à ſe alienum membrum nutriebat. Ideo neq; in blaſphemiam ampliùs, neq; in contemptum incurrit, liberata improbis, doloſis, contumelioſis, ferocibus, proditoribus, honeſtati infeſtis, voluptuoſis, vanæ gloriæ cupidis, deceptoribus, oſtentatoribus, qui ſibi propoſuerunt diſpergere, imò verò diſsipare agnos Domini.
„ Tu autem, Epiſcope, ſtude vnà cum clero tibi ſubiecto, rectè tractare verbum veri-
„ tatis, quoniam dicit DOMINUS, Si obliquè contra me ambulatis, & ego contra vos ob-
Leuit.26. liquè ambulabo. Et alio in loco, Cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente inno-
Pſal.17. cens eris, & cum peruerſo peruerteris. Sanctè igitur ambulare, vt laude potius à DO-
mino, quàm contrà reprehenſione digni iudicemini. H

Quòd oportet Diaconum leuare onus Epiſcopi & leuiora gubernare. *Cap.* XLVIII.

CONCORDIAM tenentes, ô Epiſcopi, pacem inter vos ſeruate, miſericordes & fratrum amantes, accurato ſtudio paſcite populum, vnanimi mente docentes vobis ſubiectos eandem ſententiam habere, & idem de ijſdem rebus ſentire. Ne ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem vnum corpus & vnus ſpiritus perfectus eadem mente, & eadem ſententia ſecundum Domini mandatum. Atq; omnia quidem Diaconus ad Epiſcopum referat, vt Chriſtus ad patrem refert, ſed quæ poteſt ipſe, per ſe gubernet, accepta ab Epiſcopo poteſtate, vt Dominus à patre & creandi & prouidendi poteſtatem accepit. Grauiora Epiſcopus iudicet. Verùm eſto Diaconus

Ignat. ad Trall. ad Mag. ad Smyrn.

A nus Epiſcopi auditus,oculus,os,cor,anima.Ne ſit in multis ſollicitus Epiſcopus,ſed
tantùm in præcipuis, quemadmodum Ithor Moſen admonuit, & eius conſilium
probatum fuit.

Quòd non eſt conueniens Chriſtiano controuerſia, & altercatio. Cap. XLIX.

PRAECLARA Chriſtiani laus eſt, cum nullo habere negociũ. Quòd
ſi ex aliqua vexatione,vel tẽtatione lis alicui oriatur, curet vt ea trã-
ſigatur,etiam ſi detrimẽtum pati debeat: nec ad Ethnicum iudiciũ
accedat,ſed nec patiatur mundanos magiſtratus,de noſtris ius dice-
re.Nam per illos diabolus Seruos Dei vexat,& nobis notam inurit,
quaſi non habeamus nos vnum ſapientem,qui poſsit inter partes ius
B adminiſtrare,& controuerſias componere.

Quòd non oportet fideles coram Infidelibus litigare, neque ex ijs aliquem teſtem vocare aduerſus Chriſtianum. Cap. L.

NON cognoſcant ergo gentes controuerſias, quæ inter vos oriun-
tur,neque contra vos infidelium teſtimonia recipiatis, neque ab ijs
iudicari velitis,neque ijs aliquid tribuatis commodi metúsve cauſa:
Sed reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ Dei Deo: veluti tribu- *Marc. 12.*
tum,cenſum, didragmum: quemadmodum Dominus noſter cùm *Matth. 17.*
dediſſet ſtaterem, moleſtia liberatus eſt. Opta igitur potius detri-
mentum pati,& ijs, quæ ad pacem pertinent, intende, nõ ſolùm erga fratres,ſed eti-
C am erga infideles. Nam ſi in commodis vitæ iacturam pateris, in ijs, quæ ad Deum
pertinent, damni nihil facis, cùm pius ſis,& ſecundum Chriſti mandatum viuas.
Quòd ſi fratres inter ſe de ijs rebus controuerſias habent (quod abſit) hoc ipſo Præ-
poſiti intelligere debetis,quòd qui tales ſunt,fratrum in Domino officio non fun-
guntur,ſed potiùs,infenſorum inimicorum:atque vnus quidem ex ipſis inuenietur,
mitis,probus,filius lucis,alius verò immanis,contumax,iniuſtus. Cõdemnatus igi-
tur,mulctetur,ſegregetur,pœnas odij aduerſus fratrem pendat. Deinde ſi eum pœ-
niteat,recipiatur, Sicq; caſtigati homines leuiora vobis reddent iudicia. Oportet
etenim inter ſe condonare iniurias,non eos,qui iudicant,ſed eos, quibus iniuria il-
lata eſt, quemadmodum Dominus pronunciauit,cùm ego Petrus eum interrogáſ-
ſem.Quoties in me frater meus peccabit,& remittam ei vſque ſepties? Et ipſe reſpõ- *Matth. 18.*
dit, Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Tales enim Dominus
vult ſuos eſſe diſcipulos,nihilq; omnino eos habere aduerſus quenquam veluti ef-
D frenatam iram,vel immanem furorem,vel iniuſtam cupiditatem.Ira perturbatos igi- *Matth. 5.*
tur reducite in amicitiam,inimicitijs irretitos in concordiam, quoniam ait Domi-
nus, Beati pacifici,quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.

Quòd oportet in ſecunda ſabbatorum cognoſcere cauſas. Cap. LI.

IVDICIA veſtra fiant in ſecunda ſabbatorum,vt ſi qua controuer-
ſia ex ſententia veſtra oriatur vſque ad ſabbatum,libera ſit vobis fa-
cultas,qua poſsitis illam controuerſiam componere, & pacem cõ-
ciliare inter eos,qui litigant. Adſint autem iudicio Diaconi & Preſ-
byteri integrè iudicaturi, veluti Dei homines cùm iuſtitia. Cum
vtrâque perſona venerit,prout lex iubet,ambo qui litigãt, ſtatuan-

tur in medio tribunali, ijsq́; auditis, ſanctè iudicium pronunciate: ſtudentes, ante E
ſententiam Epiſcopi, eos conciliare, ne exeat ſupra terram iudicium in peccatorem, prout in tribunali conſortem participemq́; cauſæ habet Chriſtũ Dei filiũ. Quòd ſi qui, eo quòd nõ rectè ambulant in Domino, de blaſphemijs erunt ab aliquo redarguti, eodem modo audite vtramque perſonã, accuſatoris & rei non corrupti muneribus, neque in alteram partem propenſi, ſed cum iuſtitia tanquàm vitæ æternæ mor-
Deut. 16. tisq́; ſententiam ferentes. Iuſtè enim (inquit) Quod iuſtum eſt, perſequeris: nam qui iure à vobis ſupplicio afficitur, atque eijcitur, à vita, gloriaq́; æterna expellitur, & apud homines ſanctos, infamia notatus, & apud Deum iudicatus habetur.

Quòd non oportet pro omni delicto eandem pœnam inferre, ſed differentem pro varietate peccati. Cap. LII.

NOLITE pro omni peccato eandem ſententiam ferre, ſed vnicuique F
propriam pœnam ſtatuite, cum multa prudentia, iudicantes ſingula delicta parua ac magna: atque aliter quidem æſtimabitis peccatũ operis, vel ſermonis: aliter propoſiti vel cõuitij vel ſuſpitionis. Atq; alios quidẽ minis ſubijcies, alios ſubſidijs pauperũ, alios ieiunijs affliges, alios ſegregabis pro delicti magnitudine. Nã lex quoq; non omnibus delictis eandem pœnam decreuit, ſed aliter puniebat quę in Deum, & quę in ſacerdotem, & in ſacrum, & in hoſtiam committebantur: aliter quæ in Regem & Principem, atque ea, quæ in militem, & in ſubditum æqualem, ſiue quæ in ſeruum vel in bona, vel in bruta delinquebantur: & rurſum non erat eadem ratio peccati in parentes, atque conſanguineos, & non eodem modo vindicabantur, quæ ex propoſito fiebant, & quæ caſu, atque illis quidem mors per crucem, vel per lapides pœna ſtatuebatur, ijs mulcta vel verbera, vel talionis pœna. Quare vos quoque diuerſis delictis, diuerſas pœnas imponatis, ne fortè aliqua iniuria interueniẽs, prouocet Deum G
ad iram. Nam ſi quod iniuſtum iudicium exercebitis, eius à Deo mercedem capietis.
Matth. 7. Sicuti enim iudicio iudicatis, iudicabimini.

Quales oporteat eſſe accuſatores, & iudices. Cap. LIII.

SEDENTES igitur pro tribunali, pręſentibus ambabus perſonis (nõ enim eos dicemus fratres, quouſq́; pacẽ inter ſe conciliauerint) exquirite diligẽter de ijs, quæ in iudiciũ adducũtur. Et primùm de accuſatore, an nũc primùm accuſauerit, an aliorũ nomẽ detulerit: nũ ex ſimultate ipſorũ, vel ex cõtentione crimẽ natũ videatur: qualis ſit eius vitæ conſuetudo, ac cũ talis bonæ conſcientiæ repertus fuerit, tamen nõ habeatur fides ſoli. Eſt enim id cõtra leges, ſed habeatis alios teſtes ſimili- H
Matth. 18. bus moribus præditos, prout lex iubet, In ore duorũ vel trium ſtabit omne verbũ.
" Eam autem ob cauſam diximus, mores illorum inueſtigandos eſſe cuiuſmodi ſint, quoniam ſæpenumero euenit, vt duo vel plures in re mala teſtimonium dicant, &
Daniel. 13. cõcorditer falſum defendant, quod factũ eſt Babylone à duobus ſenibus in Suſan-
3. Reg. nã, & Samariæ à filijs iniquorũ in Nabuthæ, & in Ieruſalem à multitudine Iudæo-
cap. 21. rum in Dominum, & in Stephanum eius protomartyrem. Teſtes igitur ſint mites, iræ expertes, boni, charitate præditi, temperantes, continentes, ab improbitate alieni, fideles, pij: nam talium hominum, propter mores firmum, & propter vitam eorum verum cenſendum eſt teſtimonium: illorum, qui tales non ſunt, teſtimonium nolite probare, etiam ſi aduerſus aliquem concordes eſſe videantur. Præceptum eſt
Exod. 23. enim in lege, Non eris cũ multis in malicia: Non accipies auditũ vanũ: Non ſedebis
" cum multitudine vt declines iuſtum. Rurſum reum quoq; cognoſcere debetis qua conſuetudine, ac quibus moribus ſit, ſi probatæ vitæ, ſi ſine crimine, ſi ſanctitatem
ample-

amplectatur, ſi viduarum peregrinorum, & pauperum curam habeat, ſi fratres diligat, ſi turpis lucri cupidus non ſit, non vorator, non pecuniarum direptor, ſi ſit temperans, ac non aſotus, vel ebrius, vel helluo, ſi ſit clemens, & ad largiendũ paratus.

Quòd fieri poteſt, vt alicui ex prioribus malis, in ſecundis habeatur fides. Cap. LIIII.

SI enim ille præteritorũ delictorum habet præiudicium, iam ex parte aliqua vera putanda ſunt crimina, quæ ei nunc obijciuntur, niſi ius ipſi faueat. Fieri enim poteſt, vt ille aliquando peccauerit, à præſenti verò crimine innocens ſit. Quare in ijs diligenter inuigilantes, in reum cautas firmasque ſententias proferte: ac ſi poſt ſegregationem is veniam petat, procumbatq́; Epiſcopo, & peccatum confitea-
b tur, recipite ipſum, neque illum calumniatorem impunitum dimittatis, ne in alium rectè viuentem calumniam excogitet, néue aliquem alium inuitet ad eadem faciendum. Neque verò conuictum ſine nota relinquatis, ne alius in eandem culpam incidat. Nam nec teſtis prauorum impunitus manere debet, neque delinquens, pœnam effugere.

Quòd non oportet in iudicijs alteram tantùm partem audire. Caput LV.

DICIMVS non oportere iudicia ex altera tantùm parte conſtituere: nam ſi vnam tantùm perſonam audieritis, abſente altera, neq; ſe defendente aduerſus obiectum crimen, temereq́; ſententiam dam-
C nationis tuleritis, rei interitus, & participes criminatoris, eſſe apud Deum, iuſtum iudicem reperiemini. Nam qui alterius iudicio præeſt, ſimilis eſt eius, qui caudam canis manibus tenet. Quòd ſi Babylonios ſenes imitati fueritis, qui falſo teſtimonio dicto, Suſannam morti addixerũt, illorum iudicio ac pœnæ obſtricti eritis, quoniam Suſannam Dominus per Danielem è manu iniquorum eripuit: eos verò, qui ſanguinis illius rei erant, igni adiudica
uit: vos autem per ipſum increpauit, dicens: Sic fatui filij Iſraël non iudicantes, ne- *Daniel. 13.*
que, quod verum eſt, cognoſcentes, condemnáſtis filiam Iſraël, reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt contra eam.

Exempla iuſti iudicij, externorum iudicum in ſententijs cautio. Caput LVI.

b ASPICITE mũdana iudicia, quorum poteſtati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, ſepulchrorum perfoſſores, latrones: de quibus, cum quæſiuerunt præfecti iudicio, ab ijs, qui illos in iudiciũ adduxerunt, demum interrogant reos, an illa ita ſe habeant? Quibus affirmantibus, non continuò eos ad ſupplicium mittũt, ſed per plures dies quæſtiones exercent, cum multo conſilio, & velo interiecto. Tandem verò is, qui ſententiam mortis in reum pronunciaturus eſt, ſublatis manibus aduerſus ſolem, ſe innocentem ab illius ſanguine conteſtatur. Quod illi faciunt, quanquàm Ethnici, & diuini numinis ignari, vltionisq́; à Deo propoſitæ propter innocentum damnationem.

Quòd non oportet fideles contra ſe inuicem aliquid habere. Caput LVII.

VOS verò cùm ſciatis quis ſit Deus veſter, & cuiuſmodi ſint eius iudi-
cia, quonam modo poteritis prauo animo in aliquem iudicij veſtri
ſententiam ferre: quæ ſtatim à Deo cognoſcitur? Ac ſi iuſtè iudica-
ſtis, iuſta præmia capietis, nunc & in futurum: ſi iniuſtè, paria cóſe-
quemini. Nos ergo fratres conſulimus vobis, vt à Deo potius lau-
dem, quàm vituperationem conſequi velitis: quoniam laus homi-
num à Deo vita æterna eſt, quemadmodum contrà, mors æterna paratur. Quare
eſtote iuſti iudices, pacifici, iracundia vacantes: nam qui ſine cauſa iraſcitur fratri, re-
Ephe.4. us erit iudicio. Quòd ſi accidat ex caſu aliquo commoueri vos in aliquem, ſol non
Pſal.4. occidat ſuper iracundiam veſtram. Iraſcimini (inquit Dauid) & nolite peccare, hoc
eſt, citò conciliamini, ne ira confirmata, recordatio offenſionum fiat, & peccatum
efficiat. Animæ enim recordantium mala in mortem, inquit Solomon. Dicit autem
Matth.5. Dominus noſter & Saluator Ieſus Chriſtus in Euangelio, Si offers donum tuum ad
altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid contra te, dimitte ibi
munus tuum ante altare, & vade prius & reconciliare fratri tuo, & tunc veniens,
offer donum tuum. Donum autem, quòd Deo offertur, eſt cuiuſque oratio &
Euchariſtia, Quare ſi quid aduerſus fratrem tuum habes, vel ipſe aduerſus te,
nec orationes tuæ exaudientur, neque Euchariſtiæ tuæ recipientur propter ſub-
iectam iracundiam. Oportet autem aſsiduè orare fratres. Sed quoniam Deus eos,
qui in iracundia iniuſtè cum fratribus inimicitias habent, non exaudit, etiamſi
ter in hora orauerint: ideo neceſſe eſt omnes inimicitias, & animi imbecillitatem
deponere, vt corde puro & immaculato orare valeamus. Quanquam inimi-
cos quoque diligere Dominus præcepit: minimè verò amantes odio habere. Et
Leuit.19. legiſlator inquit, Non odio habebis omnem hominem: non habebis odio fratrem
tuum mente tua: redargutione radargues fratrem tuum, & non accipies per ipſum
Deut.23. peccatum: non odio habebis Aegyptium, quoniam aduena fuiſti apud eum: non
odio habebis Idumæum, quoniam frater tuus eſt. Et Dauid dicit. Si retribui retri- G
Pſal. 7. buentibus mihi mala. Quare ſi vis Chriſtianus eſſe, ſequere legem Domini: ſolue
omne vinculum iniquitatis: in te enim Dominus poteſtatem repoſuit dimittendi
peccata fratri, quæ in te commiſſa ſunt vſque ſeptuagies ſepties, hoc eſt ad quadrin-
genta nonaginta. Quoties igitur dimiſiſti fratri tuo, vt nolis eidem etiam nunc di-
mittere? Quanquàm Zachariam audiuiſtis dicentem, Vnuſquiſque malum proxi-
Zacha.8. mi veſtri ne cogitetis in cordibus veſtris. Tu verò tamen iniuriarum memor es, & cō-
ſeruas inimicitias, & ad iudicium vocas, atque iram reſpicis, & oratio tua impeditur.
Quòd ſi quadringentas nonaginta offenſiones dimiſiſti fratri tuo, tamen auge præ-
terea manſuetudinem tuam in bonitatem per te ipſum: & quamuis ille non faciat,
tu tamē ſtudè dimittere proximo, vt efficiaris filius Patris tui, qui eſt in cœlis, & cum
oraueris, exaudiaris tanquàm amicus Dei.

H

Quòd oportet Epiſcopos ea, quæ pertinent ad pacem, ſuggerere laicis per Diaconos. *Caput LVIII.*

IDEO, ô Epiſcopi, cùm ad orationem perueneritis poſt lectionem,
poſt pſalmodiam, poſt Scripturarum doctrinam, Diaconus aſtans
prope vos, alta voce dicat, Ne quis contra aliquem: Ne quis in hy-
pocriſi. Vt ſi inter aliquos diſſentio reperta fuerit, conſcientia per-
culſi rogent Deum, concilienturq; cum fratribus. Etenim ſi domū
aliquam intrantes, ante omnia dicere debēt, Pax huic domui, veluti
Matth. 10. pacis filius, pacem largientes ijs, qui ea digni ſunt, vti ſcriptum eſt, vicinis & longin-
quis, quos nouit Dominus, quòd ſunt ſui, multò magis eos, qui Eccleſiā Dei ingre-
diuntur. Oportet in primis pacē precari. Quòd ſi quis alijs eam precatur, multò ma-
gis

A gis ipſe in pace reperiatur, veluti filius lucis. Nam, qui illam in ſe non poſsidet, non eſt dignus, qui eam alijs concedat. Ideò opus eſt vt in primis habeat pacẽ ipſe. Nam, qui ipſe ſecum non diſsidet, neque cum alio contendet, ſed erit pacificus, amicabilis, congregans quæ Domini ſunt, cooperator eius factus ad multiplicandum ei illos, qui ſalui ſiunt in concordia. Qui enim inimicitias & diſsidia excogitant, nec non contentiones ac iudicia, improbi & alieni à Deo iudicantur.

Connumeratio variæ prouidentiæ, & quemadmodum Deus à principio per quamlibet generationem vocauit omnes ad pœnitentiam.

Cap. LIX.

B DEVS enim cum miſericordiæ Deus ſit, à principio ſingulas generationes ad pœnitentiam vocauit per iuſtos ac prophetas. Atque illos quidem, qui ante diluuium fuerunt, per Abel, & Sem, & Seth, pręterea per Enos, & per Enoch, qui fuit tranſlatus, inſtituit: eos, qui in diluuio reperti ſunt, per Noë: qui erant Sodomis, per hoſpitalẽ Lot: eos, qui poſt diluuiũ nati ſunt, per Melchiſedech, per patriarchas, per ſanctum Iob: qui in Aegypto fuerunt, per Moſen: Iſraelitas per eundẽ Moſen, & per Ieſum Leb, phinees & reliquos: eos, qui poſt legem fuerunt, per angelos, & per prophetas: eoſdem per propriã incarnationẽ ex Virgine factam: illos, qui fuerunt paulò ante eius corporalem manifeſtationem, per præcurſorem Ioannẽ: eoſdẽ per eundem, etiam poſt natiuitatem ipſius (Dicebat enim, pœnitentiá agite, appropinquauit enim regnum cœlorũ) eos qui poſt eius paſsionem fuerunt, per nos duodecim, & per vas electionis paulum. Nos ergo, qui digni facti ſumus, vt eſſemus teſtes aduentus ipſius cum Iacobo fratre Domini, & alijs ſeptuaginta duobus, & ſeptẽ Diaconis eius ex ore Domini noſtri Ieſu Chriſti audiuimus, & perfectè ſcientes dicimus, quæ ſit voluntas Dei bona, placens & perfecta per Ieſum Chriſtum nobis demonſtrata, vt nullus intereat, ſed vniuerſi homines vnanimi ſententia credentes ei, & vnanimem laudem ferentes in eum, viuant in æternum. Matth. 3.

C (margin letter beside "ſtes aduentus")

Quòd voluntas Dei eſt, vt omnes homines ſint concordes in pietate ad imitationem cœleſtium Virtutum.

Caput LX.

D HOC eſt enim illud, quod docuit nos Dominus, dicere patri ſuo, cùm oramus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, vt quemadmodum cæleſtes naturæ incorporearum virtutum omnes concorditer glorificant Deum, ita & in terra omnes homines vno ore, vnóque affectu glorificent ſolum Deum, vnum, ac verum per vnigenitum Chriſtum. Voluntas igitur ſua eſt laudari ipſum concorditer, adorari vnanimiter. Ea eſt enim voluntas ipſius in Chriſto, vt multi ſint, qui ſaluentur in ipſo. nec ei damnum demus, neque Eccleſiam extenuemus, neque numerum minuamus per vnam animam hominis à nobis interemptam, quæ cum potuiſſet ſaluari per pœnitentiam, perijt non modò per propriam iram, ſed etiam per veſtras inſidias, & impleuiſtis quod ſcriptum eſt, Qui non congregat mecũ, diſpergit. Ac cum talis diſsipator fueris, eris etiam ouium aduerſarius, Dei inimicus, agnorum corruptor, quorum Dominus paſtor fuit. nos congregatores ex varijs gentibus & lin- Matth. 12.

guis in multo labore, in periculo, in fatigatione aſsidua, in vigilijs, & ieiunijs, humi-cubationibus, perſecutionibus, plagis, carceribus, vt Dei voluntati obſecuti, impleremus tricliniũ recumbentium, hoc eſt ſacram & catholicam Eccleſiã, gaudentibus & exultantibus iis, qui ſunt vocati: laudantibúſque, & glorificantibus Deum, qui illos, per nos ad vitam vocauit. Vos igitur quoad per vos fieri potuit, diſperſiſtis, vos verò laici pacẽ inter vos ſeruate, ſtudentes Eccleſiam amplificare, & eos, qui putãtur agreſtes, ad illã reducere: manſuefacere, atque reſtituere. Eáque ſumma promiſsionis merces à Domino proponitur. Si ſeparaueris ab indigno, dignum, & precioſum, quaſi os meum eris.

Ierem. 3.

Deſcriptio Eccleſiæ & Cleri, & quid vnuſquiſque ex congregatis Clericis & Laicis in Synaxi facere debeat. Caput LXI.

TV verò, ô Epiſcope, eſto ſanctus, vacans culpa, non percuſſor, non iracundus, non immanis, ſed ædificator, conuerſor, paratus ad docendum, patiens, benignus, mitis, longanimis, monitor, conſolator tanquàm Dei homo. Cùm verò Eccleſiã Dei conuocas, veluti magnæ nauis gubernator, iube cum omni ſcientia cœtus celebrari, præcipiens Diaconis tãquàm nautis, vt diſponãt loca fratribus, tanquàm Epibatis, cum omni diligentia & ſanctitate. Ac primùm ſit longa domus, ad Orientem conuerſa, ex vtráque partè paſtophoria habens ad Orientem, quæ nauis habeat ſimilitudinem: In eius medio ſit Epiſcopi ſedes, ad cuius vtrunque latus conſideant Presbyteri, & Diaconi aſsiſtant, ſuccincti & expediti. Hi enim ſunt ad nautarum & muralium præfectorum ſimilitudinem. Horum cura laici in altera ſedeant, cum omni quiete & ordine: mulieres quoque ſeparatim ſedeant, ſilentium ſeruantes. Medius Lector, è loco ſuperiori ſtans, legat libros Moſis, Ieſu Nauæ, Iudicum, Regnorum, Paralipomenon de reditu: præterea Iob, Solomonis, ſexdecim Prophetarum: ſeruata lectionum viciſsitudine. Alius Dauid Hymnos canat, & populus initia verſuum concinat. Poſt hæc acta noſtra, & Epiſtolæ Pauli cooperatoris noſtri, quas ad Eccleſias miſit, ſecundum inſtitutionem Spiritus ſancti. Deinde Diaconus vel Presbyter legat Euangelia, quæ ergo Matthæus, & Ioannes vobis tradidimus, & cooperatores Pauli Lucas, & Marcus accepta vobis reliquerunt. Ac cùm Euangelium legitur, omnes Presbyteri, Diaconi, & Laici aſſurgant cum magno ſilentio: Scriptum eſt enim, Tace & audi Iſraël. Et rurſum, Tu verò hic ſta, & audies. Deinde verò moneant presbyteri populum, vt ſedeat, ſed non omnes, ac poſtremus omniũ Epiſcopus, qui gubernatori eſt ſimilis. Maneant autem Hoſtiarij ad introitus virorum, illos cuſtodientes: Diaconiſſa ad introitus fœminarum more nauticorum cuſtodum. Nam in tabernaculo teſtimonij eadẽ ſeruabatur forma, cum populo, Deo. Si quis inueniatur extra locum ſedere, increpetur à Diacono veluti proreta, & in ſuum locum reducatur. Non ſolùm enim nauis, ſed etiam mandræ habet Eccleſia ſimilitudinem: nam ſicut paſtores pecudes, capras, inquã, & oues ſecundum genera & ætates ſeparant, & quælibet ſui generis ſimiles ſequitur, ſic in Eccleſia iuniores ſeorſum ſedeant, ſi fuerit locus, alioqui maneant recti, grandiores natu ordine ſedeant, pueros ſtantes recipiant eorum patres & matres. Adoleſcentulæ rurſum, ſi ſit locus, ſeorſum maneant: cæteroqui poſt mulieres ſtent: nuptæ & quę iam liberos habent, ſeorſum maneant: Virgines & viduæ & anus primæ omnium vel ſtent, vel ſedeant. Diaconus autem loca videat, vt quilibet ingrediens in ſuum locum concedat, ac præter decorum ne ſedeat, Eodem modo, Diaconus attendat in populo ne quis murmuret, néue conniueat, vel nutet. Oportet enim in Eccleſia accuratè, ſobriè, vigilanter manere, attentas aures habentem ad Domini ſermonem. Poſthæc

Deut. 27. & 5.

G

H

omnes

A omnes ſimul aſſurgentes,& ad Orienté conuerſi poſt Catechumenorũ,& pœnitentum exitum,ſupplicent Deo cœlũ cœli tenenti,idque ad Orienté,in memoriã veteris poſſeſsionis Paradiſi ad Orientem poſiti,vnde primus homo contépto mandato ſerpẽtis cõſilio obtẽperans,expulſus fuit.Diaconi,abſoluta oratione,alij oblationi Euchariſtiæ ſint intenti,miniſtrãtes corpori Domini cum timore,alij turbas videãt, quietémque illis imperent.Dicat autem,qui aſsiſtit Pontifici, Diaconus populo, NE QVIS CONTRA ALIQVEM. NE QVIS IN HYPOCRISI. Deinde ſalutent inter ſe viri,& inter ſe mulieres oſculo in Domino, ſed caueant ne quis doloſè id faciat quemadmodũ Iudas Dominũ oſculo tradidit.Poſtea Diaconus oret pro omni Ec-
B cleſia,próque vniuerſo Mundo:pro ſuis partibus ac mẽbris,item pro ſacerdotibus, pro Principibus,pro Pontifice,pro Rege,atque pro cõmuni pace. Deinde Pontifex populo precatus pacẽ,eidem benedicat,quemadmodũ Moſes mandauit ſacerdotibus,vt benedicerẽt populo his verbis,Benedicat tibi Dominus,& cuſtodiat te, oſtẽdat Dominus faciem ſuam ſuper te,& det tibi pacem.Item Epiſcopus oret,ac dicat ,, Saluum fac Domine populum tuum,& benedic hereditati tuæ,quam poſſediſti, & acquiſiuiſti precioſo ſanguine Chriſti tui,& vocaſti regale ſacerdotium, & gentem ſanctam.His perfectis ſacrificiũ peragatur aſtante omni populo atque ſecretò orante.Ac poſtquàm oblatum fuerit,accipiant ſinguli per ſe ordine, dominicũ corpus, & precioſum ſanguinẽ gradatim cum pudore,ac timore tanquàm ad Regis corpus accedentes:mulieres quoq; velato capite,quemadmodũ eas decet, ordine accedãt. Cuſtodiantur portæ,ne quis infidelis,vel nondum initiatus ingrediatur.

De commendatis peregrinis Laicis,Clericis, Epiſcopis. Cap. LXII.

C SI quis venit à parœcia frater:vel ſoror commendatitias literas afferẽs, cognoſcat de ijs Diaconus:exquirens,an fideles ſint, an Eccleſiaſtici, an ab hæreſi non deprauati:& rurſum ſitne nupta vel vidua.atq; ita cum perſpexerit illorum ſtatum,quòd ſunt verè fideles & cõcordes in dominicis rebus, deducat vnumquemque in conuenientem ſibi locum.Si Presbyter à parœcia venerit,recipiatur à Presbyteris in communionẽ:Si Diaconus,recipiatur à Diaconis:Si Epiſcopus, vnà cum Epiſcopo ſedeat,eundem ab illo obtinens honorem.Rogabiſq; eum ô Epiſcope,vt ſermones habeat ad populum,ad docendum accomodatos, peregrinorum enim adhortatio, & admonitio valde accepta,atque vehementer vtilis eſſe conſueuit. Nullus enim Propheta,inquit,acceptus eſt in patria ſua.Permittes etiam ei Euchariſtiam offerre: ſi propter reuerentiam,veluti ſapiens, ſcilicet honorem tibi reſeruans, noluerit Euchariſtiã offerre,coges eum vt vel populo benedicat.Si cùm ſedetis,alius quidã interueniat honeſtus & clarus in vita peregrinus,vel indigena:tu Epiſcope, qui
D fortè vel verbum Dei prædicas,vel Cantorem aut Lectorem audis,noli illius perſonæ obſequio miniſterium verbi relinquere,vt illi primum conceſſum præcipias, ſed mane quietus non interrumpens ſermonem,vel auditionem tuam:fratres autẽ per Diaconos eum recipiant.Si locus deſit,Diaconus,excitato eo,qui iunior fuerit,non tamen iram adhibens,ſed perſuaſionem,illum in ſede collocet.Eſt autem æquũ vt beneuolus frater id per ſe faciat.Quòd ſi renuerit,illum vi deturbatum poſt omnes ſtatuat,vt diſcant reliqui præſtantioribus cedere. Si inops aliquis vel obſcurus, vel aduena venerit,ſiue ſenex,ſiue adoleſcens ætate is ſit,locúſque deſit, ei locum ex toto corde prouideat Diaconus,ne perſonis gratificari videatur, ſed à Deo miniſterij gratiam inire.Idem ſeruet Diaconiſſa cum aduenientibus mulieribus pauperibus ſiue diuitibus.

Quòd oportet manè & veſperi cœtus frequentare, *Caput LXIII.*

CVM doces, ô Epiſcope, iube & hortare populum Eccleſiam frequẽtare manè ac veſpere quotidie, nunquamq́; abeſſe omnino, ſed aſsiduè vnumquemq́; conuenire, nec Eccleſiam mutilare, ſe ipſum ſubtrahentem, neq; truncum, chriſti corpus reddere. Non enim ſolùm de ſacerdotibus dictum eſt, ſed quilibet Laicus de ſe id audiat, cogitans dictum à Domino, Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui nõ cõgregat mecum, diſpergit. Nolite ergo vos, membra chriſti cum ſitis, diſpergi, cœtus non celebrando, Chriſtum caput habentes, ſecundum promiſsionem ſuam, adiunctum & conſociatum vobis. Nec ipſi voſmet negligatis, neq; Saluatorẽ proprijs membris deſtituatis, neq; eius corpus ſcindatis, neq; ipſius membra diſsipetis, neque F huius vitæ neceſſaria diuino verbo anteponatis, ſed quotidie cõueniatis manè ac veſpere pſallentes, atq; orantes in dominicis, manè dicentes Pſalmum ſexageſimum ſecundum, veſpere centeſimum quadrageſimum, maximè verò hoc ſeruetis in ſabbato & in die, reſurrectioni dicato. Verùm in die Dominico diligentius cõuenite, laudem Deo laturi, qui per Ieſum cuncta condidit, & illum ad nos miſit, atq; mori permiſit, & à mortuis excitauit. Nam quam excuſationem afferre poteſt Deo, qui in hoc die non conuenit ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem, in quo tres orationes ſtantes concipimus in memoriã illius, qui tertia die reſurrexit, in quo Prophetarum lectio habetur, & Euangelij predicatio, & ſacrificij oblatio, atque ſacri cibi diſpenſatio?

Exemplum nos ad imitationem inducens, ductum ex Græcorum & Iudæorum vano concurſu ad templa, & Synagogas. G *Caput. LXIIII.*

QVOMODO non hoſtis Dei habendus eſt ijs, qui in temporalibus diu noctuque eſt occupatus, æterna verò contemnit? ac balnea quidem & caducum cibũ quotidie frequentat, quæ verò perpetuò manent, non curat? Quomodo non dicet Dominus huic, Iuſtificatæ ſunt gentes ſupra vos: quemadmodum Iſraëli improperãs, dicebat. Iuſtificata eſt Sodoma ex te. Nam ſi gentes de ſomno quotidie excitatæ concurrũt ad Idola, vt illa venerentur, & priuſquam opus actionemue aliquã inſtituant, illis ſupplicant, & à feſtis celebritatibusque eorum ſe non ſubducunt, ſed in ijs ſunt intenti, non ſolùm indigenæ, ſed etiam qui longè abſunt, atque in Theatra tanquam in Synagogas conueniunt. Eodem modo qui fruſtrà Iudæi nominantur, poſt ſex dierum ceſſationem, ſeptimo die in Synagogam conueniunt, & vacationis H Synagogæq́ue ſuæ rationem habent (qui tamen in ſua infidelitate, virtute verbi ſunt priuati, præterea verò ipſius nominis, quo appellãtur, vim, proprietatemq́ue amiſerunt, Iudas enim, confeſsio eſt, ij aũt non ſunt confitentes Deo, cùm Chriſti paſsionem per ſcelus effecerint, vt per pœnitentiã ſalutem adipiſcantur: ſi igitur qui non ſaluantur in ijs, quæ ſine fructu faciunt, ſunt aſsidui: tu qua excuſatione vteris cum Deo, qui Eccleſiam eius derelinquis, nec gentes imitaris: ſed eò derelinquis, vel quia te das ignauiæ, vel quia deficere cogitas, vel alicui malo ſtudes. Quibus dicit Dominus per Ieremiam, Iuſtitias meas non cuſtodiſtis, ſed neq; ſecundum iuſtitias gentium ambulâſtis: paulò minus & ſuperâſtis illos. Et rurſum, Iuſtificauit animam meã Iſraël ab incompoſita Iudæ, & deinceps, Si mutabunt gentes Deos ipſorum & ij non ſunt Dij, quoniam pertranſiſtis ad Inſulas Chetim, niſi & videtis. Et in Cædar miſiſtis. & cogitate vehemẽter ſi facta ſunt hæc, quoniã illa nõ mutant ſua legitima,

Matt 11

Hæc ſentẽtia eſt in Ezech. 16.

Ierem. 3.

Ierem, 2.

A populus etiam meus mutauit gloriam ipſius, de qua non iuuabitur. Ergo qua defenſione vtetur is, qui negligit, vel deſerit Eccleſiam Dei?

Quòd nefas eſt res mundanas diuinis præferre. *Caput LXV.*

QVOD ſi quis occaſionem proprij operis opponens, negligens fuerit, excuſando excuſationes in peccatis: ſciat is, artes fidelium ſucciſiuas, propriam eorum operam, pietatem eſſe. Artes igitur veſtras in ſucciſiuis ſubſecundarijſque operis ponite, vt victui veſtro inſeruiant: opere autem pietatem colite, quemadmodum Dominus dicebat, Operamini non cibum, qui perit, ſed manentem in vitam æternam. Et rurſum, Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum, quem miſit ille. Conamini igi- *Ioan. 6.*
B tur nunquam Eccleſiam Dei relinquere. Quòd ſi quis ea neglecta, in gentium conſcelerata templa fuerit ingreſſus, vel in Iudæorum Synagogam, vel Hæreticorum, is quam excuſationem apud Deum inueniet in die iudicij? quia verba Dei viuentis reliquit, viuentia ipſa vitamque tribuentia, quæ poſſunt æterno ſupplicio liberare, & ad ædem Dæmoniorum ſe contulit, vel ad Synagogam interfectorum Chriſti, vel ad Eccleſiam malignantium, non audito eo, qui dixit, Odi Eccleſiam malignantium, & cum iniqua gerentibus non ingrediare. Et rurſum, Beatus vir, qui non ambulauit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentium non ſedit, ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Tu verò relicto Fidelium cœtu, Dei Eccleſia ac legibus, reſpicis ſpeluncas latronum, ſancta ducens, quæ ille nefaria eſſe voluit, & communia faciens, quæ ille, ſeparauit: non ſolumque id facis, ſed etiam ad Græcorum ludos curris, & ad Theatra properas, expetens vnus ex venientibus eo numerari, & particeps fieri auditionũ *Pſalm. 25.* *Pſalm. 1.*
C turpium ne dicam abominabilium: nec audiſti Ieremiam dicentem, Domine non ſedi in conſilio ludentium, ſed timui à conſpectu manus tuæ. neq; Iob dicentem ſimilia, Si verò & cum irriſoribus ambulaui aliquando, appendor enim in ſtatera iuſta. Quid verò cupis Græcos ſermones percipere hominum mortuorum, afflatu Diaboli tradentium ea, quæ mortem afferunt, fidem euertunt, ad Deorum multitudinem credendam inducunt eos, qui ad illa attentionem adhibent. Vos verò diuinis legibus inuigilantes, vitæ huius neceſsitatibus putate eas præſtantiores, maioremq; ijs honorem deferentes, conuenite ad Eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine Chriſti dilecti primogeniti omnis creaturæ. Ea en enim altiſsimi filia, quæ parturijt, nos per verbum gratiæ, & formauit in nobis Chriſtum, cuius participes facti ſacra membra exiſtitis, & electa, non habentia maculam neq; rugam, neq; aliquid huiuſmodi, ſed tanqum ſancti & irreprehenſibiles in fide perfecti eſtis in ipſo, ſecundum *Ier. 15.* *Iob. 31.* *Ephe. 5.*
D imaginem eius, qni creauit vos.

Quòd oportet declinare omnes Græcorum impietates *Cap: LXVI.*

CAVETE igitur ne conuentus celebretis cum ijs, qui pereunt, quæ eſt Synagoga gentium ad deceptionem & interitum. nulla eſt enim ſocietas Dei cum diabolo: nam qui congregatur vnà cum ijs, qui cum diabolo idem ſentiunt, vnus ex ipſis connumerabitur, & væ habebit. Fugite quoque indecora ſpectacula, Theatra (inquit) & Græcorũ ludos, incantationes, ariolationes vaticinia luſtrationes, aruſpicinã, auguria, necromantiã, inuocationes: quoniã ſcriptum eſt, Non erit auguriũ in Iacob, neq; vaticinium in Iſraël. Et rurſum, Auguriũ peccatũ eſt. Et alibi, Non augurabimini, & ariolationes, diuinationes, & Pythones nõ ſequemini, luſtratores *Deut. 18.*

Ier.10. tores non acquiretis. Ideo monet Ieremias, dicens: Secumdum vias gentium ne am- E
bulaueritis, & à ſignis cœli ne timueritis. Propterea opottet fidelem fugere impio-
rum cœtus Grecorum ac Iudæorum, reliquorumq; hæreticorum, ne vbi vnà cum eis
degimus, animis noſtris laqueos paremus, & ne vbi in eorum feſtis verſemur, quæ
in honorem Dæmonum celebrantur, cum eis habeamus ſocietatem impietatis. Vi-
tandi quoq; ſunt illorum mercatus, & qui in ijs fiunt ludi. Fidelem enim oportet ad
mercatum tantum comparere, vt corpuſculum emat, & animam acquirat, atq; alia
quædam ad vſus neceſſarios comparet. Vitate igitur omnem Idolorum pompam,
ſpeciem, mercatum, conuiuia, gladiatores, deniq; omnia dæmoniaca ſpectacula.

Quòd non oportet otioſum comedere, ſicuti Petrus Piſcator, & alij Apoſtoli: Paulus verò & Aquila ſcenas faciebant, Iudas & Iacobus Agricolæ erant. narrat Hegeſippus & Tertullianus Romanus. Cap. LXVII. F

QVI in Eccleſia iuuenes eſtis, curate in omnibus rebus neceſſarijs ſedulò
miniſtrare, cum omni ſanctitate operis veſtris vacate, vt omni tempore, &
vobis & egentibus ſuppeditare poſsitis, ne Eccleſiam Dei oneretis. Etenim
nos quoque vacantes verbo Euangelij ſuccisiuas operas non negligimus.
Alij enim ex nobis piſcatores ſunt, alij ſcenarum artifices, alij agricolæ ne vnquam
Prou.6. otioſi ſimus. Dicit autem quodã in loco Solomon, Vade ad formicã, ô piger, & imi-
» tare vidẽs vias ipſius, & fies illa ſapientior. Illi enim cùm agricolatio non ſit, neq; co-
» gentem habeat, neque Domino ſubdatur, parat in æſtate cibum, multamq; in meſ-
» ſe facit congregationem. Et accedit ad apem, & diſce quam operaria ſit, & opus quã
» grauè negocietur, cuius labores. Reges & idiotæ ad ſanitatem adhibent. Eſt autem
» deſiderabilis & glorioſa quemadmodum eſt viribus infirma. Et deinceps, Quouſq; G
» tandem piger iacebis, quando de ſomno excitaberis, parũ dormis, parum ſedes, pau-
» lulùm dormitas, paulum autem ſuffarcinas manibus pectora, poſtea adeſt tibi ſicut
» malus viator paupertas, & egeſtas tanquam bonus curſor. Si verò impiger fueris, ve-
Prou.12. niet ſicut fons meſsis tua, & egeſtas tanquam malus vir transfugiet. Et rurſum, Qui
Eccle.4. laborat terram ſuam, replebitur panibus. Et alio in loco, Piger complicat manus
Prou.19. ſuas, & comedit carnes ſuas. Et deinceps, Abſcondens piger manus ſuas, non
Ecle.10. poterit applicare ad os ſuum. Et rurſum, Propter pigritiam manuum
» humiliabitur contignatio. Laborate ergo aſsiduè, eſt enim otio
» ſi reprehenſio irreparabilis. Si quis non laborat, hic apud
vos non manducet, otioſos enim odit Dominus De-
us noſter: Nemo enim ex ijs, qui Deo vacant
eſſe debet otioſus.

CONSTI-

A CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE.

LIBER TERTIVS.

De Viduis. Caput I.

VIDVAS conſtituite non minores annis ſexaginta, vt quodã- *1.Tim.5.*
modo propter illarum ætatem, ſatis certi eas bigamiæ ſuſpiti-
one vacare. Si iuniorem in viduali ſtatu conſtitueritis, & illa
B non ferens in iuuentute viduitatem, nupſerit, dedecorabit
gloriam vidualis gradus, & rationem Deo reddet, non quo-
niam ſecundas nuptias ſecuta eſt, ſed quoniam ſuam profeſ-
ſionem non ſeruauit, luxuriata Chriſto. Quare oportet non *Eccle.5.*
temerè facere profeſsionem, ſed cum conſilio & conſidera-
tione: præſtat enim eam non vouere, quàm vouere, & non reddere. Si autem aliqua
adoleſcentior ſit, quæ cùm breui tempore virum ſuum habuerit, illumque vel per
obitum, vel per aliquam aliam occaſionem amiſerit, per ſe manere voluerit, donum
habens viduitatis, beata hæc inuenietur, imitata Sidoniam illam viduam in Sareph- *3.Reg.17.*
tha, cuius hoſpitio ſanctus Dei propheta Helias eſt vſus. Talis mulier ſimilis erit An-
næ filiæ Phanuelis de tribu Aſer, quæ à templo non diſcedebat, diu noctuq; inuigi-
lans precibus, & ſupplicationibus: quæ nata annos octuaginta quatuor, à virginita-
te cum viro vixerat annos ſeptem, Chriſtiq; aduentum glorificans, confitebatur DO
C mino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem in Iſrael. Quę
talis fuerit, teſtimonio accepto honorabitur, adepta in terra apud homines gloriã,
& in cœlo apud Deum æternam laudem.

Quòd cauendum eſt à conſtitutione Viduæ iunioris propter ſuſpitionem. Cap. II.

ADOLESCENTIORES Viduæ, ad vidualem ſtatum ne ordinentur, ne fortè ea occaſione, quia non poſſunt florem ætatis cohibere, ad ſecundas nuptias deſcendentes, negotium habeãt. Adiuuentur autem & ſubleuentur, ne occaſione modeſtiæ carnis, ad ſecundas nuptias delapſæ, in re indecora detineantur. Nam hoc quoq; ſcire debetis, quòd primæ nuptiæ, ſi legitimæ ſiant, iuſtæ cenſentur, vt quæ
D ſecundum Dei voluntatem ſunt. Bigamia poſt profeſsiónem, iniqua habenda eſt, non propter coniunctionem, ſed propter mendacium. Trigamia incontinentiæ eſt argumentum. Id, quod ſupra trigamiam fit, manifeſta fornicatio iudicatur, & non dubia intemperantia. Deus enim vnam mulierẽ vni viro tradidit in creatione, Erunt enim duo in carne vna. Adoleſcentioribus verò poſt primi viri obitum concedatur ſecundus, ne incidãt in iudicium Diaboli, & in laqueos multos, atq; in libidines inſanas inutilesq; animis, quæ ſupplicium potius, quàm iucunditatem afferunt.

Quales eſſe oporteat Viduas, & quomodo adiuuandæ ſint ab Epiſcopo. Caput III.

VERAE ſunt Viduæ, quæ vni nuptæ fuerunt plurimorum teſtimonio probatæ, bonis operibus intentæ: viduæ re vera temperatæ, caſtæ, fideles, piæ, quæ bene liberos educauerunt, & laudabiliter hoſpites receperunt, qui-

bus opem ferre oportet tanquàm Deo dicatis. Sed etiam pauperum, ô Epiſcope, memor eſto, ipſis quoque adiutricem manum præbens, curamq; eorum ſuſcipe veluti Dei œconomus, opportuno tempore vnicuique tribuens, quæ ſibi ſunt neceſſaria, viduis, orphanis, vitæ ſubſidia non habentibus, & in tribulatione conſtitutis.

Quòd cuilibet indigenti bene facere oportet. Cap. IIII.

QVID enim ſi quædam Viduæ non ſint, & quidam vxoribus non careant, cùm tamen ſubſidio egeant ob inopiam, vel ob morbum, vel ob liberos alendos, omnes debes reſpicere, omnium curam ſuſcipere. Nam qui dona dant, non præciſè illa deſtinant viduis, ſed in vniuerſum conferunt, voluntaria ea appellantes: quo tu ſciens eos, qui præmuntur, vti bonus œconomus diligenter impertias eis demunere. Deus enim cognoſcit eum, qui dedit, quamuis abſens per te egentibus impertiat: atque ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu verò probatæ œconomiæ laudem: dicq; illis, quis dederit, vt ex nomine pro eo orare valeant. Oportet enim omnibus hominibus benefacere, non facientes delectum huius quiſnam ſit, vel illius. Inquit enim Dominus, Omni petenti te da. nimirum re vera egenti, etiam ſi amicus ſit, etiam ſi inimicus, ſi conſanguineus, ſi alienus, ſi ſine vxore, ſi cum vxore viuat. In omni enim ſcriptura Dominus de pauperibus præcipit per Iſaiam, Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque introduc in domum tuam. Si videris nudum, cooperi illum, & propinquos ſeminis tui ne deſpexeris. Et per Danielem dicit potenti, Ideo Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas in miſerationibus pauperum. Et per Solomonem inquit, Per eleemoſynam & fidem purgantur peccata. Et per Dauid rurſum ait, Beatus qui intelligit ſuper inopem, & pauperem, in die mala liberabit eos Dominus. Et rurſum, Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum. Et Solomon inquit, Qui miſeretur pauperis, Domino fœneratur, & ſecundum donum ipſius retribuetur ei. & deinceps, Qui obturat aures ſuas, ne audiat indigentem, & ipſe inuocabit, & non erit, qui exaudiat eum.

Lucæ 6. — Cap. 58. — Cap. 4. — Prouer. 14. — Prouer. 19. — Prouer. 21.

Quòd oportet Viduam probitati morum ſtudere. Cap. V.

SIT omnis Vidua mitis, placida, proba, malitiæ expers, non iracunda, non loquax, non vociferatrix, non procax, non maledica, non verborum auceps, non bilinguis, non curioſa. Si quid vidit vel audiuit, quod fuerit minùs rectum, perinde ſit, atque ſi id non viderit, nec audiuerit: neque vlla alia res viduæ ſit curæ, quàm orare pro ijs, qui ſubſidia miniſtrant, & pro vniuerſa Eccleſia. Si quid ab aliquo rogetur, nolit facilè reſpondere, niſi in ijs, quæ ad fidem, iuſtitiam, ſpem in Deo habendam pertinent, reijciatq; ad præpoſitos, illos, qui in diſciplina pietatis inſtitui volunt, eaq; ſola reſpondeat, quæ faciunt ad euertendum errorem de Deorum multitudine, explicetq; rationem de vnius Dei principatu: de reliquis non temerè reſpondeat: ne ſi quid indoctè dixerit, blaſphemiam impingat verbo. Grano enim ſinapis ſimile eſſe verbum, Dominus docuit: id verò ardorem habet, quo ſi quis imperitè vtatur, amarum inueniet: oportet enim in myſticis non proditorē eſſe, ſed cautum: admonet enim nos Dominus dicens, Nolite proijcere margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus, & conuerſi dilanient vos. Nam infideles ſi audiant ſermonem de Chriſto non perfectum, ſed imminutum, & maximè eum, qui de incarnatione atque paſsione habetur, deridebunt nos veluti eos, qui falſa opinantur. Itaque rea fiet temeritatis & blaſphemię Presbytera, & væ habebit: Væ enim (inquit) ei, per quem nomen meum blaſphematur in gentibus.

Matth. 13. — Matth. 7. — Iſaiæ 52. — Ad Rom. 2.

Quòd

Quòd non oportet mulierem docere: indecorum eſt enim, & quæ mulieres ſequebantur Dominum. *Cap. VI.*

NON permittimus igitur mulieres in Eccleſia docere, ſed tantùm *1.Cor.14*
orare, & magiſtros audire. nam magiſter ipſe & Dominus Ieſus
Chriſtus cùm nos duodecim ad docendum populum genteſq; mi-
ſiſſet, nuſquam mulieres miſit ad prædicationem, quanquam non
deerant. Erat enim nobiſcum mater Domini, & ſorores eius, præ-
terea Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Martha & Maria ſo-
rores Lazari & Solome, & quædã aliæ. Nã ſi neceſſe fuiſſet mulieres docere, ipſe pri-
mus ijs quoq; præcepiſſet, vt vnà nobiſcum populũ inſtituerent. Si enim caput mu-
lieris vir eſt, nõ eſt æquum vt reliquum corpus capiti imperet. Intelligat vidua ſe Dei *S.Ign. ad*
B altare eſſe, ſedeatq́; domi apud ſe, non frequentans fidelium domos cum occaſione *Tarſen.*
aliquid capiendi: altare enim Dei non circuncurſat, ſed in vno loco ſtabile manet.
Igitur virgo quoque, & vidua non circumcurſent, neque vagentur per alienas do- *S.Ign. ad*
mos, quoniam vagæ impudenteſq; non conſiſtunt vno in loco, eo quòd non viduæ *Phylad.*
ſed peræ potius ſunt, paratæ ad capiendum, garrulæ, maledicæ, contentiones ſeren-
tes, impudentes, inuerecundæ: quæ ſunt huiuſmodi, non habendæ ſunt dignæ illo,
qui eas vocauit. Nam ad communem Synagogæ quietem in die dominico non con-
ueniũt, vt ij qui vigilant, ſed vel dormitant, vel garriũt, vel lenocinantur, vel petũt,
vel alios captiuos faciunt, inducentes eos ad malum, neque permittentes ſobrios in
Domino eſſe, ſed ita illos præparant, vt tales exeant, quales intrauerunt, ſcilicet ina-
nes, cùm non audiant eos, qui docent, neque qui legunt verbum Domini. De ijs *Iſaiæ 6.*
enim Iſaias propheta inquit, Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes vide- ,,
C bitis, & non cognoſcetis: incraſſatum eſt enim cor populi huius. ,,

Quales ſunt falſæ Viduæ. *Cap. VII.*

EODEM modo talium viduarum obturatæ ſunt aures cordis, ne in-
tra ſuos parietes ſedentes, cum Domino colloquia habeant, ſed cir-
cumcurſantes, animo quæſtum per nugas faciendi, aduerſarij deſi-
deria expleant. Tales igitur viduæ non pertinent ad Chriſti altare:
ſunt enim viduæ, quæ in opere hanc rem ponunt, & quòd impudẽ-
ter petunt, & vltra modum capiunt: ideo iam multos ad dandum
ſegniores reddiderunt: nam cum deberent propter modeſtiam propoſiti, Eccleſia-
ſticis rebus eſſe contentæ, per diuitum domos circũcurſantes, pecuniam extorquẽt,
ſibi cumulantes, atq; acerbo fœnore mutuum dant, nihilq́; præter mammonam cu-
rant: quarum Deus crumena eſt: quæ eſcam & potum omni virtuti anteponunt di-
D centes, Comedamus, & bibamus, cras enim morimur. Nam, quæ in quærenda pecu- *Iſaiæ 22.*
nia eſt exercitata, pro Deo mammonam colit, hoc eſt quæſtui ſeruit. Deo autem gra- ,,
ta eſſe non poteſt, neque eius cultui inſeruire, cum nequeat aſsiduè illum interpel-
lare, ad parandam pecuniam mente animoq́; intenta: quoniam vbi eſt theſaurus, ibi
& cor ſuum. Cogitat enim aliquò accedere quæſtus gratia, vel quòd illa ſua amica
eius oblita eſt, & aliquem ſermonem ad illam referre oportet. Quæ vero talia cogi-
tat, non poteſt orationi intenta eſſe, ſed occurrenti cogitationi. Ideò quamuis ali-
quando pro aliquo orare velit, non exaudietur: non enim ex toto corde offert ora-
tionem Domino, ſed diſtracta cogitatione. Quæ verò vult Deo intendere, intus ſe-
dens cogitat quæ ſunt Domini, diu noctuq́; inceſſabili ore offerens preces mundas.
Vt igitur ſapientiſsima Iudith temperantiæ teſtimonio commendata, diu noctuque *Iud. 9.*
ſupplicabat pro Iſraele Deo: ſic ſimilis illi vidua continuatam pro Eccleſia interpel-
lationem Deo offeret, qui illam exaudiet: quoniam eius mens ad hoc ſolum fixa eſt,
neque ad ſumptuoſam cupiditatem, neq; ad inſatietatem ſe proijcit. Huius caſti ſunt

oculi,aures purgatæ,manus puræ,pedes quieti,os neque ad ingluuiem,neque adlo- E
quacitatem paratum,ſed loquens quantum eſt opus,capiens quæ ſunt ſolùm ad cõ-
ſeruandam naturam neceſſaria.Ita cùm grauis fuerit & ſedata,grata erit Deo & ſi-
“ mul ac petet aliquid,præueniet eam conceſsio. Adhuc enim te,inquit,loquente, di-
Iſaiæ 52. cam,Ecce adſum. Talis cum ſit,careat auaritia,ſuperbia,turpi lucro,ne ſit inſatiabi-
lis,ne guloſa,ſed continens,mitis,quieta,verecunda,pudens, domi ſedens, pſallens,
orans,legens,vigilans,ieiunans,ex omni parte cum Deo colloquia habens, canticis
& hymnis: lanam accipiens,alijs potius miniſtret, quàm ipſa ab alijs petat: memor
Lucæ 21. commendatæ à Domino,in Euangelio viduæ,quæ cum ad templum acceſsiſſet, mi-
ſit in gazophylacium duo minuta,hoc eſt quadrantem: quam intuitus cordis ſcru-
“ tator Chriſtus Dominus,& magiſter noſter dixit,Amen dico vobis,quòd hæc vidua
“ pluſquàm omnes iñ gazophylacium miſit,quoniam omnes ex abundanti miſerunt,
“ hæc ex eo quod deeſt illi,totum quem habebat victum miſit. Sãctas igitur viduas eſ-
ſe oportet,obedientes Epiſcopis,Presbyteris & Diaconis,eam Diaconiſſas veneran- F
tes,verentes,timentes,non libertate vtentes,neque contra mandatum aliquid face-
re volentes, præter ſententiam Diaconi: veluti ſi pergere velit ad aliquem, vt apud
eum comedat,& bibat,vel ſi ab aliquo quidpiam capiat.Quòd ſi iniuſſa aliquid ho-
rum fecerit,puniatur ieiunio,vel ſegregetur veluti temeraria.

Quòd non oportet ab indignis capere, neque Viduam, neque Epiſcopum, neque alium fidelem. Cap. VIII.

QVID enim ſcit qualis ſit ea,à qua accipit, vel à quali miniſterio victũ
ſuppeditat? num de rapina,vel de aliquo nũ honeſto ſtudio? igno-
rat vidua quòd de vnaquaque harum rerum rationem Deo reddet,
recipiens quæ Deo ſunt indigna. Nam neque ſacerdotes talis mu- G
lieris voluntariam oblationem vnquam recipient, veluti furis vel
Deut. 23. meretricis.Scriptum eſt enim, Nõ concupiſces res proximi, & non
offeres mercedem meretricis Domino Deo.Non eſt igitur à talibus capiendum,ne-
que etiam ab excommunicatis.Sint autem viduæ paratæ ad obediendum ijs, quæ eis
à præpoſitis ſunt præcepta,& ad præſcriptum Epiſcopi faciant,veluti Deo obedien-
tes. nam qui ab huiuſmodi excommunicato,vel extra Synagogam eiecto accipit, &
pro tali orat,qui in malis perſeuerare ſibi proponit,nec aliquando vult ad pœniten-
tiam redire,communicat cum eo in oratione, & offendit Chriſtum, qui impios de-
clinat,& confirmat eum per indignam largitionem, & contaminat ſe cum eo, non
ſinens illum ad pœnitentiam venire,vt ingemiſcat,& roget Deum.

Quòd non oportet mulieres baptizare: impium eſt enim, & à Chriſti doctrina alienum. Cap. IX. H

DE mulieribus autem an hæ baptizare debeant,ſignificamus vobis,
quòd nõ paruum periculum imminet eis, quæ hoc faciunt. Ideo nõ
1. Cor. 15. conſulimus:periculoſum eſt enim,imò iniquum & impium. Nam ſi
mulieris caput eſt vir, is verò ad ſacerdotium promouetur, non eſt
æquum opificium contemnere,& principium relinquentem,ad in-
fimum corpus venire. Mulier enim viri corpus eſt,de coſta conſla-
tum,ſubiectumq; illi, à quo eſt abſciſſum ad filiorum procreationem. Ipſe enim in-
quit,Tui dominabitur. Principium enim mulieris vir eſt, quoniam eius eſt caput.
Quòd ſi in præcedentibus docere eas non permiſimus,quomodo quis eas præter na-
turam ſacra facere concedat? Hæc eſt enim inſcitia ad Græcorum impietatem per-
tinens,fœminis deabus ſacrificulas inſtituere.Sed non eſt Chriſti ordinationis pro-
prium:

A prium: nam ſi à mulieribus baptizandum fuiſſet, omnino Dominus à propria matre baptizatus fuiſſet, non à Ioanne: aut cùm nos ad baptizandum miſit, vnà nobiſcum ad id mulieres miſiſſet. nunc autem id nuſquam ordinauit, neq; ſcriptum reliquit, cognoſcens & naturæ conuenientiam, & rei ipſius decorum, vt qui naturæ auctor erat & ordinationis legiſlator.

Quòd non oportet laicum ſacerdotale officium facere, baptiſma, ſacrificium, manus impoſitionem, & benedictionem. Cap. X.

SED neque laicos concedimus aliquod ſacerdotale munus exercere, veluti ſacrificium, baptiſmum, manus impoſitionem, vel benedictionem magnam, ſiue paruam. Non enim ſibi quis ſumit honorem,
B ſed qui vocatur à Deo. Nam per Epiſcopi manus datur hæc dignitas. Qui verò ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi vſurpat, Oziæ pœnam ſubſtinebit.

Quòd excepto Epiſcopo vel Presbytero, nemini ex reliquis clericis conceſſum eſt, ſacerdotalia exercere: ordinare autem ſoli Epiſcopo conuenit: alij nemini. Cap. XI.

SED neque reliquos clericos baptizare permittimus, veluti Lectores, Cantores, Oſtiarios, miniſtros: ſed ſolos Epiſcopos, & Presbyteros, miniſtrantibus illis Diaconis. Qui hoc auſi fuerint, Coritarum ſupplicium patientur. Non concedimus autem Presbyteros
C ordinare Diaconos, Diaconiſſas, Lectores, miniſtros, Cantores, Oſtiarios, ſed ſolos Epiſcopos: is eſt enim ordo, & harmonia Eccleſiaſtica.

Dehortatio ab Inuidia. Cap. XII.

DE Inuidia, obtrectatione, detrectatione, ſimultate, contentione antea dictum eſt vobis, quòd hæc à Chriſtianis aliena ſunt, maximè viduis: quoniam quidem agitator diabolus multiplex, variuſque cum ſit, de non viduis triumphum quærit, veluti olim de Cain. Quædam enim viduas ſe eſſe dicunt, officia autem digna viduitate non faciunt, quemadmodũ nec Cain fraterna iuſta faciebat. Ignorant, enim quòd non viduitatis nomen in regnum ipſas introducet, ſed fides vera & opera ſancta. Si verò aliqua nomen viduitatis poſsideat, aduerſarij ſtudia exerceat, viduitatis eius ratio non habebitur, ſed regno expulſa, æterno ſupplicio tradetur.
D Audimus enim quaſdam eſſe viduas obtrectatrices, inuidas, calumniatrices, dolentes aliorum commodis. Tales Chriſti non ſunt, neq; eius doctrinæ diſcipulæ. oportebat enim eas, cum conuidua ab aliquo veſtitur, vel argentum capit, vel cibum, vel potum, vel calceamenta, videntes ſororem recreatam dicere.

Quomodò oporteat viduas orare pro miniſtrantibus vitæ ſubſidia. Cap. XIII.

BENEDICTVS es Deus, qui conſolatus es viduam: Benedic Domine & glorifica miniſtrantem ei & opus eius, vt aſcendat in veritate ad te, & memor eſto eius in bonũ in die viſitationis ſuæ. Et Epiſcopo, qui bene miniſtrauit & docuit, opportunam eleemoſynam nudæ conuiduæ meæ fieri, addas gloriam, & des ei coronam gloriæ in die

reuelationis viſitationis ſuæ. Eodem modo vidua, quæ miſericordiam accepit, pre-
cetur pro eo, qui victum ipſi miniſtrauit.

Quòd non oportet gloriari, & efferre ſuum nomen eam, quæ fructifi-cat ſecundum Domini ordinationem. Cap. XIIII.

Illa tamen, quæ benefecit, occultet proprium nomen, veluti ſapi-
ens, non canens tuba coràm ſe, vt ſit eleemoſyna in occulto apud
Matth.6. Deum, ſicut dicit Dominus, Cum facis eleemoſynam, non cogno-
“ ſcat ſiniſtra tua quod facit dextera tua, vt eleemoſyna tua ſit occul-
ta: & vidua oret pro eo, qui dedit. quicunq; tandem ille ſit, cùm ſan-
ctum Chriſti altare referat, & Pater in occulto videns, benefacienti
in aperto reddet. Sed quæ ſecundum Dei mandatum viduæ viuere nolunt, exquire-
re ſtudet, quæ ſit illa quæ miniſtrauit, & quæ accepit, quod cùm cognouerint accu-
ſant miniſtrantem illam dicentes, Neſciebas quòd ego eram tibi vicinior, & quod
magis egebam quàm illa? Cur igitur antepoſuiſti eam mihi? Hæc dicit ſtulta, non
intelligens non hominis voluntate id factum, ſed diuino conſilio. Nam cùm ipſa te-
ſtetur ſe viciniorem & maiori inopia oppreſſam, magiſq; nudam fuiſſe, etiam animad-
uertere debuit, diuinam ordinationem, tacitamq;, non accuſantem præbitricem il-
lam, domum ingredi, & in faciem procumbentem rogare Deum vt remittatur ſibi
peccatum. Deus enim facienti bonum præcepit, ne opus bonum peruulgaret, hæc
autem illam accuſauit quòd ſuum nomen non indicauit, vt illo cognito ad accipi-
endum poſſet accurrere, ac non ſolùm accuſauit, ſed etiam illi maledixit, oblita eius,
Gene.12. qui dixit, Benedicens tibi, benedictus eſt: & maledicens tibi, maledictus. Dicit au-
Matth.10. tem Dominus, Cum intraueritis in domum, dicite, Pax huic domui: & ſi fuerit ibi
“ filius pacis, pax veſtra requieſcet ſuper eum: Si non fuerit dignus, pax veſtra ad vos 6
“ reuertetur.

Quòd indecorum eſt conuitio afficere proximum: alienum enim Chri-ſtiano eſt maledicere. Cap. XV.

Qvod ſi pax ad eos redit, qui eam miſerunt, cùm ipſa dignos non in-
uenerit, multo magis maledictum in caput illorum reuertetur, qui
iniuſtè id miſerunt, cùm non ſit dignus vt in maledictum incurrat
Prouer.26. is, in quem eſt iactum. Nam qui inaniter conuitium facit, ipſe ſibi
“ maledicit, vt ait Solomon, Quemadmodum aues volant, & paſſeres,
ita maledictum vanum, in neminem ſuperueniet. & rurſum dicit,
Prouer.10. Qui proferũt contumelias, inſipientiſsimi ſunt. Atque vt apis robore ſuo imbecilla,
vbi aliquem percuſsit, amittit aculeum, fitque ſterilis: eodem modo vos iniuriam,
quam in alios facitis, in vos ipſi recipitis. Lacum enim aperuit, & effodit eum, & in-
Prouer.26. cidet in foueam, quam fecit. Qui fodit foueam proximo, incidet in eam. Igitur qui H
Eccle.10. maledictum fugit, alteri ne maledicat. Nam quod in te fieri non vis, nec tu id in alio
feceris. Quare caſtigate inobedientes: increpate inuerecundas: hortamini puſillani-
mes: confirmate infirmas: laudate in ſanctitate ambulantes: benedicant potius, &
non conuicientur: pacem componant, & non excitent bellum. Quare nec Epiſ-
copus, nec Presbyter, nec Diaconus, neque alius quiſquam de ſacro numero male-
dicto linguam contaminet, ne pro benedictione conſequatur maledictionem. Ad-
hibeat autem ſtudium diligentiamque, vt nec laicus maledictum proferat. Omni-
um enim curam ſuſcipere debet Clericorum, virginum, viduarum, laicorum. Ideo,
ô Epiſcope, coadiutores vitæ tuæ, & iuſtitiæ operarios Diaconos Deo acceptos gra-
toſque elige, quos ex omni populo probatos iudicas eſſe dignos, & ad vſus miniſte-
rij idoneos. Elige quoque Diaconiſſam fidelem & ſanctam ad mulierum miniſte-
ria. nam accidit aliquando, cùm in aliquorum domos Diaconum ad mulieres mit-
tere non potes, propter infideles, mittes igitur mulierem Diaconiſſam propter
impro-

A improborum cogitationes. nam ad multos vſus muliere Diaconiſſa indigemus: ac primùm cum illuminantur mulieres, Diaconus vngit frontē ipſarum oleo ſancto, deinde Diaconiſſa eas abſtergit. Nō eſt enim neceſſe mulieres aſpici à viris, ſed ſolùm in manus impoſitione caput illius vnget Epiſcopus, quemadmodū ſacerdotes, & Reges antiquo tempore vngebantur. non quòd, qui nunc baptizantur ſacerdotes *1.Pet.2.* ordinantur, ſed quòd à Chriſto Chriſtiani dicuntur: regale ſacerdotiū, & gens ſancta. Eccleſia Dei, columna & firmamentū thalami ſponſi: qui aliquando non populus, nunc autē dilecti & electi, ſuper quos inuocatū eſt nomen ipſius nouū, vt teſtatur Iſaias propheta dicens, Et vocabunt populū nomen eius nouū, quod Dominus *Iſai.62.* nominabit eum.

De diuina initiatione ſancti Baptiſmi. Cap. XVI.

B TV ergo, Epiſcope, illa figura vnges caput illorū, qui baptizātur, ſiue ij viri ſint, ſiue mulieres, oleo ſancto in figurā ſpiritualis baptiſmi. Deinde vel tu Epiſcopus, vel tibi ſubiectus Presbyter ſacrā ſuper ipſos dicens ac nominans inuocationem patris & Filij, Spiritus ſancti, baptizabis eos in aqua: ac virum ſuſcipiat Diaconus, mulierem Diaconiſſa, vt decore traditio infrangibilis ſigilli adminiſtretur. Poſtea Epiſcopus liniat baptizatos vnguento.

Quam cauſam habeat baptiſmus in Chriſtum cum aſſignatione cauſæ eorum, quæ in eo dicuntur, ac fiunt. Cap. XVII.

DATVR igitur baptiſmus in mortem Ieſu, aqua pro ſepultura, oleum pro Spiritu ſancto: ſigillum pro cruce: vnguentum eſt confirmatio C profeſsionis, mentio fit Patris vti cauſæ & mittentis: Spiritus ſancti vti teſtis: demerſio ſignificat quòd cōmorimur: emerſio quòd reſurgimus. Pater qui eſt ſuper omnia Deus, Chriſtus vnigenitus Deus dilectus Filius, gloriæ Dominus, Spiritus ſanctus, Paracletus, qui à Chriſto mittitur & ab illo docetur, & illum prædicat.

Qualis eſſe debeat is, qui initiatur. Cap. XVIII.

SIT, qui baptizatur, ab omni impietate alienus, mortuus peccato, amicus Dei, hoſtis Diaboli, hæres Dei Patris, cohæres filij ſui, qui abrenūciauerit Satanę & Dæmonibus, & fraudibus ſuis, caſtus, mundus, ſanctus, pius, filius Dei orans tanquàm filius patrem & dicens vti à communi fidelium conuentu in hunc modū, Pater noſter, qui es in Cælis, ſanctificetur nomen tuum: Fiat volūtas tua ſicut in cœ-D lo & in Terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialē da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in tentationē, ſed libera nos à malo. Quoniā tuū eſt regnū, virtus & gloria in ſęcula. Amē.

Qualis debeat eſſe Diaconus. Cap. XIX.

SINT Diaconi nulla ex parte reprehendendi, quemadmodum & Epiſcopus: tantùm ſint faciliores, accommodati ad multitudinem Eccleſiæ, vt infirmis miniſtrare valeant, veluti operarij, qui pudore non deterreantur. Ac mulier quidem mulieres curare ſtudeat: vterque nunciandi, curſandi, miniſtrandi, inſeruiendi officia abſoluat, vt de Domino Iſaias dicebat ijs verbis, Iuſtifica iuſtum bene ſeruientem multis. *Iſai.53.* Vnuſquiſque igitur ſuum locum agnoſcat,

" & cum expleat diligenter, concorditer, vnanimiter, cognoſcens Diaconatus mercedem. E Sint Diaconi à pudore alieni in miniſtrando egentibus, quemadmodum Dominus noſter non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuã in redemptionem pro multis. Idem ipſos facere oportet: quanquàm animam pro fratre exponere opus foret, nolint dubitare: nam Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit animam ſuam ponere (vt ipſe inquit) pro amicis ſuis. Quòd ſi cœli & terræ Dominus omnia propter nos pertulit, quomodò vos miniſtrare indigẽtibus verebimini? cùm eius imitatores eſſe debeatis, qui ſeruitutem, paupertatem, plagas, crucem propter nos eſt paſſus. Quare oportet vos quoque vti Chriſti imitatores inſeruire fratribus. Qui vult enim (inquit) inter vos eſſe magnus, ſit veſter miniſter. Et

Matt. 20. " qui vult inter vos eſſe primus, ſit veſter ſeruus: Ita enim ille opere præſtitit vt inſeruiret multis, non ſermone, nam cum accepiſſet linteũ præcinxit ſe, deinde miſit aquã in peluim, nobiſque recumbentibus accedẽs, omnium noſtrum lauit pedes, & linteo abſterſit. Quod faciens demonſtrabat nobis fraterni amoris charitatem, vt nos quoque inter nos idem faceremus. Cum igitur Dominus noſter ac magiſter adeo ſe met exinaniuerit, qua ratione vos pudebit idem facere in infirmos, & imbecillos fratres, cùm ſitis operarij veritatis, & pietatis patroni? Miniſtrate igitur amanter, non murmurantes, nec diſcordias excitantes: non enim propter homines hæc facitis, ſed propter Deum, & miniſterij mercedem ab illo conſequemini in die viſitationis veſtræ. Neceſſe eſt igitur vos Diaconos omnes inuiſere, qui quidem viſitatione opus habent, & de oppreſsis referre Epiſcopo veſtro. Vos enim anima eius ſenſuſque eſſe debetis, prompti, & obedientes in omnibus rebus ei, vti Epiſcopo veſtro & patri, ac magiſtro.

Quòd à tribus, vel duobus Epiſcopis debet ordinari Epiſcopus, & non ab vno: irritum eſt enim. G
Cap. XX.

EPISCOPVM mandamus ordinari à tribus Epiſcopis, vel ad minus à duobus: non licere autem ab vno vobis conſtitui: nam duorũ vel trium teſtimonium firmius, tutiuſque exiſtit. Presbyterum, & Diaconum, & reliquorum clerum ab vno Epiſcopo. Nec Presbyterum neq; Diaconum iubemus ordinare ex laicis clericos, ſed Presbyterum tantùm docere, offerre, baptizare, benedicere populo: Diaconum miniſtrare Epiſcopo, & Presbyteris, hoc eſt, diaconatum exercere, non tamen reliqua peragere.

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO. AVCTORE,

LIBER QVARTVS.

De Orphanis. Cap. I.

SI Quis Chriſtianus Orphanus fiat, ſiue puer, ſiue virgo, bene erit ſi aliquis ex fratribus carens liberis puerum ſuſcipiat, & filij loco habeat. virginem verò, qui filium habuerit ducendæ vxori idoneum, ei in matrimonium collocet: hoc enim qui faciunt, opus magnum præſtant, orphanorum patres facti, & à Domino Deo conſequentur huius officij mercedem. Quòd ſi quis ſecundum gratiam hominum ambulans deſpexerit, cum ſit diues, orphanatus membra, orphano quidem prouidebit orphanorum pater, & viduarum iudex: illi verò occurret aliquis, qui ipſius parſimoniam deuorabit: fietque in illum, quod dicitur, Quæ non comederunt ſancti, comederunt Aſsirij ſicut Iſaias dicit, Viduam veſtram coràm vobis, alieni deuorant eam. *Iſai.1.*

Quomodo Epiſcopus debeat orphanis prouidere. Cap. II.

NOs, Epiſcopi, ſolliciti eſtote de eis alendis, in nullo deficientes, orphanis præſtantes munera parentum, viduis virorum, adultis nuptias, artifici opus, infirmo miſericordiam, eſurienti cibum, ſitienti potum, nudis veſtitum, ægrotis medicinam, in carcere incluſis opem. Preterea verò maiorem curam de orphanis ſuſcipite, ne quid illis deſit: virgini quoad ad nubilem ætatem perueniat, & eam in matrimonium fratri detis: puero vt ſit ſubſidium, quo artem diſcat, & alatur ex miniſterio: vt cùm in arte profecerit, tunc poſsit artis inſtrumenta ſibi emere, ne amplius moleſtus ſit veræ fratrum erga ſe charitati, ſed ſibi ſuppeditet. Etenim verè beatus dicendus eſt is, qui cum poſsit ſibi in ſumptus miniſtrare, orphani, viduæ, & aduenæ locum non occupat.

Quibus debeant ſubſidia miniſtrari ſecundum Domini mandatum. Cap. III.

QVO-

Actor. 20. QVONIAM & Dominus beatiorem eſſe dixit eum,qui dat,quàm qui accipit.Etenim ruſum ab eo dictum eſt,Væ habentibus,& in hypocriſi accipientibus,vel ijs,qui ſibi opitulari valent,& ab alijs accipere volunt,vterque reddet rationem domino Deo in die iudicij.Nam qui vel propter pupillarem ætatem,vel propter ſenectutis imbecillitatē,vel propter morbi caſum,vel propter filiorū numerū capit,non ſolùm reprehendendus non eſt,ſed etiam laude dignus cenſetur.Pro altari enim Deo dicato exiſtimatus, à Deo honorem conſequetur, diligenter & aſsiduè pro ijs,qui ei præbent, preces fundens qui non ſegniter accipit, ſed doni quoad poteſt gratiam refert per orationem. Talis igitur homo in vita æterna à DEO beatitudinem conſequetur. Qui verò de ſuo habet, & propter hypocriſim capit, vel propter inertiam, cùm tamen laborando alijs opem ferre debuiſſet,Deo pœnas dabit,quoniam pauperum eſcam ſurripuit.

De Auaritia. Cap. IIII.

NAM qui argentum habet, & alijs non impartitur, nec ipſe vtitur, *Eccle.6.* ſerpentis locum obtinet, quem aiunt in theſauris dormire: & *Prou.11.* de eo vera eſt Scriptura, quæ ait, Congregauit diuitias, ex quibus non comedet, & nihil ei proderunt pereunti à vindicta. Non enim iuuabunt, inquit, exiſtentes in die iræ: nam qui talis eſt, in Deum non credit,ſed in aurum,exiſtimans illud Deum, & in illo confidens. Veritatis hypocrita is eſt, perſonarum acceptor, perfidus, diſsimulator, timidus, debilis, leuis, facilis, moroſus, triſtis, ſibi infeſtus, nemini amicus: huius pecuniæ peribunt, & vir aduena eas conſumit, vel à viuo ſublatas, vel illo mortuo perceptas: diuitiæ enim iniuſtè congregatæ euomentur.

Cum quali timore oporteat dominicarum collectarum participem eſſe Cap. V.

MONEMVS igitur viduas & orphanos, vt cum omni timiditate, ac verecundia percipiant de ijs, quæ ipſis præbentur, gratiaſque agant DEO, qui dat eſurientibus eſcam, & in eum oculos attollant. Quis enim, inquit, veſtrum comedet, vel quis bibet ſine ipſo? Ipſe enim aperit manum ſuam, & implet omne animal *Matth.6.* benedictione,frumentū adoleſcentibus,& vinū virginibus,& oleū in hilaritatē viuentium,fenū iumentis,herbā ſeruituti hominū,carnes beſtijs, ſemina auibus,& omnibus accōmodatam eſcam.Ideo,inquit Dominus,Videte volatilia cœli, quoniam non ſeminant, neque metunt,neque congregant in horrea, & Pater veſter nutrit illa: nónne illis meliores eſtis vos? Nolite igitur eſſe ſolliciti dicentes, Quid commedemus, quid bibemus: nouit enim Pater veſter, quòd ijs omnibus indigetis. Cum igitur tanta prouidentia vobis conſulat, bonaque ab illo percipiatis, laudibus efferre debetis orphanum & viduam ſuſcipien-

A cipientem, omnipotentem DEVM per dilectum filium eius IESum CHriſtum Dominum noſtrum, per quem gloria DEO in ſpiritu & veritate in ſecula Amen.

Quorum oblationes recipiendæ ſint, & quorum non ſint. Cap. VI.

EPISCOPVM ſcire oportet quorum debeat recipere fructus, & quorum non debeat. *Eccle. 26.* Cauendi enim ſunt illi in capiendo caupones: non iuſtificabitur enim caupo à peccato. De ijs Iſaias *Iſai. 1.* improperans Iſraëli dicebat, Caupones tui miſcent vinum aqua. Fugienda quoque ſunt ſcorta: non offeres enim Domino mercedem meretricis. *Deut. 23.* Rapaces quoque vitandi, & rerum alienarum cupidi, & adulteri: abominabilia enim horum ſacrificia ſunt apud Deum. Sed etiam opprimentes viduas, & orphanum affligentes, & carcerem implentes innocentibus. Illi quoque, qui ſeruos ſuos malè tractant, verberibus inquam & fame, atque acerba ſeruitute: fugiendi quoque ſunt tibi, ô Epiſcope, ij, qui ciuitates totas perdunt, quorum oblationes ſunt abominandæ. Vitabis quoque deceptores, & Rhetores iniuriam defendentes, idolorum artifices, fures, iniuſtos, publicanos, pondera & menſuras fraudantes, militem calumniatorem non contentum ſtipendijs, ſed pauperes concutientem. Homicidam quoque & carnificem, iudicemque iniuſtum, rerum euerſorem, hominum inſidiatorem in ſceleribus verſatum, ebrium, blaſphemum, cinædum, fœneratorem, denique quemcunque improbum & Dei voluntatis aduerſarium: quoniam inquit Scriptura, tales homines apud Deum eſſe abominabiles. Nam qui ab ijs aliquid capiunt, & alunt de eo viduas, & orphanos, rei in iudicio Dei efficientur: quemadmodum Adonias in libro Regnorum, Propheta cùm Deo non paruiſſet, *3. Reg. 13.* panemque comediſſet, & aquam bibiſſet in loco à Domino prohibito, propter impietatem Hieroboami, à Leone eſt interemptus. Nam viduæ panis labore partus iuſtior eſt, quamuis paucus & exiguus, eo, qui de iniquitate & calumnia *Pſalm 36.* quæritur, quamuis multus ſit, & elaboratus. Inquit enim Scriptura, Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas: Quòd ſi ab impijs paſta vidua, & ſaturata facta, pro eis ſupplicauerit, non exaudietur, quoniam ſcrutator cordium Deus cum iudicio pronuntiauit de impijs dicens, Si ſteterit Moſes & Sa- *Iſai. 15.* muel ante faciem meam pro eis, non exaudiam ipſos: & tu ne ores pro populo iſto, & noli miſereri eorum, & non accedas ad me pro ipſis, quoniam non exaudiam te.

Quòd indignorum oblationes quouſque ij tales manſerint, non modò Deum non placant, ſed potius contrà illum ad iram prouocant. Cap. VII.

VERVM etiam ij, qui in peccatis verſantur, niſi pœnitentiam egerint, non ſolùm non exaudiuntur, cum ſupplicant, ſed etiam Deum irritant, in memoriam ei reducentes ſuam improbitatem. Vitate igitur *Deut. 23.* talia miniſteria, tanquàm canis pretiũ, & mercedem meretricis. Vtcunq; enim in lege eſt prohibitũ: nam nec Eliſeus ab Azaele munera *4. Reg. 8.* allata accepit, neque Achias à Ieroboamo. Quòd ſi Dei Prohetæ ab *3. Reg. 11.* impijs oblata munera reiecerũt: itẽ vos reijcite, ô Epiſcopi. Sed etiã Simõ Magus mihi Petro,

Petro, & Ioanni pecuniam afferens, conatus eſt pretio inæſtimabilem gratiam eme- E
re, quibus reiectis, execrationibus perpetuis illum deuinximus, quoniam donum
Dei, non beneuolentia erga Deum, ſed pecunia exiſtimauit poſsideri. Fugite ergo
Actor.8. oblationes altaris Dei, à mala conſcientia prouenientes, quoniã, Abſtine te, inquit,
Iſai. 54. ab iniuſto, & non timebis, & pauor non appropinquabit tibi.

Quòd præſtat de proprio labore viduis ſuppeditare, quamuis pauca, & exigua, quàm ab impijs multa, & magna: præſtat enim fame perire. quàm ab impijs oblationem accipere Cap. VIII.

SED ſi dicatis quòd ij ſunt, qui eleemoſynas dant, à quibus niſi capiatur, non erit, vnde viduis miniſtretur, & inopes populi alantur: audietis à nobis quòd ideo accepiſtis donum Leuitarum, vt ſuppeditaretis, & vobis, & egentibus, ac ne inopia laborantes, ab improbis caperetis. Quòd ſi adeò egebunt Eccleſiæ, præſtat perire, quàm ab inimicis Dei aliquid capere in contumeliam & irriſionem amicorum eius. Nam de ijs Propheta dicit, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Pro-
Pſal.140. bationem igitur talium facite, atque ab ijs qui ſanctè viuunt, capite, & oppreſsis præbete, ab ijs, qui foris ſunt, nolite capere, priuſquàm Eccleſiæ membra efficiantur. quòd ſi deſit quod detur, ſignifica fratribus, ex quorum collectis miniſtra orphanis & viduis in iuſtitia.

Quòd oportet incitari populum à ſacerdote ad benefaciendum pauperibus, vt ſapiens Solomon dicit. Caput IX. G

Prou.3. DIC populo tuo, quæ ſapiens Solomon ait, Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus, & primitias da illi, de tuis fructibus iuſtitiæ, vt impleantur horrea tua repletione frumenti, vino torcularia tua redundent. Quare de iuſto labore fidelium alite, & veſtite inopes, & quæ ex eo, vt ante dictum eſt, cogitur pecunia, ſtatuite vt conferatur in redemptionem ſanctorum, liberantes ſeruos, captiuos, vinctos, ignominia notatos, damnatos, propter nomẽ Chriſti, de Ty-
Prou.24. rannorum ſententia, ad monomachias & ad mortem. Inquit enim Scriptura, Libera qui ducuntur ad mortem, & redime occiſos, ne parcas.

Conſtitutio vt ſi quis impius vi obtrudat pecuniam ſacerdotibus, in ligna, & carbones eam conſumant & non in victum. Cap. X. H

SI neceſſe ſit aliquando ab aliquo impio inuitus pecuniam capere, in ligna & carbones illam conſumite, ne vidua, vel orphanus de ea ſu-
Leu.19. mens, cogatur præter phas cibum, vel potum ſibi emere: æquum eſt enim talia quæ ab impijs veniunt, ignis pabulum, non piorum eſcã fieri. Hæc quoque lex præcipit, quæ ſacrificium ſerotinum non comedendum appellat, & igni conſumi iubet: non enim ſua natura mala ſunt, quæ offeruntur, ſed ſententia illorum, qui illa adducunt. Hoc verò præcipimus, ne omnino vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum ſciamus conſuetudiné ſæpè piorum impijs vtilem eſſe, obeſſe tantùm cultus, & ſuperſtitionis ſocietatem.

Hæc

A Hæc hactenus, dilecti, dicta ſint vobis propter cautionem veſtram.

De Parentibus, & filijs. Cap. XI.

PATRES inſtituite filios veſtros in Domino, educantes eos in diſcipli na atque præceptis Domini, erudientes in artibus idoneis, atque ac cōmodatis verbo, ne otio laſciuientes, & à parentibus non correpti, atque ante tempus libertatem adepti, honeſtati aduerſentur. Quare ne vereamini eos grauiter caſtigatos corripere: non enim occidetis eos cum caſtigatis: quin potiùs ſeruatis illos, vt Solomon in Sapientia inquit, Caſtiga filium tuum, & requieſcere te faciet, hic enim erit tibi bonæ ſpei: tu enim virga percuties eum, animam autem eius à morte liberabis, & idem, Qui parcit baculo, odit filium. Et alio in loco, Tunde latera ipſius dum eſt B infans, ne aliquando induratus non obediat tibi. Qui igitur negligit admonere & caſtigare filium, cum odio habet. Docete ergo filios veſtros ſermonem Domini, corripite verberibus, obſequentes facite ab infantia, erudientes eos ſacris literis veſtris, diuiniſque, atque in omni diuina Scriptura inſtituentes, attendentes, ne in vos poteſtatem habeant præter veſtram ſententiam, cum æqualibus in conuiuium non permittentes eos conferre. Ita enim in intemperantiam labentur, & in fornicationem incident. Et ſi parentum incuria id patientur, genitores rei illarum animarum fient. Si enim negligentia parentum filij cum intemperantibus peccati conſuetudinem habebunt, non ſolùm ipſi intemperantes erunt, ſed etiam pro eis parentes iudicabuntur. Ideo date operam vt cùm ad adultam ætatem peruenerint, matrimonio iungantur, ne illi feruore ætatis in conſuetudinem fornicandi incurrant, cuius vos in die Iudicij rationem Domino Deo eſſetis reddituri.

Prouer.23. ,, ,, ,, Prouer.13. ,, Eccle.30. ,,

C

De ſeruis, & Dominis. Cap. XII.

DE Seruis quid præterea dicere poſſumus, niſi quòd ſeruus beneuolentia proſequatur Dominum, quamuis impium, quamuis improbum? non tamen concordiam cum eo habeat religionis. Et Dominus diligat ſeruum, ac quamuis illo prȩſtet, tamen ſe æqualem iudicet quatenus homo exiſtit. Qui fidelem habet Dominum, ſaluo eius dominio, diligat vt Dominum, vt eiuſdem fidei conſortem, vt patrem, non vt ſeruus ad oculum, ſed vt Domini ſtudioſus, & amans: ſciens Deum ſibi redditurum ſeruitutis mercedem. Eodem modo Dominus fidelem habens ſeruum, ſalua ſibi ſeruitute, diligat vt filium, vel vt fratrem D propter fidei ſocietatem.

In quibus oporteat ſubiectos eſſe mundanis poteſtatibus. Cap. XIII.

OMNI Regno, ac Magiſtratibus ſubditi eſtote in eo, quod Deo placet, tanquàm Dei miniſtris, & impiorum vltoribus: timorem illis debitum præſtate, omne vectigal, omne tributum, omnem honorem, munus, cenſum. Dei eſt enim præceptio, nemini quicquam debere, niſi amicitiæ ſignum, quod DEVS ſtatuit per Chriſtum.

De Virginibus Cap. XIIII.

1.Cor.7. DE virginitate præceptum non accepimus, volentium autem po-
teſtati id remittimus, tanquàm votum. Illud tamen admonemus,
Eccle.5. ne facilè aliquid promittant, quoniam Solomon ait, Melius eſt
non vouere, quàm vouere & non reddere. Virgo igitur ipſa ſit
ſancta corpore, & anima, vt templum Dei, vt domus Chriſti,
vt habitaculum Spiritus ſancti: oportet enim eam, quæ promi-
ſit, digna promiſſo ſuo opera efficientem, oſtendere promiſſum
ſuum verum eſſe, & propter exercitationem pietatis, non propter calumniam
nuptiarum, conceptum. Ne ſit vaga, ne intempeſtiuè ambulet,
careat duplici mente, ſit veneranda, continens, temperata
caſta, fugiat multorum commercia præ-
ſertim profanorum.

CONSTI-

A CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE,

LIBER QVINTVS.

De Martyribus Cap. I,

SI QVIS Chriſtianus propter nomen Chriſti, & charitatem
erga Deum, ac fidem ab impijs ad ludos, aut ad beſtias, aut
B ad metallũ fuerit damnatus: illum ne deſeratis, ſed de labo-
re atque ſudore veſtro illi in victum mittatis, & militibus in
ſtipendiũ, vt ſubleuetur, & cura aliqua colatur, atq;, quan-
tum in vobis eſt, ne ærumnis præmatur beatus frater veſter.
Nam qui propter nomen Domini Dei condẽnatur, is Mar-
tyr ſanctus eſt, frater Domini, filius Altiſsimi, habitaculum
Spiritus ſancti, per quem vnuſquiſque fidelis illuminationem gloriæ ſancti Euan-
gelij accepit, eo quòd meruit incorruptibilem coronam martyrij paſsionum ipſius
& ſocietatem ſanguinis ipſius, configuratus morti Chriſti in adoptionem filiorum.

Quòd ijs, qui propter Chriſtum calamitatem ab Infideli- bus perferunt, æquum eſt fideles neceſſaria præ- C bere ſecundum Chriſti ordinationem. Cap. II,

QVARE omnes fideles per Epiſcopum veſtrum de facultatibus, ac de
labore veſtro miniſtrate ſanctis. Si quis nõ habeat, ieiunet, partiens-
que victum quotidianum diſtribuat ſanctis. Si quis copia bonorum
abundet, plura pro ratione facultatum præbeat. Quòd ſi poſſet ven
ditis ſuis bonis, eos carceribus liberare, beatus cenſebitur, & ami-
cus Chriſti. Nam qui pauperibus bona ſua dat, perfectus eſt poſt re
rum diuinarum cognitionem: multo magis qui id pro Martyribus facit: is enim di- *Matth. 10.*
gnus Dei amore obtemperabit eius voluntati, prebens illis, qui eum confeſsi ſunt ,,
coram gentibus, Regibus, & filijs Iſraël, de quibus Dominus pronuntiauit hæc ver- ,,
ba, Qui me cõfeſſus fuerit coràm hominibus, cõfitebor & ego cũ coràm patre meo. *S. Igna. ad*
D Quòd ſi tales ſunt vt Chriſti teſtimoniũ coràm Patre ſint habituri, non debetis vos *Smyrn.*
pudore detineri, quin ad eos accedatis. Hoc enim ſi feceritis, martyrium vobis attri-
buetur, quoniam illis martyrium tentatio fuit, vobis alioqui promptitudo & alacri-
tas, vt qui participes illorum certaminis eſtis. Inquit enim ijs Dominus quodã in lo- *Matth. 25.*
co, Venite benedicti Patris mei, accipite regnũ, quod paratum eſt vobis ab origine ,,
mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſ- ,,
pes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus erã, & viſitaſtis me: ,,
in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicentes, Domi- ,,
ne quãdo vidimus te eſurientẽ, & aluimus: vel ſitientẽ, & dedimus tibi bibere: quan ,,
do te vidimus nudum, & cooperuimus: vel infirmum, & viſitauimus: quando te vi-
dimus hoſpitẽ, & collegimus: vel in carcere, & acceſsimus ad te? Et reſpondẽs dicit
eis, Quod feciſtis vni ex ijs fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Et ibunt ij in vitã æ- ,,
ternam. Tunc dicit ijs, qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æter- ,,
num, qui eſt paratus Diabolo, & angelis ſuis. Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi man- ,,

" ducare:ſitiui,& non dediſtis mihi bibere:hoſpes eram, & nõ collegiſtis me: nudus,
" & non cooperuiſtis me:infirmus,& in carcere,& non viſitaſtis me. Tunc reſponde-
" bunt & ipſi dicentes,Domine quando te vidimus eſurientẽ,vel ſitientẽ, vel hoſpitẽ,
vel nudum,vel infirmũ,vel in carcere,& non miniſtrauimus tibi? Tunc reſponde-
" bit eis dicens,Amen dico vobis,Quod non feciſtis vni ex ijs minimis,nec mihi feci-
" ſtis: & ibunt ij in ſupplicium æternum.

Quòd fugienda eſt falſorum fratrum conſuetudo, quando perſeuerant in malitia. Cap. III.

SI QVIS dicens ſe fratrum eſſe,deceptus à Diabolo malũ fecerit,conuictúſque,morti ſit adiudicatus vt fur, adulter, homicida: recedite ab eo,vt ſitis inuiolati,ac ne quis veſtrum in ſuſpitionem veniat ſocietatis ſceleris, & in maledictum incurratis, quaſi omnes Chriſtiani iniuſtis actionibus delectẽtur.Quare longè ab illis diſcedite, incluſis verò in cuſtodia odio aduerſus Chriſtũ, vel vltimo ſupplicio traditis,vel in vincula coniectis,vel ablegatis,omni ſtudio opẽ ferre, mẽbra veſtra liberantes de manibus impiorũ:ac ſi quis cum illis repertus cõprehendatur,atq; flagella perferat,beatus exiſtimatur,quoniã ſocius Martyris eſt effectus, imitatorq;
Actor.4. Chriſti paſsionũ.Etenim nos quoq; pro Chriſto ſæpe à Caipha Alexandro, Anna plagis acceptis gaudentes exibeamus,quoniã digni habiti eramus pro Saluatore noſtro talia perpeti. Vos quoq; gaudete quòd hæc patimini, quoniã beati eritis in illa die.

Quòd per Chriſtum vexatis oportet manum præbere, quamuis adſit periculum. Cap. IIII.

EOS qui perſecutionẽ propter Chriſtũ patiuntur,& de ciuitate in ciuitatẽ fugiunt propter mandatũ Domini recipite,ſubſidiũ eis præſtantes,eósq; vti Martyres amplectimini læti,quòd participes corũ
Luc.6. perſecutionis facti eſtis,ſcientes illos à Domino beatos appellari.In-
" quit enim ipſe,Beati eritis quando exprobrauerint vos,& perſecuti
" fuerint,& dixerint omne malũ verbum contra vos, mentiẽtes pro-
" pter me:gaudete & exultate,quoniã merces veſtra multa eſt in cœlis.Sic enim perſe-
" cuti ſunt Prophetas ante nos.Et rurſum,Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur.
Ioan.15. Et deinde,Si perſequentur vos in hac ciuitate,fugite in aliam,quoniã in mundo tri-
" bulationẽ habetis.Tradent enim vos in Synagogas,& ante Præſides,& Reges duce-
" mini propter me in teſtimoniũ ipſis.Et qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus
" erit: nam qui propter fidem perſecutionem patitur,& illi teſtimonium exhibet, ac
" perſeuerat,is re vera homo Dei eſt.

Quòd tremenda, & exitiabilis res eſt negare Chriſtum. Cap. V.

QVI ſe Chriſti eſſe negat,ne hominibus ſit in odio, & ſuam animam magis diligit,quàm Dominũ,in cuius manu ſpiritus eius eſt poſitus, is denique miſerabilis,atq; infelix eſt: nefarius,& abominãdus, qui hominibus amicus eſſe vult,Deo inimicus: patrem habẽs non amplius cum Sanctis, ſed vnà cum execratis: qui in locum regni benedicti expetit ignem æternum,paratum Diabolo & angelis eius: & qui non ampliùs ab hominibus odio habetur,ſed à Deo repellitur, & à conſpectu
Matth.10. ipſius eijcitur.Nam de hoc locutus eſt Dominus dicẽs.Qui negauerit me coràm hominibus

A minibus,&erubuerit nomen meũ,negabo & ego ipſum, & erubeſcã corãm Patre meo,qui eſt in cœlis.Et iterũ nobis diſcipulis inquit,Qui amat patrem vel matrem ſupra me,non eſt me dignus;& qui amat filiũ,vel filiam ſupra me,nõ eſt me dignus: & qui non tollit crucem ſuam,& ſequitur me,non eſt me dignus: qui inuenit animam ſuã,perdet eam: & qui perdit animã ſuã propter me,inueniet eam.Quid enim prodeſt homini,ſi vniuerſum mundũ lucretur,animę verò ſuę detrimentũ patiatur, vel quam retributionẽ dabit homo pro anima ſua? Et deinceps,Nolite timere, qui occidunt corpus,animã autem non poſſunt occidere.Timete potius qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

Quòd imitari oportet Chriſtum in patiendo, & æmulari in patientiam. Cap. VI.

B VNVSQVISQVE,qui artẽ aliquã diſcit, intuẽs magiſtrũ actione, vſuque ſuo abſoluere artis munus,conatur in ſuo opere illius ſimilitudinẽ imitari.Niſi igitur vires intenderit,nõ erit in arte perfectus.Itẽ nos magiſtrũ habentes Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ,cur eius doctrinã non imitamur? Ille enim renuntiauit voluptatibus, delitijs, gloriæ,diuitijs,ſuperbiæ,opibus,matri,fratribus,deniq; propriæ vitæ,& propter ſuam erga patrẽ pietatẽ,erga nosq; benignitatem,non modò pertulit perſecutionẽ,verbera,opprobria,illuſionẽ,ſed etiam crucis ſuppliciũ, vt Iudæos & Græcos ad pænitentiã reuocatos ſeruaret.Cùm igitur ille propter nos vitæ cõmoda reliquerit,nec crucem ſibi turpem exiſtimans,neq; mortẽ indecorã, quid eſt cauſæ cur nos eius paſsiones non imitemur,deſeramuſq; præ eo vitam ipſam præſtante illo nobis patientiã? Ille enim propter nos,nos propter ipſoſmet patimur: nõ enim nobis opus habet ipſe,ſed nos illius miſericordia indigemus.Solùm autẽ à nobis fidem *Iob 35.6.*
C germanã liberamq; flagitat.Inquit Scriptura,Si iuſtus es quid dabis ipſi? vel quid de manu tua accipiet? viro,qui eſt ſimilis tui impietas tua & filio hominis iuſtitia.

Quòd non debet fidelis ſe periculis exponere,neque propter ignauiam timere,ſed cautè fugere, & ſi in diſcrimen incidat, certare propter repoſitam coronam Cap. VII.

RENVNCIEMVS ergo parentibus,conſanguineis,amicis,vxori, filijs, poſſeſsionibus,denique omni vitæ, ſi quidẽ aliquid horũ impediat pietatem.Oportet enim orare nos ne intremus in tentationẽ. quòd ſi ad martyrium vocemur,conſtanter confiteri pretioſum nomen,
D ac ſi propter hanc cauſam ſupplicio afficiamur,lętemur,quòd ad immortalitatem properamus,perſecutionem patientes nolimus quaſi in re noua obſtupeſcere,ne diligamus præſens ſæculũ,nec humanas laudes, neque principũ gloriam atq; honorem more quorundam Iudæorũ,qui Domini opera admirantes,metu Pontificum & reliquorũ principũ,in eum non credebant: Dilexerunt enim magis gloriã hominũ quàm gloriã Dei.Profitentes pulchrã illam confeſsionem fidei,nõ ſolùm ipſi ſaluamur,ſed etiam nuper illuminatos confirmamus,& Cathecumenos fideles reddimus.Si verò de confeſsione deceſſerimus,negãtes pietatem ob ſentẽtiæ imbecillitatẽ,metumq; breuiſsimi ſupplicii:nõ ſolùm ipſi nobis vitam æternã eripimus,ſed etiã alijs interitus auctores ſumus,& conduplicatũ ſupplicium feremus,vt qui propter abnegationẽ,ſuſpitionẽ dedimus,celebratã à nobis veritatẽ,doctrinã erroris continere. Quare ne ſimus nimis prompti, neq; ad pericula præcipites:inquit enim Dominus,Orate,ne intretis in tentationẽ. Spiritus quidem prõptus eſt,caro autẽ infirma.Quòd ſi tempus incidat,ne deturpemus ignauia profeſsionẽ noſtram.Nam ſi quis abnegata ſua ſpe,qui eſt Ieſus filius Dei,tẽporali mor-

Iohan. 12. *Matth. 26.*

te ſit liberatus, cras aũt in grauiſsimũ morbum incidens, ventris, ſiue ſtomachi, ſiue E
capitis, vel etiã in aliquã immedicabilẽ ægritudinẽ lapſus, veluti in tabem, cancrum,
apoſtema, morbũ inteſtini, aquam inter cutẽ, tormina, breui exitu finiatur, atq; è vi-
ta diſcedat, nõnne huius vitæ bonis priuatus erit, & æternis excidet? quin potius in-
tra æternos cruciatus ſe conijciet, profectus in tenebras exteriores, vbi eſt fletus &
ſtridor dentiũ. Qui verò martyriũ conſequi meruit, gaudeat in Domino quòd tan-
tam coronã eſt adeptus, & per confeſsionem diem clauſit extremũ: ac quãuis fuerit
catechumenus, lætus diſcedat: paſsio enim, quã pro Chriſto ſuſtinet, cedet ei verio-
rem baptiſmũ, quoniã ipſe re ipſa cõmoritur Chriſto, alij in figura. Gaudeat igitur
quòd imitatur magiſtrũ, quoniã de eo mandatũ habemus. Perfectus ſit omnis ſicut
Luc.6. magiſter eius: magiſter aũt eius, ac noſter Ieſus Dominus propter nos cæſus eſt, ma-
ledicta pertulit, & contumelias cum longanimitate, ſputa, & alapas accipit, poſt fla-
gella cruci affixus eſt, aceto & felle potatus, perficiens omnia, quę de ſe ſcripta erãt.
Dixit Deo Patri, In manus tuas cõmendo ſpiritũ meum. Quare, qui illius diſcipulus F
eſſe cupit, æmuletur eius certamina, imitetur patientiã: ſciens quãuis ab hominibus
igne cõburatur. nihil tamen ſe paſſurũ, veluti illi tres pueri. quòd ſi patiatur aliquid,
tamen præmiũ à Domino conſequetur, fidem habens vni, & ſoli vero Deo, ac patri
per Ieſum Chriſtum magnum Pontificem, & redemptorem animarũ, certaminum-
que remuneratorem, Cui gloria in ſæcula Amen.

De Reſurrectione. Cap. VIII.

IPSE enim nos excitabit omnipotẽs Deus per Dominũ noſtrũ Ieſum
Chriſtũ, propter promiſsionẽ ipſius verã: excitabit autẽ cum omni-
bus, qui à principio dormierunt, tales quales modò ſumus præſenti
figura, nil mancũ habentes, nec corruptioni obnoxium: quoniã im-
mortales reſurgemus. Quamuis enim in mari moriamur: quamuis
in terra diſcerpamur: quamuis à feris, vel ab auibus laniemur, tamen G
Luc.21. excitabit nos virtute ſua: quoniã Mundus totus Dei manu continetur. Capillus, in-
quit, ex capite veſtro nõ perit, Ideo monet nos inquiẽs, In patientia veſtra poſsidete
animas veſtras. De reſurrectione autẽ mortuorũ, deq; Martyrũ remuneratione, Ga-
Daniel.12 briel Danieli inquit, Et multi de ijs, qui dormierunt, de terræ puluere reſurgent: alij
enim in vitã æternã, alij in turpitudinẽ & opprobriũ æternũ. Et intelligentes fulge-
bunt quaſi ſol, & quaſi firmamentũ, & ſtellę. Quaſi luminaria ſplendorẽ habituros
Sanctos prædixit Sanctiſs. Gabriel, ipſos enim intelligere veritatẽ teſtatur, & ſacrum
nomen eius. Nõ ſolùm autem Martyribus promiſit reſurrectionẽ, ſed etiã omnibus
Eccle.12. hominibus iuſtis, atq; iniuſtis, pijs, atq; impijs, vt ſinguli pro meritis pendãt. Adducet
enim, inquit, Deus vniuerſam creaturã in iudicium in omni neglecto, ſiue bonũ id
fuerit, ſiue malũ. Hanc reſurrectionem nõ credentes Iudęi olim dicebãt, Aruerunt
oſſa noſtra, & diſſenſimus. quibus Deus reſpondens dicit, Ecce ego aperio tumulos
Eze.37. veſtros, & educã vos ex ipſis, & dabo ſpiritũ meũ in vobis, & viuetis, & cognoſcetis, H
quoniã ego Dominus locutus ſum, & faciã. Et per Iſaiam inquit, Reſurgent mortui
& excitabuntur qui ſunt in ſepulchris: & lętabuntur quieſcentes in terra, quoniam
ros tuus medicina ipſis eſt. Multa alia de reſurrectiõe dicta ſunt, & de iuſtorũ in glo-
Iſai.26. ria permanſione, deque impiorum ſupplicio, caſu, auerſione, pœna, infamia, igne æ-
terno, verme non pereunte. Quòd verò ſi voluiſſet homines immortales manere,
hoc facere potuerit: oſtendit in Enoch, & in Helia, quos mortẽ experiri non permi-
ſit. Item quòd potuerit quolibet tempore, ſi voluiſſet, eos in vitam reducere, id face-
re, & per ſe, & per alios, manifeſtum fecit, cùm filium viduæ per Heliã excitauit, &
Sunamitidis filium per Heliſſæum. Perſuaſi autẽ ſumus mortem, ſupplicium nõ eſſe,
ex eo quòd ſancti eam ſunt paſsi: imò ipſe ſanctorũ Dominus Ieſus Chriſtus vita fide-
lium, & reſurrectio mortuorum. Quare veluti in magna ciuitate verſantibus nobis,
poſt certamina, inducit breuis temporis diſſolutionem, vt poſtea vnumquemque
in vitam excitatum vel reprobet, vel coronet. Nam qui Adæ & reliquorum corpo-
ra ex

A ra ex terra coagmentauit, poſt diſſolutionem ea reparabit, quoniam debetur hęc res rationali hominũ naturæ: Perpetuitatem inquam. qui igitur corpus diſſoluit, idem reſtituet. Et qui dixit quòd accepit Dominus puluerem de terra, & formauit hominem, & inſpirauit in faciem eius ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem: & qui poſt inobedientiam dixit, Terra es, & in terram reuerteris. Idem poſtea nobis reſurrectionem promiſit. Audient enim, inquit, qui ſunt in monumentis vocem filij Dei, & qui audiuerint, viuent. Præterea credimus reſurrectionem futuram, ex Domini reſurrectione: Ipſe enim, qui Lazarum quatriduanum in vitam reduxit, & Iairi filiam, ac viduæ filium, ſeq; ipſum etiam mandato Patris tertia die excitauit, quod eſt pignus & arra reſurrectionis noſtræ, Ego enim, inquit, ſum reſurrectio & vita: quiq; Ionam poſt tertium diem viuum incolumemq; de ventre cete eduxit, & tres pueros de Babylonico camino eripuit, & Danielẽ ore leonũ liberauit: is quoque nos poterit à morte excitare. Quòd ſi Græci derident nos, nõ credentes noſtris B ſcripturis, ſaltem fidem habeant vati ſuæ Sibyllæ, quæ ad verbum ita inquit.

Gene. 2. Gene. 3. Ioan. 5. Matth. 9. Ioan. 11.

Atque vbi cuncta cinis fuerint tenuiſq́ fauilla: ››
Atque idem Deus extinguet quem incenderat ignem. ››
Oſſaq́ reſtituet rurſum cinereſq́ ſepultos: ››
Et genus omne hominum (vt fuerant) Deus ipſe reponet. ››
Tunc graue iudicium veniet, quo iudicet Orbem ››
Ipſe iterum Deus, hoſq́ iterum iam terra recondet. ››
Sed quoſcunque pios, viuos ſuſcipiet Orbis ››
Inſpirante Deo vitam, gratumq́ fauorem, ››
Mutuaq́ inter ſe cumulabunt gaudia læti. ››

C Cùm igitur illa, reſurrectionem affirmet, corporumq; renouationem nõ neget, piosq; ab impijs diſcernat: temerè ij noſtratibus aduerſantur. Quanquàm aiunt in vnica ſpecie * ſe reſurrectionem oſtendere, non credentes ijs, quæ ipſimet narrant. Aiunt enim auem quandam eſſe ſoligenam, vberem præbentem reſurrectionis demonſtrationem, quam dicunt comparem non habere: ſolamq; in Mundo reperiri, Phœnicem appellant: narrantq; eam poſt quingenteſimum annum in Aegyptum aduolantem, ſecumque copiam cinnamomi, caſiæ, xylobalſami adducentem, in loco, qui dicitur, Solis ara, conſiſtere, ibique conuerſam ad aſpectum Solis, ei (vt aiunt) ſupplicem ſponte conflagrare, redigique in puluerem. Ex cineribus autem vermem exiſtere, eumque concalefactum, in nouam phœnicem formari, alitemque factum in Arabiam, quæ eſt vltra Aegyptiacum ſaltum, aduolare. Cum ergo (vt ipſi aiunt) per auem rationis expertem, probetur reſurrectio, cur temerè noſtratia calumniantur, cum fateamur, qui potentia ſua effecit, vt quod non erat, eſſet, eum D quoque facere poſſe vt id poſt eius interitum reſtituatur? Nam propter hanc perſuaſionem verbera, perſecutione, mortes perferimus. nam fruſtrà ea didiciſſemus, niſi firmiter nobis hærerent ea, quæ alijs prædicanda ſuſcepimus. Quemadmodum igitur credimus Moſi dicenti, In principio fecit cœlum, & terram. & cognoſcimus, non materiæ inopia, ſed voluntate ſola Chriſtum, quæ conſtituit, ea produxiſſe cœlum inquam, terram, mare, lumen, noctem, luminaria, aſtra, volatilia, aquatica, quadrupedia, reptilia, plantas, herbas: eodem modo excitabit nos ſua voluntate, ope aliena non indigens. Eiuſdem enim facultatis munus eſt, producere mundum atque mortuos excitare. Atque tunc quidem hominem, qui nullus erat, ex diuerſis conſtantem rebus effecit, data ei anima de nihilo: nunc autem exiſtetibus animis, diſſoluta corpora reſtituet. Rerũ enim manentiũ eſt reſurrectio, nõ in nihilũ redeuntiũ. Ille igitur, qui prima corpora de nihilo effecit, ex ijsq; varias naturas compoſuit, idem mortuos vita reddita excitabit. Nam qui in vtero hominem de puſillo ſemine fingit, animamq; illi nondum exiſtentem, creat, & (vt ipſe inquit

 quodam

Ierem. 1. quodam in loco Ieremiæ) Antequàm te formarem in vtero, noui te. Et alio in loco,
Zach. 12. Ego Dominus firmans cœlum, & fundans terram, & formans ſpiritum hominis in
" eo. idem ipſe omnes homines excitabit, cùm eius ſint opera, quemadmodum diuina
Gene. 1. Scriptura teſtatur dixiſſe Deum vnigenito Chriſto, Faciamus hominem ad imagi-
" nem & ſimilitudinem noſtram. Et fecit Deus hominem, ſecundum imaginem Dei
" fecit illum, maſculum & fœminam fecit eos. Et diuiniſsimus & patientiſsimus Iob,
Iob 10. de quo Scriptura ait, quod ſcriptum eſt eum reſurrecturum cum ijs, quos Dominus
" ſuſcitabit, ſic inquit ad Deum, Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coa-
" gulaſti? pelle, & carnibus veſtiſti me, oſsibus, & neruis compegiſti me. vitam & mi-
" ſericordiam poſuiſti apud me, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Hæc ha-
" bens in me ipſo, ſcio quòd omnia potes. Ideo inquit Saluator ac magiſter noſter Ie-
Pſal. 118. ſus Chriſtus; Quod hominibus eſt impoſsibile, Deo poſsibile eſt. Dicitq; Deo cha-
" riſsimus Dauid, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Et iterum, Tu noſti
Pſal. 102. figmentum noſtrum. Et deinceps, Tu plaſmaſti me, & poſuiſti ſuper me manum
Pſal. 138. tuam. Mirabilis facta eſt ſcientia tua, ex me confortata eſt, non potero ad eam. Im-
" perfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribētur. Sed etiam Iſai-
Iſaia 64. as illi ſupplicans dicit, Nos lutum, & tu fictor noſter. Quare ſi opus eius homo eſt
" per Chriſtum effectus, omnino mortuus per eum reſurget, vel ad rectè factorũ præ-
mia, vel ad ſcelerum ſupplicia. Quod ſi iuſtitia iudicat veluti legiſlator, quemadmo-
dum impios punit, ita ſeruat fideles, atque eos, qui pro Chriſto ab hominibus ſunt
interfecti, alios quaſi aſtra decorans, alios quaſi luminaria illuſtrans, ſicuti Danieli
dicebat Gabriel. Quare cùm fideles Chriſti diſcipuli omnes ſimus, eius promiſsio-
Pſal. 144. nibus credimus. verus eſt enim qui promiſit. Dicit autem beatus Propheta Dauid,
" Fidelis Dominus in omnibus ſermonibus ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
" Nam qui de Virgine ſibi corpus parauit, is reliquorum hominum inſtituit origines,
qui ipſe ſe è mortuis excitauit, is omnes ſepultos in vitam reuocabit: qui ex vno gra- G
no multũ tritici de terra excitat, & abſciſſæ arbori regerminantes ſurculos reſtituit,
& arefactæ virgæ Aaron reddidit viriditatem, ille ipſe nos quoq; ſuſcitabit in gloria:
& qui paralyticum incolumem reſtituit, aridam manum habentem curauit: cæco à
natiuitate, luto de ſputo ac terra facto mancam partem reddidit, idem ille nos in vi-
tam reducet: quiq; ex quinq; panibus, & duobus piſcibus, quinq; millia hominum
ſatiauit, vt duodecim cophini ſupereſſent: & in vinum aquam conuertit, & ex ore
piſcis per me Petrum eductum ſtaterem cenſum petentibus miſit, is quoq; mortuos
ſuſcitabit. Hæc enim omnia nos de eo teſtamur, alia conteſtantur Prophetæ. Nos
qui cum illo comedimus, & bibimus, & ſpectauimus eius miracula, vitam, conſue-
tudinem, ſermones, paſsiones, mortem, reſurrectionem à mortuis, verſatiq; cum eo
ſumus poſtea per quadraginta dies, mandatumq; habuimus vt prædicaremus Euan-
gelium in vniuerſo Mundo, & doceremus omnes gentes: baptizaremusq; in mor-
tem eius in virtute Dei cunctorum, qui eſt pater ipſius, & teſtimonio Spiritus, qui eſt H
paracletus: ijdem illi docemus vos hæc omnia, quæ cùm nobis præciperet, in cœlum
ab oculis noſtris ſublatus eſt, rediens ad eum, qui ipſum miſerat. Quę ſi credetis, bea-
titudinem aſſequemini, cæteroqui ipſi ſine culpa inueniemur, nec nos contamina-
bit infidelitas veſtra. De Martyribus dicimus vobis, vt apud vos in omni honore ſint,
quemadmodum & apud nos in honore habiti fuerunt, beatus Iacobus Epiſcopus,
& Sanctus noſter condiaconus Stephanus. ij enim & à Deo ſunt beatitudinem cõ-
ſecuti & ab hominibus honorem: expertes omnis delicti: obfirmati aduerſus pecca-
tum: immutabiles in bonis: ſecuri in laudibus, de quibus Dauid dicebat, Pretioſa in
Prouer. 10. conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Et Solomon, Memoria iuſti cum laude.
De quibus propheta quoque dicebat, Viri iuſti tolluntur,

De falſis Martyribus. *Cap.* IX.

OMNIA

A OMNIA iam dicta ſunt, quæ ad eos, qui pro Chriſto verè Martyres ſunt, pertinebant, nihil de falſis martyribus, de quibus ſcriptura dicit, Nomen Impiorum extinguitur. Teſtis enim fidelis non mentitur, & profert falſa teſtis iniquus: nam qui ſine mendacio martyrium pro defendenda veritate eſt executus, is verax martyr putatur, fidelisque, eo quòd verbo pietatis per proprium ſanguinem eſt patrocinatus. ,, *Prouer. 10.* *Prouer. 14.*

Moralis admonitio. Cap. X.

HORTAMVR vos fratres, & conſerui, vt relinquatis inania & turpia verba, facetias, ebrietates, libidines, delicias, immoderatam iracundiam cum ſtultis ſermonibus: quoniam neque in Dominicis diebus, qui ſunt hilaritatis & lætitiæ, concedimus vobis præter ſanctitatem aliquid dicere vel facere. Ait enim quodam in loco ſcriptura, Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Exultationes igitur veſtras cum timore & tremore celebrari oportet. Chriſtianus enim fidelis nec carmen Ethnicum, neque meretriciam cantilenam canere debet, quoniam continget eum in cantione, dæmoniacorum nominum Idolorum mentionem facere, & in locum Spiritus ſancti inuadet in eum ſpiritus malus. B *Pſal. 2.* ,,

Admonitio erudiens fugiendam Idololatriæ abominationem. Cap. XI.

C PROHIBITVM eſt autem iurare per illa, & in ore habere illorum abominabilia nomina, vel ea colere, vel timere veluti Deos: non enim dij ſunt, ſed improbi dæmones, & ridicula opera. Dicit enim quodam in loco Dominus de Iſraélitis, Reliquerunt me, & iurauerunt in dijs, qui non ſunt, & reliqua. Tollam nomina idolorum ex ore ipſorum. Et alio in loco, Ipſi me prouocauerunt in ijs, qui non ſunt dij: irritauerunt me in Idolis ſuis, atque omnibus ſcripturis hæc prohibita reperiuntur à Domino Deo. ʻʻ *Ierem. 5.* *Zach. 13.* ,, *Deuter. 32.*

Quòd non oportet Cœlum & aſtra colere, neque per ea, aut per alias creaturas iurare ſecundum Domini mandatum. Caput XII.

D NON ſolùm enim de Idolis prohibitum eſt, ſed etiam de luminaribus lege eſt ſancitum, ne quis per illa iuret, neque ea colat: inquiūt enim, Ne aſpiciens Solem, & Lunam, & aſtra, in errorem inductus ea adoret. Et alio in loco, Secundum vias gentium nolite diſcere, & à ſignis Cœli nolite timere: aſtra enim & luminaria vt luceant hominibus, non vt colantur data ſunt. Et ſi Iſraélitæ, vitio morum, pro creatore adorabant creaturam, Opificem contemnentes, creaturam pluſquàm oportuit admirantes: qui quandoque vitulum conflauerunt, vt in deſerto: aliquando Beelphegor adorauerunt: aliquando Baal, & Thammus, & Sidoniam, Aſtartem, ac rurſum Moloch, & Chamos: & aliquādo Solem, vt in Ezechiele ſcriptū eſt. Iam verò bruta quoq; coluerunt, vt Aegyptiū Apim & hircū, Deſiū, ac deos argenteos & aureos: quod factū eſt in Iudæa. Quocirca minitās illis per Prophetā aiebat, Parúmne eſt hoc domui Iudæ, quòd faciunt abominationes iſtas, quas fecerūt, quādo impleuerūt terrā iniquitate, eo quòd irritauerūt me? Et ecce ipſi ſunt, quaſi ſubſannan- *Deuter. 4.* ,, *Ierem. 10.* *3. Reg. 11.* *Ezech. 9.* ,,

" ſannantes,& ego faciam cum furore:non parcet oculus meus,neq; miſerebor,& cla E
" mabunt in auribus meis voce magna & non exaudiam eos. Videte dilecti quãta aduerſus Idololatras,& colentes Solem,ac Lunam pronuntiet Dominus. Quare debet homo Dei,vti Chriſtianum decet,nec per Solem iurare,neq; per Lunam,neque per aſtra,neq; verò etiam per Cœlũ,neq; per terrã, neq; vel per aliquod elementũ magnum ſiue paruum. Nam ſi magiſter per verum Deum nos iurare prohibuit,vt oratio veſtra iureiurando firmior ſit,neq; verò per Cœlum (pertinet enim ad Græcorum impietatem) neq; per Iſraëlem,vel per Dei ſancta, vel per altare,ac donum, vel per templi ornatum,vel per proprium caput.Eſt enim Iudaici abuſus conſuetudo,ideoq; prohibetur: fidelibus verò pręcipit illorum ſermonem eſſe,Eſt,eſt,Non, non,quodq; præter id ſit,eſſe à malo: quanto damnabiliores ſunt qui falſa nomina adhibent ad iuſiurandum & exiſtimata pro veris colunt? quos Deus propter malitiam tradidit in reprobum ſenſum, vt operentur quæ non oportet. F

Matth. 23.

Numerus dierũm feſtorum Domini,quos oportet cuſtodire, & quando quilibet ex iis ſit celebrandus. Cap. XIII.

DIES feſtos cuſtodite fratres. In primis diem Natalem, qui celebretur à vobis vigeſimaquinta noni menſis.Poſt quem Epiphaniæ dies ſit vobis in maximo honore,quo die Dominus propriam diuinitatem oſtendit.Celebretur is ſexta decimi menſis. Poſt quem,ſeruandum eſt à vobis ieiunium quadrageſimæ, continens memoriam conuerſationis & legiſlationis Domini. Celebretur hoc ieiunium ante ieiunium Paſchæ, quod incipiens à ſecunda ſabbati, deſinat in paraſceuem. Poſt quos dies ſoluto ieiunio, aggredimini ſanctam Paſchæ hebdomadam: ieiunantes in ea omnes cum timore, & tremore, orantes per eos dies, pro iis, G qui pereunt.

De Paſcha. Cap. IIII.

AGGRESSI enim ſunt conſilium aduerſum Dominum in ſecunda ſabbati měſe primo,qui eſt xanthicus, & ad tertiam ſabbati durauit deliberatio, quarta decreuerunt eum cruce interimere.

De Iuda. Cap. XV.

AC Iudas hoc cognouit,qui pridem deprauatus,tunc etiam à diabolo auaritia corruptus fuit. quanquàm antea cùm ei loculi traditi eſſent,& pauperum res furaretur, non reiectus fuit à Domino propter longanimitatem,ſed aliquando comedentibus nobis cum eo, H volens illum ad ſanitatem reducere, noſq; erudire, eius prædictionem præfatus eſt inquiens,Amen amen dico vobis,quòd vnus ex vobis me tradet.Et quolibet noſtrum dicente,nunquid ego ſum? Dominoq; tacente: conſurgens ego vnus ex duodecim, qui plus aliis ab illo diligebar, & ad pectus eius recumbens,ei ſupplicabã vt diceret,quis eum eſſet traditurus: neq; tamẽ hoc modo indicauit nobis illius nomen bonus Dominus,ſed duo ſigna proditoris dedit,vnum dicens,Qui intingit mecum panem in catino. alterum, Cui ego intinctam buccellam dabo. quanquàm illo dicente,Nunquid ego ſum Rabbi? tamen non dixit Dominus,etiam,Sed tu dixiſti.Illumq; de hoc perterrefacere volens,ait: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur: melius eſſet ei ſi natus non fuiſſet. Quæ cum audiuiſſet,diſceſsit,dixitq; ſacerdotibus,Quid vultis mihi dare,& ego illum vobis tradam? Illi verò conſtituerunt ei triginta argenteos: & impleta eſt Scriptura dicens, Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati,quod parauerunt à filiis Iſraël, & dede-

A & dederunt eos in domum ſiguli. Itaque quinta die cùm comediſſemus apud eum Paſcha, & intinxiſſet ille manum in catinum, & buccellam accepiſſet, exiuiſſetq́; nocte, dixit nobis Dominus, Venit hora, qua diſpergamini, & me ſolum relinquatis. Et quolibet contendente, ſe eum non deſerturum, meq́; Petro promittente, cum illo me commoriturum, dixit: Amen dico vobis, antequam gallus cantet, ter me negabis noſſe.

Quòd non aderat Iudas cùm Dominus diſcipulis tradidit myſteria. Cap. XVI.

CVM verò antitypa myſteria pretioſi corporis & ſanguinis ſui nobis tradidiſſet, quibus non aderat vnà nobiſcum Iudas, exijt ad montem oliuarum prope torrentem Cedron, vbi erat hortus: aderamus
B cum eo etiam nos, hymnumq́; de more diximus: cumq́; longè à nobis ſeceſsiſſet, rogauit patrem dicens, Pater transfer à me calicem: veruntamen non mea voluntas fiat, ſed tua. Quod cùm ter feciſſet, noſq́; propter mœſtitiam in ſomnum incidiſſemus, accedẽs ipſe ad nos, Venit, inquit, hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Et ecce Iudas & cum eo turba impiorum: ſignumq́; proditionis illis oſtendit doloſum oſculum, qui ſigno accepto ceperunt Dominum, vinctumq́; in domum Pontificis Caiphæ duxerunt, in qua frequens cõuenerat non populus, ſed colluuies: nec ſacrũ Presbyteriũ, ſed conſeſſus iniquorum & impiorum conſiliũ. Qui cùm multa contra eũ facerent, nullum petulantiæ genus omittebant, deſpuentes, deridentes, cædentes, cõuiciantes, tentantes, diuinationes pro Prophetijs quærentes, ſimulatorẽ, blaſphemũ, Moſis violatorem, templi euerſorem, ſacrificiorũ extinctorem, Romanorũ hoſtem, Cæſaris aduerſarium eum appellãtes. Cumq́; vſq; ad primum diluculum ei ita inſultaſ-
C ſent, tauri illi & canes ad Annam eum ducunt, qui Caiphæ gener erat: cumq; ibi ſimilia egiſſent, & eſſet illo die Paraſceue, Præſidi Romanorum Pilato tradunt, multa ac grauia ei obijcientes, quæ probare non potuerunt. Quare indignatus Pilatus nullam, inquit, aduerſus hũc cauſam reperio. Itaq; illi duobus falſis teſtibus productis, Dominum criminari voluerunt. Qui cùm varij & inter ſe diſſentientes reperti fuiſſent: ad maieſtatẽ rem reuocauerũt, dicentes, Hic iactat ſe regem eſſe, prohibetq́; tributa dari Cæſari. fiuntq́; ijdem accuſatores, teſtes & iudices: ſententiæq́; auctores, dicentes, Crucifige crucifige eũ: vt impleretur quod de eo in Prophetis erat ſcriptum, Cõgregati ſunt ſuper me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Et rurſum, *Pſal. 26.*
Circundederunt me canes multi, concilio malignantium complexi ſunt me. Et alio *Pſal. 21.*
in loco, facta eſt hæreditas mea mihi: ſicut leo in ſylua, dedit ſuper me vocem ſuam.
Igitur Pilatus ob animi molliciem, dedecorato magiſtratu, ipſe ſe improbitatis coar- *Ierem. 12.*
D guit, qui turbas, quàm iuſtitiam colere maluerit: teſtatusq́; ſit, illum eſſe innocentẽ, & vti nocentem, tamẽ eum crucis ſupplicio tradiderit, quanquàm Romanorũ legibus prohibentibus quenquã indicta cauſa ſupplicio affici. Carnifices porrò comprehenſum Dominum gloriæ, ligno cõfixerunt: ſexta enim hora illum in crucem egerunt, tertia ſententiã acceperũt, poſteà acetum ei ad bibendũ felle miſtũ obtulerũt: tum veſtimenta ſorte partiti ſunt, duoſque maleficos ex vtraq; parte cum eo crucifixerunt, vt impleretur quod dictum eſt, Dederunt in eſcam meam fel, & in ſitim meã *Pſal. 63.*
potauerunt me aceto. Et rurſum, Diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et alio in loco, Et cum impijs reputatus ſum. Deinde per tres *Pſal. 21.*
horas tenebræ extiterũt à ſexta ad nonam. Rurſum lux orta eſt vergente Sole ad Occaſum, ſicut ſcriptum eſt, Nónne dies, & non nox & ad veſperam erit lumen? Quæ *Zach. 14.*
omnia intuiti qui cum eo in crucem acti fuerant latrones, alter ex eis maledicta in eum iaciebat, vt qui ob imbecillitatem ſibi opem ferre non poſſet, alter huius inſcitiam increpabat: ad Dominumq́; conuerſus vti illuſtratus ab eo, ſciensq́; qui nam

eſſet

eſſet qui pateretur, rogabat eum vt poſtea in regno, ſui memor eſſet. Ipſe verò conceſſa illi rerum præteritarum obliuione, in Paradiſum eum introduxit ad fruendum myſticorum bonorum ſuauitate. Circa verò horam nonam exclamans, Deus meus, inquit, cur me dereliquiſti? Et paulò poſt voce magna clamans, Pater, inquit, dimitte eis: non enim ſciunt quid faciunt. Et ſubiungens, In manus tuas commen-
S. Ign. ad Trall. do ſpiritum meum. ſpiritum emiſit: ſepeliturq; ante Solis occaſum in monumento nouo. Illuceſcente verò vna ſabbatorũ, ſurgens à mortuis præſtitit illa, quæ ante paſſionem nobis prędicebat, quòd oportebat filiũ hominis in corde terræ per tres dies, & per tres noctes manere. Excitatiſq; à mortuis, primùm Mariæ Magdalenæ, & Mariæ Iacobi ſe ſe oſtendit, poſteà Cleophæ in itinere, deinde nobis ſuis diſcipulis, qui quidem propter metum Iudæorum fugiebamus, clanculùm autem de illo exquirebamus. Hæc in Euangelio quoque ſcripta ſunt: præcepit igitur nobis vt ieiunaremus ſex his diebus, propter Iudæorum impietatem atque iniquitatem: admonens nos vt eos ob interitum lugeamus, atque deploremus. Et enim ille quoque illacrymatus eſt, ignorantibus tempus viſitationis ſuæ. In quarta feria & Paraſceue nobis ieiunium indixit: in illa ob proditionem, in hac ob paſsionem: deſinere autem ieiunium in ſeptima die in galli cantu. Iuſsit in ipſo ſabbato ieiunare, non quòd oportebat in ſabbato ieiunium ſeruare, cùm in eo ceſſatio conditi operis ſit, ſed quòd in illo tantùm ieiunare oportet, in quo opifex ipſe ſubtus terram manſit. In ipſo enim feſto
Pſal. 73. ſuo detinuerunt Dominum, vt impleretur ille ſermo, Poſuerunt ſigna ſua in medio " feſtiuitatis eorum, & non cognouerũt. Debemus igitur pro ipſis lugere, quòd cùm veniſſet Dominus, ei credere noluerunt: iudicanteſq; ſe ſalute indignos, eius doctrinam reiecerunt. Beati nos igitur ſumus, qui aliquando populus, nunc verò gens ſancta, liberata Idolorum errore, ignorantia, impietate: qui non miſericordiam conſecuti, nunc propter obedientiam cordis veſtri miſericordiam impetrauiſtis. Vobis enim quí ex gentibus veniſtis, apertum eſt oſtium vitæ, qui aliquando non eratis dilecti, nunc in gratiam atque amorem recepti eſtis, populus acquiſitionis Dei, deſi-
Iſaiæ 65. gnatus ad eius virtutes enuntiandas: de quibus dixit Saluator, Inuentus ſum à non " quærentibus me, manifeſtatus ſum à non interrogantibus me. dixi, Ecce adſum genti, qui non inuocauerunt nomen meum. Nam cùm illum non quæreretis, tunc ab illo quæſiti eſtis. Quare cùm in eum credideritis, obedite eius vocationi, relinquentes multorum deorum inſaniam, atque ad vnum verum & omnipotentem Deum
Daniel. 7. confugientes per Chriſtum, qui effecti eſtis ſupplementum numeri eorum, qui ſal-" uantur decem millia myriadum, & millia millium, vt ſcriptum eſt in Dauid, Cadent " à latere tuo mille, & à dextris tuis decem millia. Et rurſum, Currus Dei decem milli-
Pſal. 67. bus multiplex millia lætantium. Ad Iſraëlem verò infidelem dicit, Tota die expandi
Iſaiæ 65. manum meam ad populum non obedientem, & contradicentem, ambulantem in " via non bona, ſed poſt peccata ſua: populum irritantem me in conſpectu meo.

Connumeratio propheticarum prædictionum, quæ Chriſtum prædicant, quarum exitũ Iudæi cernentes, tamen ob malitiam credere noluerunt, eum eſſe Chriſtum Dei, & ad crucem, gloriæ Dominum condamnauerunt.

Caput XVII.

Pſal. 106. VIDETE quomodo irritauit Dominum populus, cùm ei credere noluerit. Ideo dicit, Irritauerunt Spiritum ſanctum, & conuerſus eſt " eis in odium: tenebrę enim eis offuſę ſunt propter ſuam improbita-" tem, quoniam cernentes DOMINUM, non crediderũt eum eſſe Chriſtum Dei, ante omnia ſæcula ex ipſo genitum, filium vnigenitum, propter infidelitatem verbum Deum non agnouerunt: neque ex operibus

A operibus ſuis, neque ex prophetijs de eo ſcriptis. Nam quòd de Virgine naſci debe-
bat, legerant, Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabunt nomen eius Ema- *Iſaiæ 7.*
nuel. Puer natus eſt, filius natus eſt, cuius principium ſuper humerum eius, & voca- ”
tur nomen eius magni conſilij angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, domi- ”
nator, princeps pacis, pater futuri ſæculi. Quòd verò propter ſummam vitioſitatem ”
non erant obedientes futuri, ait, Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium *Iſaiæ 53.*
Domini cui reuelatum eſt? Et deinceps, Auribus auditis, & non intelligitis: & vi- ”
dentes videtis, & non cognoſcitis. Induratum eſt enim cor populi huius. Quare ”
erepta eſt ijs notitia, quoniam cum vidiſſent, deſpexerunt, & cùm audiuiſſent, at- *Iſaiæ 6.*
tendere noluerunt. Vobis verò à gentibus profectis aſsignatum eſt regnum, quo- *Act. 28.*
niam cùm Deum ignoraretis, per prædicationem credentes cognouiſtis: imò verò
ab eo cogniti eſtis per Ieſum Saluatorem & redemptorem omnium, qui in eo ſpem
collocant. Nam relicta inani prioris temporis conſuetudine: deſpectiſq; inanimis *Matth. 21.*
B Idolis, illiſq; Dæmonum tenebris diſpulſis, complexi verum lumen, cognitoque per “
id vno & ſolo atque vero Deo, ac patre, regni eius hæreditatem eſtis conſecuti. Nam
baptizati in nomen Domini, atque in eius reſurrectionem, veluti infantes nuper
nati nullum peccati ſenſum, actionemque habere detis. Non enim in veſtra eſtis
poteſtate, ſed eius, qui ſanguine ſuo vos redemit. Nam de veteri Iſraele propter eius
infidelitatem (inquit Dominus) Tolletur à vobis regnum Dei, & dabitur genti fa-
cienti fructus ipſius: id eſt à vobis ab illo olim longè abalienatis, conceſſo regno, re-
cipit rectæ ſententiæ fructus. Vos enim eſtis, qui ad vineam olim miſsi fuiſtis, & ob-
temperare ei noluiſtis: ſed vos peccati dolore ducti, nunc in ea laboratis, illi ægrè fe-
rentes conditiones, non modò vineam incultam reliquerunt, ſed etiam interfece-
runt procuratores Domini, alium lapidibus, alium ferro: quendam etiam diſſecue-
runt: alium interemerunt, inter templum & altare. Denique ipſum hæredem extra *Pſal. 17.*
vineam expulſum occiderunt, qui ab illis veluti lapis inutilis eſt reiectus, à vobis vt
C angularis receptus. Ideo de vobis dicit, Populus, qui me non cognouit, ſeruiuit mi-
hi, ad aurem auditus obediuit mihi.

Quomodo agendum ſit Paſcha. *Cap. XVIII.*

OPORTET ergo vos fratres, qui pretioſo Chriſti ſanguine redempti *S. Ign. ad*
eſtis, dies Paſchæ accuratè & cum omni diligentia celebrare. Poſt *Philippen.*
æquinoctium, ne bis in anno vnius paſsionis memoriam colatis, ſed
ſemel in anno eius, qui ſemel mortuus eſt, memoriã renouetis, ca-
uentes ne cum Iudæis feſtum agamus. Nulla enim nunc eſt nobiſ-
cum cum illis ſocietas. Verſantur enim in errore, atque in ipſo diei
calculo, quem putant ſe obſeruare, vt ex omni parte errare, & à veritate diſcedere
D inueniantur. Vos autem obſeruate ſubtiliter æquinoctium verni temporis quod
eſt XXII. duodecimi menſis, qui dicitur Dyſtrus *obſeruantes vſque ad vigeſimum
primæ Lunæ, ne in aliam hebdomodam incidat quartus decimus Lunæ, atque illo
errore lapſi per ignorantiam, bis in anno celebremus Paſcha, vel in alio die feſtum
peragamus reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, præterquàm in dominico
ſolo.

Diſpoſitio de magna Paſchæ hebdomada. *Cap. XIX.*

IN diebus Paſchæ ieiunate, incipientes à ſecunda ſabbati vſque ad
Paraſceuen & ſabbatum dies ſex, ſolo pane vtentes, ſale, atque ole-
ribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abſtinete in ijs
diebus: ſunt enim dies luctuoſi, non feſti. Paraſceuem tamen &
ſabbatum integrum ieiunet, qui quidem poſſunt, nihil guſtantes

vſque ad galli cantum noctis. Quòd ſi quis non poteſt duorum dierum ieiunium continuare, ſeruet ſaltem ſabbatum: ait enim quodam in loco de ſe Dominus. Quádo diſcedet ab eis ſponſus, ieiunabunt in illis diebus: ijs igitur diebus ſublatus eſt à falſis Iudæis, & crucifixus eſt, & cum impijs reputatus. *Matth. 9.*

De pernoctatione magni ſabbati, & de die Reſurrectionis. Cap. XX.

QVARE monemus vos vt ieiunetis per hos dies, quemadmodum nos etiam ieiunauimus cùm nobis ipſe ereptus eſt, vſque ad veſperam. In reliquis verò diebus ante Paraſceuam nona hora, vel veſperi quilibet cibum capiat, vel quemadmodum quiſque poterit: à veſpera autem quinti diei vſque ad galli cantum vigilantes, atque in Eccleſiam conuenientes vigilate orantes ac rogantes Deum, legentes in veſtra pernoctatione legem, Prophetas, pſalmos, vſque ad galli cantum: baptizatiſque Cathecumenis veſtris, & lecto Euangelio in timore ac tremore, luctum definite, rogateque Deum, vt conuertatur Iſraël, & inueniat pœnitentię locum, atque impietatis remiſsionem: quoniam Iudex alienigena lotis manibus dixit, Innocens ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis. Iſraël verò exclamauit, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Pilatoque dicente, Regem veſtrum crucifigam? Ipſi exclamauerunt, Non habemus Regem niſi Cæſarem. Crucifige crucifige eum: omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari: & ſi hunc dimittis, nõ es amicus Cæſaris. Et Pilatus Præſes, & Herodes Rex, iuſſerunt eum crucifigi: & impletus eſt ille ſermo: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt Reges terræ & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, aduerſus Chriſtum eius, & proiecerunt dilectum veluti mortuum irriſum. Ipſoque crucifixo & ſuſcitato, illuceſcente die dominico, impleta eſt Scriptura, quæ dicit, Exurge Deus iudicans terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et rurſum, Exurgam dicit Dominus, ponam in ſalutari, fidutialiter agam in eo, & tu Domine miſerere mei, ſuſcita me & retribuam eis. Quare vos quoque ſuſcitato Domino offerte ſacrificium veſtrum, de quo vobis præcepit per nos, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. Deinde ieiunium ſoluite læti, & feſtum diem agentes, quoniam pignus reſurrectionis noſtræ Ieſus Chriſtus à mortuis eſt excitatus: idque ſit vobis legitimum ſolenneque in perpetuum vſque ad conſummationem ſæculi, quoad venerit Dominus. Iudæis enim Dominus etiam nunc mortuus, Chriſtianis iam ſurrexit, illis propter perfidiam, ijs propter fidei certitudinem. Quoniam ſpes in eo ſita immortalis æternaque vita habenda eſt. Poſt octo dies iterum veneranda Octauæ celebritas ſeruetur: in qua me Thomam reſurrectionem credere nolentem confirmauit, demonſtratis mihi fixuris clauorum laterisq; lancea percuſsi vulnere. Ac rurſum à prima dominica numeratis quadraginta diebus à dominica vſque ad quintam, celebrate feſtum Aſcenſionis Domini, in quo perfecta omni diſpenſatione atque diſpoſitione, in Cœlùm ad eius Deum ac Patrem eſt receptus, ſedens à dextris Virtutis, & expectans donec ponantur inimici ſui ſub pedibus ſuis. Qui in conſummatione ſæculi cum virtute & gloria multa venturus eſt ad iudicandum viuos & mortuos, ac reddendum vnicuique ſecundum opera ſua. Tumque videbunt dilectum filium Dei, in quem confixerunt, illoque cognito percutient ſe tributim, mulieresq; eorum ſeorſum.

Pſal. 7. *Pſal. 81.* *Pſal. 12.* *Ign. ad Magneſios.*

Prædictio prophetiæ de filio Dei. Caput XXI.

ETENIM

A ETENIM nunc quoq; decima menſis gorpæi conuenientes lamẽta-
tiones Ieremiæ legunt in ea parte in qua dictũ eſt, Spiritus faciei no-
ſtræ Chriſtus Dominus cõprehenſus eſt in corruptionibus ipſorũ.
Et quod ſcriptum eſt in Baruch, Hic eſt Deus noſter, non æſtimabi- *Baruch 3.*
tur alius aduerſus eum: inuenit omnem viam ſcientiæ, & oſtendit ,,
illam Iacob puero eius, & Iſraël dilecto eius. Poſt hæc in terris viſus ,,
eſt, & cum hominibus conuerſatus. Cumque hæc legunt ſe cædunt, & deplorant
vt ipſi arbitrantur, ſolitudinem, quæ ſub Nabuchodonoſor contigit. Vt autem ſe
habet veritas, futuri luctus inuiti initia ordiuntur. Poſt decem Aſſumptionis dies,
qui eſt à prima dominica quinquageſimus, ſit vobis magnus dies feſtus Pentheco-
ſtes. In eo die hora tertia miſit nobis Dominus Ieſus donum Spiritusſancti, repleti-
que ſumus eius operatione, linguiſque nouis locuti, quemadmodum eius afflatus
nobis ſuggerebant, & prædicauimus Iudæis & gentibus eum eſſe Chriſtum Dei con
B ſtitutum iudicem viuorum & mortuorum. Hoc Moſes teſtatus dicebat, Accepit *Gene.19.*
Dominus ignem à Domino, & pluit. Hunc vidit Iacob vti hominem, & dixit, Vidi *S.Ignat.ad*
Deum facie ad faciem, & ſaluata eſt anima mea. Hunc Abraham hoſpitio acceptum *Antioch.*
iudicem, ſuumque Dominum confeſſus eſt. Hunc Moſes in rubo vidit: de hoc in *hac eadem*
Deuteronomio dicebat, Prophetã vobis excitabit de fratribus veſtris tanquàm me, *fere omnia*
ipſum audite in omnibus, quæ locutus fuerit vobis: & omnis anima, quæ nõ audiue- *Gene. 32.*
rit Prophetam illum, exterminabitur è populo ipſius. Hunc vidit Ieſus Nauæ dux *Deuter.18.*
exercitus Domini, armatum ſimul pugnantem ad Hiericho, quem procidens adora-
uit vti dominus ſeruum. Hunc Samuel cum vidiſſet, Sacerdotes ac Reges Chriſtos *1.Reg. 16.*
appellauit. Hunc Dauid cum vidiſſet, cecinit pro eo canticum appellans canticum *24. 26.*
pro dilecto: ſubiungenſque in perſonam illius dicebat. Accinge gladium tuum *Pſal.44.*
ad femur tuum potentiſsime: ſpecie tua & pulchritudine tua, intende, procede pro- ,,
ſperè, & regna, propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & ducet te mi- ,,
C rabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potens, populi ſub te cadent in corde ini- ,,
micorum Regis: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ iuxta participes ,,
tuos. De eo quoque Solomon dicebat vti in perſonam ipſius, Dominus poſſe- *Prouer.8.*
dit me principium viarum ſuarum, ad opera ipſius ante ſæcula fundauit me, in ,,
principio antequàm terram faceret, antequàm venirent fontes aquarum, ante- ,,
quàm montes ſtabilirentur, ante omnes colles generat me. Et rurſum, Sapientia *Prouer. 9.*
ædificauit ſibi domum. De eo quoque Iſaias dicebat, Egredietur virga de radice ,,
Ieſſæ, & flos de radice aſcendet, & erit radix Ieſſæ, & qui ſurgit vt dominetur genti- ,,
bus, in eum gentes ſperabunt. Zacharias, Ecce Rex tuus venit iuſtus, & ſaluans, ipſe *Zach.9.*
mitis, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filium iumenti. Hunc Daniel filium homi- ,,
nis eſſe, inquit, venientem ad patrem, & omne iudicium atque honorem ab illo re-
cipientem, & lapidem ſine manu à monte abſciſſum, factum in montem magnum,
& replentem vniuerſam terram, conterentem imperia prouinciarum, multitudi-
D nemque Deorum, nunciantem vnum Deum, & conſtituentem Imperium Roma-
num. De hoc Ieremias prædicebat: Spiritus, inquiens, faciei noſtræ Chriſtus Do- *Ierem.4.*
minus comprehenſus eſt in corruptionibus ipſorum, cui diximus: In vmbra eius vi-
uemus in gentibus. Et Ezechiel atque alij deinceps Prophetæ vbique prædicant
hunc eſſe Chriſtum, Dominum, Regem, iudicem, legiſlatorem, angelum Patris,
vnigenitum Deum. Hunc igitur nos quoque prædicamus, atque nuntiamus
vobis Deum verbum miniſtrans Deo eius, ac patri, in condenda rerum vniuerſita-
te: in hunc credentes viuetis, non credentes plectemini: qui enim non obedit fi- *1.Ioan.5.*
lio, non videbit vitam, ſed ira Dei manebit ſuper illum. Poſt feſtum Pentecoſtes ,,
celebrate vnam hebdomadam, poſt quam, ieiunate alteram hebdomadam: æquum *Exod.24.*
eſt enim & lætari Dei dono, & ieiunare poſt hilaritatem. Etenim Moſes & Helias *& 34.*
ieiunauerunt per quadraginta dies, & Daniel hebdomadas dierum treis panem cu- *Daniel. 10.*
piditatum non comedit, nec caro, neque vinum in os eius intrauit. Et beata Anna *1.Reg.1.*

rogans Samuelem, dicebat: Vinum, & omne quod inebriat non bibi, & effundam E
Ioan. 3. animam in conſpectu Domini. Nineuitæ quoque, cùm per tres dies & tres noctes
Eſther 4. ieiunaſſent, iræ Dei periculum effugerunt. Eſther quoque Mardochæus, Iudith
Iudith 9. impiorum inſultationem, id eſt Olophernis, & Amon ieiunio declinauerunt. Da-
Pſal.108. uidque dicit, Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum, Vos quoque per ieiunium ſupplicationes veſtras Deo offerte. Poſt hebdomadam ieiunij in omni quarta feria, & Paraſceue præcipimus vobis vt ieiunetis, idque quod à ieiunio ſupereſt, pauperibus præbeatis. In omni ſabbato excepto vno atque die dominico conuentus celebrantes exilaramini: obnoxius enim peccato eſt, qui die dominico ieiunat, cùm ſit dies reſurrectioni dicatus, quique in Pentecoſte atq; omnino in die feſto Domini mœſtitiam præfert per hos enim dies exhilarari oportet, non F
lugere.

CONSTI-

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE.

LIBER SEXTVS.

De Schiſmate. Caput I.

ANTE omnia cauete Epiſcopi à formidandis, grauibus, atq;
B impijs hæreſibus, fugientes eas veluti ignem adurentem eos,
qui ad illum accedunt. Fugite quoque ſchiſmata: nam nec
ad nepharias hæreſes fas eſt inclinare mentem, neq; ab eiuſ-
dem ſententiæ fratribus ob imperandi cupiditatem licitum
eſt recedere. Hæc enim cùm quidam olim aggredi auſi fu- *Num.16.*
iſſent, non effugerunt ſupplicium. Dathan enim, & Abi- *S. Ignat.*
ron cùm aduerſus Moſen ſe oppoſuiſſent, terræ motus ab- *ad Mag.*
ſorbuit, & Core cum ducentis quinquaginta viris, qui in Aaron ſeditionem com- *Num.16.*
mouerunt, incendio ſunt conſumpti. Maria cum exprobraſſet Moſi, à caſtris ſe- *Num.12.*
ptem diebus ablegatur: dicebat enim Moſen vxorem Aethiopiſſam duxiſſe: ſed eti-
am idem factum eſt in Azaria, & Ozia Rege Iudæ, qui cum vſurparet ſibi ſacerdoti-
um, ac vellet adolere incenſum, quod ad ſe non attinebat, prohibereturque ab Aza-
ria Pontifice, & ab octuaginta ſenioribus, neque illis obtemperaret, lepra in fronte
eſt perfuſus. Itaque continuò exiuit, quoniam refutauit eum Dominus.
C

Quòd nec Regno, neque ſacerdotio licet inſultare. Cap. II.

ATTENDAMVS, ô dilecti, quæ ſit ſeditioſorum gloria, & qui euen-
tus. Nam ſi Reges inuadens ſupplicio dignus iudicatur, quamuis fi-
lius, vel amicus ſit, quanto magis qui ſacerdotibus inſultat? Quanto
enim ſacerdotium regno eſt excellentius, cùm regendarum anima-
rum officio præſit, tãto grauiori ſupplicio punitur, qui aduerſus id
aliquid temerè fecerit, quam qui aduerſus Regnum, quanquàm ne-
mo impunè diſcedit. Nam nec Abſalon, & Beddam impuniti manſerunt, nec Co- *2. Reg. 25.*
re & Dathan. Illi enim aduerſus Dauid de Regno, ij aduerſus Moſen de principatu
pugnam ſuſceperunt, atque omnes aduerſarijs maledixerunt. Abſalon Dauid pa-
ter iniuſtum iudicem illum appellans, dicenſq;, Vnicuiq; ſermones tui pulchri ſunt,
D & non eſt qui iuſtificet te, quis me faciet principem? Abeddam Verò, Non eſt mihi, *2. Reg. 26.*
inquit, pars in Dauid, neque hæreditas in filio Ieſſæ: ſcilicet indignum iudicans, Da-
uid imperio parere, de quo dixit Dominus, Inueni Dauid filium Ieſſæ virum ſecun-
dum cor meum, qui faciet omnem voluntatem meam. Dathan autem & Abiron, & *Num. 16.*
Coritæ dicentes in Moſen, Num parum eſt quòd eduxiſti nos de terra Aegypti flu-
ente lacte, & melle, & quid? quòd eruiſti oculos noſtros, & tu imperas nobis? & cõ-
gregauerunt in eum Eccleſiam magnam. Et Coritæ, Num Moſi locutus eſt Domi-
nus ſoli? quid quòd Aaron ſoli dedit ſacerdotium, nónne omnis Synagoga Domi-
ni ſancta? & quid quòd ſolus Aaron ſacerdotio fungitur. Et ante hos alius dicebat,
Quis te conſtituit iudicem principem, & iudicem noſtrum?

De virtute Moſis, deq; infidelitate gentis Iudæorum, & quòd Deus admirabilia edidit per eum. Cap. III.

ET inuecti ſunt in Moſen ſeruum Dei, omnium mitiſsimum,& fi-
deliſsimum, deſpexeruntq; ingrauiſsimi tantum virum legiſlato- E
rem, cuſtodem, Pontificem,& regem, interpretem diuinarum re-
rum, quaſi conditorem cùm conditoris opera oſtenderit, clemen-
tiſsimum, humiliſsimum, patientiſsimum, humaniſsimum, qui eos
multis periculis liberauerat,& à vario mortis genere ſua ſanctitate
eripuerat: qui tot tantaq; ſigna atque prodigia populo ediderat: qui præclara & ad-
mirabilia opera in eorum beneficium effecerat: qui decem plagas Aegypto intule-
rat: qui mare rubrum tranſmiſerat, aquaſque veluti murum vtrinque diuiſerat: qui
per arida deſerta populum duxerat, Pharaonemque, & Aegyptios cum omnibus,
qui eos ſequebãtur, demerſerat: qui eis fontẽ iniecto ligno dulcẽ reddiderat, & ex
petra dura ſitiẽtibus eis aquas eduxerat, qui manna eis de cœlo dederat,& carnes de
aëre collegerat: columnã igneã noctu ad illuſtrandũ demonſtrandũq; iter præbue-
rat,& de die columnam nubis ad vmbram faciendam, frangendoſque ſolis ardores F
parauerat: qui legem Dei tabulis lapideis inciſam eis tradiderat, perfecti numeri De-
calogum, quem Deus facie ad faciem alloquebatur, veluti ſi quis cum ſuo amico lo-
" queretur: de quo dixit, Non ſurrexit Propheta vt Moſes: Huic Coritæ,& Rubelitæ
Deut.34. inſultauerunt, & in Moſen lapides iactauerunt rogantem ac dicentem, Ne inten-
das in ſacrificium ipſorum. Atque apparens gloria Dei, alios in terram demerſit, ali-
os incendio conſumpſit. Itaque duces erroris & ſchiſmatis dicentes, Conſtitua-
mus ducem nobis, aperiens ſe terræ hiatus deuorauit cum tabernaculis ſuppellecti-
leque ipſorum,& viui in Infernum deſcenderunt. Coritæ igne ſunt interempti.

Quòd ſchiſma effecit non qui ab impijs ſeceſſionem facit, ſed qui à pijs recedit. Cap. IIII.

QVOD ſi ijs, qui imperandi cupiditate ſe ſeparauerunt, ſtatim Deus G
ſupplicium intulit, quanto grauiori pœna afficiet impiarum hære-
ſum auctores improbantes illius prouidentiam,& operum inſtitu-
tionem? Sed vos, fratres, Scripturis eruditi, nolite facere ſchiſmata
ſententiæ, neque verò vnitatis veſtræ: quoniam, qui nefariæ opinio-
nis ſunt auctores, ſcopi interitus populis ſtatuuntur. Eodem modo
laici cum ijs, qui contraria ſententiæ Dei dogmata defendunt, nolite ſocietatem ha-
Num.16. bere, neque participes illorum impietatis fieri. Ait enim Dominus, Recedite è me-
" dio horum hominum, ne cum eis pereatis. Et rurſum, Egredimini è medio ipſorum,
" & ſegregamini, dicit Dominus: & immundum ne tangatis,& ego recipiam vos.

Demonſtratur ex prophetica prædictione, quare falſi nominis Iſraël reiectus fuerit. Cap. V. H

S.Ign.ad Philadelp. VERE enim fugiendi ſunt, qui Deo blaſphemiam dicunt. quàm plu-
rimi enim ex impijs Deum ignorant, ij verò tanquàm Deo inſenſi
malitiæ improbitatiſq; morbo laborant: nam ex malitia hæretico-
rum prodijt contaminatio in omnem terrã, vt inquit Ieremias pro-
pheta. Cum enim expulerit ſynagogam prauam Dominus Deus,
domumq; reiecerit, vt dicit quodam in loco, Reliqui domũ meam,
Ierem.12. dimiſi hæreditatem meam. Et rurſum, Relinquam vineam meam,& non putabitur,
Iſaiæ 5. " neque fodietur,& aſcendet in eam tanquàm in terram incultam ſpina, & nubibus
" imperabo ne pluant ſuper eum imbrẽ. Cum igitur reliquerit populũ ſicut tentoriũ
" in vinea,& ſicut pomorum cuſtodiam in cucumerario, ſicut ciuitatẽ obſeſſam, ſub-
Iſaiæ 1. traxeritq; ei Spiritũ ſanctũ, imbremq; propheticũ: repleuit gratia ſpirituali Eccleſiã
ad

A ad ſimilitudinẽ fluminis Ægypti in diebus noualium, & extulit eam quaſi domum *Eccle.24.*
in monte collocatam, & quaſi in montem excelſum, quaſi montem abundantem ca *Iſai.2.*
ſeo, quaſi montem pinguem in quo complacuit ſibi Deus, vt habitaret in eo. Etenim *Pſalm. 67.*
Dominus in ea cõmorabitur vſq; ad finem, Et in Ieremia dicit, Solium gloriæ exal- *Iere.17.*
tatum ſanctificatio noſtra. Et Iſaias, Et erit in nouiſsimis diebus manifeſtus mons *Iſai.2.*
Domini, & domus Dei in ſummis montium, & exaltabitur ſuper colles. Quoniam ,,
igitur populũ reliquit, & templum deſertum dimiſit, abſciſſo velo templi ſublato- ,,
que ab eo Spiritu ſancto: Ecce enim, inquit, relinquitur vobis domus veſtra deſerta: ,,
Contulit vobis, qui de gentibus veniſtis, ſpiritualem gratiam, vt inquit per Ioël, Et ,,
erit poſt hæc, ait Dominus, & effundam de ſpiritu meo in omnem carnem, & pro- ,,
phetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ viſiones videbũt, & ſenes veſtri ſomnia ſomnia- *Matth.23.*
bunt: omnem enim ſermonis facultatem, & actionem, atque huiuſmodi officium ,,
ereptum populo Deus in vos gentium ſobolem tranſtulit: ideoque Diabolus inui- ,,
B dens ſanctæ Dei Eccleſiæ excitauit in nos ærumnas, perſecutiones, perturbationes, *Ioel.2.*
blaſphemias, ſchiſmata, hæreſes. Nam populum illum propter Chriſtum interfectũ ,,
ſibi ſubegit: nos qui ab eius vanitate receſsimus, varijs modis tentat, vt olim beatum ,,
Iob: nam & ſummo Pontifici Ieſu filio Ioſedec reſtitit, & nos ſæpè cribrare voluit, vt *Zach.3.*
deficeret fides noſtra: ſed magiſter noſter illum in iudicium adducens dicebat, Incre *S.Ignat.*
pet in te Dominus Diabole, & increpet in te Dominus, qui eligit Iſraëlẽ, nónne, ecce, *Smyrn.*
hic eſt auulſus tanquàm titio? & qui dixit tunc ijs, qui apud Pontificem aderant, ,,
Detrahite ei veſtimenta ſordida: ſubiunxitque, Ecce abſtuli iniquitates tuas abs te: *Zach.3.*
idem dicet nunc, quod olim congregatis nobis dicebat de nobis, Quòd rogauit ne ,,
deficeret fides noſtra. ,,

Quòd apud Iudæos conſtabat impia doctrina variarum hæreſum. Cap. VI.

C

HABVIT quoque Iudaicus populus hæreſum prauitates, nam Sadducæi ex illis prodierunt, qui negabant mortuorum reſurrectionem: & Phariſæi, qui fortunæ & fato peccatorum actiones tribuunt. Et Baſmothei, qui prouidentiam tollunt, affirmãtes fortuito caſu omnia conſtare, ijque animæ immortalitatem negant. Sunt quoq; Hemerobaptiſtæ, qui quotidie niſi in aqua mergantur, cibum non capiunt, ſed et ã lectis, tabulis, crateris, calicibus, ſcabellis niſi aqua purgatis non vtuntur: & qui noſtris temporibus orti ſunt Ebionæi, filium Dei nudum hominẽ fuiſſe contendentes, viri libidine, & Ioſeph, ac Mariæ concubitu genitum: qui ab ijs omnibus ſeparatur, & patrias leges ſeruant, ſunt Heſſæi. Atq; hæc quidem in veteri populo fuerunt, ſed nunc quoque improbus dæmon efficax ad malefaciendum, & bonum
D cuiuſmodi ſit ignorãs, ex nobis quibuſdã excitatis, hæreſes & ſchiſmata in ijs efficit.

Vnde ortæ ſint hæreſes, & quis fuerit auctor impietatis. Cap. VII.

NOVAE autem hæreſes hoc habuerunt exordium. Cùm inuaſiſſet Diabolus Simonem quendam è vico Gitthon appellato, Samaritanum, arte magum, ſuæ prauæ ſententiæ cum adminiſtrum effecit: quo autem tempore coapoſtolus noſter Philippus, Domini dono, atque ſui ſpiritus afflatu virtutes curationum Samariæ adminiſtrabat: ita vt obſtupefacti Samaritani in fidem venerint cunctorum Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, baptizatique ſint in nomine ipſius: cumque iam Simon ipſe ſigna & prodigia intuitus, ſine vlla magica arte perfecta, admiratuſq; credidiſſet, & baptiſmum accepiſſet, atq; ieiunio & orationi eſſet intentus:

 audientes

audientes nos gratiam Dei ad Samaritanos per Philippum perueniſſe, ad eos acceſſimus, multiſq; ad doctrinæ ſermonem collatis, omnibus baptizatis impoſitis manibus, oratione, gratiam ei Spiritus ſancti impartiebamus. E Videnſq; Simon impoſitione noſtrarum manuum dari credentibus Spiritum, obtulit nobis pecuniã, inquiēs: Mihi quoq; hanc poteſtatē datæ, vt cui ego impoſuero manus, is habeat ſpiritũ ſanctum. volens ſcilicet, vt quemadmodũ Adam guſtato ligno, promiſſa immortalitate priuatus fuit: ſic nos accepta pecunia deliniti, Dei munere excluderemur, quo per cõmutationem, pecuniã ei traderemus, inæſtimabilē Dei gratiã. Quare perturbatis omnibus noſtris, conijciens ego Petrus oculos in maleficũ ſerpentem, qui illum detinebat, reſpondi Simoni, Argentum tuũ tecum ſit in perditionē, quoniam donum Dei putaſti pecunia poſſideri. non eſt tibi pars in ſermone iſto, neq; ſors in iſta fide: cor enim tuum non eſt rectum corãm Deo. Pœnitentiam itaq; age à tanta nequitia, & roga Dominum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & in vinculo iniquitatis video te eſſe. Tuncque Simon perterritus, Rogo, F inquit, precamini vos pro me Dominum, vt nihil in me veniat eorum, quæ dixiſtis.

Qui fuerint ſucceſſores impietatis Simonis, & quibus hæreſibus præfuerint Cap. VIII.

CVM verò ad gentes exiuimus ad prædicandum verbũ vitæ, tunc Diabolus molitus eſt in populo, vt poſt nos Pſeudapoſtolos mitteret ad ſermonem labefactandum. Itaque produxerunt Cleobiũ quendam, & adiunxerunt Simoni: ij verò diſcipuli fuerunt eiuſdem Doſithei, quem reprobatum eiecerunt principatu, deinde alij aliorum abſurdorum dogmatum auctores extiterũt Cerinthus, Marchus, Menander, Baſilides, Saturninus. Ex ijs alij plures Deos eſſe opinãtur: alij tres inter ſe contrarios ſine origine, ſemper congredientes: alij infinitos, & ignotos: quidam G verò nuptias tollunt, arbitrantes non eſſe eas opus Dei: alij quoſdam cibos abominantur, alij inuerecundè fornicantur, quod nunc faciunt falſi nominis Nicolaitæ. Veruntamen Simon cùm me Petrum primùm conueniſſet Cæſareæ Stratonis, vbi Cornelius fidelis per me in Dominum Ieſum crediderat, cùm eſſet Ethnicus, verbũ Dei conatus eſt peruertere, cùm vnà mecum adeſſent ſacri filij Zachæus olim publicanus, & Barnabas, item Niceta, & Aquila fratres Clementis Epiſcopi, & ciuis Romani, Pauli coapoſtoli noſtri diſcipuli, & in Euangelio coadiutoris. Cúmq; tertiò cum eo diſputaſſem de Propheta, deque Dei Monarchia, illum virtute Domini conuictum, atque repreſſum, in Italiam aufugere compuli.

Quemadmodum Simon præſtigijs quibuſdam cùm voluiſſet volare, precibus Petri ab alto deiectus fregit pedes, & manus: Narrat Clemens, Hegeſippus, Iuſtinus, Irenæus. Cap. IX. H

ROMAM cùm veniſſet Eccleſiam vehementer perturbauit, multos euertens, atque in ſuam adducens ſententiam, gentes verò commouebat magicis artibus. Itaque quadam die cùm in Theatrum in meridie proceſſiſſet, iuſſiſſetque ſuis operis, vt me in Theatrum arriperent, pollicitus eſt ſe in aëre volaturum. Cumque omnes hac re erecti eſſent, ego ſeorſum orabam, itaque ſublatus à Dæmonibus volabat ſublimis, dicens in cœlum ſe aſcendere, vnde illis bona ſuppeditaturus eſſet, populo illi, veluti Deo, acclamante optima, attollens ego manus in cœlũ, tota mente ſupplicabam Deo, vt per Ieſum Chriſtum Dominum frangeret ſceleſtum illũ, & Dæmonũ vim labefactaret, in fraudem ac perniciem hominũ, illa vtentiũ, illũque perfractum non occideret, ſed comminueret. Tuncque Simonem intuitus, Si Dei (inquam)

A (inquam) homo ego ſum, Apoſtolus verò Ieſu Chriſti verus, doctorque pietatis nõ erroris, cuiuſmodi & tu Simon: impero improbis virtutibus apoſtatæ pietatis, quibus vehitur Simon Magus, vt remittant ſuas vires, vt ab alto hic decidat in riſum eorum, qui ab ipſo decepti ſunt. Cumq; hæc dicerẽ, deſertus à virtutibus Simõ, cũ magno fragore corruit, vehementerque concuſſus fregit coxendicẽ, & pedum tarſos, clamorque plebis ortus eſt, quo ferebatur vnum eſſe Deum, quem iuſte Petrus nunciaret, tantùm veritate fretus, multique ab eo defecerunt. Quidam cùm eſſent illius pernicie digni, remanſerunt in eius praua diſciplina. Atque hoc modo primùm inducta Romæ eſt impia Simonianorum hæreſis, atque per reliquos Pſeudapoſtolos operabatur Diabolus.

Quomodo hæreſes & inter ſe, & cum veritate diſsideant.
B *Cap. X.*

His omnibus vnus, atque idem erat propoſitus impietatis finis. Omnipotenti Deo maledicere: ignotum Deum celebrare: nec eſſe Deũ patrem Chriſti, neque Mundi conditorem, ſed ineffabilem, atque innominabilem, per ſe genitum, legis & Prophetarum oraculis nõ locutum: prouidentiam nullam eſſe: reſurrectionem non futuram, nec Iudicium, neque retributionem: animam eſſe mortalem: voluptatem ſolam ſequendam: omnem cultum ſine delectu amplectendũ. Aliqui enim plures Deos eſſe putant, aliqui tres principio carentes, alij duos ingenitos, alij infinita æua inducunt, ac quidam nuptias reſpuunt, carnem item & vinum, quæ in rebus abominandis ponunt: item nubere, & liberis operam dare prohibent, ac quoſdã cibos capere, ſcilicet vt hac continentia ſuæ ſententiæ prauitatẽ facilius probare poſſint. Quidam verò ex ijs docent abſtinendum carnibus, non quòd parcant animan-
C tibus ratione carentibus, ſed quòd ea animam rationis participẽ habere exiſtimant, eoſque pœnas cædis daturos, qui ea occidere audent. Alij ſuilla tantùm carne abſtinent, ijs, quæ lege munda cenſentur, veſcuntur: putantque circuncisionem ex lege ſeruandam. In Chriſtum credendum veluti in virum ſanctum, ac Prophetam. Alij docent ſine pudore libidini inſeruiendum, & carne abutendum, animamque ea ſola ratione Mundi principes poſſe effugere, ſi omnem impuram actionẽ exequatur. Ij omnes Diaboli organa ſunt, & iræ filij.

Contra has hæreſes præclare diſputat. S. Ignatius in Epiſtolis, non diſcedens a Clemente.

Expoſitio Apoſtolicæ prædicationis. Cap. XI.

Nos verò Dei ſoboles, & filij pacis, ſacrum ac rectum prædicãtes pietatis ſermonem, vnum ſolum nunciamus Deum, legis, ac Prophetarum Dominum, rerum omnium auctorem, Chriſti patrẽ: non qui
D ſit ſibi ipſi origo, & per ſe genitus, ſed æternum: & principij expertem: & lumen inhabitantem inacceſsibilem: non congeminatũ vel multiplicem, ſed ſolùm in æternitate: non ignotum vel ſilentio abditum, ſed per legem, ac prophetas proditum, omnipotentem, omnium opificẽ: omnium poteſtatem habentem: Deum & patrem vnigeniti & primogeniti omnis creaturæ: vnum Deum, vnius filij patrem, non multorum: vnius Paracleti per Chriſtum, aliorum ordinum effectorem: vnum conditorẽ variarũ creaturarũ per Chriſtum: factorem eundem, rectorem ac legiſlatorem, per ipſum: reſurrectionis auctorẽ, iudicij retributionis, per eundem Chriſtum. Hunc ipſum voluit hominem fieri, qui verſatus eſt cum hominibus ſine peccato, paſſus eſt, à mortuis ſurrexit, & ad illum, qui eũ miſerat, reuerſus eſt: Atque omnem creaturam Dei bonam fatemur, nihilque reſpuendum, omneque, quod ad naturæ neceſsitatem pertinens iuſtè ſumitur, id optimum ducimus. Omnia enim ſecundum ſcripturam erant valde bona. Nuptias,

legitimas,& liberorum procreationem honeſtã,nec contaminatam credimus:nam
ad propagandũ genus hominũ,ſexuum differentia formata eſt in Adam & in Eua.
Animam incorporeã,& immortalem affirmamus,nec interire eam veluti corpora,
ſed perpetuò manere,vti rationis participem,& libertate preditam. Omnẽ iniuſtũ
concubitum,maximè,eum,qui contra naturam à quibuſdam exercetur, reſpuimus
vt nepharium,& ſceleratum:reſurrectionẽ futuram fatemur, iuſtorum & iniuſto-
rum,nec non retributionem.Chriſtum non confitemur purum hominem,ſed Deũ
Gene. 94. verbum,& hominem,mediatorem Dei & hominum: Pontificem Patris.Neq; verò
„ vnà cum Iudæis circumcidimur,ſcientes veniſſe eum,cui repoſitum eſſet,& per quẽ
„ cuſtodirentur generationes,expectationem gentium Ieſum Chriſtum,ex Iuda or-
„ tum,de Ieſſæ florem, cuius imperium ſuper humerum eius.

Contra eos,qui Chriſtum confitentur,& tamen Iudaizare volunt. Cap. XII.

„ SED quoniam tunc hæc hæreſis magnas ad decipiendum vires vide-
batur habere,totaque Eccleſia in periculo verſabatur,nos duode-
cim cùm conueniſſemus Hieroſolymis(nam in locum proditoris
Matthias Apoſtolus factus eſt)qui ſortem Iudæ accepit (vt ſcriptũ
eſt,Et Epiſcopatum eius accipiat alter)vnà cum Iacobo fratre Do-
mini deliberabamus quid faciendum eſſet:viſumq; eſt ipſi & Pres-
Actor. 15. byteris,ſermonibus doctrinæ alloqui populum.Etenim quidam à Iudæa Anthio-
chiam profecti,docebant fratres,affirmantes niſi circunciderentur ſecundum mo-
rem Moſis,alioſq; ritus,quos ille præceperat,ſeruarent,ſaluos fieri non poſſe.Cùm
ergo ſeditio,quæſtioque non parua commota eſſet,& fratres,qui erant Antiochiæ,
& cognouiſſent nos conueniſſe,vt de hac re quęreremus:miſerunt ad nos viros fide-
les,& ſacrarum literarũ peritos,vt de hac quæſtione cognoſcerent,qui cum ad nos
venerunt,nuntiarunt,nobis quæ in Antiochæna Eccleſia quærebantur,aliquos af-
firmare,oportere circuncidi,aliaſque ceremonias ſeruare.Atq; alijs alia dicentibus
Ego Petrus cum coſurrexiſſem,Viri fratres(inquam)ſcitis vos ab antiquis diebus in
nobis elegiſſe Deum,vt per os meum audirent gentes Euangelij ſermonem, & cre-
derent.Et qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit ipſis.Cornelio enim Cen-
turioni imperij Romani,viſus eſt aliquando Angelus Domini,qui ei dixit vt me ac-
cerſeret,ac de ore meo verbum vitę audiret.Is verò à Ioppe Cęſarea Stratonis me vo-
cauit.Cumque me ad iter pararem,volui cibum capere:qui cùm pararetur, interea
eram in cœnaculo orans:quo tempore vidi cœlum apertum,& vas quoddã quatuor
initijs vinctum,veluti ſplendidum linteum in terram ſubmitti:in quo incluſæ erant
omnes quadrupedes,atque reptiles terræ,& alites cœli:auditaque eſt vox de cœlo,
Surge Petre,ſacrifica,& manduca.Et ego reſpondi,Nequaquam Domine, quoniã
nihil commune, vel immundum vnquam comedi.Iterumque audita vox eſt, Quæ
Deus purgauit,ne tu immunda exiſtimaueris.Quòd cùm ter eſſet factum,vas in cœ-
lum receptum eſt.Cúmque in dubio eſſem,quònam ſpectaret viſa ſpecies, dixit mi-
hi Spiritus,Ecce viri te quærunt,ſurge & vade cum eis.nihil dubitans:quoniam ego
Ioel.2. illos miſi.Ij verò à Centurione miſſi fuerant.Quæ cùm mecum euoluerem, agnoui
Pſal.21. ſermonem Domini ſcriptum,Omnis,qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.
„ Et rurſum,Recordabuntur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ, &
„ adorabunt coràm eo omnes Tribus gentium,quoniam Domini eſt regnum,& ipſe
„ dominatur gentibus.Cogitanſque vbique de vocatione gentium ſcriptum eſſe,ſur-
„ rexi,& cum eis ſum profectus,atque domũ illius intraui. Me verò ad huc nuntian-
te ſermonem,cecidit Spiritus ſanctus in eum,atque in illos,qui vnà cum eo ibi ade-
rant:quemadmodum nobis in principio acciderat:nullumque diſcrimen ſtatuit in-
ter nos,& illos,fide purificans corda:& cognoui ego non eſſe acceptorem perſona-
rum

A rum Deum, ſed in omni gente eum, qui timet, ipſum, & operatur iuſtitiam, illi eſſe acceptum. Commoti autem hac re ſunt qui ex circunciſione fideles erant. Nunc igitur quid tentatis Deum, vt imponamus iugum graue collo diſcipulorum, quod nec nos, neque patres noſtri ferre potuerunt, ſed per gratiam Domini credimus ſaluari, quemadmodum & illi? liberauit enim nos vinculis Dominus, & leuauit nos onere noſtro, iugumque clementia diſſoluit. Quæ cùm dicerē, ſiluit omnis multitudo, reſpondit autem Iacobus frater Domini ijs verbis, Viri fratres me audite, Simon narrauit quemadmodum primùm Deus ſtatuit ſumere de gentibus populum nomini ſuo, cui rei conſentiunt verba Prophetarum quemadmodum ſcriptum eſt, Poſt hæc reuertar, & reſtituam tabernaculum Dauid collapſum, & ruinas illius reparabo, & excitabo illud vt requirant cæteri homines Dominum, & omnes gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc, nota ſunt à ſæculo Deo omnia opera ſua. Quare ego iudico non grauandos eos, qui à gentibus ad Deum ſe B conuertunt, ſed ſcribendum ad eos vt ſe abſtineant à contaminationibus gentium, Idolothytis, ſanguine, ſuffocato, & fornicatione: quæ etiam olim ſeruabantur ante legem ab ijs, qui ſecundū naturā viuebant, Enos, Enoch, Noë, Melchiſedech, Iob, vel ſi quis alius huiuſmodi fuit. Tuncq; viſum eſt nobis Apoſtolis, & Epiſcopo Iacobo, atq; Presbyteris cum vniuerſa Eccleſia, delectos ex nobis viros mittere vnà cùm Barnaba, & Paulo gentium Apoſtolo, Tarſenſi, & Iuda cognomento Barſabbano, ac Sila, viris præcipuis inter fratres, ſcribereque epiſtolam eorum manu ijs verbis. *Amos.9.*

Apoſtoli & Presbyteri, & fratres, his, qui ſunt Antiochiæ in Cilicia, & Syria fratribus, ex gentibus, ſalutem.

C QVONIAM audiuimus quòd quidam ex nobis conturbauerunt vos ſermonibus, peruertentes animas veſtras ijs, quę nō mandauimus: viſum eſt nobis in vnum congregatis, delectos viros ad vos mittere cū dilectis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus, qui animas ſuas tradiderunt pro Domino noſtro Ieſu Chriſto pro iis, quæ ſignificaſtis: miſimus etiam cum ijs Iudam, & Silam, qui verbis eadem vobis referent. Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis nihil plus imponi vobis oneris, quàm horum neceſſariorum, vt abſtineatis ab Idolothytis, ſanguine, ſuffocato, & fornicatione, à quibus ſi continebimini, bene agetis. Valete. Atque epiſtolam quidem miſimus, nos verò per aliquot dies manſimus Hieroſolymis, ſimul deliberantes quæ ad communem vtilitatem, & ad corrigendas res pertinebāt.

Quòd oportet ſeparari ab hæreticis. Cap. XIII.

D POSTEA interceſſit aliquod tempus, viſitatis fratribus, ijſque in ſermone pietatis confirmatis, admonitisq; fugere eos, qui ſub nomine Chriſti & Moſis aduerſantur Chriſto, & Moſi, & in pelle ouina includunt lupum: ij enim ſunt Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & Pſeudapoſtoli, deceptores, corruptores, vulpibus ſimiles, humi iacētes, vinearum calamitas: propter quos refrigeſcet multorum charitas. qui verò perſeuerauerit vſque in finem inflexibilis is, ſaluus erit. A quibus vt caueremus, Dominus nobis denuntiabat, Venient, inquiens, ad vos viri in veſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. Attendite ab ipſis. Surgent enim Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, & decipient multos. *Matth.24.* *Matth.27.*

Qui ſint, qui catholicam doctrinam prædicauerint, & quæ ſint illorum præcepta. Cap. XIIII.

IGITVR

IGITVR horum cauſa nunc in vnum conuenientes Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Lebæus cognomento Thadæus, & Simon Cananites, & Matthias Iudæ ſuffectus, & Iacobus frater Domini Hieroſolymarum Epiſcopus, & Paulus doctor gentium, vas electionis, vnà congregati ſcripſimus ad vos hanc catholicam doctrinam ad vos cõfirmandos, quibus in vniuerſa Eccleſia Epiſcopatus munus eſt commiſſum: in qua declaramus vobis, Deum Omnipotentem vnum eſſe, præter quem nullus eſt, atque vt illum ſolũ colatis, & adoretis per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum in ſancto ſpiritu: vtaminiq; ſacris Scripturis, lege, & Prophetis, parentes reuereamini: omnes nefarias actiones fugiatis: reſurrectionem & Iudicium credatis, retributionem expectetis: omnibus eius creaturis cum gratiarũ actione vtamini: veluti eius operibus, nihilque in ſe continẽtibus mali, legitimè con- E
nubia iungatis: vituperatione enim carent huiuſmodi nuptiæ, quoniam & à Domi- F
Matth. 17. no iungitur viro mulier, atque Dominus dicit. Qui fecit ab initio maſculum, & fœ-
" minam, fecit eos & dixit, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhære-
" bit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Neque verò poſt nuptias liceat eam indem-
" natam eijcere: Cuſtodiet enim, inquit, ſpiritu tuo, & vxorem iuuentutis tuæ ne reli-
Malach. 2. queris: quoniam ipſa eſt particeps vitæ tuæ, & reliquiæ ſpiritus tui, & ego feci, & nõ
alius: inquit enim Dominus, Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Mulier enim
eſt vitæ conſors ac ſocia, in vnum corpus à Deo conflata. Qui verò contrà ſcindit in
duo id, quod eſt in vnum à Deo concretum: rationem rerum à Deo conditarũ euer-
tit, & illius prouidentiæ aduerſatur. Eodem modo retinens eam, quæ naturæ legem
" violat, iniuſte facit: quoniam qui adulteram retinet, inſanus atque impius eſt. Ab-
Eccle. 25. ſcinde enim eam, inquit, à carnibus tuis: nõ enim eſt adiutrix, ſed inſidiatrix ad aliũ
" deflectens mentem. Neque etiam circuncidamini: contentique ſint fideles circonci-
Ierem. 4. ſione cordis in ſpiritu. Circuncidimini enim, inquit, Deo veſtro, & circuncidite præ- G
" putium cordis veſtri.

Quòd non oportet baptiſmum iterare, neque recipere baptiſmum ab impijs datum, qui baptiſmus non eſt, ſed potius contaminatio. Cap. XV.

EODEM modo contenti ſint vno ſolo baptiſmo, qui in Domini mortem traditur, non miniſterio abominandorum hæreticorũ, ſed probatorum ſacerdotum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Neque impiorum baptiſmus recipitur, neque is, qui per ſanctos adminiſtratur, altero baptiſmo, debet irritus effici, vt enim vnus eſt Deus, & vnus Chriſtus, & Paracletus vnus: ſic vnus eſt baptiſmus, H
qui in eius nomine datur. Qui verò ab impijs piaculum accipiunt, eorum ſententiæ
1. Reg. 3. ſocij fiunt: non enim illi ſunt ſacerdotes: dicit enim ijs Deus, Quoniam tu abieciſti
ſantentiam, abijciam & ego te, vt non ſis ſacerdos mihi. Neque verò baptizati ab ijs,
initiati cenſentur, ſed potius inquinati, cùm non peccatorum remiſsionem accipiãt,
ſed impietatis vinculum induant. Verumtamen initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, derident diuina, eludunt ſancta, inſultant Spiritui, ſanguinem ſanctum veluti communem contemnunt, peccãt in mittentem, in paſſum, & in teſtificantem. Sed etiam, qui ob negligentiam baptizari contemnit, veluti infidelis condemnabitur, & ei exprobrabitur veluti ingrato.
Ioan. 3. Ait enim Dominus, Niſi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non ingre-
" dietur in regnum cœlorum. Et iterum, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluabi-
" tur: qui verò non crediderit, condẽnabitur. Qui verò dicit, Baptizabor cùm ad finẽ vitæ

A vitæ peruenero, ne peccē, & baptiſmū inquinem: is Deum ignorat, & ſuæ naturæ eſt parum memor. Noli enim differre conuerti ad Dominum: neſcis enim quid ſeques dies pariat. Baptizate quoque puerulos veſtros, & educate eos in diſciplina & præce ptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere. Prouer. 3.

De libris falſò inſcriptis. Cap. XVI.

HAEC omnia mandauimus vobis, vt noſtram ſententiā cognoſceretis cuiuſmodi ſit atque noſtro nomine inuulgatos ab impijs libros ne receperitis: non enim nominibus Apoſtolorum attendere debetis, ſed naturæ rerum, & rectæ ſententiæ: nouimus enim à Simone & Cleobio peſtilentes ſub nomine Chriſti & Apoſtolorū cōpoſitos libros circunferri in fraudē veſtri, qui Chriſtum, noſque eius ſeruos B diligitis. Priſci quoque temporibus quidam libros. Apocryphos ſcripſerunt Moſis, Enoch, & Adæ, Iſaiæ quoque, Dauidis & Heliæ, atque trium Patriarcharum pernicioſos & veritati infeſtos. Tales modò libros effecerunt execrandi homines, dānantes rerum originem, nuptias, prouidentiā, liberorū procreationē, legem, Prophetas, barbara quædam nomina inſerentes, vt ipſi aiunt, Angelorum, re vera autem dæmonum in ipſis loquentium. Quorum doctrinam fugite, ne ſupplicij eorū participes ſitis, qui illos conſcripſerunt, vt deciperent ac perderent fideles, & laudandos Domini Ieſu diſcipulos.

De Clericis Cap. XVII.

EPISCOPVM & Presbyterū, ac Diaconum dicimus vnius vxoris de C bere conſtitui, ſiue viuant eorum vxores, ſiue deceſſerint: non licere autem ijs, ſi poſt ordinationē ſine vxore fuerint, ad nuptias tranſire, vel ſi vxores habeant, cum alijs coniungi, ſed contentos eſſe ea, quam habentes ad ordinationem venerunt: miniſtros quoq;, Cantores, Lectores, Oſtiarios vnius vxoris viros eſſe iubemus. Si ante nuptias ad clerū venerunt, cōcedimus eis vt vxores ducere poſſint, ſiquidē hoc expetēt, ne ſi peccauerint, pœna afficiuntur: ſtatuimus autē nemini licere ex clero amicā, vel ancillā, vel viduā, vel repudiatā ducere, vt etiā lex vetat. Diaconiſſa ſit virgo, caſta, ſin minus, ſaltē vidua eligatur, quæ vnum virum habuerit, fidelis & honeſta.

Adhortatio, admonens fugiendam impiorum hæreticorum ſocietatem. Cap. XVII.

D POENITENTES recipite: hæc eſt enim Dei voluntas in Chriſto. Cathecumenos, poſt inſtitutionem baptizate. Impios hæreticos, qui impœnitentes fuerint, ſegregatos à fidelibus eijcite, atque à Dei Eccleſia exterminate, præcipiteque fidelibus, vt ab eorum conſuetudine omnibus modis ſe abſtineant, nec ſermonis cum ijs, neque precū communionem habeant vllam. Prouer. 14. Ij enim aduerſarij, inſidiatoreſque ſunt Eccleſiæ, qui gregem labefactant, & hæreditatem contaminant. Oſtentatores, atq; ex omni parte deprauati, de quibus dicebat Solomon, in impietate eos ſimulare pietatē. Eſt enim, inquit, via quæ videtur quibuſdam recta, ſed extrema eius reſpiciunt profunda Inferni: hi ſunt illi, de quibus Dominus amarè ſeuereq; pronuntiauit, dicēs: Quòd ſunt Pſeudochriſti, & doctores falſi, qui blaſphemia affecerūt Spiritum ſanctū, eiuſq; donū poſt adeptam gratiam reiecerunt, quibus non remittetur, nec in hoc ſæculo, neq; in futuro: qui Iudæos falſa religione ſuperāt, Græcos impietate: qui Deo, qui eſt ſuper omnia, maledicunt, & Filium eius deſpiciunt, atq; doctrinam

nam Spiritus contemnunt:qui diuinos ſermones negãt,& per hypocriſim ſe eos re- E
cipere ſimulant in contumeliam Dei,fraudemque eorum,qui eos ſequuntur,qui ſa
cram ſcripturam derident,& iuſtitiam,quæ tandẽ illa ſit,ignorant:qui Eccleſiã Dei
labefactant,veluti vulpeculæ vineam:quos monemus vt fugiatis, ne laqueis animas
Eccle.9. veſtras impediatis.Nam qui cum iuſtis ambulat,iuſtus erit:& qui cum inſipientibus
ambulat,cognoſcetur:nec enim cum furibus currere oportet,neque cum adultero
partem ponere,quoniam ſanctus Dauid,inquit, Domine qui oderunt te, eos odio
habui,& aduerſus inimicos tuos contabui: perfecto odio oderam illos: inimici fa-
2.Par.19. cti ſunt mihi. Et Ioſaphat Deus exprobrat amicitiam,ſocietatemque initam cum
Achabo,& Ozia,per Ionam Prophetam inquiens,Si cum peccatore tu amicitia iun
geris,& auxilium præbes ei,qui odio habetur à Domino,ideo ſtatim ira Domini fa-
cta eſſet in te,niſi inuentum fuiſſet cor tuum perfectum erga Dominum: propterea
pepercit tibi Dominus: veruntamen interrupta ſunt opera tua,& fractæ ſunt naues
tuæ.Vitate igitur illorum ſocietatem,atque ab eorum pace abalienamini:de ijs e- F
Iſai.57. nim Propheta loquebatur ijs verbis,Non eſt gaudere cum impijs,dicit Dominus: ij
enim ſunt occulti lupi,noui canes,qui non poſſunt latrare,qui quidem modò ſunt
pauci,ſed progrediente, atque appropinquante conſummatione,plures grauiores-
que ſunt futuri:de quibus dicebat Dominus.Nunquid filius hominis cum venerit,
inueniet fidem in terra?& eo quòd abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multo-
rum,& venient Pſeudochriſti,& Pſeudoprophetæ,& dabunt ſigna in cœlo, vt ſi
fieri poſsit etiam electi decipiãtur:quorũ fraude liberabit nos Deus per Ieſum Chri-
ſtum,qui eſt ſpes noſtra.Etenim nos quoque cùm peragraremus gentes, Eccleſiaſq;
confirmaremus,alios quidẽ multis admonitionibus & ſermonis medicina curatos
ad ſanitatem reduximus, cùm morti eſſent vicini,& tantùm non animam efflarent:
eos,qui nullo remedio curari potuerunt,ab ouili eiecimus, ne morbi contagione
valentes agni contabeſcerent,ſed puri,mundi, ſani,integri Domino conſeruaren- G
tur.Atque hæc quidem vbique toto orbe terrarum in ſingulis ciuitatibus præſtiti-
mus. Reliquimus verò vobis Epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus iure, ac merito
huius catholicæ doctrinæ monumentum pro confirmatione illorum,qui Deo cre
diderunt.Quam doctrinam miſimus per Clementem cooperatorem noſtrum fide-
liſsimum,& filium vnanimem in Domino vnà cum Barnaba & Timotheo filio op-
tatiſsimo,& Marco Germano, cum quibus Titum vobis dedimus,& Lucam, Iaſo-
nem quoque & Lutium,& Soſipatrum,per quos hortamur vos in Domino, vt à ve-
teri conſuetudine recedatis,vinculorum,inanium,exterminationũ, obſeruationũ,
delectus ciborum,baptiſmorum quotidianorum:vetera enim receſſerunt, ecce no-
ua ſunt omnia.

Contra improbantes legem. Cap. XIX.

COGNOSCITIS enim Deum per Chriſtum, vniuerſamque eius diſ- H
penſationem à principio inſtitutam,quòd dedit nobis legem ſim-
plicem ad auxilium naturalis legis,puram,ſalutarẽ,ſanctam,in qua
& proprium nomen repoſuit,perfectam,abſolutam,decem præce-
pta continentem,plenam,reprehenſione carentem, cõuertentem
animas,cuius immemores Hæbreos per Malachiam prophetã ad-
Mal.4. monet,dicens:Recordamini legis Moſis hominis Dei,qui præcepit nobis mandata
& iuſtitias:qui adeò ſanctus ac iuſtus eſt,vt cúm Dominus leproſum vnum curauiſ-
Luca 5. ſet,poſteàq; nouem alios,dixerit priori, Vade & oſtende te Pontifici, & offer mu-
nus,quod pręcepit Moſes in teſtimoniũ ipſis,nouẽ verò illis rurſum,Ite & oſtendite
Matth.5. vos ſacerdotibus.Non enim legẽ diſſoluit,vt Simõ opinatur,ſed impleuit. Inquit e-
nim,Iota vnũ,& vnus apex non præteribit à lege,quouſq; omnia fiant:non enim ve
ni,inquit,ſoluere legem,ſed adimplere.Etenim Moſes legiſlator ſimul ac Pontifex,
idemque

A idemq; Propheta, & Rex, Helias quoque zelator Prophetarum adfuerũt in trãsfiguratione Domini in monte, incarnationis, paſsionumque teſtes, vt amici familiaresq; Chriſti, non vt inimici, & alieni. Ex quibus perſpicuum fit, legem bonam ſanctamque eſſe vnà cum Prophetis.

Quæ ſit naturalis lex, & quæ ſit inducta, atque adiecta, & quam ob cauſam inducta ſit. Cap. XX.

LEX eſt Decalogus, quàm antequàm populus vitulum, hoc eſt, apim AEgyptium faceret, Deus tulit voce, quæ auribus audiretur. Hæc lex iuſta eſt: ob quam cauſam lex dicitur, quoniam ſecundum naturam iuſtè iudicia facit, quam Simon improbat, putans ſe ab ea iudicatum, ſupplicium effugere nõ poſſe. Hæc lex bona eſt, ſancta, libera: *Exod 20.*
B inquit enim, Si feceris mihi altare, ex terra facies mihi ipſum: non dixit Fac, ſed, ſi feceris: non neceſsitatẽ impoſuit, ſed liberæ poteſtati permiſit: non enim ſacrificio opus habet Deus, cùm nulla re ſuaptè natura indigeat, ſed quẽadmodum iam ſuperiori tempore Deo charus Abel, & Noë, atq; Abrahã, & reliqui non rogati, ſed naturali lege cõmoti, ſua ſponte Deo ſacrificia offerebant à grato animo profecta, ita permittit modò Hebræis, non iubendo, ſed ſi voluerint concedendo: ac ſi recta animi ſententia obtulerint, benignè recipiendo ſacrificia ipſorum. Ideo, inquit, Si ſacrificare deſideras, non indigenti mihi ſacrifica: nulla enim re opus habeo: meus eſt enim orbis terrarum & perfectio eius. Cùm verò eius populi homines huius rei immemores fuerunt, & vitulum pro DEO, DEum inuocauerunt, eique cauſam profectionis ab AEgypto tribuerunt, dicentes: Hi ſunt Dei tui Iſraël, qui eduxe- *Exod.22.*
runt te de terra AEgypti. Et colentes ſimilitudinẽ vituli comedentis fœnũ, negaue-
C runt DEum, qui per Moſen viſitauerat ipſos in tribulatione ipſorum, Moſen (inquã) qui in manu & virga ſigna effecerat, AEgyptios decem plagis percuſſerat, mare rubrum diuiſis aquis tranſmiſerat, eos per mediam aquam vt equitatum per campum duxerat inimicos, & inſidiatores eorum demerſerat, fontem amarum ad Marã dulcem reddiderat, ex duro lapide aquam ad ſatietatem eduxerat: columna nubes propter æſtus magnitudinem eos cõtexerat: columna ignea illuſtrauerat, viamq; monſtrauerat ignorantibus quò pergerent: qui manna de cœlo dederat, à mari carnis copiam miſerat inuecta ortygometra: qui in monte leges eis dederat. Cuiusq; vocem audire meruerant, eum abnegauerunt dicentes, Fac nobis Deos, qui præant nos: vitulumque conflauerunt, & ſacrificauerunt Idolo. Tunc verò ira incenſus Deus, vt qui eos ingratos videbat, obligauit eos vinculis arctiſsimis oppreſsione onerum, atque duricie catenæ, & non ampliùs dixit, Si feceris, ſed Fac altare, & aſsiduè ſacrifica: immemor es enim gratiæ. Offer igitur iuge holocauſtum, vt memor ſis mei. Nam
D quoniam malè vſus es libertate, poſthac tibi impono neceſsitatem, atque certis cibis te prohibeo, & animalium mundorum & immundorum delectum tibi præſcribo, quanuis omne animal bonitatem habeat, vt quod à me factum ſit, & exterminationes tales tibi impero, expiatiões, aſsidua baptiſmata, aſperſiones, luſtratiões, ceſſationes varias, atque ijs ſingulis, niſi obtemperaueris, pœnam ſtatuo, vt æquum eſt inobedienti, vt hoc modo vexatus, & catena enectus, à multitudine deorũ recedas, omiſſoque illo, Hi ſunt dij tui Iſraël. Recorderis illius, Audi Iſrael Dominus Deus tuus *Exod.32.*
Dominus vnus eſt, confugiaſque ad illam legem, quam ego natura hominibus indidi, vnum ſolum eſſe DEum in cœlo & in terra, huncque diligendum ex toto corde, ex omnibus viribus, atque ex omni mente, & excepto illo neminem timendum, neque aliorum deorum nomen mente concipiendum, neque lingua pronunciandũ. Nam ob duritiem obligauit eos, vt ſacrificando, ceſſando, ſe expiando, atque talia obſeruando, in cogitationem eius venirent, qui hæc ipſis præcepiſſet.

Quòd ſub gratia ſumus, & non in ſeruitute legis inductæ in Chriſtum credentes. Cap. XXI.

VESTRI, qui credidiſtis in vnum Deum, ac non neceſsitate, ſed recta ſententia, ei, qui vos vocauit, paruiſtis, beati ſunt oculi, quoniã vident: & aures, quoniam audiũt. Soluti enim eſtis vinculis, & ſeruitute liberati. Non ampliùs enim (inquit) dico vos ſeruos, ſed amicos, quoniam omnia, quæ audiui à Patre meo, manifeſtaui vobis. Illis enim nolentibus loqui vel audire, nõ defectu pœnarũ, ſed abundantia, nequitiæ, dedi mandata non bona, & iuſtitias, in quibus victuri non ſunt. Non bona autem ex propoſito ipſorum, quoniam cauteria, gladius, medicamenta infeſta ſunt non valentibus: non ſeruantur autem propter inobedientiam, vnde nõ ſeruata mortem eis afferunt. F

Quòd lex de ſacrificio inducta erat, quam aduenięns Chriſtus, ſuſtulit. Cap. XXII.

VOs igitur beati eſtis, qui maledictione eſtis liberati. Chriſtus enim Dei filius cùm veniſſet, legem ratam habitam impleuit, inducta ſuſtulit, ſi non omnia, at grauiora: legem confirmans, ijs finem imponens, voluntatemq́; humanam rurſum dimiſit liberam, vt non hic temporaneæ mortis iudicium exerceat, ſed in alio ſtatu rationes ſit cogniturus. Ideoque dicit, Qui vult venire poſt me, veniat. Et rurſum, Num & vos vultis abire? Iam verò ante quoque eius aduentum recuſabat populi ſacrificia, ſæpenumero in eum peccantis, atque exiſtimantis ſacrificijs eum nõ pœnitentia placatum iri. Ita enim, inquit,
Ierem. 6. Vt quid mihi incenſum de Saba affers, & cinnamomum de terra longinqua? Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & ſacrificia veſtra non placent mihi. Et deinceps, G
Ierem. 7. Holocauſtomata veſtra congregate cum ſacrificijs veſtris, & comedite carnes, quoniam non mandaui vobis, quando eduxi vos de terra Aegypti. De holocauſtis, & ſacrificijs per
Iſai. 1. Iſaiam quoque, Quid mihi multitudo victimarum veſtrarum? dicit Dominus. Plenus ſum holocauſtis arietum: adipem agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum nolo, neque veneritis apparere mihi. Quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris? calcare atrium meum non addetis ampliùs. Si obtuleritis ſiliginem vanam, incenſum, abominatio eſt mihi. Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra, in diem magnũ non feram. Ieiunium, & ceſſationem, & feſtiuitates veſtras odit anima mea. Facti
Amos. 5. eſtis mihi in ſatietatem. Et per alium dicit, Diſcede à me, ſonum carminum tuorum, & pſalmum organorum tuorum non audiam. Et Sauli, qui ſacrificare conſtituerat
1. Reg. 15. Samuel dicit, Bona auſcultatio ſuper ſacrificium, & obedientia ſuper adipem arietũ. Ecce enim non vult Deus ſacrificium ſicut obtemperari ſibi, & per Dauid dicit, Nõ H
Pſalm. 49. recipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hædos, Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terrarum, & perfectio eius. Num manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum bibam? Sacrificia Deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo vota tua. Atque in omnibus ſcripturis eorum ſacrificia reijcit, quoniam ij in ipſum peccauerunt. Sacrificia enim impiorum, abominatio apud Dominum. Etenim iniquè offerunt ea. Et iterum, Sacrificia ipſorum tanquam panis ipſis, omnes co
Prouer. 15. medentes ea inquinabuntur. Quod ſi ante ſuum adũtum, loco ſacrificij cor mundum poſtulabat, & ſpiritum contritum, modo cùm iam venerit, multo magis hæc, illa quæ per ſanguinem fiebant, eum dicimus ſuſtuliſſe. Suſtulit autem cùm prius impleuerit: etenim circumciſus eſt, & aſperſus, ſacrificia quoque obtulit, & holocauſta, atque alijs moribus vſus eſt, ipſeque legiſlator effectus eſt perfectio legis, nõ ſublata lege naturali, ſed extinctis ijs, quę per Deuteroſim inducta fuerant, quanquã non omnibus.

Quomo-

Quomodo Chriſtus impleuerit legem, & quæ extinxerit, quæ commutauerit, vel tranſtulerit. Cap. XXIII.

LEGEM enim naturæ non ſuſtulit,ſed confirmauit: nam qui dixit in
lege,Dominus Deus tuus,Dominus vnus eſt:idem dicit in Euange- Deut.6.
lio,Vt cognoſcant te ſolum Deum:& qui dixit, Diliges proximum „
tuum,ſicut te ipſum:in Euangelio renouato præcepto.Mandatum Ioan.17.
nouum(inquit)do vobis,vt diligatis vos inuicem. Qui tunc cædem „
prohibuit,modò prohibet incõſideratam iram:qui tunc adulteriũ, Ioan.13.
modò illicitam cupiditatẽ:qui tunc latrocinium,modò magis commendauit eum, „
qui de proprijs laboribus inopibus præbet:qui tunc odium prohibuit,nunc inimi-
corum dilectionem præcepit:qui vindictam,nunc præcipit patientiam,nõ quòd in-
B iuſta ſit vindicta,quæ iuſtè ſumatur,ſed quòd præſtantior ſit patientia.Neque verò
naturales affectiones excidi iuſsit,ſed illarum exuperantiam,qui colendos parentes
præcepit,ipſe ijs ſubiectus erat,qui Sabbatum ſeruari voluit,vt ille dies conſumere-
tur in legum meditatione,nunc quotidie iuſsit nos cogitantes conditæ naturæ pro-
uidentiæque legem,gratias agere Deo.Circumciſionem ſuſtulit, cùm eam in ſe ex-
pleſſet.Ipſe enim erat,cui repoſita erat expectatio gentium,qui iuſiurandum præce-
perat,& periurium prohibuerat,omnino iurare vetuit.Baptiſmum, ſacrificium, ſa-
cerdotium,localem adorationem alio modo mutauit:pro quotidiano baptiſmo,v-
num ſolum baptiſmum inſtituit,qui in eius mortẽ perficitur pro vna tribu. De qua-
libet natione præcepit optimos diligi,nec corporum integritatem ſpectari,ſed reli-
gionem ac vitam.Pro ſacrificio cruento,rationale,& incruentum, ac myſticum ſa-
crificium inſtituit,quod in mortem Domini per Symbola corporis, & ſanguinis ſui
celebratur:pro adoratione locali,ab ortu Solis vſq; ad occaſum in omni loco impe-
C rij ſui,nomen ſuum celebrari ſtatuit.Quare non ſuſtulit à nobis legem,ſed vincula:
nam de lege Moſes inquit,Meditaberis verbum,quod ego tibi mãdo,ſedens domi, Deut.6.
ſurgens & ambulans in via.Et Dauid ait,In lege Domini voluntas eius, & in lege „
eius meditaberis die ac nocte:vbique enim nos legibus obſequentes eſſe vult, non Pſalm.1
legum contemptores.Beati enim (inquit)immaculati in via,qui ambulant in lege „
Domini:Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius,in toto corde exquirent eum. Et ite- Pſalm.
rum,Beati ſumus Iſraël,quoniã quæ placent Deo,cognita ſunt nobis. Et Dominus „
inquit,Si hæc cognouiſtis,beati eſtis ſi feceritis ea. „

Quod per Romanos quoque voluit Dominus iuſtitiæ legem demonſtrari. Capi XXIIII.

NON ſolùm per nos Iuſtitiæ legem vult demonſtrari,ſed etiam placuit ſibi, vt ea per Romanos appareret,atque luceret:nanque ij quoque credentes D in Dominum,à deorum errore,atque iniquitate receſſerunt, & bonos receperunt,improboſque puniunt,& Iudæos vectigales habent,atque ſuis iuſtis eos vti non permittunt.

Quod Deus Iudæos ob impietatem, qua aduerſus Chriſtum vſi ſunt in ſeruitutem redactos, tributo ſubiecit. Cap. XXV.

QVONIAM ſponte ſeruitutem ſibi impoſuerunt dicentes,Non habemus Regem niſi Cæſarem: & niſi occidamus Chriſtum, omnes in eum credent,& venient Romani,& tollent locum noſtrum & gentem. Atque inuiti,vera prædixerunt:nam & in eum gentes crediderunt,ipſiq; à Romanis poteſtate ſpoliati ſunt, prohibitique ea facere,quę ſibi patrijs legibus pręcepta fuerãt:Maledictus enim,inquit,

qui non manet in omnibus ſcriptis in libro legis vt ea faciat, fieri autem non poteſt, E
Gal. 3. vt cùm diſperſi vagique inter gentes viuant, omnia faciant, quæ lex præſcribit. Ve-
tat enim diuinus Moſes altare extra Hieroſolyma conſtitui, legemque extra Iudææ
fines legi. Sequentes igitur nos Chriſtum, benedictionum hæreditatẽ adipiſcamur,
legi & Prophetis per Euangelium obſequamur. Fugiamus eos, qui Deos colunt, in-
terfectores Chriſti, & Prophetarum, nephandos atque impios hæreticos, obtempe-
remus Chriſto vt Regi, qui poteſtatem habet inducendi varias leges, ac tanquàm ſa-
piens legiſlator nouas ferendi, vbique naturalibus immobilibus conſeruatis.

Quòd fugere oportet hæreticos tanquàm animarum peſtem. Cap. XXVI.

CAVETE ab hæreticis òmnibus Epiſcopi & laici, qui legem, & Pro- F
phetas improbant. Deo enim Omnipotenti infeſti non parent &
Chriſtum non confitentur filium Dei: negant enim eius genera-
tionem ſecundum carnem. Crucem erubeſcunt, paſsionẽ ac mor-
tem contemnunt, reſurrectionem ignorant, æternam eius genera-
tionem præcidunt. Alij ex ijs in alio impietatis genere verſantur:
opinati Dominum purum hominem eſſe ex anima tantùm & corpore conſtantem,
alij Ieſum illum ipſum Deum, qui eſt ſuper omnia, eſſe exiſtimant, putantes eum ſibi
ipſi patrem eſſe: quibus quid poteſt eſſe magis impium? alij rurſum cibos quoſdam
vituperant, nuptiaſq; cum liberorũ procreatione improbant: quòd opus ſint diabo-
li: cumq; ob ſuam improbitatẽ ſint impij, nolunt à mortuis reſurgere: propterea re-
ſurrectionẽ labefactant, dicẽtes, nos eximios quoſdã fore, ſi comedere, & bibere no-
luerimus, fingẽtes dęmonia quędã nudata carnibus, à mortuis excitatũ iri, qui dam-
nabuntur ad ignẽ æternũ. Quare fugite ab ijs, ne vnà cum illorũ impietate pereatis. G

De Iudaicis & Græcis obſeruationibus. Cap. XXVII.

QVOD ſi quidam Iudaicas conſuetudines obſeruant, fluxum ſeminis,
nocturnas pollutiones, legitimos concubitus: dicant nobis his ho-
ris, vel diebus, quibus horum aliquid ipſis accidit, abſtinentne ſe ab
oratione vel à libro tangendo? ſi affirmabunt, perſpicuũ eſt eos Spi-
ritu ſancto deſtitui, qui ſemper cũ fidelibus verſatur: nam de San-
" ctis ait Solomon, vt vnuſquiſque ſe præparet, vt cùm dormit, cuſto-
Prouer. 6. diat eum, & cũ expergiſcitur, colloquatur cum eo. Nam ſi exiſtimas, ô mulier, ſeptẽ
" diebus te in puerperio manentem, Spiritu ſancto priuatam eſſe, num quoque ſi re-
" pentè mortem obires, vacua Spiritu ſancto, & deſtituta ſpe erga Deum decederes? H
vel potius ſpiritũ habes omnino inſeparabilẽ, vt qui locũ non occupet? neceſſaria
eſt autẽ tibi oratio, & ſpiritus afflatus, cùm nihil in eo pecces. Nam nec legitimus
cõcubitus, nec cubile, nec ſanguinis fluxus, nec nocturna pollutio poteſt hominis
naturã contaminare, vel Spiritũ ſanctũ auferre, ſed ſola impietas & actio iniuſta. Nã
Spiritus ſanctus ſemper manet cum ijs, qui eũ adepti ſunt, quouſq; digni fuerint, &
à quibus ſe ſubtrahit, eos deſertos, & ſpiritui nequã contraditos dimittit. Homo au-
tem omnis, alius Spiritu ſancto plenus eſt, alius impuro, nec poteſt alterũ effugere,
niſi aliquod contrariũ patiatur. Paracletus enim odit omne mendacium, Diabolus
omnem veritatem. Vnuſquiſque autem qui baptiſmum verè eſt adeptus, à diaboli-
co ſpiritu receſsit, & Spiritum ſanctum obtinuit, atque bonum agenti adeſt Spiritus
ſanctus, complens eum ſapientia & intellectu, nec permittit ſpiritũ malum ad eum
accedere, obſeruãs illius inuaſiones. Tu ergo mulier ſi quemadmodum dicis, in die-
bus puerperij Spiritu ſancto vacua es, certè plena es impuro: nam nec orans, neque

A legens, inuitum illum aduocas: amat enim is ingratos, ſi vllus alius, inertes, negligẽtes, ſomnolentos, quoniam ipſe quoque ingrato animo malignus à Deo ſpoliatus eſt dignitate, qui pro Archangelo, diabolus eſſe maluerit. Ideo mulier vanos ſermones deſere, ſemperq; memor eſto Dei, qui te creauit, atque ei ſupplica. eſt enim tuus quoque, qui cunctorum eſt Dominus: meditareq; illius leges, nihil obſeruans, nec naturalem purgationem, neque concubitum legitimum, neque partum, neque abortum, neque corporis maculam: quoniam huiuſmodi obſeruationes, ſunt ſtultorum hominum inania commenta, ac mente carentia: nam nec funus, nec cadauer, nec ſepulchrum, nec cibus, nec pollutio poteſt animam hominis inquinare, ſed ſola aduerſus Deum impietas & iniquitas, atque proximi iniuria, vt rapina, & vis atque omne quod eſt Iuſtitiæ contrarium, adulterium, fornicatio. Quare ijs vitatis, deſerite obſeruationes dilecti, Græcorum enim ſunt propriæ: nõ enim mortuum abominamur vt illi, B ſperantes illum iterum victurum, neque legitimum concubitum improbamus. Eſt enim eorum conſuetudo vt in ijs impiè ſentiant: Dei enim voluntate conciliatur viri & mulieris iuſta coniunctio. Nam qui fecit ab initio maſculum, & ,, fœminam fecit eos, & benedixit eis, ac dixit, Creſcite & multiplicamini, & replete ,, terram. Quare ſi Dei voluntate ſexus ſunt ad ſobolem propagandam congeminati, ergo de illius quoque ſententia facta eſt maris & fœminæ congreſsio.

De maſculorum concubitu, adulterio, fornicatione. Caput XXVIII.

AT non ille abominabilis concubitus, qui contra naturam fit, neq; praua actio, quæ Deo infeſta eſt? nam contra naturam eſt Sodomorum peccatum, & cum beſtijs coniunctio, praua actio adulterium, C & fornicatio, quorum factorum aliud eſt ſcelus, aliud eſt iniuſtitia, vltimum eſt peccatum, nullum verò impunitũ relinquitur pro ſuo genere. Nam primi quærunt mundum diſſolui, ijs, quæ ſecundum naruram ſunt, cõtra naturam abutentes. Secundi iniuſtè faciunt, qui alienas nuptias corrumpunt, & quod à Deo in vnum coniunctum eſt, in duo diuidunt, filioſque ſuſpectos faciunt, & naturalem virum inſidijs exponunt. Fornicatio eſt propriæ carnis corruptio quæ non cauſa liberorum expetitur, ſed voluptatis: quod eſt incontinentiæ ſignum, non argumẽtum virtutis. Hæc autem omnia legibus prohibita ſunt, *Leuit.18. & 20.* inquit enim Scriptura, Non dormies cum maſculo coitu muliebri: maledictus enim eſt talis, & lapidibus obruite eos: abominationem fecerunt. Omnem dormientem *Leuit.18. & 20.* cum iumento, interficite eum: iniquitatem fecit in populo. Et ſi quis mulierem nuptam vitiauerit, occidite vtrumq;, iniquitatem fecerunt, rei ſunt, moriantur. Et de- *Deut.22.* inceps, Non erit, qui fornicetur in filijs Iſraël. Et non erit quæ fornicetur de filiabus ,, D Iſraël. Nõ offeres mercedem meretricis Domino Deo tuo ad altare, nec pretium carnis. *Deut.23.* Non enim, inquit, caſtæ ſunt preces de mercede meretricis. Hæc leges prohibuerunt, nuptias commendauerunt, benedictas eas appellantes: quoniam benedixit eis ,, Deus, qui fœminam cum maſculo cõiunxit. Ait quodam in loco ſapiens Solomon, ,, A Domino copulatur mulier viro. Et Dauid inquit, Vxor tua ſicut viris abundans *Prou. 19.* in lateribus domus tuæ: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. *Pſal.127.* Nuptiæ igitur honeſtæ & commendabiles ſunt, ipſaq; liberorum procreatio pura eſt: nihil enim mali ineſt in bono. Neque verò naturalis purgatio odioſa Deo eſt, qui illam inſtituit in mulieribus per menſtrua ſpatia, valetudinis, firmitatiſq; cauſa, cùm otioſæ ſint, vt quæ magna ex parte domi ſedent, ſed etiam (vt habetur in Euangelio) cùm illa, quæ patiebatur fluxum ſanguinis, valetudinis gratia ſalutarem fimbriam attigiſſet non moleſtè tulit Dominus, neque omnino illam accuſauit, imò potius eam curauit dicens, *Matth.9.* Fides tua te ſaluam fecit. Menſtruiſque apparentibus mulieribus, viri cum eis *Ezech.18.* ne coeant,

“ ne cocant,vt filij ſine morbo naſcantur: prohibuit enim hoc lex inquiens, Ad mu- E
“ lierem menſtruatam ne accedas. Neque verò cum prægnantibus conſuetudinem
habeant: non enim ſuſcipiendorum filiorũ,ſed voluptatis cauſa hoc faciunt. Oportet autem Dei amicum,non appetere voluptatem.

Quomodo oporteat mulieres viris ſuis ſubiectas eſſe, & viros diligere ſuas vxores. Cap. XXIX.

MVLIERES ſubiectæ eſtote viris veſtris,eosque in honore habete,ac
timore, & charitate illis inſeruite: quemadmodum ſancta Sara
Abraham honorabat, quæ nec nomine ipſum audebat appellare,
ſed dominum illum vocabat: Dominus meus,inquiens, ſenex eſt.
Prouer. 5. Item viri diligite veſtras vxores vt propria membra,vt vitæ ſocias,in
“ filijsq; generandis adiutrices Lætare enim inquit, cũ muliere,quæ
“ eſt à iuuentute tua,cerua tuæ amicitiæ,& pullus tuarum gratiarum conuerſetur te-
“ cum,propria verò præeat te,& adſit tibi in omni tempore. In huius enim amicitia
Malach. 2. implicatus,multiplicabilis eris. Diligite ergo eas vti membra propria,vti corpora ve-
“ ſtra.Scriptum eſt enim hoc modo,Dominus teſtificatus eſt,inter te & mulierẽ ado-
“ leſcentiæ tuæ,& hæc conſors tua,& non alius fecit,& reliquiæ ſpiritus tui, & cuſto-
“ dite in ſpiritu veſtro.Et mulierem adoleſcentiæ tuæ ne deſeras.Vir igitur & vxor iu-
ſtis nuptijs coniuncti,mutuò ſe excitantes,ſine obſeruationibus orent, & quamuis
non lauent,tamen erunt luſtrati.Qui verò alienam vxorem corruperit,vel cum meretrice ſe inquinauerit,neque ſi toto mari,atque omnibus fluuijs ſe abluerit,expiari poterit.

Quòd Iudæorum & Græcorum mos eſt obſeruare naturales purgationes, & mortuorum reliquias vitare. à Chriſtianis verò hoc eſt alienum. Cap. XXX. G

NOLITE obſeruare legalia, nec naturalia piacula, exiſtimantes ijs
cõtaminari,nec ſequamini Iudaicas ſeparationes,nec aſsiduos baptiſmos, neque expiationes in contractu mortui,ſine vllaque exceptione conuenire in cœmeteria, ſacros libros in ijs legentes &
pſallentes pro ijs, qui dormierunt,Martyribus,atque omnibus
ſanctis,qui à ſæculo fuerunt: proq; fratribus noſtris,qui in Domino obierunt: Et antitypum regalis corporis Chriſti, acceptabilemq; Euchariſtiam
offerte in Eccleſijs & cœmeterijs veſtris.Atque in exitu mortuorum pſallentes,eos
Pſal.115. deducite,ſi fideles fuerint in Domino,Precioſa enim in cõſpectu Domini mors ſan-
Pſal.114. ctorum eius.Et iterum,Reuertere anima mea in requiem tuam,quoniam Dominus H
Sap.3. benefecit tibi.Et alio in loco,Memoria iuſtorum cum laude.Et iuſtorum animæ in
Prouer.10. manu Dei. Nam, qui in Deum crediderunt,quanquàm obierunt,tamen non ſunt
mortui.Dicit enim Dominus Sadducæis de reſurrectione mortuorum,Non legiſtis
Matth.12. quod ſcriptum eſt,Quoniam ego Deus Abraham,Deus Iſaac,Deus Iacob: non eſt
“ Deus mortuorum, ſed viuorum, omnes enim in ipſo viuunt. Igitur eorum, qui in
4.Reg.6. Deo viuunt,nec reliquiæ ſine honore manent. Nam Hæliſſæus Propheta poſt diſceſſum è vita,mortuum quẽdam excitauit interfectum à Piratis Syriæ. Attigit enim corpus eius Heliſſæi oſſa, atque excitatus vixit· quod factum non eſſet, niſi Heliſſæi corpus ſanctum fuiſſet.Et Ioſeph complexus eſt Iacob poſt mortem cùm iaceret in lectulo, & Moſes ac Ieſus Nauæ Ioſephi reliquias ſecum duxerunt, quod minimè putauerunt piaculum.Quare,vos quoque Epiſcopi & alij ſine metu piaculi contingentes mortuos,nolite putare quòd eorum contractus vos inquinat: neque eorum reliquias vitetis,omiſsis huiuſmodi inſanis obſeruationibus,ornaminiq; ſanctitate & tem-

A & temperantia, vt participes immortalitatis, & conſortes Regni Dei efficiamini, & promiſsionem Dei aſſequamini, requieſcentes in æternum per Ieſum Chriſtum Saluatorem, qui poteſt aperire aures cordis veſtri, ad recipiendum acute Dei eloquia per Euangelium, & per Doctrinam Ieſu Chriſti Nazaræi. Qui crucifixus eſt ſub Pontio Pilato, & Herode: mortuus ac ſuſcitatus à mortuis, & iterum venturus in conſummatione ſæculi cum gloria ac virtute multa. Qui mortuos eſt excitaturus, Mundo ſinem impoſiturus, & vnicuique pro meritis tributurus. Qui dedit nobis ſeipſum pignus reſurrectionis, atque in Cælum aſſumptus eſt per potentiam Dei & patris ipſius in conſpectu noſtro. Qui per quadraginta dies comedimus & bibimus vnà cum illo, poſtquam à mortuis reſurrexit: quique ſedet à dextris Throni maieſtatis Omnipotentis Dei ſuper Cherubin. Qui audiuit, Sede à dexteris meis, *Pſal.109.* donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Quem vidit beatiſsimus Stephanus ſtantem à dextris virtutis, & exclamans, dixit: B
Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei, vti Pontificem omnium rationalium ordinum, per quem honor, maieſtas, & gloria omnipotenti Deo, nunc, & in ſecula. *Act.9.*
Amen.

CONSTI-

CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE.

LIBER SEPTIMVS.

De conuerſatione, & vitæ moribus, deq́; gratiarum actione. *Caput I.*

CVm legiſlator Moſes dixerit Iſraëlitis, Ecce poſui in conſpectu veſtro viam vitæ, & viam mortis. Et ſubiunxerit, Elige vitam vt viuas. Et Helias Propheta dixerit populo, Quouſque claudicatis vtroque poplite? Si Deus eſt Dominus, ſequimini eum. Meritò quoque dicebat Dominus, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, vel enim alterum odio habebit, alterum diliget, vel vni hærebit alterum contemnet.

Deut.30.
3.Reg.18.
Matth 6.

De via naturali, & inducta, & quòd vna à Deo, altera ab errore prouenit ex inſidijs Diaboli. *Cap. II.*

NECESSARIO nos etiam ſecuti magiſtrum Chriſtum, qui omnium hominum Saluator eſt, maximè fidelium, dicimus duas eſſe vias, vnam mortis, vitæ alteram, quæ inter ſe comparationem non habent: magna eſt enim earum differentia, imò omnino diſsident: ac naturalis quidem eſt vitæ via, inducta verò via mortis, quæ non voluntate Dei accidit, ſed inſidijs aduerſarij. Prima eſt igitur via vitæ, atque hæc ipſa eſt, quam præſcribit lex: dilige Dominum Deum ex tota mente, ex tota anima, atque illum ſolum, præter quem nullus eſt, & proximum ſicut teipſum: & quodcunque tibi fieri non vis, id alteri ne feceris. Benedicite maledicentibus vobis. Orate pro calumniantibus vos. Diligite inimicos veſtros: quæ eſt enim merces veſtra, ſi ametis, qui amant vos? nam & Ethnici hoc faciunt: vos verò amate illos, qui odio vos habent, & inimici eum non habebitis. Nullum hominem, inquit, odio habebis, non Aepyptium, non Idumæum: omnes enim ſunt Dei creaturæ. Fugite autem improborum non naturam, ſed propoſitum. Abſtinete vos à carnalibus & mũdanis cupiditatibus. Si quis percuſſerit te in vna maxilla, verte ei alteram, non quòd vindicta in malis ſit, ſed quòd patientia præſtantior. Ait enim Dauid, Si retribui retribuentibus mihi mala. Si quis te angariauerit vnum milliare, vade ſecum alterum. Volenti tecum certare, & tunicam tuam accipere, dimitte etiam pallium. Et ab eo, qui tollit tua, ne repetas. Petenti à te, da. Et volenti abs te mutuũ accipere, noli claudere manum. Vir enim iuſtus miſericordia mouetur, & accõmodat, omnibus enim vult dari Pater, qui Solem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Omnibus igitur æquum eſt ſuppeditare de iuſtis laboribus. Honora enim, inquit, Dominum, de tuis iuſtis laboribus: præferendi autem ſunt Sancti.

Deuter. 6.
Matth.7.
Matth.5.
Deut.23.
1.Pet.4.
Matth.5.
Pſal.7.
Matth.5.

Morales exhortationes dominicarum præceptionum concordes cum antiquis mandatis diuinarum legum. Prohibitio iræ, inuidiæ, corruptelæ, adulterij, atq; omnis vetitæ actionis. *Cap. III.*

NON

A NON occides,hoc eſt, non perdes tibi ſimilem hominem: diſſoluis
enim quæ bene coagmentata ſunt,non quòd omnis cædes in malis
habenda ſit, ſed quia ſolùm illa prohibetur, quæ innocenti infer- *Exod.20.*
tur,iuſta verò magiſtratibus reſeruatur.Non mœchaberis: diuides
enim carnem in partes duas. Erunt enim,inquit,duo in carne vna:
vnum enim ſunt vir & mulier natura,conſenſione, ſocietate, amo-
re,vita,more:ſeparantur autem ſexu,& numero. Pueros non vitiabis: contra natu- *Leuit.20.*
ram enim eſt hoc vitium, profectum à Sodoma, quæ à Deo miſſo incendio confla-
grauit: is enim eſt execrabilis, & dicet omnis populus fiat. Non fornicaberis: non
enim erit fornicator inter filios Iſraël. Non furaberis.Achaz enim cùm in Iſraële fu- *Ioſ.7.*
ratus eſſet, in Hiericho lapidibus oppreſſus interijt, & Giezi furatus, mentitusque,
Neemani lepram adeptus eſt.Et Iudas cùm ſurriperet pauperum facultates, Domi- *4.Reg.8.*
num gloriæ Iudæis tradidit,& peccati dolore ſe ſuſpendit, & crepuit medius, diffu- *Ioan.12.*
B ſaq; ſunt viſcera eius.Ananias quoque & Saphira eius vxor furati res proprias, cùm *Act.1.*
tentaſſent Spiritum Domini,ſententia Petri coapoſtoli noſtri ſtatim ſunt mortui. *Act.5.*

Prohibitio magiæ, interemptionis filiorum, periurij, falſi teſtimonij. Cap. IIII.

MAGICAE arti: non dabis operam non luſtrabis: luſtratores enim nō
ſinetis viuere.Non interficies filium tuum in interitu,nec quod na-
tum erit,occides: omne enim quod formatam animam à Deo acce-
pit,vendicabitur,ſi iniuſtè interimatur. Non concupiſces res proxi- *Exod.20.*
mi tui,veluti vxorem,filium,bouem,agrum. Non peierabis: dictum *Math.5.*
eſt enim ne iures omnino,quòd ſi non feceris, ſaltem iuſtum iuſiu-
randum iures,quoniam laudabitur omnis,qui iurat in idipſum. Falſum teſtimoniū *Pſal.62.*
C non dices,quoniam qui criminatur pauperem,irritat eum, qui illum creauit.

Prohibitio detractionis iracundiæ, morum ſubdolorum, ſermonis otioſi, mendacij, iniuriæ hypocriſis. Cap. V.

NON maledices,Ne diligas,inquit,maledicere.Ne tollaris: neq; in- *Prouer.12.*
iuriarum memor eris. Viæ enim recordantium iniuriarum in mor-
tem. Non eris ancipitis ſententiæ, neque bilinguis: laqueus enim *Prouer.6.*
fortis viro,propria labia. Et vir loquax nō rectificabitur ſuper ter-
ram.Non erit ſermo tuus vacuus:omnis enim ſermonis otioſi red- *Pſal.139.*
des rationem.Non mendacium dices:Perdes enim,inquit,omnes, *Matth.12.*
qui loquuntur mendacium.Non eris iniurioſus neque rapax, Væ enim, inquit, op- *Pſal.80.*
primenti proximum iniuria mala. *Iſaia 45.*
D

Prohibitio improbitatis, perſonarum acceptionis, iræ, odij, inuidiæ. Cap. VI.

HYPOCRITA, noli eſſe, ne partem tuam cum ipſis ponas. Nec im-
probus,nec ſuperbus: Superbis enim Deus reſiſtit. Non accipies *Deut.10.16*
perſonam in iudicio,quoniam Domini eſt iudicium.Nō odio ha- *Leuit.19.*
bebis oēm hominē,redargutione,redargues fratrem tuum,&non
accipies per eum peccatū. Et redargue ſapientē,& diliget te. Fuge *Prouer.9.*
omne malū,& omne quod eſt ſimile ipſi:Abſtine enim, inquit,ab ,,
iniuſto,& tremor nō appropinquabit tibi.Noli eſſe iracūdus,inuidus, obtrectator, ,,
neque eſto furioſus,aut audax, ne tibi accidat, quod Cain, quod Sauli, quod Ioab:
quoniā ille quidē occidit fratrē Abel,quòd is præſtabilior iudicatus fuerat à Deo, &
quòd

quòd eius ſacrificium fuerat prælatum: alter ſanctum Dauid perſequebatur, qui vi-
cerat Goliam Philiſtæum, cùm illi inuidiſſet in acclamatione à Choro puellarum ce-
lebrata. Tertius duos duces exercitus interemit, Abenner Iſraëlis, & Ameſſam Iudæ.

De augurali carmine. Cap. VII.

1.Reg.15. NOLI augur eſſe, quoniam ducit hoc ſtudium ad Idololatriam. Au-
Num.23. gurium enim, inquit Samuel, peccatum eſt. Et non erit augurium
Deut. 18. in Iacob, neque vaticinium in Iſraël. Non eris incantans, neque lu-
Leuit.19. ſtrans filium tuum. Noli ariolari, neque augurari, neque diſciplinis
prauis ſtudere: hæc enim omnia lex prohibuit. Noli eſſe malorum
cupidus: perduceris enim ad immenſam peccatorum multitudinē.
Noli vti verborum obſcœnitate, vel oculis alludere, vel vinolentiam expetere: hæc
enim ſcortationes & adulteria pariunt. Noli auarus eſſe, ne pro Deo, mammonæ ſ-
ſeruias. Noli duci gloriæ cupiditate, neque elatus ſis, neque excelſos ſpiritus habe-
Pſal.130. as. Ex ijs enim omnibus oriuntur iactantiæ. Memor eſto eius, qui dixit, Domine
non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis,
neque in mirabilibus ſuper me, niſi quòd humiliatus ſum.

Probibitio murmurationis, inſolentiæ, ſuperbiæ, audaciæ. Cap. VIII.

NOLI murmurator fieri, memor ſupplicij, quod pertulerunt qui
contra Moſen murmurarunt. Noli inſolens eſſe, neque prauam
Matth.5. mentem, neque cor durum habeas. Neque ſis iracundus, aut pu-
ſillanimis. Omnia enim hæc ad blaſphemiam perducunt. Sed eſto
mitis, ſicut fuerunt Moſes & Dauid, quoniam mites hæreditabunt
terram.

De longanimitate, ſimplicitate, manſuetudine, patientia. Cap. IX.

ESTO longanimis. Qui enim talis eſt, prudentia præſtat, quoniam
puſillanimis valde eſt inſipiens. Præbe te miſericordem: Beati enim
miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Sis ſim-
plex, quietus, bonus, timens ſermones Dei. Noli te extollere, ſicut
Luca 14. ille Phariſæus. Quoniam omnis, qui ſe axaltat, humiliabitur. Et
quod eſt excelſum inter homines, abominatio eſt apud Deum. Nō
Eccleſ.2. addes animæ tuæ audaciam. Quoniam homo audax in mala incidet. Non ambu-
labis cum inſipientibus, ſed cum ſapientibus, ac iuſtis. Qui enim ambulat cum ſa-
pientibus, ſapiens erit: & qui ambulat cum iuſtis, cognoſcetur. Accidentes tibi ca-
lamitates, æquo animo patere, & caſus ſine moleſtia, ſciens mercedem tibi à Deo da-
tum iri, ſicut Iob & Lazaro data eſt.

Quòd oportet, magiſtros ſecundum Chriſtum, parentibus pluris ducere. Cap. X.

EXPLICANTEM tibi ſermonem Dei honora, eumque in memoria habe
diu noctuque: in honore autem habe eum, non vt ortus vitæque tuæ au-
ctorem, ſed vt eum, qui tibi dedit, vt bene ac laudabiliter viueres: vbi enim
viget Doctrina de Deo, ibi adeſt Deus. Exquires quotidie faciem ſancto-
rum, vt acquieſcas in ſermonibus ipſorum.

A

Quòd non oportet ſeparari à ſanctis. Cap. XI.

NOLI à ſanctis ſecedere, memor Coritarum: inter pugnantes pacem
compone, ſicut Moſes, concilians concordiam. Iuſtè iudica. Do- Deut.1.
mini enim eſt iudicium. Non accipies perſonam in redarguendo ,,
de peccato, quemadmodũ Helias, & Michæas redarguebant Aca- ,, 3.Reg.18.
hab: & Abdemelech Aethiops Sedeciam, & Nathan Dauid, & Io- Ierem. 38.
annes Herodem. 2.Reg.12.

De infirmo ſiue puſillanimi. Cap. XII.

NOLI eſſe puſillanimis in oratione tua, ſi futura ſit, vel ſecus: inquit enim
B Dominus mihi Petro in mari, Modice fidei, quare dubitaſti. Noli ad ca- ,,
piendum producere manum, ad dandum contrahere.

De Beneficentia. Cap. XIII.

SI habueris quod manibus tuis tibi paraueris, præbeto, vt labores tui
cõſumantur in redemptionem peccatorũ tuorũ: eleemoſynis enim
& fide purgãtur peccata. Noli dubitare in erogãdo in pauperes, nec ,,
cum das murmurato: cognoſcet enim quíſnam is ſit, ille qui præmia
tribuit. Nam qui miſeretur, inquit, pauperis, fœneratur Domino.
Perinde enim atque donum illius erit, retribuetur ei. Noli auertere Prouer. 19.
oculos ab indigente. Qui enim, inquit, claudit aures ſuas, ne audiat indigentem, & ,,
ipſe inuocabit, & non erit, qui exaudiat eum. Communica omnia cum fratre tuo, ,,
neque dicito propria eſſe: communis enim perceptio, vſusque à Deo omnibus ho-
minibus parata eſt. Noli manum tuam tollere de filio tuo, vel à filia tua, ſed à pueri-
tia inſtitue eos in timore Dei. Inſtitue enim, inquit filium tuum, ita enim tibi erit Prouer. 19.
bonæ ſpei. ,,

Quemadmodum à dominis ſerui tractandi ſint, & quomodo ſerui debeant dominis ſubiecti eſſe. Cap. XIIII.

SERVO tuo ne domineris, & ancillæ tuæ, qui in eundem Deum fidem po-
ſuerunt, in acerbitate animæ: ne aliquando ſuſpirẽt aduerſus te, & in Dei
iram incidas. Vosque ſerui ſubiecti eſtote dominis quaſi in figura Dei,
in oratione, ac timore, veluti Deo, & non hominibus.

De hyprocriſi, attentione legis, & confeſſione. Cap. XV.

ODIO habeto hypocriſim, & omne quod optimum ſit, Domino fa-
cito: mandata Domini ne contemnito: quæ ab eo accepiſti ſerua-
to, nec addens aliquid, nec detrahens. Nõ addes enim ſermonibus Deuter 12.
eius, ne redarguat te & mendax fias. Confitere Domino Deo tuo
peccata tua. Et non ampliùs addas ad ea, vt bene tibi ſit à Domino
Deo tuo, qui non vult mortem peccatoris, ſed penitentiam.

De cultu parentum. Cap. XVI.

PATREM tuum & matrem tuam honora, cùm ſint auctores originis tuæ, Exod.20.
vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Fratres
tuos & conſanguineos tuos ne contemnas. Propinquos enim ſeminis ne
deſpexeris.

 E

De ſubiectione erga Regem & Magiſtratus. Cap. XVII.

REGEM timeto, ſciens Domini eſſe electionem. Magiſtratus eius in honore habeto, vt miniſtros Dei: vltores enim ſunt omnis iniuriæ: quibus penditore tributum, vectigal, atque omnem collationem grato animo.

De pura conſcientia orantium. Cap. XVIII.

NON accedes ad orationẽ in die iniquitatis tuæ, priuſquàm ſolueris amaritudinem tuam. Hæc eſt via vitæ, quam vt poſsitis aſſequi, concedatur vobis per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

F

Quòd via quæ inſidijs Diaboli inducta eſt, impietatis, & iniquitatis eſt plena. Cap. XIX.

VIA mortis ea eſt, quæ in vitioſis actionibus cernitur: in ea enim ignoratio Dei, & multorum Deorum coaceruatio reperitur, à quibus proueniunt cædes, adulteria, fornicationes, periuria, iniuſtę cupiditates, furta, idololatriæ, magiæ, veneficia, rapinæ, falſa teſtimonia, hypocriſis, cordis duplicitas, dolus, ſuperbia, vitioſitas, inſolentia, iniuria, obſcænitas, obtrectatio, audacia, alti ſpiritus, iactantia, temeritas, bonorum perſecutio, veritatis odium, mendacij ſtudium, ignoratio iuſtitiæ: quæ qui agunt, non adhærent bonitati, nec recto iudicio, inuigilant non virtuti, ſed vitio, à quibus longè abeſt manſuetudo & patientia. Qui inania diligunt, ſectantur retributionem, non mouentur miſericordia pauperis, non dolent cum dolente, G ignorant ſuum conditorem, interfectores filiorum, interemptores plaſmatis Dei, auertentes ſe ab indigentibus, affligentes oppreſſum, diuitum aduocati, pauperum contemptores, vndique peccatis obruti. Cauete filij ab ijs omnibus.

Quòd non oportet nec ad dextram, nec ad ſiniſtram pietatis declinare: monet enim hoc legiſlator. Cap. XX.

Deut. 5. VIDE ne quis te abducat à pietate. Non declinabis enim, inquit, ab ipſa nec ad dextram, nec ad ſiniſtram, vt intelligas in omnibus, quæ agas. Nõ enim, niſi deflexeris à via recta, impius eris.

H

Quòd non eſt improbandum aliquid, ex ijs, quæ ad victum ſunt accommodata, ſed cum gratiarum actione, & ordinatè omnia ſunt percipienda. Cap. XXI.

S. Ign. ad Heronẽ. Iſaiæ 1. Gene. 9. Zach. 9. 2. Eſdras 8.

DE eſcis dicit Dominus, Bona terræ comedite, & omnem carnem edite vt olera herbarum: ſanguinem autem effundes: nõ enim quæ intrant in os, coinquinant hominem, ſed quæ exeunt, blaſphemias inquam, & detractiones, ac ſi quid eſt huiuſmodi. Tu verò comedas medullã terræ cũ iuſtitia, quoniã quodcunq; bonum ipſius eſt, frumentũ iuuenibus, & vinũ odore fragrans virginibus. Quis enim comedit vel bibit ſine ipſo? admonet quoque te ſapiens Eſdras, Ite, inquiens, & comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & ne triſtemini.

Quòd

A *Quòd abſtinendum eſt ab Idolothytis:* *Cap. XXII.*

FVGITE ab Idolothytis: in honorem enim Dæmonum ea ſecrificant, in contumeliam videlicet Dei, qui vnus eſt, atq; ita non eritis participes Dæmonum.

Ordinatio Dominica: quomodo ſit baptizandum, & in cuius mortem. *Cap. XXIII.*

DE Baptiſmo, ô Epiſcope & Presbyter, iam antea præcepimus, ac nunc quoque dicimus, quòd baptizare debes, quemadmodum Dominus præcepit nobis dicens, Euntes docete omnes gentes, bapti-
B zantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ præcepi vobis: Patris, qui miſit: Chriſti, qui venit: Paracleti, qui teſtimonium dedit. Vnges autem prius oleo ſancto: deinde baptizabis aqua. Poſtremò conſignabis vnguento, vt vnctio ſit participatio ſancti Spiritus: aqua ſit ſymbolum mortis: vnguentum, ſigillum pactionum. Si deſit oleum, vel vnguentum, ſufficit aqua, & ad vnctionem, & ad ſigillum, & ad promiſſionem morientis, vel potius commorientis. Ante baptiſmum ieiunet qui eſt baptizatus. Etenim Dominus prius baptizatus à Ioanne, & in deſertum ductus, poſtea ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Baptizatus eſt autem, & ieiunauit non ad eluendas ſordes, vel quòd ieiunio ſibi opus eſſet, vel purgatione, qui natura purus ac ſanctus erat, ſed vt Ioanni veritatem comprobaret, & nobis regulam præſcriberet. Quare Dominus in ſuam paſſionem non eſt baptizatus, neque in mortem, neque in reſurrectionem: nihil enim horum adhuc venerat, ſed ad aliorum inſtitutionem, ideoque ex poteſtate poſt baptiſmum ieiunat, vt Dominus Ioannis: qui verò in eius mortem initiatur, primùm ieiunare debet, & poſtea baptizari: non eſt enim æquum commortuum & ſuſcitatum ſub ipſam reſurrectionem mœſtum eſſe. Homo enim non eſt dominus inſtitutionis Saluatoris, quoniam is dominus eſt, ipſe verò ſubiectus.

Quibus diebus hebdomadæ ſit ieiunandum, & quibus non ieiunandum, & quam ob cauſam. *Cap. XXIIII.*

IEIVNIA veſtra aliena ſint à conſuetudine hypocritarum, qui ieiunant in ſecunda & quinta Sabbati. Vos verò vel per totos quinque dies ieiunate, vel in quarta feria, & Paraſceue, quoniam in quarta iudicium contra Dominũ prodijt, cùm Iudas pecunia accepta promiſit eum tradere: in Paraſceue verò, quoniã in ea Dominus, crucis ſupplicium paſſus eſt ſub Pontio Pilato. Sabbatum & dominicum diem, feſtum agite, quoniam illud naturæ conditæ eſt monumentum, hic reſurrectionis. Vnum Sabbatum ſeruãdum vobis eſt in toto anno, quod pertinet ad ſepulturam Domini, in quo ieiunare oportet, nõ feſtum agere: nam quo tempore naturæ auctor ſubter terram degit, validior eſt de eo luctus, quàm de natura inſtituta, lætitia, cùm opifex natura, ac dignitate ſuis operibus ſit præſtantior.

S. Ignat. ad Magn. & ad Phil.

Quales debeant eſſe ij, qui orationem Dominicam dicunt. *Cap. XXV.*

CVM oratis,nolite imitari hypocritas,ſed orate quemadmodum Dominus in Euangelio inſtituit,Pater noſter,qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum,adueniat regnum tuum,fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:Et ne nos inducas in tentationẽ,ſed libera nos à malo:quoniam tuum eſt regnum in ſæcula Amen. Ter in die ita orate,præparantes vos ipſos, vt ſitis digni adoptione filiorum Patris, ne ſi indignè vos illum patrem vocetis, ex-
‹‹ probretur vobis id,quod Iſraël filius primogenitus audiuit:Si ſum Pater,vbi eſt glo-
Malach. 1. ria mea? Et ſi ſum Dominus,vbi eſt timor meus? Gloria enim patrum eſt filiorũ ſanctitas,& honor dominorum,timor ſeruorum:quemadmodum quod eſt horum cõ-
‹‹ trarium,ignominia eſt & Domini expulſio. Propter vos enim, inquit, nomen me-
‹‹ úm blaſphematur inter gentes. F

Myſtica gratiarum actio. *Cap. XXVI.*

Eadem verba ſunt in epiſt. Ign. ad Philip.

ESTOTE ex omni parte gratijs agendis intenti, tanquam fideles,& grati ſerui. Atq; in agendis gratijs dicite hoc modo,Gratias agimus tibi Pater noſter pro vita,quam manifeſtaſti nobis per Ieſum filium tuum,per quem cuncta creaſti,& vniuerſis prouides, quem & miſiſti ad ſaluandum nos,vt fieret homo: quem permiſiſti pati & mori, & ſuſcitatum glorificare voluiſti,& à dextris tuis collocaſti,per quẽ nobis promiſiſti reſurrectionem mortuorum.Tu Domine Omnipotens Deus æterne,quemadmodum hoc diſperſum erat, & congregatum factum eſt vnus panis,ita congrega Eccleſiam tuam à finibus terræ in regnum tuum.Etiam gratias agimus tibi Pater noſter pro pretioſo ſanguine Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro nobis, & pro G pretioſo corpore,cuius hæc antitypa perficimus,ipſo nobis ordinante,vt annunciaremus eius mortem,per quem tibi gloria in ſæcula amen.

Nullus qui non ſit initiatus,ex ijs comedat,ſed tantùm qui ſunt baptizati in Domini mortem.Si quis non initiatus ſe occultans ſumpſerit iudicium æternum comedet,quòd cùm non ſit de fide Chriſti,ſumpſit quę nephas erat ſumere in ſupplicium ſuum.Si quis per imprudentiam perceperit,cum ſubitò inſtitutum initiate, ne contemptor exeat.

Gratiarum actio in diuina ſumptione. *Cap. XXVII.*

POST perceptionẽ,gratias agite hoc modo, Gratias agimus tibi Deus & Pater Ieſu Saluatoris noſtri,pro ſancto nomine,quod habitauit in nobis,& pro cognitione,fide,charitate,& immortalitate,quã dediſti nobis per Ieſum Chriſtum filium tuum. Tu Domine Omni- H potens cunctorum Deus creaſti Mundum,& quæ in eo ſunt per ipſum, & legem plantaſti in animis noſtris, & victum præparaſti hominibus.Deus ſanctorum & irreprehenſibilium patrum noſtrorum Abraham, Iſaac,& Iacob fidelium ſeruorum tuorum.Deus fortis,fidelis, verus, & non mentiens in promiſsionibus: qui Ieſum Chriſtum tuum in terram miſiſti, vt cum hominibus verſaretur vt homo,qui erat Deus verbum & homo: errorem & radicitus euelleret. Tu ergo nunc per ipſum memento huius Eccleſiæ ſanctæ tuæ, quã acquiſiuiſti pretioſo ſanguine Chriſti tui,& libera eam ab omni malo, & perfice in dilectiõe tua & veritate: & congrega nos in regno tuo,quod præparaſti.Ipſa Maranatha *, oſanna filio Dauid,Benedictus qui venit in nomine Domini.Deus Dominus,qui apparuit nobis in carne.Si quis Sanctus ſit,accedat qui non eſt,fiat per pœnitentiam. Permittite etiam Presbyteris vt gratias agant.

Gratia-

A

Gratiarum actio pro myſtico vnguento. Cap. XXVIII.

DE Vnguento, gratias agite hoc modo. Gratias agimus cunctorũ opifex Deus etiam pro fragrantia vnguenti, & pro immortali ſæculo, quod manifeſtaſti nobis per Ieſum filium tuum, quoniã tua eſt gloria, & poteſtas in ſæcula amen. Si quis veniat & hoc modo gratias agat, recipite eum, vti Dei dicipulum. Si verò aliam doctrinam prædicauerit, præterquã vobis tradidit Chriſtus per nos, eũ non permittatis gratias agere: is enim contumelia afficit Deũ potius quàm honorat.

Quod oportet delectum adhibere in communione. Caput XXIX.

B QVI ad vos veniunt, omnes probati recipiantur. Intelligentia enim præditi eſtis, & poteſtis dextram, vel ſiniſtram cognoſcere, & falſos doctores à doctoribus diſcernere. Venienti verò magiſtro, ex animo, miniſtrate in vſum neceſſarium: falſo autem magiſtro præbete quoque quæ opus habet, ſed eius errorem nolite recipere, aut cum illo orare, ne eius contagione contaminemini: quilibet Propheta verus, vel magiſter veniens ad vos, dignus eſt qui alatur, vt operarius ſermonis Iuſtitiæ.

De primitijs. Cap. XXX.

PRIMITIAS fructuum torcularis, & areæ, boum quoque & ouium dabis Sacerdotibus, vt benedicantur horrea & cellæ tuæ, & fructus terræ tuæ, ſtabiliariſque frumento, vino, & oleo, & augeantur armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum, omnem decimam dabis orphano, ac viduæ, pauperi, & aduenæ, primitias panum calidorum, cadum vini, olei, atquæ mellis, nucum quoque, vuæ, & aliarum rerum primitias dabis ſacerdotibus, argenti veſtri, & omnis poſſeſionis orphano & viduæ. *Num. 7.*

C

Quomodo oporteat diem dominicum congregatos celebrare. Caput XXXI.

DIE Reſurrectioni Domini dicato (dominicum dicimus) conuenite aſſiduè, gratias agentes Deo, & confitentes de beneficijs, quæ in nos contulit Deus per Chriſtũ, liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis, vt careat reprehenſione ſacrificium noſtrum, & facilè aſcendat in Deum, qui de Oecumenica ſua Eccleſia dixit, In omni loco offeretur mihi incenſum & ſacrificium mundum, quoniã Rex magnus ego ſum & Dominus Omnipotens: & nomen meum admirabile inter gentes. *Malach. 1.* ,, ,,

D

Quales eſſe oporteat eos, qui ordinãtur. Cap. XXXII.

CONSTITVITE Epiſcopos dignos Domino, Preſbyteros quoque & Diaconos, homines pios, iuſtos, mites, non cupidos, veritatis ſtudioſos, probatos, ſanctos, non acceptores perſonarum, qui valeant docere ſermonem veritatis, rectè procedentes in placitis Domini Vos verò eos honorate vt patres, vt dominos, vt beneficos, vt bene viuendi auctores. Increpate vos mutuò, non cum iracundia, ſed cum longanimitate, bonitate, & pace. Omnia, quæ ſunt præcepta vobis à Domino ſeruate, vigilate pro vita veſtra: ſint lũbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes. Vóſque ſimiles hominibus expectantibus Dominum, quando veniet veſperè, vel manè vel in galli cantu, vel in media nocte. Qua enim hora non expectant, veniet Dominus, *Lucæ 10.* ,, ,, ,,

nus,& ſi ei aperuerint,beati ſerui illi,quoniã inuenti ſunt vigilantes: quoniam præ- E
cinget eos,& collocabit in menſa,& præteriens miniſtrabit eis. Eſtote ergo ſobrij
& orate ne dormiatis in mortem:non enim proderunt vobis priora rectè facta ſi in
extremo à vera fide aberraueritis.

Prædictio rerum futurarum. Cap. XXXIII.

NAM in nouiſsimis diebus multiplicabuntur Pſeudoprophetæ, &
ſermonis corruptores,& conuertentur oues in lupos,& charitas
in odium:abundante enim iniquitate,refrigeſcet multorum chari
tas:mutuò enim ſe odio habebunt & perſequētur,ac tradēt: tunc-
que exiſtit Mundi deceptor, veritatis hoſtis, mendacij patronus,
2.Theſ.2. quē Dominus Ieſus interimet ſpiritu oris ſui,qui labijs perdit impiũ
multiq; ſcandalum patientur in eo:qui perſeuerauerint vſq; ad finem, ij ſalui erũt. F
Tuncq; apparebit in cœlo ſignum filij hominis,deinde ſonus tubæ excitabitur per
Archangelum,interea mortui in vitam redibunt,tumque veniet Dominus, & om-
nes Sancti vnà cum eo,cum terræmotu, ſupra nubes cum Angelis Virtutis ſuæ,in
Throno Regni ad condemnandum deceptorem Mundi Diabolum,& ad tribuen-
dum vnicuique pro actionibus ſuis.Tunc proficiſcētur mali ad æternum ſuppli iũ:
1.Cor.3. iuſti in vitam æternam,adipiſcentes illa,quæ oculus non vidit,& auris non audiuit,
& in cor hominis non aſcenderunt:quæ præparauit Deus diligentibus ſe.Lætabun-
turq; in Regno Dei,quod eſt in Chriſto Ieſu.Quare cùm tanta bona ab eo ſimus cõ-
ſecuti, efficiamur eius ſerui,eum aſsidua oratione inuocantes,& dicentes.

Oratio commemorans variam Dei prouidentiam. Cap. XXXIIII.

AETERNE Saluator noſter Rex Deorum, qui ſolus es omnipotens, G
& Dominus Deus omnium creaturarum,& Deus ſanctorum & ir-
reprehenſibiliũ Patrum noſtrorum antiquorum.Deus Abraham,
& Iſaac,& Iacob,miſericors,miſerator,longanimis,& multæ miſe-
ricordiæ,cui omne cor patet,& omnis occulta cogitatio reuelatur,
ad te clamãt animæ iuſtorũ,in te confidit ſpes ſanctorũ,Pater iuſto-
rum,& cum rectitudine inuocantiũ exauditor,qui etiã tacitas interpellationes cog-
noſcis:pertingit enim vſque ad interiora hominis tua prouidentia,& per conſcien-
tiam ſcrutaris cuiuſque ſententiam,cui in omni regione orbis terræ precum, & ora-
tionis offertur incenſum,qui præſens ſeculũ Iuſtitiæ curriculũ inſtituiſti, omnibus
aperiens oſtium miſericordiæ,& vnicuiq; oſtendens per innatã cognitionem,& na-
turale iudicium,legiſq; admonitionem,quòd diuitiarum non eſt æterna poſſeſsio,
nec formæ perpetuus decor,quod virium robur facilè diſſoluitur, cunctaq; quaſi
vapor & vanitas conſumuntur,ſolaq; fidei conſcientia pura permanet, quæ per me- H
dios cœlos cum veritate aſcendens comprehēdit futuræ vitæ dexterã, ſimulq; ante-
quàm promiſſum regenerationis præſtetur,ipſa anima ſpe exultans lætatur. Iterum
Patre noſtro Abraham inſtituente viam veritatis,qui viſione viã monſtrauit, & do-
cuit cuiuſmodi ſit præſens ſæculum,ac fidem quidem eius præiuit cognitio, cogni-
Gene.15. tionem ſecuta eſt fides,fidem pactio.Dixiſti enim,Faciam ſemen tuum vt ſtellas cœ-
Gene.28. li,& arenam,quæ eſt in littore Maris:ſed etiam cùm ei Iſaac filium conceſſeris,cog-
noueriſque ipſum ſimilem futurũ illius,item eius Deus vocari voluiſti, dicens: Ero
Gene.32. tuus Deus,& ſeminis tui poſt te. Cùmque Pater noſter Iacob in Meſopotamiam
mitteretur,monſtrato ei Chriſto,per eum locutus eſt,dicens:Ecce ego ſum tecũ &
augebo te & multiplicabo vehemēter:atq; eodē modo dixiſti Moſi fideli ac ſancto
Exod.3. ſeruo in viſione rubi,Ego ſum qui ſum:hoc mihi nomē eſt æternũ, & memoriale in
generationibus generationũ.Propugnator generis Abrahã benedictus es in ſæcula.

Oratio

Oratio commemorans varia Conditoris opera.

BENEDICTVS es Domine ſæculorum Rex, qui per Chriſtum cuncta feciſti, & per ipſum in principio incondita ordinaſti: qui diuiſiſti aquas ab aquis firmamento, & ſpiritum vitalem eis inieciſti: qui ſtabiliuiſti terram, & extendiſti cœlum, & ſingularum creaturarum perfectam diſpoſitionem ordinaſti. Tua enim virtus, Domine, Mūdum ornauit, cœlum vt fornicem cōcretum decorauit aſtris ad expellendas tenebras, lucē, ſolemque ad illuſtrandos dies, fructuūq; maturitatē condidit: lunam ad temporū viciſsitudinem, creſcentē, & decreſcentē noctem diemq; appellaſti, firmamentū per mediū abyſſum demonſtraſti, & dixiſti vt congregarētur aquæ, & appareret arida. Mare verò ipſum quomodo quis explicare poſſet? quod quidem æſtuans ab alto in terram impellitur, recurrit autem iuſſu tuo, arena prohi-
B bitum. Dixiſti enim vt in ea ipſius vndę frangerentur, idque animantibus paruis, & magnis, nauigijsq; peruium effeciſti: vel quomodo terra ſe veſtiens herbis, tanta florum iucunditate diſtincta ſit, tantaq; arborum varietate, quam lucidiſsima lumina nutriunt, conſtantiſsimum ſeruantia curſum, & in nullo tuum imperium variantia, ſed quatenus tu iubes orientia atque occidentia in ſigna temporum, & annorum, & pro hominum vſu permutantia curſus ſui viciſsitudinem. Deinde varia animalium genera condita ſunt, terreſtrium, aquaticorum, alitum amphibiorum, quibus ſapiens ars prouidentiæ tuæ ſingulis accommodatam victus rationem largitur: vt enim varia producere potuit, ſic variè ſingulis prouidere non contempſit, finemq; operis rationale animal mundi ciuem tuæ ſapientiæ diſpoſitione condidiſti, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, illum conſtituens, vt eſſet Mundi ornamentum, cuius corpus ex quatuor incorporeis elementis condidiſti,
C animam de nihilo ei dediſti, quinq; ſenſus, quaſi quinq; certamina conceſsiſti, mentem animæ aurigam, ſenſibus præfeciſti. Præterea, Domine, quis poſſet pro dignitate commemorare roſcidarum nubium tempeſtates, micantium fulgurum ſplendores, tonitruum horribiles fragores, ciborum conuenientem miniſtratum, cœlorum omnibus accommodatam temperationem? parere verò nolentem hominem, vitæ mercede priuaſti, non illo funditus ſublato, ſed breui tempore morti traditum, iureiurando in vitam reuocaſti, & terminum mortis ſoluiſti, qui mortuos viuos facis per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſpes noſtra.

Oratio cum gratiarum actione commemorans Dei in rebus prouidentiam. Cap. XXXV.

MAGNVS es Domine, Omnipotens, & magna eſt fortitudo tua, & ſa-
D pientiæ tuæ non eſt numerus. Creator, Saluator, diues in gratijs, lōganimis, & miſericordiæ largitor, qui non ſubtrahis à creaturis tuis ſalutē: natura enim es bonus, & peccatoribus parcis, ad pœnitentiā eos prouocans, miſerationibus enim plena eſt tua caſtigatio: quomodo enim ſuſtineremus, ſi ad ſubitum iudicium vocaremur, quādo diuturno tempore expectati, vix infirmitatem abijcimus. Tuam potentiā enarrāt cœli & terra firmitate librata, mole ſua apta Mare fluctuās, infinitos paſcens animātium greges: coercetur arena, tuum per horreſcens imperiū, omneſq; cogit clamare,
Magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti: repleta eſt terra ope- *Pſal.103.*
ribus tuis. Exercitus Angelorum ardens, ſpirituſq; intellectuales dicunt. Vnus Sanctus & Seraphin vnà cum Cherubinis, ſex alis ornatis tibi victoriæ hymnum canentia inceſſabili voce proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabbaoth: Plenum eſt cœlum & terra gloria tua. Aliæ quoque ordinum turbæ Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes inclamantes dicunt,

Benedicta gloria Domini de loco eius. Iſraël verò, hoc eſt terrena Eccleſia ex genti- E
bus congregata, cœleſtes Virtutes æmulata, diu noctuq; corde pleno & volenti ani-
mo canit, Currus Dei decem millium multiplex millia lætantium, Dominus in eis,
in Sina, in ſancto. Nouit cœlum eum, qui ipſum nullo fulcimento nixum concame-
rauit, & ſtabile effecit, vt lapidem cubum, qui etiam terram & aquam in vnum coë-
git, aëremq; diffudit, vnde vita ac ſpiritus duceretur: cui ignem coniunxit ad tepo-
rem, tenebrarumq; expulſionem. Obſtupeſcit aſtrorum chorus indicans eum, qui
ipſa numerat, & demonſtrans illum, qui ipſa nominat. Obſtupeſcunt quoque ani-
malia, vitæ inſpiratorem, & arbores ſuum ſatorem: quæ omnia verbo tuo creata, in-
dicant tuæ potentiæ magnitudinem. Quare debet omnis homo ex intimo pectore
tibi per Chriſtum laudem pro ijs omnibus tribuere, cum propter te hæc omnia poſ-
ſideat. Tu enim bonus es in beneficijs concedendis, & largitor in miſericordia præ-
ſtanda. Qui ſolus es omnipotens: quādo enim vis, adeſt tibi, vt poſsis: tua enim æter-
na potentia flammam refrigerat, leones coërcet, cete māſuefacit, ægrotos ſubleuat, F
copias euertit, exercitum hoſtium & multitudinem populi ſuperbientem proſter-
nit. Tu es in cœlo, in terra, in Mari, in vltimis finibus, nullo ipſe termino circum-
ſcriptus, magnitudinis tuæ non eſt finis: non enim hoc nos dicimus DOMINE, ſed ſer-
Deut. 4. ui tui eſt oraculum dicentis, Et cognoſces corde tuo quia Dominus Deus tuus, De-
"us in cœlo ſurſum, & in terra infrà, & non eſt alius, niſi ipſe, neq; enim eſt Deus præ-
terquàm ipſe ſolus. Sanctus non eſt præter te, DOMINUS Deus ſcientiarum, Deus ſan-
ctorum, ſanctus ſupra omnes ſanctos. qui enim ſanctificati ſunt, ſub manu tua ſunt:
glorioſus, exaltatus, inuiſibilis natura, imperſcrutabilis in iudicijs cuius nullius in-
diga vita eſt, ſine mutatione & varietate duratio, ſine labore operario, nullis finibus
definita maieſtas, perpetuus decor, inacceſsibile domicilium, intranſmigrabilis ha-
bitatio, interminabilis ſcientia, inuariabilis veritas, ſine medio opus, ſine inſidijs po-
tentia, ſine ſucceſsione imperium, ſine aduerſatio vires, numeroſa eſt exercitus mul- G
titudo. Tu enim es ſapientiæ pater, naturæ per mediatorem auctor, vt cauſa, proui-
dentiæ præbitor, legum dator, inopiæ expletor, impiorum vltor, & iuſtorum retri-
butor, Chriſti Deus, ac Pater, & colentium illū Dominus, cuius eſt infallibilis pro-
miſsio, incorruptibile iudicium, inexorabilis ſententia, inexhauſta pietas, æterna be-
nignitas, propter quem tibi digna ac merita adoratio debetur ab omni rationabili
& ſancta natura.

Oratio commemorans Chriſti incarnationem, & variam erga Sanctos prouidentiam. Cap. XXXVI.

DOMINE Omnipotens Mundum per Chriſtum condidiſti, & Sab-
batum propter id inſtituiſti, quoniam in eo quieuiſti ab operibus,
in meditationem tuarum legum, feſtaq; præcepiſti in lætitiam no-
ſtrarum animarum, vt memoriam recoleremus creatæ à te ſapien- H
tiæ: quemadmodum propter nos naſci voluit ex muliere, apparuit
in vita, demonſtrans ſe in baptiſmo, quòd Deus & homo erat, qui
apparuit, pro nobis paſſus eſt tua permiſsione, & mortuus atq; tua potentia ſuſcita-
tus. Ideo reſurrectionis feſtum celebrantes in dominica lætamur, propter cū, qui vi-
cit mortē, donauit vitam, & immortalitatē: per quē acceſſerūt gentes ad ipſum in po-
pulum magnū, verū Iſraêlem, Deo charū, videntē Deū. Tu enim Domine etiā patres
noſtros de terra Aegypti eduxiſti, ferrea fornace, luto atq; opere latericio liberaui-
ſti, è manu Pharaonis ſuorūq; miniſtrorū eripuiſti, per Mare veluti per aridā duxiſti,
eisq; in deſerto omnibus es obſecutus: legem dediſti decē mandatorū tua voce pro-
latam, & manu tua conſcriptam. Sabbatum eos ſeruare iuſsiſti, nō vt anſam ceſſandi
eis dares, ſed vt occaſionē pietatis haberent, ſcilicet vt potentiam tuam agnoſcerent,
& mala vitarēt, qua ſi ſacris quibuſdā cancellis eos aſtringēs, doctrinæ cauſa in exul-
tationē hebdomadis: propterea hebdomas vna eſt inſignis, & hebdomades ſeptem,
& men-

A & menſis ſeptimus,& annus ſeptimus,cuius replicata cõuerſio Iubilæum efficit anni quinquageſimi,in quo eſt dimiſsio, videlicet ne vlla occaſione, homines ignorãtiam poſsint excuſare.Huius cauſa in omni Sabbato iuſsit ceſſari,vt ne ſermonẽ quidem iratum in die Sabbati de ore ſuo quiſquam vellet emittere. Sabbatum enim eſt creationis requies,Mundi perfectio,legum inueſtigatio,grata Dei laus pro ijs, quæ hominibus eſt largitus: ijs omnibus præſtat dominicus dies, qui cum demonſtret nobis ipſum mediatorem, moderatorem, legiſlatorem, reſurrectionis auctorẽ, primogenitum omnis creaturæ,Deum verbum,& hominem,natum de Maria ſine cõ- *S. Ign. ad*
greſſu viri,conuerſatum ſanctè,crucifixum pro nobis ſub Pontio Pilato,& mortuũ *Magn. &*
ac ſuſcitatum à mortuis meritò vt dominicus præcipitur,vt tibi Domine pro ijs om- *Smyr.*
nibus gratiarum actio offeratur: ea eſt enim à te collata gratia,quæ ſua magnitudine omnia beneficia obſcurat.

B

Oratio continens mentionem prouidentiæ, & connumerationem diuerſorum beneficiorum, Dei prouidentia, per Chriſtum collatorum Sanctis. Cap. XXXVII.

QVI promiſsiones à Prophetis prædictas impleuiſti, & miſertus es Sion,& Hieruſalem, eo quòd ſolium Dauid pueri tui in medio eius excitaſti,propter natiuitatem Chriſti,qui de ſemine eius ſecundum carnem ex ſola Virgine erat naſciturus: ipſe quoque nunc Domine Deus accipe deprecationem labiorum populi tui,qui conſtat ex gẽtibus inuocantibus te in veritate, quemadmodum accepiſti dona iuſtorũ in generationibus ſuis.Abel primũ ſacrificiũ reſpexiſti & recepiſti:Noë cùm de arca eſſet egreſſus:Abraham poſtquàm exiuit de terra Chaldæorũ,Iſaac in puteo iuramenti,Iacob in Bethel:Moſis in deſerto,Aaron in medio viuorum & mortuo-
C rum,Ieſu Naue in Galgalis,Gedeonis in petra,& velleribus ante peccatum, Manoe & vxoris in campo,Sampſonis in Siti ante delictum:Iephtę in bello ante temerariam promiſsionem: Barac & Debboræ in Siſara: Samuelis in Maſſepha: Dauid in Area: „
Ornæ Iebuſæi,& Solomonis in Gabaon,& Hieruſalem: Heliæ in monte Carmelo: „
Heliſſæi in fonte ſterili: Ioſaphat in bello: Ezechiæ in morbo,& in Enancherim:Manaſsis in terra Chaldæorum,poſt delictum Ioſiæ in Phaſſa: Eſdræ in reditu: Danielis in lacu leonum: Ionæ in ventre Cetis: trium puerorum in fornace ignis: Annæ in tabernaculo ante arcem: Neemię in excitatione murorum:Zorobabelis,Mattathię & filiorum,in zelo tuo: Iabelis in benedictionibus.Quare nunc quoq; ſuſcipe cum approbatione orationes populi tui,tibi per Chriſtum oblatas in ſpiritu.

Oratio auxilij iuſtorum. Cap. XXXVIII.

D GRATIAS agimus tibi pro vniuerſis Domine Omnipotens,quòd nõ abſtuliſti miſericordias tuas,& miſerationes tuas à nobis,ſed in vnaquaq; generatione,& generatione, ſaluas, liberas, ſuccurris, protegis,Succurriſti enim in diebus Enos & Enoch:in diebus Moſis,& Ieſu: in diebus iudicum: in diebus Samuelis, & Heliæ, & Prophetarum: in diebus Dauid & Regum: in diebus Eſther,& Mardochæi:in diebus Iudith: in diebus Iudę Machabæi & fratrũ,& in diebus noſtris ſuccurriſti nobis per tuũ Pontificem magnũ,Ieſum Chriſtũ filium tuũ.Nã & à gladio ſeruauit, & à fame eripuit alendo,& à morbo liberauit,& à lingua iniqua nos texit.De omnibus tibi per Chriſtũ gratias agimus,qui nobis vocẽ formatã ad cõfeſsionẽ dediſti, linguã cõpoſitam veluti plectrum & organũ accommodaſti, guſtatũ idoneũ, tactũ conuenientẽ,viſum ad aſpiciendum,auditũ ad apprehendendum voces:odoratũ ad percipiendos odores, manus ad opus, pedes ad ambulandum conceſsiſti: hæcq; omnia ex paruula gutta in vtero informas, & poſt informationem, animam immortalem largi-

largiris,producisque in lucem animal rationale hominem,quem legibus inſtituiſti, E
iuſtificationibus ornaſti,eique breuis temporis diſſolutione inducta, reſurrectioné promiſiſti.Quæ ergo vita ſufficeret,aut quæ laudum excellentia ſatis eſſet,vt gratias tibi agere poſſemus? Sed hoc pro meritis præſtare non valemus, præſtare autem quantum poſſumus pie debemus. Eripuiſti enim nos ab impietate eorum, qui plures deos colunt,& qui Chriſtum occiderunt, ab hæreſibus vindicaſti, ab ignorantiæ errore reuocaſti,Chriſtum miſiſti ad homines,vt eſſet homo,qui erat vnigenitus Deus,Paracletum collocaſti in nobis,Angelos præfeciſti,Diabolum dedecoraſti,cùm non eſſemus,nos condidiſti,conditos conſeruas, vitam ſuppeditas, victum præbes,pœnitentiam promiſiſti,pro omnibus tibi gloria,& honor per Ieſum Chriſtum nunc & ſemper & in ſæcula Amen.Hæc meditamini,fratres,& erit Dominus vobiſcum in terra,& in regno patris ipſius,qui & eum miſit,& nos per eum liberauit à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ,& promiſit vitam credentibus per
ipſum in cunctorum Deum.Quemadmodum viuere debeant qui ſunt Chriſto initiati,& cuiuſmodi gratiarum actiones Deo per Chriſtum offerre iam diximus. Aequum eſt autem vt etiam ijs,qui nondum initiati ſunt,opem præſtemus. F

Quomodo oporteat Cathecumenos inſtitui Cap. XXXIX.

QVI in ſermone pietatis inſtituendus eſt, erudiatur ante baptiſmum cognitione Dei ingeniti,inſtruatur etiam notitia Ieſu vnigeniti, & fide de Spiritu ſancto: diſcat varium creaturarum ordinem, prouidentiæ ſeriem: diuerſarum legũ iudicia,erudiatur cur Mundus conditus ſit,& quamobrem homo mundi ciuis ſit cõſtitutus: agnoſcat naturam ſuam cuiuſmodi ſit:inſtruatur, quemadmodum Deus vitioſos puniuit aqua & igne,Sanctos honorauit in qualibet ætate,Seh,Enos,Enoch, G
Noë,Abrahã cum ſuis poſteris,Melchiſedech,Iob,Moſen,Ieſum,& Caleb, & Phinees ſacerdotem,& alios,qui in quauis ætate,ſanctitate præſtiterũt, quemadmodũ ſua prouidentia non auertit ſe Deus ab humano genere,ſed id per diuerſa tempora ab errore,& vanitate ad cognitionem veritatis reuocauit,transferens à ſeruitute,& impietate ad libertatem & pietatem,ab iniuſtitia ad iuſtitiam: à morte perpetua ad vitam æternam.Hæc atque huiuſmodi diſcat in Catecheſi,qui ad baptiſmũ accedit. Adoret autem,qui manus imponit,ipſum Deum cunctorum Dominum, gratias agens pro plaſmate ipſius,quòd miſit filium ſuum vnigenitum Chriſtum, vt hominẽ ſaluum faceret deletis iniquitatibus,& vt dimitteret impietates & delicta,& ab omni macula carnis ac ſpiritus eum expiaret: ſanctificaret autem hominem ſecundum beneplacitum bonitatis ſuæ,& dirigeret voluntatem, & illuminaret oculos cordis eius ad intelligendum mirabilia ipſius,& manifeſtaret ei iudicia iuſtitiæ vt odio habeat omnem viam iniuſtitiæ,& ingrediatur viam veritatis,vt dignus fiat lauacro re- H
generationis in filiorum adoptionem in Chriſto,atque complantatus ſimilitudini mortis Chriſti in ſpe glorioſæ communionis,mortuus reddatur peccato, viuat autem Deo ſecundum mentem,verbum & opus,& in libro viuentium cõnumeretur. Poſt hanc gratiarum actionem,inſtruat eum in ijs,quæ pertinent ad incarnationem Domini,ad paſsionem,reſurrectionem,aſcenſionem.

Præceptio quomodo oporteat Catechumenũ cum initiatur à Sacerdotibus, benedici,& quæ ab ijs docendus ſit. Cap. XL.

DEINDE cùm ſe iam ad baptiſmũ parat Catechumenus, diſcat illa,quæ dicuntur de abrenunciando Diabolo,& de aggregando ſe Chriſto.Oportet enim vt primùm diſcedat à contrarijs,deinde ingrediatur myſteria,deleta prius à corde omni improbitate, macula & ſordibus, atque hoc modo

A modo ſancta percipiat: nam vt diligens agricola purgat prius agrũ ſuccreſcentibus ſpinis, deinde triticum ſerit, ſic debetis vos prius expulſa omni impietate conſtituere pietatem, & ad baptiſmum accedere. Etenim Dominus noſter ita nobis præcipit dicens, Docete prius omnes gentes. Et poſtea ſubiunxit, Et baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Profiteatur igitur ille qui baptizatur, cum abrenunciat, hoc modo.

Abrenunciatio contrarij, & congregatio ad Chriſtum Dei Cap. XLI.

ABRENVNCIO Sathanæ & operibus eius, pompis, cultui, Angelis, & machinationibus eius, & omnibus quæ ſub ipſo ſunt. poſt abrenunciationem, aggregans ſe Chriſto dicat, Quoniã & aggregor Chriſto, & credo, & baptizor in vnum ingenitum meum verum Deum omnipotentem, patrem Chriſti, creatorem & opificem omnium, ex quo omnia: & in Dominum Ieſum vnigenitum filium eius primogenitum omnis creaturæ, genitum beneplacito Patris ante ſæcula, per quem omnia facta ſunt, quæ ſunt in cœlis & in terra, viſibilia, qui in nouiſsimis diebus deſcendit de cœlis, & carnem aſſumpſit, & ex ſancta Virgine Maria natus eſt, & conuerſatus ſanctè ſecundum leges Dei, & Patris ipſius. Crucifixus ſub Pontio Pilato, mortuus pro nobis: reſurrexit à mortuis tertia die poſtquàm paſſus eſt. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram patris, iterum venturus eſt in conſummatione ſæculi, cum gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Baptizor, & in Spiritum Sanctũ, hoc eſt Paracletum, qui operatus eſt in omnibus ſanctis, qui fuerunt à ſeculo: poſtea miſſus eſt Apoſtolis a patre ſecundum promiſsionem Saluatoris noſtri, & Domini Ieſu Chriſti: & poſt Apoſtolos omnibus credentibus in ſancta catholica Eccleſia. Carnis reſurrectionem, peccatorum remiſsionem, regnum cœlorum, vitam venturi ſæculi. poſt hanc promiſsionem deinceps venit ad olei vnctionem.

B

Chriſmatis myſtici olei benedictio. Cap. XLII

BENEDICITVR hoc oleum a Sacerdote in remiſsionem peccatorum & præparationem baptiſmi. Inuocat enim hoc modo ingenitũ Deũ patrem Chriſti, Regem omnis ſenſitiuæ & intellectualis creaturæ, vt ſanctificet oleum in nomine Domini Ieſu, & det gratiam ſpiritualem, & remiſsionem peccatorum, & præparationẽ confeſsionis baptiſmi, vt qui vngitur liberatus omni impietate, dignus fiat initiatione ſecundum mandatum Vnigeniti.

Myſticæ aquæ benedictio. Cap. XLIII.

DEINDE venit ad aquam, benedicit & glorificat ſacerdos Dominũ Deum Omnipotentem, patrem vnigeniti Dei, gratias agens, quòd miſit ad ſuſcipiendum carnem, filium ſuum propter nos, vt nos ſaluos faceret: quoniam ſubijt incarnationẽ, vt in omnibus obediẽs fieret, & annunciaret regnum Cælorum, remiſsionem peccatorũ, & mortuorum reſurrectionem. Poſt hęc adorat ipſum vnigenitũ Deum, poſt ipſum, & propter ipſum, gratias agens ei, eo quòd pertulit pro omnibus mortem crucis, cuius figuram tradidit baptiſmũ regenerationis: glorificat quòd in nomine Chriſti Deus cunctorum Dominus in Spiritu ſancto nõ deſpexit genus humanũ, ſed variè ei prouidit: ipſi Adæ in paradiſo cùm ei primũ pro delitijs domiciliũ paradiſi tradidit, deinde cùm ſuæ prouidentiæ ratione mandatum dediſſet, eumque

in pec-

in peccatum lapſum iuſtitia ſpoliaſſet, bonitate vtens, non abiecit illum omnino, ſed ſuos poſteros pro temporum ſucceſsione varijs rationibus inſtituit, propter quem in extremo ſęculi miſit filiũ ſuum, vt propter homines homo fieret, & omnes humanas ægritudines ſuſciperet, excepto peccato. Ipſum igitur nunc quoque inuocet ſacerdos ad baptiſmũ, & dicat, Deſcende de Cœlo & ſanctifica hanc aquam, da ei gratiam & virtutẽ, vt qui baptizatur ſecundũ mandatum Chriſti tui, cum eo crucifigatur, & commoriatur, & conſepeliatur, & correſurgat in adoptionem filiorum Dei, quæ eſt in ipſo, vt mortuus quidem ſit peccato, viuat autem iuſtitia. Et poſt hoc baptizatum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vngat vnguento dicens.

Benedictio vnguenti myſtici. XLIIII.

DOMINE Deus, qui es ingenitus, ſummus cunctorum dominus, qui F odorem cognitionis Euangelij in omnibus gentibus ſuauem feciſti, da nunc etiam hoc vnguentum operari virtutem in baptizato, vt firma & ſancta in eo maneat fragrãtia odoris Chriſti tui, & cõmortuus ipſe reſurgat, & viuat vnà cum chriſto. Hæc atque huiuſmodi dicat: vniuſcuiuſq; enim manus impoſitionis, virtus hæc eſt, Nã niſi in quolibet horũ à pio ſacerdote aliqua huiuſmodi inuocatio fiat, in aquam ſolam deſcendit qui baptizatur more Iudæorum, ac tantùm abijcit ſordes corporis, non animæ. Deinde aſtans dicat orationem, quam nos docuit Dominus. Surgentẽ autẽ ſtare oportet neceſſariò & orare, quoniam qui ſuſcitatus eſt, rectus manet: ideo cùm is commortuus ſit & excitatus vnà cum Chriſto, aſtare debet. Oret autem verſus Orientem: nam id ſcriptum eſt in ſecundo Paralipomenon. Cùm enim templũ à Rege Solomone perfectum eſſet, in ipſa dedicatione Sacerdotes, & Leuitæ, & Cantores cum cymbalis & pſalterijs conſtiterunt, ad Orientem conuerſi laudantes, & G confitentes, ac dicentes, Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in ſęculum miſericordia eius.

Oratio eorum, qui dudum ſunt initiati Cap. XLV.

ORATE in hunc modum, poſt primam orationem, Deus Omnipotens, Pater Chriſti tui, vnigeniti filij tui, da mihi corpus purum, cor mundum, mentem vigilantem, ſcientiam infallibilem, Spiritus ſancti aduentum in adoptionem, & certitudinem veritatis Chriſti tui, per quem tibi gloria in ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

Qui miſsi ordinati ſint ab Apoſtolis. Cap. XLVI.

H

HAEC de Catechumenis præcipienda duximus. De ordinatis autem à nobis Epiſcopis in vita noſtra, ſignificamus vobis quòd ij ſunt. Hieroſolymis ordinatus eſt Iacobus frater Domini, quo mortuo ſecundus Simeon Cleopæ: poſt eum tertius Iudas Iacobi: Ceſareæ Paleſtinæ primus ordinatus eſt Zachęus olim publicanus: poſt eũ Cornelius: tertius Theophilus: Antiocheæ Euodius à me Petro: Ignatius à Paulo: Alexandreæ Annianus primus à Marco Euangeliſta eſt ordinatus: ſecundus Abilius à Luca ita Euangeliſta: Romanæ Eccleſiæ Linus, Claudiæ primus à Paulo, Clemens poſt eius mortẽ à me Petro, ſecundus ordinatur. Epheſi Timotheus à Paulo, Ioannes à me Ioanne, Smyrnæ Ariſto primus: poſt eum Stratæas Loidis: & tertius Ariſto: Pergami Caius, Philadelpheę Demetrius à me: à Paulo Lucius Cenchręis: Titus in Creta: Dionyſius Athenis: Tripolis Phænicũ Marathones: Laodiceę in Phrigia Archippus: coloſſenſiũ Philęmo: Berœę, quę eſt in Macedonia: Oneſimus Philemonis:

A nis· Creſcens in Eccleſijs, quæ ſunt in Gallia: Aquila, & Niceta in Paræcijs, quæ ſunt circa Abiam: Criſpus in Aeginenſi Eccleſia. Ij ſunt, quibus nos Paræcias in Domino commiſimus. Quorum doctrinæ memores ex omni parte obtemperate noſtris ſermonibus, eritque Dominus vobiſcum nunc, & in infinita tempora, quemadmodum ipſe dixit nobis. cùm ad ſuum Deum ac Patrem ſe reciperet, Ecce enim, inquit, ego ,, vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi Amen. ,,

Oratio Matutina. Cap. XLVII.

GLORIA in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: laudamus te, celebramus te, benedicimus te, glorificamus te,
B adoramus per magnum Pontificem te verum Deum ingenitum, vnum, inacceſsibilem, ſolum propter magnam gloriam tuam, Domine Rex cœleſtis, Deus Pater Omnipotens, Domine Deus Pater Chriſti agni immaculati, qui tollit peccata Mundi, ſuſcipe deprecationē noſtram: qui ſedes ſuper Cherubin. Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus Ieſus Chriſtus Dei omnis creatæ naturæ, Regis noſtri, per quem tibi gloria, honor, & cultus.

Veſpertina Oratio. Cap. XLVIII.

LAVDATE pueri Dominum, Laudate nomen Domini: Laudamus te, celebramus te, benedicimus te, propter magnam gloriam tuam, Domini Rex Chriſti, agni immaculati, qui tollit peccata Mundi. Te decet laus, te
C decet hymnus, te decet gloria Deum, & Patrem per filium in Spiritu ſancto, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.

Oratio in Prandio.

BENEDICTVS es Domine, qui paſcis me à iuuentute mea: qui das eſcam omni carni, reple gaudio, & lætitia corda noſtra, vt omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omni opere bono in Chriſto Ieſu Domino no-
D ſtro, per quem tibi gloria, honor & fortitudo in ſæcula, Amen.

in peccatum lapſum iuſtitia ſpoliaſſet, bonitate vtens, non abiecit illum omnino, ſed E ſuos poſteros pro temporum ſucceſsione varijs rationibus instituit, propter quem in extremo ſęculi miſit filiū ſuum, vt propter homines homo fieret, & omnes humanas ægritudines ſuſciperet, excepto peccato. Ipſum igitur nunc quoque inuocet ſacerdos ad baptiſmū, & dicat, Deſcende de Cœlo & ſanctifica hanc aquam, da ei gratiam & virtutē, vt qui baptizatur ſecundū mandatum Chriſti tui, cum eo crucifigatur, & commoriatur, & conſepeliatur, & correſurgat in adoptionem filiorum Dei, quæ eſt in ipſo, vt mortuus quidem ſit peccato, viuat autem iuſtitia. Et poſt hoc baptiza tum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vngat vnguento dicens.

Benedictio vnguenti myſtici. XLIIII.

DOMINE Deus, qui es ingenitus, ſummus cunctorum Dominus, qui F odorem cognitionis Euangelij in omnibus gentibus ſuauem feciſti, da nunc etiam hoc vnguentum operari virtutem in baptizato, vt firma & ſancta in eo maneat fragrātia odoris Chriſti tui, & cōmortuus ipſe reſurgat, & viuat vnà cum chriſto. Hæc atque huiuſmodi dicat: vniuſcuiuſq; enim manus impoſitionis, virtus hæc eſt. Nā niſi in quolibet horū à pio ſacerdote aliqua huiuſmodi inuocatio fiat, in aquam ſolam deſcendit qui baptizatur more Iudæorum, ac tantùm abijcit ſordes corporis, non animæ. Deinde aſtans dicat orationem, quam nos docuit Dominus. Surgentē autē ſtare oportet neceſſariò & orare, quoniam qui ſuſcitatus eſt, rectus manet: ideo cùm is commortuus ſit & excitatus vnà cum Chriſto, aſtare debet. Oret autem verſus Orientem: nam id ſcriptum eſt in ſecundo Paralipomenon. Cùm enim templū à Rege Solomone perfectum eſſet, in ipſa dedicatione Sacerdotes, & Leuitæ, & Cantores cum cymbalis & pſalterijs conſtiterunt, ad Orientem conuerſi laudantes, & G confitentes, ac dicentes, Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in ſęculum miſericordia eius.

Oratio eorum, qui dudum ſunt initiati Cap. XLV.

ORATE in hunc modum, poſt primam orationem, Deus Omnipotens, Pater Chriſti tui, vnigeniti filij tui, da mihi corpus purum, cor mundum, mentem vigilantem, ſcientiam infallibilem, Spiritus ſancti aduentum in adoptionem, & certitudinem veritatis Chriſti tui, per quem tibi gloria in ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

Qui miſſi ordinati ſint ab Apoſtolis. Cap. XLVI.

H HAEC de Catechumenis præcipienda duximus. De ordinatis autem à nobis Epiſcopis in vita noſtra, ſignificamus vobis quòd ij ſunt. Hieroſolymis ordinatus eſt Iacobus frater Domini, quo mortuo ſecundus Simeon Cleopæ: poſt eùm tertius Iudas Iacobi: Cęſareæ Paleſtinæ primus ordinatus eſt Zachęus olim publicanus: poſt eū Cornelius: tertius Theophilus: Antiocheæ Euodius à me Petro: Ignatius à Paulo: Alexandreæ Annianus primus à Marco Euangeliſta eſt ordinatus: ſecundus Abilius à Luca ita Euangeliſta: Romanæ Eccleſiæ Linus, Claudiæ primus à Paulo: Clemens poſt eius mortē à me Petro, ſecundus ordinatur. Epheſi Timotheus à Paulo, Ioannes à me Ioanne, Smyrnæ Ariſto primus: poſt eum Stratæas Loidis: & tertius Ariſto: Pergami Caius, Philadelpheę Demetrius à me: à Paulo Lucius Cenchręis: Titus in Creta: Dionyſius Athenis: Tripolis Phænicū Marathones: Laodiceę in Phrygia Archippus: Coloſſenſiū Philęmo: Berœę, quę eſt in Macedonia: Oneſimus Philemonis:

A nis. Creſcens in Eccleſijs, quæ ſunt in Gallia: Aquila, & Niceta in Paræcijs, quæ ſunt circa Abiam: Criſpus in Aeginenſi Eccleſia. Ij ſunt, quibus nos Paræcias in Domino commiſimus. Quorum doctrinæ memores ex omni parte obtemperate noſtris ſermonibus, eritque Dominus vobiſcum nunc, & in infinita tempora, quemadmodum ipſe dixit nobis. cùm ad ſuum Deum ac Patrem ſe reciperet, Ecce enim, inquit, ego ,, vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi Amen. ,,

Oratio Matutina. Cap. XLVII.

B GLORIA in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: laudamus te, celebramus te, benedicimus te, glorificamus te, adoramus per magnum Pontificem te verum Deum ingenitum, vnum, inacceſsibilem, ſolum propter magnam gloriam tuam, Domine Rex cœleſtis, Deus Pater Omnipotens, Domine Deus Pater Chriſti agni immaculati, qui tollit peccata Mundi, ſuſcipe deprecationẽ noſtram: qui ſedes ſuper Cherubin. Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus Ieſus Chriſtus Dei omnis creatæ naturæ, Regis noſtri, per quem tibi gloria, honor, & cultus.

Veſpertina Oratio. Cap. XLVIII.

LAVDATE pueri Dominum, Laudate nomen Domini: Laudamus te, celebramus te, benedicimus te, propter magnam gloriam tuam, Domini Rex Chriſti, agni immaculati, qui tollit peccata Mundi. Te decet laus, te
C decet hymnus, te decet gloria Deum, & Patrem per filium in Spiritu ſancto, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.

Oratio in Prandio.

BENEDICTVS es Domine, qui paſcis me à iuuentute mea: qui das eſcam omni carni, reple gaudio, & lætitia corda noſtra, vt omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omni opere bono in Chriſto Ieſu Domino no-
D ſtro, per quem tibi gloria, honor & fortitudo in ſæcula, Amen.

CONSTITVTIONVM E
SANCTORVM APOSTOLORVM B. CLEMENTE ROMANO AVCTORE,

LIBER OCTAVVS.

De Chariſmatibus. Cap. I.

CVM Deus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus nobis magnũ
tradiderit pietatis ſacramentum, inuitaueritque Iudæos ac
Græcos ad agnitionẽ vnius & ſolius veri Dei, quemadmodũ F
Ioan.17. ipſe quodã in loco gratias agẽs de ſalute credẽtiũ, affirmat,
“ Manifeſtaui, inquiens, nomẽ tuum hominibus, opus quod
dediſti mihi, conſummaui. Et de nobis Patri dicit, Pater ſan-
ᴄte, & ſi Mundus te non nouit, ſed tamen ego te noui, & ij
te norunt. Meritò nobis ſimul omnibus veluti perfectis
de Chariſmatibus, quæ ab ipſo per ſpiritum dantur, dicit, Signa eos, qui crediderint,
Mar. vlt. “ hæc ſequentur, in nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpen-
“ tes tollent, ſi quid mortiferum bibent, non eis nocebit, ſuper ægrotos manus impo-
nent, & bene habebunt. Quæ Chariſmata primùm nobis Apoſtolis conceſſa
ſunt, cùm Euangelium omni creaturæ prædicaturi eſſemus, deinde ijs, qui per nos
crediderunt, ſunt collata neceſſariò, non ad eorum, qui illa exercent vtilitatem, ſed
ad infidelium perſuaſionem, vt quos oratio flectere non potuit, commoueat prodi-
giorum potentia. Signa enim non nobis fidelibus dantur, ſed ijs, qui de Iudæorũ & G
Græcorum gente infideles ſunt. Nulla enim nobis vtilitas accedit, cùm Dæmones
expellantur, ſed ijs, qui ope Domini purgantur, quemadmodum quodam in loco
“ ipſe Dominus erudies nos oſtendit dicẽs, Nolite gaudere quòd Spiritus vobis obe-
Luc.10. diunt, ſed gaudete quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlo. Quoniam illud eius
“ virtute fit, hoc noſtra beneuolentia & ſtudio, ſcilicet accedente ipſius auxilio. Non
eſt ergo neceſſarium vt omnes fideles Dæmonia eijciant, vel mortuos excitent, vel
linguis loquantur, ſed is tantùm cui Chariſma propter aliquam vtilitatem conceſ-
ſum eſt, videlicet ad ſalutem infidelium, cùm ſæpenumerò conuincantur nõ ſermo-
“ num demonſtratione, ſed prodigiorum effectione, cùm ſalute digni fuerint. Nam
Iſai.28. nec impij omnes miraculis ducũtur: cuius rei teſtis eſt ipſe Deus cùm dicit, Si in alijs
“ linguis loquar populo huic,, & in alijs labijs, non credent. Neque enim AEgyptij
crediderunt Deo, cùm Moſes tanta ſigna atque prodigia effeciſſet, neque Iudæorũ
1.Cor.14. multitudo, quaſi alteri Moſi, Chriſto credidit, cùm omnem illorum morbum, om- H
nemque infirmitatem curauerit. Nam illos non commouit virga in ſerpentem con-
uerſa, nec manus dealbata, nec Nilus ſanguine perfuſus: hos verò non flexerunt cæ-
ci videntes, nec claudi ambulantes, nec mortui in vitam reuocati: atque illi quidem
aduerſabãtur Ioannes & Mambres, huic Anna & Caiphas. Ita non omnes commo-
uent prodigia, ſed ſolos bona mente præditos, quorum gratia Deus tanquam ſapiẽs
diſpenſator virtutes fieri ſtatuit, non hominum viribus, ſed ſua voluntate: quæ ideò
dicimus, ne qui huiuſmodi chariſmata obtinuerunt, extollãtur in eos, qui ea nõ ac-
ceperunt. Chariſmata dicimus, quæ in ſignis conſiſtunt, quoniam cæteroqui nullus
eſt qui per Chriſtũ in Deum crediderit, quin ſpirituale Chariſma acceperit: nam li-
berati multorũ Deorum impietate, & credere in Deũ Patrem per Chriſtũ, Dei Cha-
riſma cenſendũ eſt. Item abiecto Iudaico velo, credere Dei voluntate eũ, qui eſt ante
ſæcula vnigenitus, in extremo tempore ex Virgine ſine viri concubitu natũ, conuer-
ſatumq; vt hominẽ ſine peccato, omnẽq; legis iuſtitiã impleſſe, ac Dei permiſsiõe cru-
cem

A cem ſubijſſe contẽpto dedecore,cùm eſſet Dei verbũ: eundẽq; mortuũ & ſepultũ,ac
tertia die ſuſcitatũ, poſtq; reſurrectionẽ per quadraginta dies cum Apoſtolis fuiſſe,
perfectaq; omni diſpenſatione,in conſpectu ipſorũ, ad Deum ac Patrẽ ſuũ,à quo
miſſus fuerat,ſublatũ.Hæc qui credit,nõ ſimpliciter nec temerè, ſed iudicio & ſen-
tentię firmitate Chariſma à Deo obtinet.Eodẽ modo,qui omni hęreſi eſt liberatus.
Quare nemo ex ijs,qui ſigna & prodigia faciunt,iudicet quenquã ex fidelibus, qui
faciẽdi illa poteſtatẽ nõ eſt adeptus.Varia enim ſunt Dei dona,quæ ab ipſo per Chri-
ſtum tribuuntur:ac tu quidẽ accepiſti hoc,ille aliud,videlicet ſermone ſapientię, vel
ſciẽtiæ vel facultatẽ ſpirituũ ſeparandorũ,vel prædictionẽ rerũ futurarũ,vel ſermo-
nem ad docendũ idoneũ,vel patientiã,vel moderatã cõtinentiã. Etenim Moſes ho-
mo Dei,cùm in Aegypto miracula ederet,non elatus eſt ſupra gẽtiles ſuos,nec cùm
Deus vocaretur,cũ proprio Propheta Aaron ſe iactabat.Et Ieſus Naue qui poſt Mo
ſen populo præfuit,& ſi in bello contra Iebuſæos eius voluntate ſol ad Gabæon,lu-
B na ad vallẽ Aelon conſtitit,cùm dies ad victoriã non ſufficeret: tamen non inſulta-
uit aduerſus Phinees,neq; Chaleb.Nec Samuel,qui tot admirabilia egerat,deſpexit
Deo charũ Dauid,quanquã vterq; Propheta erat,& vnus Pontifex, alter verò Rex.
Cumq; in Iſraële ſeptẽ millia virorũ eſſent,qui non incuruarent genu ante Baal,ta-
men ſolus Helias,& eius diſcipulus Heliſſæus reperti ſunt,qui miracula facerent:ſed
neq; Helias œconomũ ſuũ eluſit,qui cùm Deum timeret,tamẽ ſigna nõ edebat:ne-
que Heliſſæus ſuum diſcipulũ,hoſtem expaueſcentem cotẽpſit:neq; ſapiens Daniel
cùm ab ore leonum iterũ eſſet ereptus:nec tres pueri cùm camino ignis eſſent libe-
rati reliquos generis ſui homines deſpexerunt.Sciebànt enim ſe nõ proprijs viribus,
periculis liberatos,ſed Dei ope,miracula edidiſſe,& diſcrimina ſuperaſſe.Quare ne-
mo ſe efferat ſupra fratrem,quamuis Propheta fuerit,& miraculorum effector: nam
ſi cui ſemel conceſſum eſt,vt non ampliùs numeretur inter infideles,ſuperflua eſt ei
reliqua omnis miraculorũ facultas: nã vt quis pius ſit,ab amore proficiſcitur, vt mi-
C racula efficiat,ab auctoris poteſtate,quorum primum nos ipſos reſpicit,alterũ ope-
rantem Deum,ob eas cauſas,quas antea diximus. Quare nec Rex contemnat Du-
ces ſuos,nec Princeps eos,qui eius imperio parẽt.Nam ſi nulli ſint qui pareãt, Prin-
cipes ſunt ſuperflui:& ſi nulli ſint Duces,non poterit regnum conſiſtere. Sed nec
Epiſcopus ſe extollat aduerſus Diaconũ vel Presbyterum: neq; Presbyter aduerſus
plebem:mutua enim coniunctione copulata eſt huius ſocietatis communio. Epi-
ſcopi enim & Presbyteri,quorundam ſunt ſacerdotes,& laici,quorundam ſunt lai-
ci.Atque eſſe quidem Chriſtianum,in noſtra ſitum eſt poteſtate: eſſe Apoſtolum,
vel Epiſcopum,vel aliud quidpiam:non eſt in noſtra ſitum poteſtate,ſed in poteſta-
te Dei,qui largitur Chariſmata.Atq; hæc quidẽ hactenus dicta ſint propter eos, qui
chariſmata vel dignitates acceperunt.Addimus autem illud ad ſermonem, qui Pro-
phetæ munere vtũtur,non eſſe omnes ſanctos,nec qui Dęmones eijciunt, præditos
eſſe omnes pietate.Etenim Balaam filius Beor vates,cùm eſſet impius, futura præ-
D dixit:item Caiphas,qui falſi nominis Pontifex erat. Multa etenim Diabolus vnà cũ
ſuis Dæmonibus prædicit,nec tamen ideò vlla eſt illis pietatis ſcintilla:inſcitia enim
ſunt oppreſsi propter voluntariam prauitatem.Perſpicuum eſt igitur impios,quam-
uis Prophetarum officio fungantur,non deponere ob prophetiam,ſuam impietatẽ,
nec eos,qui Dæmones expellunt,ſanctitatem acquirere,eo quòd illi cedunt. Fal-
lunt enim ſe mutuò(vt ij qui ludos riſus cauſa exercent)atque eos,qui ipſis mentem
adhibent,ad interitũ perducunt.Neque verò Rex impius, pro Rege habendus eſt,
ſed Tyrannus: neq; Epiſcopus imperitia aut nequitia cumulatus,eſt Epiſcopus, ſed Ier.27. 28.
falſo nomine gaudet,vt qui non à Deo,ſed ab hominibus cõſtitutus ſit,vt Ananias, Achias eſt
& Samæas in Hieruſalem,& Sedecias,& Achias, qui Babylone falſi Prophetæ fue- Achab in
runt, ſed etiã, Balaam vates pœnas dedit cùm Iſraëlem in Beelphegor peſſundede- Ieren.ia.
rit,Et Caiphas poſtea ſibi mortem conſciuit,& filij Sceuæ cùm conarentur Dæmo- Actor.21.
nes eijcere,ab ijs vulnerati,turpiter ſe in fugam dederunt.Reges quoq; Iſraëlis & Iu- Nu.24.25.

dæ ſecuti impietatem,varia ſupplicia pertulerunt. Perſpicuum eſt igitur falſo no- E
Malach. 1 mine præditos Epiſcopos atque Presbyteros , diuinam vltionem non declinatu-
ros. Dicetur enim ipſis, Et nunc vos ſacerdotes, qui vile facitis nomen meum, tra-
dam vos in occiſionem, vt Sedeciam, & Achiam, quos in ſartaginem miſit Rex Ba-
Ierem. 29. bylonis,vt inquit Ieremias Propheta.Hæc verò dicimus non vt veras prophetias dā-
nemus (ſcimus enim eas afflatu diuino inter ſanctos agitari) ſed vt glorioſorum au-
daciam comprimamus: illudq́; præterea addimus,Deum talibus hominibus gratiam
auferre.Superbis enim Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Silas & Agabus
cùm noſtro tempore Prophetæ eſſent,non comparabant ſe cum Apoſtolis, neq; fi-
nes ſuos tranſibant,quanquàm Deo chariſsimi erant.Prophetarūt quoq; olim Ma-
ria Moſis & Aaronis ſoror & poſtea Debbora,& poſt has Olda & Iudith,vna Ioſiæ,
altera Darij tempore.Mater etiam Domini prophetauit,& Eliſabeth eius cognata,
& Anna: noſtro quoq; tempore Philippi filiæ eodem ſunt functæ munere, ſed hæ
aduerſus viros ſuos ſuperbia inflatæ non ſunt,ſed intra proprios terminos conſtite- F
runt.Quare ſi inter nos quoq; reperitur vir vel mulier,cui huiuſmodi gratia conceſ-
Eſaiæ 66 ſa ſit,humiles ſpiritus habeat,vt in eo ſit grata voluntas Dei: Ad quem enim, inquit,
" reſpiciam,niſi ad humilem & quietum,& pauentem ſermones meos.

De Ordinationibus. *Cap. II.*

IN principio orationis expoſuimus quæ ad chariſmata pertinebāt,
quæ quidem Deus propria voluntate conceſsit hominibus,& quē-
admodum morem eorū refutauerit,qui vel falſa dixerunt,vel alie-
no ſpiritu ad prædicandum ſunt excitati,& quòd improbis homi-
nibus ſæpe Deus prophetiam & miraculorum facultatem tribuit:
nūc autem ad præcipuum Eccleſiaſticæ deſcriptionis caput oratio G
properat,vt cùm vos,qui de Chriſti ſententia per nos Epiſcopi conſtituti eſtis, hanc
à nobis diſpoſitionem didiceritis,omnia ſecundum tradita nobis mandata perficere
poſsitis,ſcientes quòd qui nos audit,Chriſtum audit,& qui Chriſtum audit, is Deū
& Patrem ipſius audit,cui gloria in ſæcula Amen.Simul igitur congregati nos duo-
decim Domini Apoſtoli,has noſtras diuinas præcepimus inſtitutiones de omni Ec-
cleſiaſtica forma, præſentibus vnà nobiſcum electionis vaſe Paulo coapoſtolo no-
ſtro,Iacobo epiſcopo,atque reliquis Presbyteris,& ſeptem Diaconis. Primus igitur
ego Petrus dico,Epiſcopum ordinari debere (vt ſuprà ſimul omnes conſtituimus)
ex omni parte reprehenſione carentem, ab omni populo delectum, quo nominato
& approbato,conueniens populus cum collegio Presbyterorum, & Epiſcopis, qui
adſunt,in die dominico,præcipuus ex omnibus interroget Presbyteros,& plebē,an
is ſit,quem petunt in Rectorem: quibus annuentibus,iterum interroget, num om-
nes teſtificentur eum dignum eſſe hac magna & illuſtri gubernatione: deinde an H
pietatem erga Deum coluerit,erga homines iuſta ſeruauerit,domum ſuam rectè ad-
miniſtrauerit: ſine repræhenſione vitam inſtituerit. Atque omnibus ſimul ex veri-
tate non ex coniectura teſtificantibus talem eum eſſe, veluti coram iudice Deo &
Chriſto,præſente nimirum etiam Spiritu ſancto,atque omnibus ſanctis, & admini-
ſtratorijs ſpiritibus,tertiò iterum interrogentur,an vere dignus ſit ſacerdotio, vt in
ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.Ijſque tertiò aſſentientibus, illum
dignum eſſe,ab omnibus aſſenſus petatur, quem prompto animo præſtantes audi-
antur,ſilentioque imperato,vnus ex primis Epiſcopis cum duobus alijs ſtant prope
altare,reliquis Epiſcopis & Presbyteris ſecretò orantibus,Diaconis diuina Euange-
lia ſuper caput eius,qui ordinatur, aperta tenentibus, dicat
conuerſus ad Deum.

Inuocatio ordinationis Epiſcoporum. *Cap. III.*

DOMINE

A OMINE Deus Omnipotens, qui ſolus es ingenitus, & à nullo do-
minaris, qui ſemper es, & exiſtis ante ſæcula: qui nullo indiges, & ſu-
peras omnem cauſam atq; originem: qui ſolus es verax, ſolus ſapiẽs,
ſolus altiſsimus: qui natura es inuiſibilis: qui omnia noſti antequàm
fiãt: qui abſcondita ſcrutaris: qui es inacceſsibilis, & nullius imperio
ſubditus: Deus & pater vnigeniti filij tui Dei & Saluatoris noſtri,
cunctorum opifex per ipſum, prouiſor, gubernator, pater miſericordiarum, & Deus
omnis conſolationis: qui in altis habitas, & humilia reſpicis. Tu es qui dediſti leges
Eccleſiæ per corporeã præſentiã Chriſti tui ſub teſtimonio Paracleti, per tuos Apo-
ſtolos, qui & ipſi gratia tua aſtitimus Epiſcopi: qui à principio ad gubernationẽ po-
puli tui ſacerdotes deſignaſti, Abel imprimis, Seth, Enos, Enoch, Noë, Melchiſe-
dech, Iob: qui inſtituiſti Abraham & reliquos Patriarchas cum fidelibus ſeruis tuis
Moſe, Aarone, Eleazaro, Phinees: qui ex ipſis principes & ſacerdotes in arca teſtimo
B nij conſtituiſti: qui Samuelem in ſacerdotem & Prophetam elegiſti, qui ſanctua-
rium tuum ſine miniſterio non reliquiſti: qui in ijs, quos elegiſti, glorificari voluiſti,
ijdem quoque nunc interceſsione Chriſti tui infunde virtutem Spiritus principa-
lis, qui miniſtrat dilecto filio tuo Ieſu Chriſto, quem voluntate tua donauit ſanctis
Apoſtolis tuis. Da in nomine tuo ſcrutator cordium Deus huic ſeruo tuo, quem ele-
giſti Epiſcopum, paſcere ſanctum gregem tuum, & fungi Pontificatu tibi, ſine re-
prehenſione miniſtrantem die & nocte, & placantem faciem tuam, congregare nu-
merum eorum, qui ſaluantur, & offerre tibi dona Eccleſiæ tuæ ſanctæ. Da ei Domi-
ne Omnipotens per Chriſtum tuum participationem ſancti Spiritus, vt habeat po-
teſtatem dimittendi peccata ſecundum mandatum tuum: dandi ſortes ſecundum
præceptum tuum, ſoluendi omne vinculum, ſecundum poteſtatem, quam dediſti
Apoſtolis, vt placeat tibi in manſuetudine & mundo corde, firmiter ac laudabiliter,
offerendo tibi mundam & incruentam hoſtiam, quam per Chriſtum inſtituiſti my-
C ſterium noui Teſtamenti, in odorem ſuauitatis, per ſanctum filium tuũ Ieſum Chri-
ſtum, Deum & Saluatorem noſtrum, per quem tibi gloria, honor & adoratio in ſan
cto Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen.

Sermo de Cathecumenis. Cap. IIII.

OSTQVAM hæc erit precatus, reliqui Sacerdotes dicant Amen, &
cum eis vniuerſus populus: & poſt orationẽ vnus ex Epiſcopis tra-
dat Euchariſtiam in manus ordinati, & ipſo mane collocetur à re-
liquis Epiſcopis in ſuo throno, omnibus eum oſculantibus oſculo
in Domino. Poſt verò lectionem legis & Prophetarum, Epiſtola-
rum noſtrarum, actuum, atq; Euangelij, ordinatus ſalutet Eccleſi-
D am ijs verbis, Gratia Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei Patris, & com-
municatio Spiritus ſancti, ſit cum omnibus vobis Amen. Et omnes reſpondeant, Et
cum ſpiritu tuo: poſt hæc verba alloquatur populum ſermonibus exhortatorijs.

Sermo Diaconi pro Catechumenis. Cap. V.

VIBVS abſolutis, Dico ego Andreas frater Petri, omnibus conſur-
gentibus, Diaconus aſcendens altum aliquem locum pronunciet,
NE QVIS AVDITORVM, NE QVIS INFIDELIVM. Silen-
tioq; facto dicat, CATECHVMENI ORATE. Et omnes fideles
orent attento animo dicentes, Domine miſerere. Diaconus pro ip-
ſis oret dicens, Pro Catechumenis omnes Deum oremus, vt bonus
& benignus Dominus clementer exaudiat obſecrationes & preces ipſorum, & reci-
piens eorum ſupplicationes, tribuat eis auxilium, & concedat petitiones cordis ip-

ſorum ad vtilitatem, reuelet eis Euangelium Chriſti ſui, illuminet eos, & inſtituat E
diſciplina cognitionis Dei, doceat ipſos mandata, & iudicia ſua, inſerat in animam eorum caſtum & ſalutarem timorem ſuum, aperiat aures ipſorũ vt meditentur in lege ſua die ac nocte, confirmet eos in pietate, vniat, & connumeret in ſancto ouili ſuo, dignos faciens lauacro regenerationis veſte immortalitatis, vera vita, liberet eos ab omni impietate, & ne det locum inimico aduerſus eos, mundet eos ab omni inquinatione carnis, & ſpiritus inhabitet in eis, & inambulet per Chriſtũ ſuum, benedicat introitus & exitus eorum, & dirigat vias eorũ in bonum. Etiam pro eis intentè oremus, vt remiſsionem delictorum conſecuti per baptiſmum, ſanctis myſterijs digni fiant in manſione ſanctorum Erigite vos Catechumeni, & petite pacem Dei per Chriſtũ ſuum, diem pacificũ & ſine peccato: itémque omne tempus vitæ veſtræ Chriſtianos præſides veſtros, propitiũ & benignũ Deum delictorum remiſsionem ipſi ſoli ingenito Deo per Chriſtum ſuum voſmet commendate: Inclinamini, & benedictionẽ accipite. In ijs ſingulis, quæ loquitur Diaconus, populus, vt prædiximus dicat, Domine miſerere: & in primis pueruli. Inclinantibus autem ipſis capita, benedicat ijs ordinatus Epiſcopus benedictione huiuſmodi.

Benedictio Epiſcopi ſuper Catechumenos. Cap. VI.

Devs Omnipotens, ingenite inacceſsibilis qui es ſolus verus Deus, Deus & pater Chriſti vnigeniti filij tui, Deus Paracleti & cunctorum dominus, qui per Chriſtum dicipulos conſtituiſti doctores ad docendum pietatem, ipſe nunc reſpice ſuper Catechumenos Euangelij Chriſti tui & da eis cor nouum, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus eorum, ad cognoſcendam & faciendam voluntatem tuã in corde pleno, & volenti animo, dignos fac eos ſancto baptiſmo, & aggrega eos Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & participes fac ſanctorum myſteriorum per Ieſum G
Chriſtum qui eſt ſpes noſtra, quique pro nobis mortuus eſt, per quem tibi gloria & adoratio in Spiritu ſancto in ſæcula Amen.

Sermo Diaconi pro Energumenis. Cap. VII.

Post hæc Diaconus dicat, Ite Catechumeni in pace. Qui poſtquã ij exiuerunt, dicat. Orate Energumeni, hoc eſt vexati ab immundis ſpiritibus. Intentè omnes pro ipſis orate, vt benignus Deus per Chriſtum increpet immundos & nequam ſpiritus, & eripiat ſeruos ſuos ab imperio inimici. Qui increpauit legionem dæmonũ & principem malorũ diabolum: ipſe nunc increpet pietatis rebelles, & liberet figmenta ſua à vexatione ipſius, & purget ea, quæ ingenti ſapientia cõ H
didit. Etiam intentè oremus. Salua & excita illos Deus in virtute tua: Inclinate vos Energumeni, vt benedictionẽ accipiatis Et Epiſcopus oret dicens.

Oratio pro Energumenis. Cap. VIII.

Qvi fortem armatum ligaſti, & omnia vaſa eius diripuiſti: qui dediſti nobis poteſtatem ambulandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici: qui homicidam ſerpentem ligatum tradiſti nobis, tanquàm paſſerem puerulis, quem cũcta pauent & horrent à facie virtutis tuæ: qui eum deieciſti ſicut fulgur à cœlo in terram, non lapſu locali ſed ab honore in ignominiã, ob voluntariam nequitiã: cuius aſpectus ſiccat abyſſos, & minæ liquefaciunt montes, & veritas Domini manet in æternum: quem laudant infantes, & lactentes benedicunt: quem celebrant,

Lucæ 10. *Iob 8.*

A lebrant,& adorant Angeli: qui aſpicit ſuper terram, & facit eam tremere: qui tan- *Pſal. 10.* git montes & fumigant: qui minatur Mari & ſiccat illud,& omnia flumina deſerta *Nahum. 1.* facit: cuius nubes puluis pedum eius: qui ambulat ſuper Mare,ſicut ſuper pauimentum. Vnigenite Deus magni patris filij increpa ſpiritus nequam,& libera opera ma- *Iob 9.* nuum tuarum ab alieni ſpiritus vexatione: quoniam tibi gloria,honor & adoratio, & per te tuo patri in ſancto Spiritu in ſæcula Amen.

Sermo Diaconi pro illuminandis. Cap. IX.

DIACONVS dicat, Ite Energumeni,& poſtea dicat, Orate qui illuminamini. Intentè omnes fideles pro ipſis oremus, vt Dominus dignos illos reddat vt in Chriſti mortem initiati reſurgant vnà cum il-
B lo,& conſortes faciat eos regni ipſius,& participes myſteriorũ eius: vniat & conſcribat in numero eorum,qui ſalui fiunt in ſancta eius Eccleſia. Salua & ſuſcita illos in tua gratia. Cõſignati Deo per Chriſtum eius,inclinantes ſe,benedicantur ab Epiſcopo hac benedictione.

Oratio tertia ſuper illuminandos. Cap. X.

QVI per ſanctos Prophetas prædixiſti ijs, qui initiantur, lauamini,mundi eſtote. Et per Chriſtum inſtituiſti ſpiritualem regenerationem, idem nũc reſpice ſuper eos, qui baptizantur & benedic, & ſanctifica eos, & præpara dignos fieri tuo dono ſpiritali, & vera adoptione filiorum ad conſequendum ſpiritalia tua myſteria in numero eorum,qui ſaluantur per Chriſtum Saluatorem noſtrum,per quem tibi gloria,honor,& adoratio in Sancto Spiritu in ſæcula Amen.

C

Sermo Diaconi pro pœnitentibus. Cap. XI.

ET dicat Diaconus,Diſcedite illuminandi, & poſt hoc pronuntiet, Orate pœnitentes intentè oẽs. Pro pœnitẽtibus fratribus rogemus, vt miſericors Deus oſtendat illis viam pœnitentiæ: recipiat reſipiſcẽtiam & confeſsionem ipſorum, & conterat citò Satanam ſub pedibus eorum,& redimat eos à laqueis diaboli, & à fraude dæmonum, & eripiat eos ab omni verbo nephario, ab omni opere illicito, & amore prauo: & condonet eis peccata voluntaria,& inuoluntaria, & deleat chirographum ipſorum,& conſcribat eos in libro vitæ,eos ab omni piaculo carnis & ſpiritus,& vniat eos,reducens ad ſanctũ ſuum ouile,quoniam ipſe cognoſcit figmentũ noſtrum: quoniã quis gloriabitur ſe caſtum habere cor? vel quis confidet ſe mundũ
D eſſe à peccato? Omnes enim ſumus pœnæ obnoxij. Etiã pro ipſis intentius oremus, quoniam gaudium fit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, vt declinantes omnem actionem malam,amplectantur omnia opera bona,vt benignus Deus citò eorũ obſecrationibus placatus,reſtituat eis lætitiam ſalutarẽ, & ſpiritu principali confirmet eos, ne ampliùs prohibeantur communionem habere ſanctorum ſacrorum ipſius,& participes fieri diuinorum myſteriorum,vt digni reperti adoptionis filiorum,vitam æternam conſequantur. Etiam omnes intentè pro eis dicamus, Domine miſerere.

Impoſitio manuum pro pœnitentibus. Cap. XII.

SALVA eos Deus, & ſuſcita miſericordia tua. Suſcitati Deo per Chriſtum inclinate vos,& benedicimini.

Epiſcopus ita oret.

OMNIPOTENS æternæ Deus, cunctorũ Domine, creator & gubernator vniuerſi, qui hominẽ in Mundi ornatũ poſuiſti per Chriſtũ, & dediſti ei legẽ naturalem & ſcriptam, vt viuendi normã haberet, vti rationis compos: & ſi in aliquo peccaret, fundamentum pœnitentiæ tradidiſti ei bonitatem tuam: reſpice ſuper inclinantes tibi colla animæ & corporis, quoniam tu non vis mortem peccatoris, ſed pœnitentiam, vt reuertatur à via ſua mala, & viuat: qui Niniuitarum pœnitentiam admiſiſti, qui vis omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui filium, qui ſuas facultates luxurioſè conſumpſerat, paterno affectu recepiſti per pœnitentiam: recipe nunc qnoque ſupplicantium tibi pœnitentiam, quoniam non eſt qui non peccet in te. Si enim iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? quoniam apud te eſt redemptio, & reduc eos in ſanctam tuam Eccleſiam, F reſtituta illis priori dignitate & honore per Chriſtum Deum & Saluatorem noſtrũ, per quem tibi gloria & adoratio in ſancto Spiritu in ſecula Amen. Et Diaconus dicat, Diſcedite pœnitentes. Et addat, Nullus ex prohibitis accedat. Fideles flectamus genua, rogemus Deum per Chriſtum eius, omnes intentè Deum per Chriſtum inuocemus.

1. Tim. 2.

Alocutio Diaconi pro fidelibus. *Cap.* XIII.

PRO pace, & pro tranquillitate Mundi & ſanctarum Eccleſiarum oremus, vt cunctorum Deus ſuam æternam & firmam pacem nobis concedat, vt in ſtabilitate virtutis ſecundum pietatem perſeuerantes nos cuſtodiat: Pro ſancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia diffuſa à finibus vſque in fines, oremus, vt Dominus immobilem & tranquillam eam cuſtodiat, atque conſeruet vſque ad conſummationem ſeculi, fundatam ſupra firmam petram. G Et pro ſancta paræcia huius loci oremus, vt concedat nobis cunctorum Dominus cœleſtem eius ſpem perfectè perſequi, & ei debitam orationis ſeruitutem ſine intermiſſione impendere. Pro omni Epiſcopatu, qui eſt ſub Cœlo rectè tractantium verbũ veritatis orate. Pro Epiſcopo noſtro Iacobo, & paræcijs ipſius orate. Pro Epiſcopo noſtro Clemente & paræcijs ipſius orate. Pro Epiſcopo noſtro Euodio & paræcijs ipſius orate, vt miſericordiam Deus concedat ſuis Eccleſijs, eos eſſe ſaluos, honorabiles, longæui temporis, venerabilemque ipſorum ſenectutem faciat in pietate & iuſtitia. Et pro Presbyteris noſtris orate, vt Dominus eripiat eos ab omni re incommoda & mala, ſaluum & honorabile presbyterium eis præbeat. Pro omni in Chriſto Diaconatu & miniſtratu orate, vt Dominus inculpabilem Diaconiam eis præbeat. Pro Lectoribus, Cantoribus, Virginibus, Viduis, Orphanis orate: pro matrimonio copulatis, & liberis operam dantibus orate, vt Dominus omnium ſuarum miſereatur. H Pro Eunuchis ſanctè ambulantibus orate. Pro cõtinenter & caſtè viuentibus Pro afferentibus fructus ſanctæ Eccleſiæ, & facientibus pauperibus eleemoſynam orate. Et pro ſacrificia & primitias offerentibus Domino Deo noſtro orate, vt ſanctus Deus remuneretur ipſos cœleſtibus donis, & det ipſis in præſenti centuplum, & in futuro vitam æternam: & præſtet eis pro tẽporalibus ſempiterna, pro terrenis cœleſtia. Pro nuper illuminatis fratribus noſtris orate, vt Dominus ſtabiliat eos, & confirmet. Pro infirmis fratribus noſtris orate, vt Dominus liberet eos ab omni ægritudine & imbecillitate, & ſaluos reſtituat ſanctæ ipſius Eccleſiæ. Pro nauigantibus & viatoribus oremus. Pro ijs, qui ſunt in metallis, in exilio, in cuſtodia & vinculis propter nomen Domini, orate. Pro oppreſsis amara ſeruitute orate. Pro inimicis & odio vos proſequentibus orate. Pro perſequentibus nos propter nomen Domini oremus, vt Dominus mitigato illorum furore, diſsipet iram conceptam contra nos. Pro ijs qui extra ſunt & in errore verſantur orate, vt Dominus illos conuertat.

A vertat. Infantum Eccleſiæ memores ſimus,vt Dominus perfectos eos in timore ſuo ad adultam ætatem perducat. Pro nobis mutuò oremus,vt Dominus ſeruet nos,& gratia ſua cuſtodiat vſq; ad finem & liberet nos à malo,atque ab omnibus ſcandalis operantibus iniquitatem,& ſaluet in cœleſte regnũ ipſius. Pro omni anima Chriſtiana oremus. Salua & ſuſcita nos Deus miſericordia tua. Excitemus nos orantes intentè & mutuò noſmet commendemus Deo viuo per Chriſtum eius.

Oret Pontifex & dicat. Cap. XIIII.

DOMINE Omnipotens altiſsime, qui in altis habitas, ſanctè requieſcens in ſanctis, qui es ſine principio, & ſolus dominaris, qui per Chriſtum, prædicationem verbi dediſti nobis in agnitionẽ gloriæ
B tuæ & nominis tui, quod manifeſtauit nobis in comprænhenſionẽ: ipſe quoque nunc reſpice per eum ſuper hunc gregem tuum, & libera eum omni ignorantia & opere malo, & da eum timore timere te, & dilectione te diligere, & ire à facie glorię tuæ. Benignus & propitius eſto in precibus ipſorum,& conſerua eos immobiles culpa carentes, criminis expertes, vt ſint ſancti corpore & anima,non habentes maculam, neque rugam, neque aliquid huiuſmodi,ſed ſint perfecti,& nullus inter ipſos ſit mancus vel imperfectus. Adiutor,potens,perſonarum non acceptor,ſuccurre huic populo tuo,quem redemiſti pretioſo ſanguine Chriſti tui,defenſor,auxiliator,diſpenſator,cuſtos,murus fortiſsimus,ſepes,ſecuritas,quoniam de manu tua nemo poteſt eripere: nam non eſt ſicut tu Deus alter,quoniam in te ſuſtinemur. Sanctifica eos in veritate,quoniã verbum tuum veritas eſt,qui nullius gratiam reſpicis,falſis rationibus non deciperis, libera eos ab omni morbo,& ab omni infirmitate, ab omni peccato,ab omni dolo & fraude: à timore inimici: à ſagitta volante in die: à negocio perambulante in tenebris, &
C dignos fac eos vita æterna,quæ eſt in Chriſto tuo,filio tuo vnigenito,Deo & Saluatore noſtro,per quem tibi gloria & honor in ſancto Spiritu nunc, & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen.

Apparatus ad myſticum ſacrificium. Cap. XV.

POST hoc Diaconus dicat, Attendamus. Et Epiſcopus ſalutet Eccleſiam,& dicat, Pax Dei cum omnibus vobis. Et populus reſpondeat,Et cum ſpiritu tuo. Et Diaconus dicat,Salutate vos inuicem in oſculo ſancto,& ſalutent Clerici Epiſcopum,& viri laici laicos,& mulieres ſalutẽt mulieres.Pueri ſtent ad ſuggeſtũ,& alius Diaconus præſit eis ne obſtrepant.Et alij Diaconi deambulent & videãt viros & mulieres,ne tumultus aliquis excitetur,& ne quis murmuret,neue conniueat,vel
D nutet:Diaconi verò maneant ad portã virorũ,Hipodiaconi ad portam mulierũ,ne vllus exeat,nèue porta aperiatur, etiam ſi fidelis fuerit tempore oblationis. Vnus Hipodiaconus det aquam manibus ſacerdotum in ſignum puritatis animarũ Deo repoſitarum. Dico ego Iacobus frater Ioannis Zebedæi, vt ſtatim Diaconus dicat: Nullus Cathechumenus,Nullus Auditor,Nullus infidelis,Nullus hereticus, Qui primam orationem perfeciſtis,diſcedite. pueros recipite matres.Ne quis contra aliquem,Ne quis in hiprocriſi, Erecti ad Dominum cum timore & tremore manentes ſinatur offerri, Quibus peractis Diaconi afferant dona Epiſcopo ad altare,& Preſbiteri à dextris,& à ſiniſtris aſsiſtãt veluti diſcipuli aſsiſtentes magiſtro. Duo Diaconi ex vtraque parte altaris teneant ſtabellum confectũ ex tenuibus membranis, vel ex pauonum pennis,vel ex velo,quibus leniter abigant præter volantes beſtiolas,ne in pocula incidant.

Gratiarum actio ante conſecrationem. Cap. XVI.

ORANS igitur per ſe Pontifex vnà cum ſacerdotibus, induenſé; ve-
ſtem ſplendidam, & ſtans ad altare, Trophæo crucis ſe conſignans
in frõte, dicat, Gratia Omnipotẽtis Dei, & Charitas Domini noſtri
Ieſu Chriſti, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vo-
bis. Et omnes vna voce reſpondeant, Et cum ſpiritu tuo. Et Ponti-
fex dicat, Surſum mentem: omnes reſpondeant, Habemus ad Do-
minum. Et Pontifex, Gratias agamus Domino: & omnes reſpõdeant, Dignum, &
iuſtum eſt. Pontifex dicat. Verè dignum & iuſtum eſt ante omnia laudare te verum
Deum, qui es ante res generatas, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nomi-
natur, qui ſolus es ingenitus ſine principio, non agnoſcens alicuius imperium, aut
dominium, nullius indigens, omnis boni dator, extra omnem cauſam, generatio-
nemq; poſitus, ſemper in eodem ſtatu conſiſtens, ex quo omnia, quaſi ex quodam
fonte in rerum naturam proceſſerunt. Tu enim es notitia carens principio, æterna
viſio, ingenitus auditus, ſapientia increata, primus natura, lex eſſendi, extra omnem
numerum conſtitutus, omnia de nihilo producens per vnigenitum filium tuum, ip-
ſum verò ante omnia ſæcula genuiſti voluntate, virtute, & bonitate immediatè fili-
um, vnigenitum verbum, Deum, ſapientiam viuentem, primogenitum omnis crea-
turæ, Angelum magni conſilij tui, Pontificem tuum, Regem, & Dominũ omnis in-
tellectiuæ & ſenſitiuæ naturæ, qui eſt ante omnia, per quem omnia. Tu enim æter-
næ Deus per ipſum cuncta feciſti, & per ipſum conuenienti prouidentia cuncta gu-
bernas, per quem enim conceſsiſti vt res eſſent, per eundem feciſti, vt benè eſſent, De-
us & Pater vnigeniti filij tui, qui per ipſum ante omnia feciſti Cherubin & Seraphin,
ſæcula & exercitus, virtutes, & poteſtates, Archangelos, & Angelos, & poſt hæc om-
nia, feciſti hunc Mundum viſibilem, & omnia, quæ in eo ſunt. Tu enim es, qui cœlũ
vt fornicem ſtatuiſti, & vt pellem extẽdiſti, & terræ molem nullo adminiculo ſtabi-
liuiſti, ſola voluntate tua: qui conſtituiſti firmamẽtum, noctem & diem paraſti, qui
ex theſauris protuliſti lucem, & eius receſſu induxiſti noctem ad requietem animã-
tium, quæ mouentur in Mũdo: qui Solem diſpoſuiſti in poteſtatem diei, & Lunam
in poteſtatem noctis: qui ſtellarum ornatu cœlum diſtinxiſti in laudẽ maieſtatis tuę:
qui feciſti aquam in potum & munditiam, aërem vitalem ad ducendum ſpiritum vo-
cemq; formandam, per linguam percutientem aërem: auditum auxilio ipſius, vt ap-
prehenderet ſonos, & exciperet delatas ſibi per aërem voces: qui feciſti ignem ad de-
pellendas tenebras, & ad explendam neceſsitatem, ſimulq; vt ab eo calefieremus, &
illuſtraremur: qui immenſum Mare à terra ſegregaſti, & illud nauigabile effeciſti,
hanc pedibus peruiam: illud etiam animantibus puſillis atque magnis auxiſti: hanc
manſuetis atque agreſtibus referſiſti, plantarum varietate ornaſti, herbis decoraſti,
floribus diſtinxiſti, ſeminibus ditaſti: qui conſtituiſti Abyſſum, & vaſto hiatu eam
comprehendiſti, ſalſarum aquarum cumulatis æquoribus, & eam tenuiſsimæ arenæ
terminis concluſiſti: qui Mare modò ventis in montium altitudinem extollis, mo-
dò in planiciem exæquas, & modò agitas tempeſtate, modò ſedas tranquillitate, vt
ad nauigiorum curſus ſit idoneum: qui creatum per Chriſtum à te Mundum cinxi-
ſti fluminibus, alluiſti torrentibus, fontibusq; perennibus irrigaſti, montibus circũ-
dediſti, in firmiſsimam terræ ſtabilitatem: referſiſti enim Mundum & ornaſti ſuauiſ-
ſimis plantis, & ad medicinam aptiſsimis, multis ac varijs animantibus robuſtis atq;
infirmis, ad eſum, atq; ad laborem idoneis, cicuribus, atq; ſerie, ſerpentem ſiblis, &
diuerſorum alitum cantibus, annorum recurrentibus circulis, menſium atq; dierũ
numeroſa multitudine: Solſtitiorũ viciſsitudine, nubiũ imbriferarum tẽpeſtatibus,
ad fructuum maturitatem, & animantium cõſeruationẽ ſtationemq; ventorũ ſtan-
tium ad imperium tuum, ad plantarum quoq; atq; herbarum multitudinẽ: ac non
ſolùm Mundum creaſti, ſed etiam Mundi ciuem hominem condidiſti: Mundi or-
natũ eum faciens. Dixiſti enim Sapientiæ tuæ, Faciamus hominem ad imaginem &
ſimilitudinem noſtram, & imperet piſcibus Maris, & volatilibus cœli: ideóque
compo-

A compoſuiſti eum ex anima immortali & corpore diſſolutioni obnoxio. Illa de nihilo creata, hoc ex quatuor elementis cõflato, & dediſti ei per animam rationalem, intelligentiam, pietatis & impietatis iudicium, iuſti & iniuſti obſeruationem: per corpus quinque ſenſus motuum quo progreditur. Tu enim Deus Omnipotens per Chriſtum Paradiſum in ædem ad Orientem plantaſti, & varijs plantis ad cibum aptis ornaſti: & in eum quaſi in lautam domum hominem introduxiſti, quem cùm cõderes, legem dediſti ei naturalem, vt intus incluſa, & apud ſe haberet ſemina diuinæ cognitionis. Nam cùm illum in Paradiſum delitiarum induxiſti, omnia ei permiſiſti vt perciperet, vnum autem ſolum guſtare prohibuiſti, ſpe maiorum rerum, ſcilicet vt ſi mandatum ſeruaſſet, mercedem eius, immortalitatem reportaret: ſed cùm mandatum contempſiſſet, & prohibitum fructum guſtaſſet, fraude ſerpentis, & conſilio mulieris, meritò illum eieciſti Paradiſo: ſed bonitate tua non permiſiſti vt penitus periret (tuum enim erat opus) ſed ſubiecta ei creatura conceſsiſti, vt ſudore ac labore
B victum ſibi quæreret, te omnia ferente, augente, ac maturante. Cùmque iureiurando ei breuis temporis ſoporem dederis, illum ad nouam generationem reuocaſti, ſoluto mortis termino, vitam ex reſurrectione promiſiſti: non ſolumque id præſtitiſti, ſed etiam poſteros ſuos in infinitam multitudinem propagaſti: obſequentes tibi glorificaſti, rebelles ſupplicijs affeciſti: atque Abelis quidem ſancti ſacrificium accepiſti. Cain fratris interfectoris munus tanquàm ſcelerati hominis reieciſti. Præterea Seth & Enos recepiſti, & Enoch tranſtuliſti. Tu enim opifex es hominum vitæ præbitor, inopiæ expletor, legum dator, eas ſeruantium remunerator, violantium vltor: qui magnum diluuium induxiſti Mundo propter multitudinem impiorum, & iuſtum Noë eripuiſti à diluuio, in arca, cum octo animis, vt eſſet finis præteritorum, & principium eorum, qui erant in futura ſucceſsione naſcituri: qui formidandum ignem quinque Sodomenis vrbibus immiſiſti, & terrã fructiferam in ſalſuginẽ, poſuiſti à malitia inhabitantium in ea, & ſanctũ Lot incendio liberaſti. Tu es, qui
C Abraham maiorum ſuorũ impietate liberaſti, & Mundi hæredem feciſti, & ei Chriſtum tuum oſtendiſti: qui Melchiſedech Pontificem ſeruitutis tuæ conſtituiſti, patientiſsimum ſeruum tuum Iob victorem ſerpentis auctoris malorum, declaraſti, qui Iſaac filium promiſsionis feciſti. Iacob patrem duodecim filiorum, eiusq; poſteros in numeroſam ſobolem propagaſti, illum verò cum ſeptuaginta animis in Aegyptum introduxiſti. Tu Domine Ioſephum non neglexiſti, ſed præmium ſuæ temperantiæ ei conceſsiſti vt Aegytijs imperaret. Tu Domine Hebræos ab Aegyptijs vexatos non neglexiſti, vt promiſſa patribus ſuis ſeruares. Cumque homines naturæ legem labefactarent, & creaturam aliquando fortuitam ducerent, aliquando pluſquàm oporteret in honore haberent, & eam tibi Deo æquarent, non permiſiſti illos errare, ſed excitato ſancto ſeruo tuo Moſe, per eum, in ſubſidium naturalis, ſcriptam legem dediſti, & creaturam oſtendiſti tuum opus eſſe, Deorumque multitudinem exterminaſti. Aaron & poſteros ſacerdotali honore decoraſti, Hebræos peccantes
D puniuiſti, reſipiſcentes recepiſti, Aegyptios decem plagis es vltus, diuiſo Mari Iſraëlitas traduxiſti, perſequentes Aegyptios demerſos interemiſti, ligno aquam amaram dulcem feciſti, è dura petra aquam eduxiſti, de Cœlo manna dediſti, atque ex aëre ortygometram in cibũ, columnam igneam nocte ad illuſtrandũ, & die columnam nubis ad opacandum ſtatuiſti, Ieſum imperatorem delegiſti, ſeptem nationes Cananæorum eius opera expugnaſti, Iordanem aperuiſti, flumina Ethan ſiccaſti, muros ſine machinis, ſineque hominum manu diruiſti, Pro omnibus tibi gloria Domine Omnipotens, Te adorant infiniti exercitus Angelorum Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum, Virtutum, Exercituum æternorum, Cherubina, & ſex alas habentia, Seraphina, duabus velantia pedes, duabus capita, duabus volantia, & dicentia vnà cum millibus millium Archangelorũ, & cum millenis millium Angelorum inceſſabili voce clamantium.

Et omnis populus ſimul dicat.

SANCTVS, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabbaoth: Plenum eſt cœlum & terra gloria tua, Benedictus in ſæcula Amen.

Et Pontifex deinde dicat. XVII.

SANCTVS enim es, & in omnibus ſanctus altiſsimus, & ſuperexaltatus in ſæcula. Sanctus & vnigenitus filius tuus Dominus noſter & Deus Ieſus Chriſtus, qui in omnibus miniſtrauit tibi Deo ipſius & Patri, in vario opificio creaturarum & in earum côuenienti prouidentia. Non permiſit genus humanum perire, ſed poſt naturalem legem, poſt legis ſcriptæ admonitionem, poſt propheticas increpationes, poſt Angelorum tutelas, violantibus naturalem legem hominibus, vnà cum F ſcripta, obliterataq́; memoria diluuij, incendij, plagarum Aegyptiacarum, cædis Paleſtinorum, imminenteq́; omnium interitu, decreuit voluntate tua: qui hominem condiderat fieri homo: qui legiſlator erat, ſubijci legibus: qui Pontifex erat, victima fieri: paſtor, efficit ouis. Teque Deum ſuum ac Patrem placauit & conciliauit Mundo, atque inſtanti ira omnes liberauit, natus de Virgine, natus in carne, Deus, verbum, Filius dilectus, primogenitus omnis creaturæ, ſecundum de eo prædictas prophetias, ex ſemine Dauid & Abraham: de tribu Iudæ & conceptus eſt in vtero Virginis formator omnium, qui naſcuntur: atque incarnatus eſt is, qui carnis eſt expers, in tempore natus qui ab æterno eſt genitus, piè conuerſatus eſt, & ſanctis legibus inſtituit, omnem morbum, atque infirmitatem expulit, ſigna ac prodigia in populo fecit, cibum, potum, ſomnum cœpit is, qui omnes cibo indigentes alit, & replet omne animal benedictione: manifeſtauit nomen tuum ijs, qui id ignorabant: ignorantiam fugauit, pietatem excitauit, voluntatem tuam expleuit: opus, quod dederas G illi, conſummauit. Quæ omnia cùm perfeciſſet impiorum manibus comprehenſus ſacerdotum atque Pontificum falſi nominis, populique ipſius iniqui, & malitia laborantis traditione, multa paſſus eſt ab ipſis, omnemque ſuſtinuit ignominiam tua permiſsione. Traditus eſt Pilato Præſidi, ac iudicatus is, qui iudex erat, condemnatus eſt aliorum Saluator, crucifixus, qui eſt impaſsibilis: mortuus, natura immortalis: ſepultus, omnium viuificator, vt paſsione & morte liberaret eos, propter quos venerat, & vincula Diaboli diſrumperet, homineſque ab eius fraudibus eriperet. Et reſurrexità mortuis tertia die, & per quadraginta dies verſatus cum diſcipulis, receptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexteram Dei & Patris ſui.

Memores igitur eorum, quę propter nos eſt paſſus, gratias agimus tibi Deus Omnipotens, non quantum debemus, ſed quantum poſſumus. Et ordinationem eius implemus. Nam in qua nocte tradebatur, accipiens panem in ſanctas & immaculatas manus, & ſuſcipiens in te Deum ſuum & patrem, frangenſq́; dedit diſcipulis dicens, Hoc myſterium noui Teſtamenti, accipite, ex eo comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro multis frangitur in remiſsionem peccatorum. Similiter & calicem miſcens ex vino & aqua, & ſanctificans tradidit eis dicens, Bibite ex eo omnes, hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effunditur in remiſsionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcunque enim comederitis panem hûc, & biberitis calicem hunc, mortem meam annunciabitis donec veniam. Memores igitur paſsionis eius & mortis, necnon ex mortuis reſurrectionis, atque in Cœlos aſcenſionis, & futuri eius ſecundi aduentus, in quo veniet cum gloria & virtute iudicare viuos, & mortuos, & reddere vnicuique ſecundum opera ſua: offerimus tibi Regi & Deo ſecundum ipſius ordinationem panem hunc & calicem hunc, gratias tibi agentes, eo quòd nos dignos feciſti aſsiſtere in conſpectu tuo, & fungi ſacerdotio tibi. Rogamusq́; te, vt benignè aſpicere digneris ſuper hæc dona propoſita in cóſpectu tuo, tu qui nullo indiges Deus, & complaceas tibi in ipſis in honoré Chriſti tui, & mittas

ſanctum

A ſanctum Spiritum tuum ſuper hoc ſacrificium, teſtem paſsionum Domini Ieſu, vt oſtendat hunc panem corpus Chriſti tui,& hunc calicem ſanguinem Chriſti tui, vt qui eum percipiunt,confirmentur in pietate, & remiſsionem peccatorũ conſequãtur,diabolo & errore eius liberentur,Spiritu ſancto repleantur, Chriſto tuo digni efficiantur,vitam æternam adipiſcantur,te eis reconciliato Domine Omnipotens.

Myſtica oratio. Cap. XVIII.

ETIAM rogamus te Domine pro ſancta tua Eccleſia, quæ eſt à finibus vſque ad fines,quam acquiſiuiſti precioſo ſanguine Chriſti tui, vt eam quietem & tranquillam conſerues vſque ad conſummationem ſæculi. Et pro omni Epiſcopatu rectè tractante verbum Veritatis,etiam imploramus te,& pro mei offerentis tibi tenuitate, pro-
B que omni Presbyterio, pro Diaconis atque omni clero,vt omnes à te edoctos Spiritu ſancto repleas.Etiam rogamus te Domine pro Rege,& pro ijs,qui ſunt in ſublimitate conſtituti,proq; omni exercitu, vt per illos pacificè viuamus, vt in quiete & concordia perſeuerantes,per omne tempus vitæ noſtræ glorificemus te per Ieſum Chriſtum,qui eſt ſpes noſtra.Etiam offerimus tibi pro omnibus, qui à ſæculo placuerunt tibi, ſanctis, Patriarchis, Prophetis, iuſtis Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus,Epiſcopis,presbyteris,Diaconis,Hypodiaconis,Lectoribus,Cantoribus,Virginibus,Viduis,laicis atque omnibus quorum tu cognouiſti nomina.

Etiam offerimus tibi pro populo hoc, vt facias eum in laudem Chriſti tui regale ſacerdotium,gentem ſanctam: pro Virginibus,& caſtitatem ſeruantibus: pro Viduis Eccleſiæ: pro copulatis honorabilibus nuptijs,& filios procreantibus: pro infantibus populi tui,vt neminem noſtrûm reijcias. Etiam rogamus pro hac ciuitate, & habitantibus in ea: pro laborantibus infirmitate, & pro acerbam ſeruitutem ſerui-
C entibus: pro relegatis,& publicationem bonorum perpeſsis: pro nauigantibus, & pro peregrè proficiſcentibus,vt ſis auxiliator,omnium adiutor & opitulator.Etiam oramus te pro ijs,qui nos odio habent & perſequuntur nos propter nomen tuum: pro ijs,qui extra ſunt,& verſantur in errore,vt reducas eos in bonum, & furorẽ eorum mitiges. Etiam rogamus te pro Catechumenis Eccleſiæ, & pro vexatis ab aduerſario,& pro fratribus noſtris pœnitentibus, vt illos in fide perficias, alios à vexatione mali eripias,horum pœnitentiam recipias,& indulgeas illis atque nobis delicta noſtra.Etiam offerimus tibi pro aëris ſalubritate,& fructuum fertilitate, vt abũdè bona tua percipientes,te aſsiduè laudemus,qui das eſcam omni carni. Etiam rogamus te pro ijs,qui iuſta cauſa impediti abſunt,vt omnes nos in pietate cuſtoditos congreges in Regnum Chriſti tui,Dei omnis ſenſitiuæ, & intellectualis naturæ, & Regis noſtri, ſtabiles in bono, inculpabiles, crimine carentes, quoniam tibi omnis gloria,cultus,gratiarum actio,honor & adoratio Patri,& Filio,& Sancto ſpiritui,&
D nunc,& ſemper,& in infinita ſæcula ſæculorum. Et omnis populus dicat, Amen. Et Epiſcopus dicat. Pax Dei ſit cum omnibus vobis. Et omnis populus dicat, Et cum ſpiritu tuo.

Et Diaconus iterum pronunciet.

Caput XIX.

ETIAM rogemus Deum per Chriſtum ſuum. Pro dono oblato Domino Deo, oremus

Vt bonus Deus ſuſcipiat illud intercedente Chriſto ipſius, in cœleſte altare ſuum,in odorem ſuauitatis.Pro hac Eccleſia, & pro populo rogemus,Pro omni Epiſcopatu:pro omni presbyterio: pro omni in Chriſto diaconia,& miniſterio: pro vniuerſo Eccleſiæ cætu rogemus,vt Dominus omnes conſeruet atq; cuſtodiat.Pro Regibus,& pro ijs,qui ſunt in ſublimitate conſtituti oremus,vt in pa-

ce per ipſos viuamus, vt quietam & tranquillã vitam agamus in omni pietate ac ſanc- E
titate: ſanctorum Martirum memoriam colamus, vt digni efficiamur certaminis ipſorum. Pro ijs, qui in fide quieuerunt, oremus. Pro ſalubritate aêris, & fructuum maturitate rogemus. Pro nuper illuminatis oremus, vt omnes in fide confirmentur Excita nos Deus in gratia tua. Excitati, nos ipſos Deo per Chriſtũ eius cõmendemus.

Et Epiſcopus dicat,

Caput XX.

MAGNVS Deus, & magni nominis, magnus conſilio, & operibus potens. Deus & pater ſancti pueri tui Ieſu Saluatoris noſtri, reſpice ſuper nos, & ſuper hoc ouile tuum, quod per ipſum elegiſti in gloriã nominis tui, & ſanctificato corpore noſtro, & anima dignos nos fac, vt purgati omni inquinatione carnis ac ſpiritus, propoſita bona F
conſequamur, & neminem noſtrum iudices indignum, ſed ſis adiutor noſter, auxiliator, & defenſor noſter per Chriſtum tuum, cum quo tibi gloria & honor, laus, gloriatio, & gratiarum actio, & ſanctoSpiritui inſæcula Amen. Et poſtquam omnes dixerunt Amen. Diaconus dicat. Attendamus. Et Epiſcopus alloquatur populum ijs verbis, Sãcta ſanctis. Et populus ſubiungat, Vnus ſanctus, vnus Dominus, vnus Chriſtus, in gloriam Dei Patris benedictus in ſæcula Amen.

Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Oſanna Filio Dauid. Benedictus qui venit in nomineDomini, Deus Dominus, & apparuit nobis Oſanna in atiſsimis. Poſt hoc ſumat Epoiſcopus, deinde, Presbyteri, & Diaconi, & Hipodiaconi. & Anagnoſtæ, & Cantores, & Aſcetæ, & ex mulieribus Diaconiſſæ. & Virgines, & viduæ, poſtea pueri & omnis populus ordine cum pudore & reuerẽtia abſque tumultu. Et Epiſcopus det oblationẽ dicens, Corpus Chriſti. Et ſumens G
dicat Amen. Diaconus teneat calicem, & quando tradit dicat. Sanguis Chriſti, calix vitæ. Et bibens dicat, Amen. Cùm reliqui ſumunt dicatur pſalmus à XXXIII. Poſtquã omnes ſumſerunt, accipiant Diaconi reliquias, & portent in Paſtophoria, perfecto pſalmo Diaconus dicat,

Sermo poſt communionem. Cap. XXI.

PERCEPTO precioſo corpore, & precioſo ſanguine Chriſti, gratias agamus ei, qui dignos nos reddidit percipiendi ſancta eius myſteria & rogamus vt non in iudicium, ſed in ſalutem nobis fiant in vtilitatem animæ & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſsionem peccatorum in vitam futuri ſæculi, Excitemur in gratia. Nos ipſos Deo ſoli, ingenito Deo & Chriſto eius commendemus. H

Et Epiſcopus gratias agat.

Oratio poſt communionem. Cap. XXII.

DOMINE Deus Omnipotens, pater Chriſti tui filij benedicti: exauditor inuocantium te in rectitudine, qui ſcis interpellationes tacitiũ gratias tibi agamus quòd feciſti nos dignos participationis ſanctorum myſteriorũ tuorũ, quæ præbuiſti nobis in confirmationẽ corũ, quæ bene cognita ſunt, in coſtodiã pietatis, in remiſsionem peccatorũ, quoniam nomen Chriſti tui inuocatũ eſt ſuper nos, & tibi conciliati ſumus: qui ſegregaſti nos à cõmunicatione impiorũ coniunge nos cũ cõſecratis tibi, cõfirma nos in veritate, ſancti Spiritus ſuperuẽtione, ignorata reuela,

quæ

A quæ deſunt exple, cognita corrobora, ſacerdotes immaculatos tuere in ſeruitute tua. Reges conſerua in pace, Magiſtratus in iuſtitia, cœlum in ſalubritate, fructus in fertilitate, Mundum in prouidẽtia omni ex parte ſufficienti, nationes bellicoſas reprime, errantes conuerte, populum tuum ſanctifica, Virgines conſerua, matrimonio vinctos cuſtodi in fide, ignorantes corrobora, infantes ad virilem ætatem perduc, nouitios confirma, Catechumenos inſtrue, & initiatione dignos redde: noſq́; omnes congrega in regnum cœlorum in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo tibi gloria, honor, cultus, & ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

Et Diaconus dicat,

Caput XXIII.

B DEO per Chriſtum eius inclinamini, & benedictionem accipite. Et Epiſcopus iterum oret, dicens: Deus Omnipotens, verus & incõparabilis, qui vbique ades & præſens es in cunctis, & in nullo tanquàm ens quiddam exiſtis, qui loco non circunſcriberis, nec tempore conſeneſcis, nec ſæculis terminaris, neque ſermonibus explicaris, qui generationi non es ſubiectus, cuſtodia non indiges extra interitum es poſitus, mutationem non recipis, qui natura es inuariabilis, qui lucem inhabitas inacceſsibilẽ, qui natura es inuiſibilis, quem vniuerſales naturæ cum amore te inueſtigantes cognoſcunt, qui comprehẽderis ab ijs, qui in charitate quærunt te, Deus Iſraëlis re vera videntis, populi tui credentis in Chriſtum: propitius factus exaudi me propter nomen tuum, & benedic eis, qui tibi inclinant colla ſua: & concede eis petitiones cordis ipſorum, quæ ſunt ad vtilitatem, & nullum ex ipſis expelle à poſſeſsione regni tui, & ſanctifica eos, muni, tege, defende, libera ab aduerſario, ab omni inimico, domos ipſorum cuſtodi, introitus & exitus eorum muni, quo-
C niam tibi gloria, laus, maieſtas, cultus, & adoratio, & puero tuo, Ieſu Chriſto tuo Domino noſtro, & Deo & Regi, & ſancto Spiritui nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen:

Et Diaconus dicat,

Ite in pace. Hæc de myſtica ſeruitute diſponimus nos Apoſtoli vobis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis.

Caput XXIIII.

DE ordinatione Presbyterorum ego dilectus à Domino diſpono vobis Epiſcopis.

Cùm ordinas Presbyterum, ô Epiſcope, manum ſuper caput Presbyteri ipſe impone aſsiſtentibus tibi Diaconis, & orando dic,

D

Oratio ordinationis Presbyterorum.

DOMINE Omnipotens Deus noſter, qui per Chriſtum omnia creaſti, & per eundem opportunè prouides cunctis. Cui enim adeſt poteſtas diuerſa faciendi, eidem ineſt facultas variè prouidendi: ideo enim Deus prouides immortalibus ſola cõſeruatione: mortalibus ſucceſsione: animæ, ſtudio ſeruandarũ legum: corpori, reparatione eius quod deeſt: idem igitur nunc reſpice ſuper ſanctam Eccleſiam tuam, & auge eam, & multiplica præpoſitos eius, & da illis virtutem vt laborent verbo, & opere ad ædificandum populum tuum. Idem quoq; nunc reſpice ſuper hunc famulum tuum ſuffragio & iudicio omnis cleri in Presbyterium electũ, & reple eum ſpiritu gratiæ & conſilij ad adiuuandum & gubernandum populum tuũ in mundo corde, quemadmodum reſpexiſti ſuper populum electionis tuæ, & præ-

 cepiſti

cepiſti Moſi vt eligeret Presbyteros, quos repleuiſti ſpiritu. Et nunc Domine hoc E præſta,& conſerua in nobis integrum ſpiritum gratiæ tuæ, vt repletus operibus cu-rationum & ſermone doctrinæ, in manſuetudine inſtruat populum tuum, & inſer-uiat tibi ſincerè, in pura mente,& in anima ſtudioſa. Et ſacrificia pro populo tuo immaculata perficiat per Chriſtum tuum, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, & ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

De Ordinatione Diaconorum ego Philippus diſpono.

Caput XXV.

CONSTITVAS Diaconum Epiſcope imponens ei manus, aſsiſten-tibus tibi omnibus Presbyteris & Diaconis,& orando dices.

Deus Omnipotens,verus & non mentiens,qui diues es in om-nibus inuocantibus te in veritate, terribilis in conſilijs, ſapiens in F intellectu,fortis,& magnus: Exaudi orationem noſtram Domine, & auribus percipe ſupplicationem noſtram: & oſtende faciem tu-am ſuper hunc ſeruum tuum electum tibi ad Diaconatum: & reple eum Spiritu ſan-cto,& virtute,quemadmodum repleuiſti Stephanum Martyrem,& imitatorem paſ-ſionum Chriſti tui,& concede ei,vt ritè adminiſtrato credito ſibi Diaconatu, con-ſtanter,laudabiliter,innocenter, maiori gradu dignus efficiatur interuentu vnige-niti filij tui,cum quo tibi gloria,honor & cultus,& ſancto Spiritui in ſæcula, Amé.

De Diaconiſſa Ego Bartholomæus diſpono.

Caput XXVI.

O EPISCOPE imponens ei manus præſentibus Presbyteris,Diaconis,& Dia-conisſis, ac dices, G

Oratio ordinationis Diaconiſſæ.

AETERNAE Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, opifex viri & mulieris, qui Spiritu compleuiſti Mariam, Debborram, Annam, Oldam: qui non dedignatus es vnigenitum Filium tuum naſci de muliere: qui in tabernaculo teſtimonij,& in templo cōſtituiſti mu-lieres cuſtodes tuarum ſanctarum portarum,ipſe quoque nunc re-ſpice ſuper hanc famulam tuam,quæ ad Diaconatum promouetur, & da ei Spiritum ſanctum,& munda eam ab omni inquinatione carnis & ſpiritus, vt dignè exequatur commiſſum ſibi officium in gloriam tuam, & laudem Chriſti tui,cum quo tibi gloria & adoratio,& Sancto ſpiritui in ſecula, Amen. H

De Hypodiaconis ego Thomas diſpono vobis Epiſcopis.

Caput XXVII.

HYPODIACONVM cùm ordinas,ô Epiſcope, impones ei manus & dices.

Domine Deus opifex cœli & terræ,& omnium,quæ in eis ſunt,qui in tabernaculo teſtimonij æditHuos conſtituiſti tuorum ſanctorum vaſo-rum cuſtodes: ipſe quoque nunc reſpice ſuper hunc ſeruum tuum ele-ctum Diaconum,& da ei Spiritum ſanctum,vt dignè tractet miniſtratoria vaſa tua, & faciat voluntatem tuam in omnibus per Chriſtum tuum,cum quo tibi gloria, ho-nor,& cultus,& ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

De Lectoribus ego Matthæus,qui & Leui olim publicanus diſpono.

Caput XXVIII.

A QVI Lectorem conſtituit, imponens ei manum, & orans dicat, Deus æternæ, qui multus es in miſericordia & miſerationibus, qui Mundi conſtitutionem per ipſa opera manifeſtas, & numerum electorum tuorum conſeruas: ipſe nunc reſpice ſuper famulum tuum, qui promouetur ad legendum tuas ſanctas ſcripturas populo tuo: da ei Spiritum ſanctum, ſpiritum propheticum, qui ſeruũ tuum Eſdram inſtruxiſti ad legendum leges populo tuo, & nũc inuocatus à nobis inſtrue ſeruum tuum, & da ei vt laudabiliter perfecto commiſſo ſibi munere, altiori gradu dignus efficiatur per Chriſtum, cum quo tibi gloria, & cultus, & ſpiritui Sancto in ſæcula, Amen.

Iacobus Alphæi ego quoque diſpono de Confeſſoribus.

De Confeſſoribus. *Cap.* *XXIX.*

B CONFESSOR non ordinatur (pertinet enim hoc ad propoſitum, fortitudinemq; animi) magno autem honore dignus eſt, vt qui cõfeſſus eſt nomen Dei & Chriſti eius in conſpectu gentium & Regum. Quòd ſi illo eſt opus, in Epiſcopum, vel Presbyterũ, vel Diaconum ordinatur. Si verò Confeſſor aliquis non ordinatus, vſurpauerit ſibi aliquam huiuſmodi dignitatem, quaſi confeſsionis occaſione, deponatur & eijciatur: non enim eſt, quoniam negauit Chriſti diſpoſitionem, & eſt infideli deterior.

Idem de Virginibus.

Caput XXX.

C NON ordinatur Virgo: mandatum enim Domini non habemus: propoſiti enim eſt hoc certamen, non ad vituperationem nuptiarum, ſed ad exercitium pietatis.

Caput *XXXI.*

ET ego Lebbæus cognomento Taddæus hæc de Viduis diſpono.

Vidua non ordinatur. Sed ſi iampridem virum amiſit, & temperatè ac laudabiliter vixit, & domeſtica rectè gubernauit, vt Iudith, & Anna, quæ fuerunt fœminæ venerabiles, aſcribatur in ſtatum vidualem. Quòd ſi nuper amiſit coniugem, ei fides non habeatur, ſed tempore iuuentus probetur: affectiones enim aliquando conſeneſcunt cum hominibus, niſi maiori freno reprimantur.

Idem de Eporciſta.

Caput *XXXII.*

D NON ordinatur Eporciſta, ſpontaneæ enim beneuolentiæ eſt hoc certamen, & gratiæ Dei per Chriſtum, ſuperuentione Spiritus ſancti: nam qui accipit Chariſma curationum, per reuelationem à Deo declaratur, cum pateat omnibus gratia quæ eſt in ipſo.

Caput *XXXIII.*

ANITES Simon quoque ego diſpono à quot Epiſcopis debet ordinari Epiſcopus.

EPISCOPVS à tribus vel duobus Epiſcopis ordinetur. Si quis ab vno ordinetur Epiſcopo, deponatur ipſe, & qui eum ordinauit. Quòd ſi neceſsitas poſtulet ab vno ordinari, eo quòd non poſſunt plures accedere propter perſecu-

 tionem,

tionem, vel propter aliquam huiuſmodi cauſam, afferatur decretum commiſsionis E
plurium Epiſcoporum.

Canones de Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis. *Cap.* XXXIIII.

IDEM de Canonibus.

Epiſcopus benedicit, non benedicitur, manus imponit, ordinat, offert, benedictionem ab Epiſcopis accipit, à Presbyteris nullo modo. Epiſcopis deponit quemuis clericum dignum depoſitione, excepto Epiſcopo. Solus enim non poteſt.

Presbyter benedicit, non benedicitur: benedictiones accipit ab Epiſcopo, & cópresbytero: eodem modo dat ipſe compresbytero, manus imponit: non ordinat, nó deponit, excommunicat inferiores, ſi huius pœnæ rei extiterint.

Diaconus non benedicit, non dat benedictionem: accipit autem ab Epiſcopo vel F Presbytero: non baptizat, non offert, offerente Epiſcopo vel Presbytero, ipſe dat populo, non veluti ſacerdos, ſed veluti miniſtrans ſacerdoti. Ex alijs Clericis, Diaconi officium facere liceat nemini.

Diaconiſſa non benedicit, ſed nec aliquid ex ijs, quæ faciunt Presbyteri vel Diaconi exercet ipſa, ſed tantùm portas cuſtodit & miniſtrat Presbyteris, quando baptizantur mulieres, propter honeſtatem.

Diaconus excommunicat Hypodiaconum, Lectorem, Cantorem, Diaconiſſam, ſi quid tale contingat, abſente ſcilicet Presbytero.

Hypodiacono excommunicare non licet, nec Lectori, nec Cantori, nec Diaconiſſæ: non clericum, non laicum. Sunt enim Diaconorum miniſtri.

De aqua & oleo ego Matthæus diſpono. G

Caput XXXV.

AQVAM & oleum benedicat Epiſcopus, ſi abſit, benedicat Presbyter aſsiſtéte Diacono. Quando aderit Epiſcopus, Diaconus aſsiſtat & Presbyter: dicat autem hoc modo,

Gratiarum actio de aqua & oleo.

DOMINE Sabaoth Deus virtutum, creator aquarum, & dator olei, miſericors & benigne, qui dediſti aquam ad potum, & múdiciem: oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ: ipſe quoque nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam & hoc oleum, in nomine eorum, qui attulerũt, & da virtutem ſanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, Dæmonum fugatricem, omnibus inſidijs aduerſariam per Chriſtum, qui es ſpes noſtra, quo cum tibi gloria, honor, & cul- H tus cum ſancto Spiritu in ſæcula, Amen.

Idem de primitijs & Decimis. *Cap.* XXXVI.

ETIAM præcipio omnes Primitias afferri Epiſcopo, & Presbyteris, & Diaconis ad victum ipſorum. Decimas offerri ad victum reliquorum Clericorum, Virginum, ac Viduarum, & ijs, qui ſunt paupertate oppreſsi. Primitiæ enim ſunt Sacerdotum & miniſtrantium ipſis Diaconorum.

Idem de reliquijs. *Cap.* XXXVII.

BENEDICTIONES, quæ in myſticis ſacris ſuperſunt, de ſententia Epiſcopi vel Presbyterorũ Diaconi Clero diſtribuant, Epiſcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas: cæteris verò, Hypodiaconis ſcilicet, Lecto-

Lectoribus, Cantoribus, Diaconiſsis partem vnam. Hoc enim honeſtū & acceptum eſt coram Deo quemlibet pro ſua dignitate honorari. Eccleſia enim non confuſionis, ſed ordinis & diſpoſitionis eſt magiſtra.

Canones varij Pauli Apoſtoli. Cap. XXXVIII.

ET Ego Paulus minimus Apoſtolorum hæc diſpono vobis Epiſcopis & Presbyteris.

Qui primò ad myſterium pietatis accedunt, per Diaconos adducantur ad Epiſcopum vel Presbyteros, & cauſæ exquirantur, cur ad dominicum ſermonem acceſſerint, & ij, qui eos adduxerunt, teſtificentur ſingula diligenter exponentes. Exquirantur autem eorum mores, ac vita, & an ſerui ſint, vel liberi. Quòd ſi quis ſeruus reperiatur, quæratur ab eo, cuius domini ſit: ac ſi hominis fidelis ſeruus fuerit, interrogetur Dominus, an il-
B lum ſuo teſtimonio commendare velit. Si nolit, reijciatur, quouſq; ſe dignum apud dominum exhibeat. Si cōmendatur domini teſtimonio, recipiatur. Si ſit Ethnici ſeruus, inſtruatur quemadmodū placeat domino, ne blaſphemetur Verbum. Si habet vxorem, vel mulier ſi virum, doceatur, contentus eſſe vterq; ſuo connubio. Si ſint ſoluti, diſcant nō fornicari, ſed iuſtis nuptijs copulari. Si dominus fidelis ſciens ſeruum vel ancillam fornicari, tamen nō dat ſeruo vxorem, vel ancillæ virū, excōmunicetur.

Si quis Dæmonem habet, erudiatur in pietate. Sed non recipiatur in communionem priuſquàm purgetur. Si mors inſtet, recipiatur.

Si quis ſit leno, vel lenocinium deſinat, vel reijciatur.

Meretrix ſi accedat, vel deſiſtat, vel reijciatur.

Artifex Idolorum, ſi accedat, vel artem deſinat, vel reijciatur.

Scænicus ſi accedat, ſiue vir ſit, ſiue mulier, auriga, gladiator, curſor ſtadij, Ludicus, Olympius, Choraules, Citharœdꝰ, Lyriſtes, ſaltator, caupo, deſiſtat, vel reijciatur.

Miles ſi accedat, erudiatur nemini iniuriam facere, non calumniari, contentum eſſe ſuis ſtipendijs, ſi pareat recipiatur, repugnans reijciatur.

Pædico, cinædus, mollis, incātator, Aſtrologus, vates, venatorijs carminibus dans operam, nepos, circumforaneus, amuleta faciens, luſtrator, Augur, coniector, palmorum interpres, obſeruas in occurſu offenſiones oculorum, pedū, auium, felium, carminum, auditionum ſymbolicarum, tempore probetur, niſi pareat, reijciatur.

Pellex, infidelis ancilla ſoli Domino obſequens, recipiatur. Si cum alijs intemperans fuerit, reijciatur.

Fidelis qui pellicem habet, ſi ſit ancilla, deſiſtat, & vxorem ducat: ſi libera, ducat eam in vxorem. Si nolit, reijciatur.

Græcos mores qui ſequitur, vel Iudaicas fabulas, vel mutet ſe, vel reijciatur.

Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum curſibus, ac certa-
b minibus, vel deſiſtat, vel reijciatur.

Qui catecheſi erudiendus eſt, per tres annos erudiatur. Quod ſi virtute præditus ſit, & erga Scripturam ſtudium oſtendat, recipiatur, quoniam non tempus, ſed animus æſtimatur.

Qui docet, quamuis laicus ſit, peritus tamen ſermonis & moribus grauis, doceat. Erunt enim omnes docibiles Dei.

Quilibet fidelis vir, muliérve ſummo mane excitatus è ſumno, antequàm opus aggrediatur, lotus oret. Quòd ſi catecheſi verbi eſt erudiens prępon at operi verbum pietatis.

Fidelis benignè ſe gerat cum ſeruis quemadmodum in ſuperioribus libris præcepimus, & in Epiſtola docuimus.

Quibus diebus oporteat quieſcere ſeruos, ego Paulus, & ego Petrus diſponimus.

Caput XXXIX.

OPERENTVR ſerui quinque dies: in Sabbato & dominica die quieſcant in Eccleſia, propter doctrinam pietatis: Sabbatum enim diximus creationis habere rationem, dominicum reſurrectionis.

Serui per totam magnam hebdomadam, & ſequentem quieſcát, quoniam illa ad paſsionem pertinet, alia ad reſurrectionem, & eſt opus inſtitui qui ſit ille qui paſſus ſit, & reſurrexerit, & quis hoc permiſerit & ſuſcitauerit.

In Aſcenſione quieſcant, quoniam eſt finis Chriſti diſpenſationis.

In Pentecoſte quieſcant propter pœnitentiam Spiritus ſancti donatam ijs, qui in Chriſtum crediderunt.

In Natali feſto quieſcant, quoniam in eo inexpectata gratia data eſt hominibus, vt naſceretur Dei verbum Ieſus Chriſtus ex Maria Virgine propter Mundi ſalutem.

In feſto Epiphaniæ quieſcant, quoniam in ea facta eſt manifeſtatio diuinitatis Chriſti teſtificante ei Patre in Baptiſmo, & paracleto in forma columbæ, demonſtrante eum, cui teſtificatio facta eſt. F

In diebus Apoſtolorum quieſcant: Magiſtri enim veſtri in Chriſto fuerunt, & Spiritus vos participes fecerunt.

In die Stephani Prothomartyris quieſcant, & reliquorum ſanctorum Martyrum, qui Chriſtum propriæ vitæ anteponſuerunt.

Quibus horis, & cur in eis orandum ſit. *Cap.* XL.

PRECES veſtras facite diluculo, tertia hora, ſexta, nona, veſpere & in galli cantu, diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dominus expulſa nocte, & inducto die: hora tertia, quoniam illa hora Dominus ſententiam Pilati accepit: ſexta, quoniam tunc crucifixus eſt: nona, quoniã omnia commota ſunt crucifixo Domino per horreſcentia impiorum audaciam, & non ferentia ignominiam Domini: veſpere gratias agentes, quòd dedit nobis noctẽ diurnorum laborũ requietem: in galli cantu, quoniam illo tẽpore nunciatur aduentus diei ad exercenda opera lucis. G

Si propter Infideles ad Eccleſiam iri non poteſt, domi cœtus congregabis, ô Epiſcope, ne pius ingrediatur Eccleſiam impiorum: non enim locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Quòd ſi impij locum occupauerint fugiendus tibi eſt is locus, quoniam ab ipſis prophanatus eſt: nam vt ſancta ſacerdotes ſanctificant, ſic nepharij contaminant. Si nec domi nec in Eccleſia cœtus celebrari poſſunt vnuſquiſq; apud ſe pſallat, legat, oret, vel duo aut tres vnà cõgregati. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio corũ. Fidelis vnà cũ Catechumeno nec domi oret: non enim eſt æquum initiatum vnà cum eo, qui non eſt initiatus, coinquinari. Pius cũ Hæretico nec domi oret: quæ eſt enim ſocietas lucis cum tenebris? H

Fidelis ſeruus & ancilla coniuncti, ſeparentur, vel reijciantur.

Caput XLI.

ET ego Iacobus frater quidem Chriſti ſecundum carnem, ſeruus autem tanquam Dei vnigeniti, Epiſcopus autem ab ipſo Domino, & ab Apoſtolis Hieroſolymarum ordinatus, hæc dico.

Veſpere, ô Epiſcope, congregabis Eccleſiam, & dicto nocturno pſalmo loquetur Diaconus pro Catechumenis, & Dæmone agitatis, pro illuminandis, & pœnitentibus, vt ante diximus. Quibus dimiſsis Diaconus dicet, Qui fideles ſumus rogemus Dominum: & poſtquàm primam orationem abſoluit, dicet,

Sermo nocturnus.

EXCITA

A EXITA & ſalua nos Deus per Chriſtum tuum,erigentes nos petamus miſericordias Domini, & miſerationes ipſius, Angelum pacis, bona & vtilia, Chriſtianos Principes, veſperam & noctem pacificam,& ſine peccato,atque omne tempus vitæ noſtrę inculpabile:nos mutuò Deo viuo cõmendemus par Chriſtum ſuum.

Et Epiſcopus orando dicat.

Gratiarum actio nocturna. *Cap.* XLII

NVLLO qui ortus principio,Deus,nullo fine teminaris, cunctorum creator per Chriſtũ,atque gubernator,& ante omnia Deus ipſius ac pater,ſpiritus,intelligibilium, atque ſenſibilium Rex,qui feciſti B diem propter opera lucis,noctem ad requietẽ imbecillitatis noſtræ tua eſt enim dies,& nox:tu enim præparaſti lucem & ſolem:tu nunc Domine benigne,ac bone,placidè ſuſcipe hanc noſtram veſpertinã gratiarum actionem,qui nos traducis per longitudinem diei, & perducis ad initium noctis,cuſtodi nos per Chriſtum tuum,præbe veſperam pacificam,& noctem ſine peccato,& dignos nos fac vita æterna per Chriſtum tuum,per quem tibi gloria,honor & cultus in ſancto Spiritu in ſæcula. Amen.

Et Diaconus dicat,Inclinate vos manuum impoſitioni.

Et Epiſcopus dicat.

Caput XLIII.

DEVS Patrum,& Domine miſericordiæ,qui ſapientia tua condidiſti hominem rationale animal,& vnum Deo charum,ex ijs qui ſunt in C terra,& dediſti ei vt impetraret ijs,que ſunt in terra, & conſtituiſti ſententia tua Principes & ſacerdotes,illos ad ſecuritatẽ vitæ,hos ad iuſtam ſeruitutem: Ipſe quoque nunc inclina Domine Omnipotẽs & oſtende faciẽ tuam ſuper populum hunc,inclinantem colla cordis ſui,& benedic ei per Chriſtum,per quem illuminaſti nos lumine cognitionis,& reuelaſti nobis teipſum,quo cum tibi digna debetur adoratio ab omni rationali & ſancta natura,& Spiritui Paracleto in ſæcula Amen.

Et Diaconus dicat,Ite in pace. Eodem modo diluculo Diaconus dicto matutino & dimiſſis Cathechumenis,Energumenis, baptizãdis,& pœnitẽtibus,habitóque ſermone debito(ne iterum eadem dicamus)ſubiungat poſt illa verba,Salua eos Deus & excita in gratia tua.Petamus à Domino miſericordias ipſius,& miſerationes,diluculum hoc & diẽ pacificũ & ſine peccato,& omne tempus peregrinationis noſtræ Angelum pacis,Chriſtianos Principes,propitium & benignum Deum,nos mutuò D viuenti Deo commendemus per vnigenitum ſuum.

Et Epiſcopus orans dicat.

Caput XLIIII.

DEVS ſpiritum atque omnis carnis, incomparabilis,nullo indigens qui dediſti ſolem in poteſtatem diei,& lunam & aſtra in poteſtatẽ noctis:ipſe quoque nunc reſpice ſuper nos benignis oculis,& recipe matutinas noſtras gratiarũ actiones, & miſerere noſtri:nõ enim expandimus manus noſtras ad Deũ alienũ: nõ enim eſt nobis Deus recens,ſed tu æternus &infinitus,qui nobis per Chriſtũ prębuiſti, vt eſſemus,& per eundẽ largitus es vt bene eſſemus: ipſe nunc per eũ dignos fac vita æterna, cum quo tibi gloria, honor, & cultus,& ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

Et Diaconus dicat,Inclinate vos manus impoſitioni.

Et Epiſcopus iterum oret dicens.

Manus impoſitio matutina. Cap. XLV.

FIDELIS Deus & verus, qui facis miſericordiam in millia & decem millia diligentibus te, qui es amicus humilium, & patronus pauperum, cuius omnia indigent, quoniam omnia ſeruiunt tibi, reſpice ſuper hunc populum tuum inclinantium tibi capita, & benedic eis benedictione ſpirituali, cuſtodi eos vt pupillum oculi, cõſerua eos in pietate & iuſtitia, & fac dignos vita æterna in Chriſto Ieſu dilecto puero tuo, cum quo tibi gloria, honor, & cultus vnà cum ſancto Spiritu nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Et Diaconus dicat, Ite in pace.

Benedictio Primitiarum. Cap. XLVI.

SVPER Primitijs, quæ offeruntur, Epiſcopus gratias agat ijs verbis, F
Gratias agimus tibi Domine Omnipotens, cunctorũ opifex & prouiſor per vnigenitum filium tuum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, de oblatis tibi primitijs, non quidem quantum debemus, ſed quantum poſſumus. Quis enim hominum dignè tibi gratias agere poſſet pro ijs, quæ dediſti eis in perceptionem: Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, atque omnium Sanctorum, qui omnia produxiſti per verbum tuum, & iuſsiſti terrę, vt varios ferret fructus in lætitiam & eſcam noſtram, qui dediſti craſsioribus & rudioribus herbiuoris animantibus herbam, alijs carnem, alijs ſemina, nobis frumentum in victum opportunum & accommodũ, aliaq; varia partim ad vſum, partim ad valetudinem, partim ad delectationem: ob hæc igitur omnia & ſupra modum celebrandus, de beneficijs, per Chriſtum in omnes collatis, per quem tibi glo- G
ria, honor, & cultus in ſancto Spiritu in ſecula, Amen.

Allocutio pro defunctis: Cap. XLVII.

DE ijs autem, qui quieuerunt in Chriſto, poſtquam Diaconus abſoluit orationem, ne idem repetamus, hæc addet, Pro quieſcentibus in Chriſto fratres noſtri rogemus, vt benignus Deus, qui ipſius animã ſuſcepit, dimittat ei omne delictum voluntarium & inuoluntarium. Et propitius illi factus, collocet eum in regione piorum & beatorum in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob: cum omnibus, qui à ſæculo placuerunt illi, & fecerunt voluntatem ipſius, vnde abeſt dolor, triſtitia & ſuſpirium.

Excitemus nos, & inuicem commendemus nos æterno Deo per verbum, quod erat in principio.

Epiſcopus dicat,

Qui immortalis natura es, & nullo fine terminaris, à quo omne immortale & ca- H
ducum prodijt: qui rationale animal hominem Mundi ciuem, mortale in ſua conſtitutione feciſti, & promiſiſti ei reſurrectionem: qui Enoch & Eliam mortem experiri non permiſiſti, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, non mortuorum, ſed viuentium Deus, quoniam omnium animæ apud te viuunt, & iuſtorum ſpiritus in manu tua ſunt, quos non attinget tormentum: omnes enim ſanctificati ſub tua manu ſunt. Ipſe quoque nunc reſpice ſuper hunc ſeruum tuum, quem recepiſti in alteram vitam, & condona ei, ſi quid volens, vel inuitus delinquit: & Angelos placidos conſtitue ei, & colloca eum in ſinu Patriarcharum, Prophetarum, & Apoſtolorum, & omniũ, qui tibi à ſæculo placuerunt, vbi nõ eſt triſtitia, dolor, neq; horror, ſed cætus piorũ & lætantiũ, & terra rectorũ beata videntium gloriã Chriſti tui, per quẽ tibi gloria, honor, cultus, gratiarũ actio, & adoratio in ſancto Spiritu in ſæcula, Amẽ.

Et Diaconus dicat, Inclinamini & benedictionem accipite.

Et Epiſcopus agat gratias pro eis, ijs verbis,

Salua

Salua Domine populum tuum & benedic hęreditati tuę, quam redemiſti precioſo ſanguine Chriſti tui. Paſce illos in dextera tua, & tege illos alis tuis, & da eis bonum certamen certare, curſum conſummare, fidem ſeruare conſtanter, & laudabiliter per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dilectum puerum tuum, per quem tibi gloria, honor, & cultus in ſancto Spiritu in ſæcula, Amen.

Quomodo oporteat, & quando fidelium defunctorum memorias celebrare: & quòd de facultatibus ipſorum erogandum ſit pauperibus. Cap. XLVIII.

PERAGATVR dies tertius mortuorum in pſalmis, in lectionibus, atq; orationibus propter eum, qui tertia die reſurrexit. Item nonus in commemo-
B rationem ſuperſtitum, atq; defunctorum: etiam quadrageſimus, ſecundum veterem formam. Moſen enim hòc modo populus luxit: nec nõ anniuerſarium pro memoria ipſius, deturq; de illius facultatibus pauperibus in commemorationem ipſius.

Quòd impios morientes nihil iuuant memoriæ vel mandata. Cap. XLIX.

HAEC de pijs dicimus: nam de impijs, & ſi omnes Mundi facultates dares pauperibus, tamen nihil eis prodeſſes. Nam cui viuo infenſus erat Deus, certè eidem mortuo eſt iratus: non eſt enim iniuſtitia apud eum. Iuſtus eſt enim Dominus, & iuſtitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius.

C

De vinolentis. Caput L.

QVI ad memorias eorum vocamini, cum modeſtia, & cum Dei timore comedite, veluti valentes legatione fungi pro mortuis: cùm ſitis Presbyteri & Diaconi Chriſti, ſobrij eſſe debetis, & priuatim, & cũ
alijs, vt poſsitis intemperantiã coërcere. Dicit autem Scriptura, Dy- „
naſtæ ſunt iracundi, vinum verò non bibant, ne cùm biberint, ob- „
liuiſcantur ſapientiæ, & recta iudicare non poſsint. Quare Presby- „
teri & Diaconi poſt Deum Omnipotentem & dilectum Filium eius, ſunt Eccleſiæ Dynaſtæ: quod non ideo dicimus ne bibant: nam cætero qui contumelia afficerent id, quod à Deo creatum eſt in lætitiam, ſed ne vinolentiæ ſtudeant: non enim dixit
Scriptura, ne bibas vinum, ſed quid dicit? Noli bibere vinum ad ebrietatem: & ite- *Prouer.23.*
rum, Spinæ naſcuntur in manu ebrij: quod non ſolùm de Clericis præcipimus, ſed *Eccle.31.*
etiam de omnibus laicis, ſuper quos inuocatum eſt nomẽ Domini noſtri Ieſu Chri- *Prouer.26.*
D ſti: nam ipſis quoque dictum eſt, Cui væ, cui tumulus? cui triſtitiæ & nugæ? cui liui- *Prouer.23.*
di oculi, cui contritiones ſuperuacaneæ? nónne commorantium in vino, & inueſtigantium vbi potationes fiunt?

De recipiendis ijs, qui per Chriſtũ perſecutiones patiuntur. Cap. LI.

RECIPITE eos, qui perſecutionem patiuntur per Chriſtum, & fugiunt de ciuitate in ciuitatem, eò quòd ſermones Domini in memoria habent. Fugiunt enim quoniam ſciunt ſpiritum promptũ, carnem infirmam eſſe, & bona ſua relinquunt diripienda, ne confeſsionem nominis Chriſti abijcere cogantur. Erogate igitur eis in vſum, mandato Domini obſequentes.

Quòd vnuſquiſq; manere debet in ea ſorte, in qua eſt collocatus, & ordinem ſeruare, & nõ arripere quæ ſibi cõmiſſa non fuerũt. Cap. LII.

ILLVD

ILLVD autem communiter omnes præcipimus, vt vnuſquiſq; maneat in ordine ſibi tradito, nec fines tranſeat: non enim noſtri ſunt ſed Dei, nam qui vos audit (inquit Dominus) me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit, qui verò me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me: nam ſi inanima rectam ordinis diſpoſitionem conſeruant, nox, dies, hores, ſol, luna, aſtra, elementa ſolſtitia, menſes hebdomadæ, dies, horæ, & impoſitæ ſibi neceſsitati obediunt, ſecundum illud, Poſuiſti terminos, quos nó pertranſibunt: & iterum de mari, Poſui & terminos circumponens clauſtra & portas: Dixi autem ei, Huculque venies, & non tranſgredieris: quando magis vos nihil debetis commouere ex ijs, quæ nos diuinam ſecuti auctoritaté vobis perſcripſimus. Sed quoniã plerique leue hoc putant eſſe, ideo ordines confundere audent, & vnicuique attributam ordinationẽ perturbare, arripientes ſibi dignitates non cõmiſſas & tyrannicè vendicantes ſibi ea, quorum non habent poteſtatem. Ideóque Deum irritant veluti Coritæ, & Rex Ozias, qui prętcr phas, prætèrque Dei voluntaté ſacerdotium inuaſerunt, ex quibus Coritæ incendio conflagrarunt, Ozias in lepram incidit. Irritant quoque Spiritum ſanctum, cuius teſtimonium euertunt. Quare profpicientes periculum impendens talium rerum auctoribus, negligentiamque in ſacrificijs, & Euchariſtia prouenientem, ex eo quod offeruntur ab ijs, quos nó decet, quique ludum putant Pontificalem honorem inſtitutum ad magni Pontificis Ieſu Chriſti Regis noſtri imitationem: propterea neceſſarium duximus, vt de ijs rebus

Exod. 33. admoneremus. Dicimus itaq; Moſen Dei ſeruum, quem Deus facie ad faciem allo-

Num. 12. quebatur, veluti ſi quis cum amico loqueretur, cui dixit, Noui te Præter omnes: cui corã loquebatur, non per ſpecies, nec per inſomnia, nec per Angelos, vel ænigmata: hũc igitur virum dicimus diuinarum legum rationẽ tradentem præſcripſiſſe, quæ à Pontificibus adminiſtrari commẽdet, quæ à Sacerdotibus, quæ à Leuitis, vnicuique proprio & ſuo muneri accõmodato cultu diſtributo: atque ea quidem, quæ Pontificibus præcepta fuerant, nephas erat ſacerdotem attingere, quæ ſacerdotibus mandabantur, ab ijs Leuitæ repellebãtur, ſed quilibet intra commiſsi ſibi miniſterij fines ſe continebat: quos ſi quis tranſire volebat, extremo ſupplicio puniebatur. Hoc vero maximè docuit Saulis audacia, qui cùm ſacrificare decreuiſſet ſine Propheta, ac Pontifice Samuele, ſuſcepit in ſe peccatum: execrationemque irreuocabilem, neq; Prophetam deterruit, quòd à ſe Rex vnctus fuiſſet. Idem euidentius oſtendit Deus in Oziæ facto, à quo nulla interpoſita mora, commiſsi ſceleris pœnam expetiuit: & qui ſacerdotiũ concupiuerat, regno eſt ſpoliatus. Noſtras res fortaſſe non ignoratis: ſitis enim à nobis Epiſcopos, Preſbiteros, & Diaconos vocari, oratione & manuum impoſitione, differentia nominum, rerum differentiam indicantes: non enim

3. Reg. 12. vnuſquiſque prout vult, apud nos implet manũ (quemadmodum regnante Ierobo-amo, nepharij ſacerdotij mos fuit, in illo vitulæ piaculo) ſed qui à Deo vocatur. Nã niſi propria quædam iura eſſent, atque ordinum diſcrimina, ſatis eſſet vt per vnum nomen vniuerſa perficerentur. Sed à Domino edocti conſequentiam rerum, Epiſcopis Pontificatus munera aſſignauimus, Preſbyteris ſacerdotij, Diaconis miniſteria erga vtroſque, vt quæ ad religionẽ pertinent, purè perficiãtur. Nam nec Diacono phas eſt offerre ſacrificium, vel baptizare, aut benedictionem paruam vel magnã facere, nec Presbytero ordinationes exercere: impiũ eſt enim ordinem peruertere: nó enim eſt Deus confuſionis, vt inferiores ſuperiorum officia tyrannicè ſibi vendicent: noua inſtituta ſibi fingentes in detrimentum ſuum, ignorantes durum ſibi eſſe contra ſtimulum calcitrare. Non enim vel nobis, vel Epiſcopis aduerſantur huiuſmodi homines, ſed omnium Epiſcopo & Pontifici Patris Ieſu Chriſto Domino noſtro. A Moſe enim Deo chariſsimo Pontifices inſtituti ſunt, ſacerdotes Leuitæ à Saluatore noſtro nos tredecim Apoſtoli ab Apoſtolis ego Iacobus, & ego Clemens, & nobiſcũ alij, ne iterum omnes numeremus. Communiter ab omnibus nobis, Presbyteri, Diaconi, Hipodiaconi, Lectores. Primus igitur natura Pontifex eſt vnigenitus Chriſtus,

A Chriſtus,qui non ſibi ipſi honorẽ arripuit, ſed cõſtitutus eſt à Patre,qui propter nos factus homo,& ſpirituale ſacrificium offerens Deo & Patri ſuo,ante paſsionem nobis ſolis præcepit hoc facere: quanquàm præſentes nobiſcum eſſe alij, qui in ipſum crediderant,ſed non omnino omnis qui credit,continuò ſacerdos eſt, & pontificiũ conſequitur honorem.Poſt autem aſſumptionem ipſius,nos oblato ſecundum eius ordinationem ſacrificio puro, & incruento, conſtituimus Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos numero ſeptem,è quorum numero vnus erat Stephanus beatus Martyr,qui in amore erga Deum nobis non erat inferior: quiq; adeò fide ſua pietatem charitatemq; erga Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum oſtendit, vt pro ipſo animam tradiderit,à Iudæis Domini interfectoribus,ſaxis percuſſus. Sed tamen talis ac tantus vir,qui ſpiritu feruens erat,& qui vidit Chriſtum à dextris Dei, & Cœli portas apertas,nuſquàm apparet ijs officijs,quæ Diaconiæ nõ conueniunt eſſe vſus, vel ſacrificiũ obtuliſſe,vel manus alicui impoſuiſſe, ſed vſq; ad finem Diaconiæ ordinẽ
B ſeruaſſe.Ita enim erat decẽs,vt Chriſti Martyr ordinis diſpoſitionẽ ſeruaret. Quòd ſi qui Philippũ Diaconum noſtrũ, & Ananiam fidelem fratrem producunt, quorum alter Eunuchum baptizauit,alter me Paulum:ignorant ipſi id,quod nos dicimus, nã dicimus neminẽ ſibi arripere debere ſacerdotalem honorem,ſed vel à Deo eſſe accipiendum, quod fecit Melchidech & Iob: vel à Pontifice vt Aaron accepit à Moſe.Quare Philippus & Ananias non ipſi ſe elegerunt,ſed à Chriſto promoti ſunt incomparabili Deo.

FINIS.

IO. CAROLI BOVII EPISCOPI OSTVNENSIS.

Scholia in Clementis libros.

NVNC in animo eſt, aliqua in ijs libris percurrere, quæ niſi explicarentur, lectoris ſtudium poſſent retardare. Quod faciam in paucis quibuſdam locis annotandis, non enim ſtatui ſcholia in ſingulis ſententijs ſcribere, ſed tantum pauca, quæ dubitationem aliquam habent, illuſtrare.

F

EX PRIMO LIBRO.

IN Cap. 3. ex Euangelio non ſolùm vltio inimicorum prohibetur, ſed etiam dilectio & amor erga eos præcipitur. ſeruauit enim ſæpe hoc antiquitas, vt Conſilia quæ appellantur, in præceptis numeraret.

IN Cap. 4. ne pruritu vexatus &c. Hanc ego puto eſſe veram huius loci ſententiam. Iubet tonderi capillum, ne eo cultu prouocentur mulieres ad amorem. Inquit igitur, ſi capillum nutrias, neceſſe erit tibi ob pruritum ſcalpere caput ac lacerare, ad hanc verò moleſtiam fugiendam, caput comptum & ornatum te habere oportebit, idq; vnguentis perfundere quo mulieres allicientur ad libidinem, ergo tonde capillum, ne capitis cultu opus habeas.

IN Cap. 7. illud (*ſiſophiſtica*) eſt nonnullis ſuſpectum, qui ſi conſiderarent ſophiſtarum nomen fuiſſe aliquando in laude, atq; ita appellatos eos, qui ſapientiam & rerum omnium ſcientiam profiterentur, certè nihil de eo dubitarent. Clemens ergo Græcorum diſciplinis eruditus, ſophiſtica ea vocat, quæ ab hominibus doctis & G vitæ magiſtris, ſapienter ſunt tradita.

IN eodem cap. duo dicit à Chriſto antiquata, deuteroſes, quas Hieronymus humanas traditiones, Epiphanius, ſeniorum traditiones appellat. Eas verò (teſte eodem Epiphanio in primo contra hæreſes libro) Iudæi habebant quatuor libris digeſtas, quibus traditi erant ritus & cæremoniæ, quas à maioribus ſuis ſeruandas acceperant, quasq; Dominus in Marci Euangelio reprehendit.

ETIAM inducta & adiecta quæ dicuntur, Chriſtus abrogauit, quæ acceſſerunt Decalogo, ea ſunt ſacrificia, expiationes, atque aliæ cęremoniæ præceptæ Hebræis, poſtquàm ij Aegyptiam ſuperſtitionem imitati abſente Moſe, vitulum adorauerunt. Iudicauit enim Moſes, cùm gens Hebræorum prona ad malum, diuinam legem liberam atque à natura in hominum animis inſitam facilè contemneret, eam ita in officio poſſe contineri, à cultu ſimulacrorum abduci, ſi aſsidua ac neceſſaria rerum diuinarum occupatione detineretur. Inducta, quæ dicit mutata in melius, vt H ipſe alio in loco declarat, tria ſunt, Sacrificia, quibus ſucceſsit incruentum Euchariſtiæ ſacrificium: Aſperſiones, quæ mutatæ ſunt in baptiſmum: Adoratio, quæ tunc certo loco fiebat, nunc patet à ſolis ortu ad occaſum: in omni enim loco ſacrificatur & offertur nomini eius oblatio munda.

IN eodem capite mirum videri non debet lectionem librorum prophanorum ab Apoſtolis prohibitã, qui in primis illis pietatis rudimentis, vt abolerent omnia gentilitatis veſtigia, non ſolum illa prohibuerunt, quę ſua ſponte Chriſtianæ pietati aduerſabantur, cuiuſmodi erant ſacrificia, & reliquus Deorum cultus, ſed etiam omnia illa, quæ ſuis admonitionibus refricare poterant veteris erroris memoriam. Cõfirmata verò religione, cùm iam homines non fierent, ſed naſcerentur Chriſtiani, liberior fuit legendorum huiuſmodi librorum conſuetudo, adhibito tamen iudicio atq; delectu, vt ex illorũ lectione fideles fructũ capere, & ad pietatem poſſent proficere.

ficere. Scripſit Baſilius aureum libellum de vtilitate capienda ex Græcorum diſcipli-niſ,quem auctorem ſequentes fructuosè huiuſmodi libros legimus.

In Cap. 10. prohibentur mulieres lauare vnà cum viris, quod idem prohibuit Conc. Laodic. Can. 30. & ſex. Syn. Can. 77.

Ex Libro Secvndo.

In Cap. 29. (*Decimæ ſalutaris, initium nominis Chriſti.*) hoc dicitur, quoniam nomen Ieſu à Iota incipit, qua litera Græci notant numerum denarium.

In Cap. 30. (*vt qui Dei dignitate ornatus eſt, quatenus clero præeſt, & omni Eccleſiæ,*) hanc eandem ſententiam apertius atque diſtinctius expreſsit S. Ignatius in Epiſtola ad Smyrn. ijs verbis, Ego aũt dico, honora Deũ vt auctorem cunctorũ ac Dominum B Epiſcopum verò vt Pontificem, imaginem gerentem, quatenus imperat, Dei, quatenus ſacerdotalia exercet, Chriſti.

Observa in eodem capite, in Eccleſiæ membris cõtineri myſticas ſignificationes per quædam accommodata, & (vt ita dicam) appropriata muneribus, cum omnia in Eccleſia ita conſtituta ſint, vt (quoad poſſunt) diuinam ſimilitudinem referãt ac ſignificent. Porrò quod de Viduis dicitur, eas altaris ſimilitudinem imitari, id dictum, opinor, ad ſignificandam conſtantiam, ac firmitatem propoſiti earum in ſtatu viduali, Et quod pietatis officia, quæ in eas, & in orphanos conferuntur, ſunt quaſi victimæ in altari collocatæ ad faciendum holocauſtum Deo. Virgines thuribulum ſignificant propter virginitatis fragrantiam, & illos ex puriſsimis earum corporibus atque animis afflatos odores, qui non ſolum per Eccleſiam diffuſi omnia ſuauitate complent, ſed etiam in Cœlum ſublati Deum delectant.

In Cap. 31. quod traditur, non eſſe arripiendum ſacerdotij honorem, ſed capi-C endum ab eo, qui diuina poteſtate ius obtinet illud alijs dandi, atq; alia, quæ diuinitus à Clemente expoſita, ad hunc locum pertinent, habentur in Dionyſ. de Eccl. Hierar. cap. 5. vt perſpicuum ſit vtrunque hanc doctrinam, ex eiſdem fontibus hauſtam, literarum monumentis commendaſſe.

In Cap. 32. Presb teræ, quæ nominãtur, ſunt viduæ ita enim eas appellat in tertio lib. cap. 5. quare aliæ ſunt illæ Presbyteræ, quarũ mẽtio fit in Con. Laod. Can. 31.

In Cap. 59. noli mirari Iacobũ fratrem Domini extra duodecim Apoſtolos numeratũ, fuit enim hęc cõſtans nõ modò Clementis, ſed etiã Euſebij, Epiphanij, Ambroſij, atq; aliorũ ſententia. cui non obſtat quòd in Epiſt. ad Galat. Paulus eũ Apoſtolum nominat & columnam, cùm ampliori vocabulo dicti ſint Apoſtoli alij, qui præter duodecim, ad propagandum Euãgelium miſsi, Apoſtolatus munere fungebantur, quemadmodũ dicimus S. Martialem Apoſtolum Galliarum fuiſſe. Meritò aũt Iacobus columna videbatur, cùm eſſet Hieroſolymitanorũ Epiſcopus, omniaq; D ad ſtabiliendum Eccleſiæ ſtatum pertinentia, vnà cum Apoſtolis adminiſtraret.

In Cap. 60. ſunt hæc verba. (*Glorificent ſolum Deum, vnum & verum per vnigenitum Chriſtum*) quæ nullam in nobis gignere debent ſuſpicionem erroris, quaſi non faciant filium honore ac diuinitate parem, vniusq;, atque eiuſdẽ naturæ cum patre: nam cùm ſint tranſlata ex Euangelio Ioannis, Vt cognoſcant te ſolum Deum verum: interpretatio, qua illa ſententia exponitur, debet quoque ad hunc locum accommodari. Eadem verba, de Chriſto loquens, ſcripſit S. Ignatius in Epiſtola ad Magneſios. Ijs, qui extra ciuitatem manebant, vnum & ſolum verum Deum nunciauit. Sed erit locus opportunior, & magis proprius de hac ipſa re accuratè dicendi.

Capvt ſexageſimũ primũ continet informationẽ quandã eorũ, quæ in octauo libro diſtinctius & accuratius deſcribuntur: in eo enim traditur integra ſacrorũ ratio, vt nihil poſsit deſiderari hîc breuis anticipatio eorũ, quæ ibi fuſius exponũtur.

In eodẽ cap. Paſtophoria exiſtimo fuiſſe tabernacula quædã quaſi armaria in frõte templi vtrinq; poſita in quibus Euchariſtia, veſtes, & vaſa ſacra condebantur.

Osculum myſticum, in hoc ipſo loco dari ſolitum, afffirmat Dionyſius, cum E
agit de ſynaxi. Cyrillus in myſtagogicis orationibus. Laodic. Conc. in Can.19.

In Cap.32. Mentio fit Agapæ, Chriſtani enim in principio religionis, in Eccleſiam conuenientes, ſimul epulabantur: ea conuiuia quoniã amore & charitate mutua celebrabantur, Agapæ ſunt dicta, quæ quòd confuſionem Eccleſiæ Corinthiorum afferrent, reprehenſæ ſunt ab Apoſtolo, ſed nihilominus ſaltem in alijs Eccleſijs diu manſerunt. Eas poſt longum tempus prohibuit Conſilium Laodicenũ, ne ſcilecet in Eccleſijs fierent, & poſtea Carthaginenſe, manſerunt tamen: nam Canones Conſtantinopolitani, qui longo pòſt tẽpore ſcripti ſunt, de eis ſanxerunt, nunc omnino in diſſuetudinem atque obliuionem abierunt.

In Cap. 63. præcipitur, vt in ſabbato ac die Dominico Chriſtiani frequentius accedant ad Eccleſiam: quantum attinet ad ſabbatum mos fuit priſcorum, vt eo die quoque cœtus celebrarentur, & diuinæ ſcripturæ legerentur: de quo nobis forſan F
alio loco agendum erit.

Tres illæ ſolennes precationes, quæ die Dominico concipiebãtur, patebunt in octauo libro: earum quoq; mentio fit in Conc. Laod. Can: 19.

Ex Tertio Libro.

In Cap. 10. magnas benedictiones puto eas appellari, quæ ſunt propriæ Epiſcoporum, paruas, quæ licitæ erant Presbiteris.

In Cap.11. miniſtri ſunt ij qui alio nomine dicti ſunt Subdiaconi, quod alio loco patebit, & Conciliũ Laod. eorũ mentionẽ facit: lege in eo Theodorũ Balſamonẽ.

In Cap.15. & 16. quæ de vngendis catechumenis dicuntur, item de Chriſmate eadem habentur in Dionyſio in capite de baptiſmo, & in Cyrillo in ſecũda & tertia catecheſi myſtagogica: in ijs cognoſcis, quod idem in alijs vetuſtis ſcriptoribus obſeruatur, morem fuiſſe, vt ſtatim poſt baptiſmum Chriſmatis ſacramentum daretur.

In Cap. 17. vides appellari Patrem ſuper omnia Deum, quod idem in alijs locis G
inuenies, eſtquæ idem loquendi modus conſuetus Ignatio, qui in Epiſtola ad Philippenſes diſputans contra eos, qui confundebant Patris & Filij perſonam, ſic in-
“ quit, Quomodo non videtur tibi Chriſtus natus ex Virgine, ſed eſſe is qui eſt ſuper
“ omnia Deus: & ad Tarſen. de eiſdem hæreticis ſcribens, Alij dicunt quod ipſe eſt, qui
“ eſt ſuper omnia Deus: quod non ideo dictum eſt, quaſi creditũ ſit ab eis, Deum ver-
“ bum, non eſſe item ſupra omnia Deum: legerant enim Paulum dicentem, Quorum
“ Patres illi, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt Deus ſupra omnia in ſæcu-
“ la amen. Quid igitur cauſæ eſt, cur Deum Patrem ſolum, ſic vocauerint? Auctoritas Principis, ſiue (vt antiqui Patres locuti ſunt) excellẽtia cauſæ effecit, vt priſci illi omnem eminentiam ſoli Deo patri tribuerint, non quòd illã Verbo & Spiritui ſancto detrahere voluerint (longè enim abeſt talis ab eorũ pietate ſententia) ſed quia hanc auctoritatis præſtantiam Patri, qui eſt fons & origo diuinitatis, tribuendam cenſuerunt, quod nonnullis teſtimonijs confirmabo. S. Ignatius ad Phillippen. tractans illa H
“ verba, quibus Dominus à ſe reiecit Diabolum, Vade retro Satana, ſcriptum eſt, Do-
“ minum Deũ tuũ adorabis &c. in perſona Chriſti, ſic inquit, Ego cognoſco qui ſim
“ & à quo ſim miſſus, & quẽ adorari oporteat, Dominũ enim Deum tuũ adorabis, &
“ & illi ſoli ſeruies, noui illum vnum, agnoſco illum ſolum à quo tu defeciſti, non ſum
“ Deo aduerſarius: confiteor excellentiam, ſcio meæ generationis auctorem patrẽ. Et
“ ad Smyrnenſes, ita ſcribit, Qui rogauit ne deficeret Apoſtolorum fides, nõ quaſi ip-
“ ſe non ſatis eſſet, vt illam ſeruaret, ſed quod gaudebat excellentia Patris. S. Epipha-
“ nius in eo libro, qui Ancyrotus dicitur, vſus erat aduerſus Arianos illa Chriſti ſententia, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor: illi verò ita ad eã reſpondebant, quòd in ea Pater appareret primus operator, atque ita conſtarat eum filio eſſe
“ præſtantiorẽ. Hoc ô Ariane (inquit Epiphanius) ſtultè dicis, & multa principia vis
“ in diuinitate intelligere, vnũ verò eſt principiũ, & eadẽ vna diuinitas, non reijcit autem à

A tem à ſe Filius, Patris honorem, ſed oſtendit quomodo ſe habeat ipſa diuinitatis cõ- ,,
ſequentia. Hæc Epiphanius. Cum ergo honor Patri tribuitur, non eò fit quòd idẽ
honor non ſit tribuendus filio, ſed vt demonſtretur diuinitatis conſequentia, hoc
eſt ordo originis, quemadmodum Filius æterno ortu à Patre naturam accepit: hanc
quæſtionem multo expreſsius declarat S. Baſilius in libro, quem ſcripſit contra Eu-
nomium, in quo diligenter tractat illũ locum, Pater maior me eſt: longàmque eius
rei diſputationem concludit ijs verbis, Reliquum eſt igitur, vt maius, hoc in loco di- ,,
catur ſecundum cauſæ rationem: quoniam enim à Patre Filij principium atque ori- ,,
go eſt, ſecundum hoc maior eſt pater, vt cauſa & principium propterea Dominus ſic ,,
dixit. Pater maior me eſt. ſcilicet quatenus Pater eſt, Pater verò quid aliud ſignificat ,,
quàm quod eſt principium & cauſa illius, qui ab ipſo eſt ortus? Non diſceſsit ab hac
ſententia S. Hilarius, qui in nono libro de Trinitate ſic ſcripſit, Donantis auctorita- ,,
te Pater maior eſt, nunquid per doni cõfeſsionem Filius minor eſt? maior itaq; do- ,,
B nans eſt, ſed minor iam nõ eſt, cui vnum eſſe donatur. Ait enim, Ego & Pater vnum ,,
ſumus ſi hoc non donatur Ieſu, vt confitendus ſit in gloria Dei Patris, minor Patre ,,
eſt: ſi autem in eadem gloria & donatur eſſe, qua Pater eſt, habes & in donantis auc- ,,
toritate, quia maior eſt, & in donati confeſsione, quia vnum ſunt. Maior itaque ,,
Pater filio eſt, & planè maior, cui tantum dona eſſe, quantus eſt ipſe, cui innaſcibi- ,,
litatis imaginem ſacramento natiuitatis impartit, quem ex ſe in forma ſua generat. ,,
Hæc Hilarius, quam ſententiam non ſemel in ſuis libris expoſuit, hãc auctoritatem ,,
principij in patre conſiderantes priſci illi, omnem dignationem ei ſoli tribuere vidẽ-
tur. multa enim huiuſmodi in Clemente legimus, in Paſtore Ignatio. Iuſtino atque
alijs qui ante Arrianam hæreſim vixerũt: qui omnes vnam in tribus perſonis eſſenti-
am, paremque maieſtatem venerati, tamen celebrauerunt originẽ. poſtquam autem
Arrius cœpit filij dignitatem minuere, & alij Spiritum ſanctum in numerum crea-
turarum aggregare: Patres omiſſo huiuſmodi loquendi more, quem Euangeliſta-
C rum & Apoſtolorum loquendi modũ imitata, tenuit antiquitas: apertis verbis tres
perſonas æquales prædicauerunt, nihìlque vni tribuerunt, quod non item cæteris
tribuerent. Hoc enim fieri ſolet, cùm exiſtunt hæreſes, vt quod antea omitti poſſe
videbatur, cùm nulla de eo eſſet controuerſia, orta hæreſi id diligenter, planè, apertè
ſit enucleandum: atque ita ex hæreſum immani peſte hoc boni conſequitur Eccle-
ſia, vt ſententiæ fidei, quæ antea nunquam agitatæ obſcuriores videbantur, poſtquã
oppugnari cœptæ ſint, illuſtrẽtur, atq; declarentur. Hæc fuſius dixi, propterea quòd
in Clemente aliqua ſunt, quę ad hanc norman dirigi oportet. Tu verò cùm in ea in-
cides, eam adhibe moderationem, quam tibi ij fontes oſtendunt: quod ſtatim ſerua
in ea ſententia, quæ in eodem capite de Spiritu ſancto habetur, quem dicit à Chriſto
doceri, & Chriſtum annunciare, tranſlatum eſt hoc ex 16. capite Ioannis ſic dicen-
tis, Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non ,,
D enim loquetur à ſemet ipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur: & quæ ventura ſunt ,,
annunciabit vobis: ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annũciabit vobis, in ,,
quibus verbis, propter Spiritus ſancti à Patre & Filio progreſsionẽ, agnoſce in duo-
bus ſpiratoribus auctoritatem vnius principij, in Spiritu ſancto nullam alienæ ab ijs
naturæ differentiam. Quòd autem ita interpretari debeamus loca, quę tam in ſcrip-
turis quam in priſcis patribus, videntur Spiritus ſancti maieſtatem non ita extollere,
docet S. Baſilius in eodem libro contra Eunomium, qui eadẽ via progrediens, quæ
de filio dixerat, ea accommodat ad Spiritum ſanctum. Eius verba hæc ſunt, Quæ eſt ,,
neceſsitas, vt ſi dignatione atque ordine tertius ſit Spiritus ſanctus: ſit quoque natu- ,,
ra tertius. Nam quòd obtineat ſecundas poſt filium partes, fortaſſe pietatis ratio id ,,
tradit. Tertia verò vti natura, nec ex ſanctis Scripturis didicimus neque veluti conſe- ,,
quens eorum, quæ dicta ſunt, concludere poſſumus. Nam quemadmodum Filius ,,
ordine, ſecundum poſt patrem locum habet, quoniam ab illo eſt genitus, & digna- ,,
tione, quoniam principium & auctor ipſius Pater eſt, & quoniam per eum aditum ,,

& acceſſum habemus ad Patrem: natura verò nullo modo eſt ſecundus, quoniam vna eſt in vtroque diuinitas: ita Spiritus ſanctus, & ſi ordine ac dignatione Filio eſt ſubmiſſus, (vt hoc omnino concedamus) non tamen eo modo, vt quaſi differentis ab ipſo naturæ exiſtat.

Qvod dicitur in eodem Cap. Spiritum ſanctum aſſumi vt teſtem, trãſlatum eſt à 15. capite Ioannis ſic dicentis, Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre ſpiritũ veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me.

In Cap. 20. obſerua Presbyteri officia, quæ ſunt hæc, docere, offerre, baptizare, benedicere populo: quorum quidem habet poteſtatem Presbyter, ſed tamen illam exercere non poteſt, niſi concedente Epiſcopo: lege Ignatium Smyrnenſes ſic inſtituentem, Nemo ſine Epiſcopo aliquid agat eorum, quæ ad Eccleſiam pertinent, illa firma Euchariſtia cenſeatur, quæ ſub Epiſcopo fuerit. Et paulò poſt, Non liceat ſine Epiſcopo baptizare, nec offerre, neque ſacrum facere. quod idem de reliquis muneribus cenſendum eſt. Nam hæc ipſa munera, quæ nunc contemnuntur, in veteri Eccleſia exercebant Epiſcopi, vt aliquando ſola cauſa fuerit accerſendi Epiſcopum abſentẽ in Paſchæ tempore, vt Catechumenos inſtruere, & baptizare poſſet, de Euchariſtia vides in Clemente Epiſcopum ſemper illam peragere: de docendi munere nihil dico, cum in hoc præcipuè verſetur Epiſcoporum officium. Hoc verò eſt intelligendum quòd quanquàm Presbyteri docendi munus habebant, tamen ſumma rei & doctrinæ iudicium Epiſcopo reſeruabatur, imò præſente Epiſcopo Presbyteri deſinebant munus ſuum, niſi ille aliud iuberet.

Ex Qvinto Libro.

In Capite 7. Conſidera auream illam ſententiam de baptiſmo ſanguinis, cur Catechumeni cum eo morientes ſalui fiant. Re ipſa enim commoriuntur Chriſto, alij in figura. Hæc ſcribenti, venit mihi in mentem alterius præclaræ ſententiæ S. Cyrili, quæ fuſius eandem rem explanat. ea ſcripta eſt, in ſecunda myſtagogia ijs verbis. O rem nouam & admirabilem, non verè mortui ſumus, neque verè ſepulti, neq; verè crucifixi ſurreximus: In veritate tamen ſaluamur. Chriſtus ſic crucifixus eſt, & re ipſa ſepultus, & verè reſurrexit: atque hæc omnia nobis donauit, vt imitatione, paſſionum ſuarum participes facti, re ipſa ſalutem conſequamur.

In Cap. 12. Quod de hirco deſio dicitur, vel fortè mendeſio, (nam ita quoq; dici poſſet, ſi illud μὲν quod in Græco præmittitur, ſit ſyllaba) mihi id cuiuſmodi ſit, compertum adhuc non eſt, fortè enim alij locum hunc illuſtrabunt.

In Cap. 16. Conſidera rem inſignẽ, ſcilicet Iudam abfuiſſe cùm data eſt Apoſtolis Euchariſtia: Cyprianus enim ſecus ſentit, in ſermone de ablutione pedum, & Auguſtinus in Epiſtola 163. & in explicatione decimi Pſalmi, & in ſex. tractatu in Euãgelium Ioannis, & Chryſoſtomus in ſermone de latrone. Theophylactus, etſi idem ſentit, tamen agnoſcit eam opinionem, qua alij affirmant Iudam non adfuiſſe, nec eam reijcit. Exiſtimaui aliquando Dionyſium Areopagitam hoc affirmare: quod ſi certum haberem, vix iam phas eſſe ducerem ſecus opinari, ſed tamen cum Dionyſij verba diligentius expenderem, non ita certa mihi viſa eſt eius ſententia: tãtum enim affirmat Chriſtum Euchariſtiæ auctorem iuſtiſsimè excludere eum, qui non ſanctè atq; ad imitationem ſui ſacro conuiuio intereſſet: quæ quidem ſententia hoc non obſcurè innuit, non autem manifeſtis, & perſpicuis verbis aſſeruerat. Quare Maximus ex verbis Dionyſij, probabili quadã coniectura id colligit, cuius annotatio in Dionyſij verba hæc eſt. Ex ijs aliquis rationabiliter dicere poſſet, quòd poſtquàm exijt Iudas, tradidit diſcipulis Chriſtus myſteria, vt qui ijs non erat dignus. Georgius Pachymeres hunc locum Dionyſij nouo quodam modo explanat, putat enim Dionyſium dicere, Chriſtum tradidiſſe quidem Iudæ myſticum panem & calicem, myſteria verò ſolis diſcipulis dediſſe, poſtquàm Iudas diſceſsit: eius verba hæc ſunt,

Exclu-

A Excludit & ſegregat iuſtiſsimè Iudam, qui non ſanctè conuiuio interfuerat, nam cùm illum myſtici panis & vini participem feciſſet, myſteria diſcipulis, poſtquàm ille è cœna diſceſsit, ſolis tradidit, cùm ijs indignus eſſet Iudas. Cur igitur Iudam arcet à diuinis myſterijs, qui ſimul cœnauerat? Etenim docet, quòd non ſatis eſt tantùm corporaliter adeſſe & conuiuium celebrare: non enim hoc cum communione habet ſimilitudinem, ſed oportet intellectu, & mente adeſſe. Hæc Georgius, qui, dico, aſſeuerat ex Dionſij ſententia, vnum Iudam participem fuiſſe cœnæ myſticæ, hoc eſt panis & vini myſtici, non agni typici (hunc enim ſenſum manifeſtè explodunt verba Dionyſij & Georgij) alterum, myſteria data ſolis Apoſtolis. Quærerem ego libenter à Georgio, quæ tandem fuerint myſteria, quibus excluſus ſit Iudas, & quæ ſolis credita ſunt Apoſtolis cùm prius omnes ſimul panem & vinum myſticum ſumpſiſſent. ſi reſponderet fuiſſe ſacramenti effectum & ſpiritualem manducationem, rurſum ſcire vellem ab eo, quid opus erat, vt propterea Iudas abeſſet? quòd ſi B myſteriorum traditionem putat ipſam Euchariſtiæ inſtitutionem, iam hoc ſcripturæ aduerſatur coniungenti Euchariſtiæ inſtitutionem cum eius diſpenſatione. Sumens panem fregit, & dixit, Accipite & manducate, hoc facite, &c. Itaque mihi magnæ tenebræ ſunt non modò in Dionyſij, ſed etiam in paraphraſtis ſui verbis, quæ dicere volui vt admonerem lectorem, vt legens Dionyſium, hanc rem etiam conſideraret: mihi enim amplius de ea videtur quærendum. hoc tamen eſt in ea commodi, quòd ad factum pertinet, vt ſiue hoc vel illo modo ſe habeat, nulla labes, neque peruerſio fidei accidat.

In eodem capite, Euchariſtiæ myſteria dicuntur antitypa corporis & ſanguinis, quæ vox idem valet, quod in Dionyſio Symbola, hoc eſt ſigna: ſigna verò cum audis, noli ab ijs remouere ſignatum, ita enim illa ſigna ſunt, vt etiam verè & realiter contineant ſignatum, hoc eſt corpus & ſanguinem Domini: patres verò antitypa illa dixerunt, vel reſpectum habentes ad præcedentem ſubſtantiam, vel quia ſpecies ſunt C ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti, qui in eis continetur: appellationes enim plerunque ducuntur ab eo, quod apparet & ſub ſenſum cadit.

Pene omiſerã id, quod in ſecundo capite tertij lib. annotatione dignũ videtur: damnari enim videtur nuptiæ, quæ mortua prima vxore iterantur. Scito autem huiuſmodi nuptias non damnari, iuſtæ enim ſunt: reprehenditur autem intemperantia eorum, qui illas contrahunt. nam cùm primis nuptijs diuino illi propagandæ ſobolis præcepto ſatis fecerint, iterum iungunt connubia, quæ improbantur ab antiquis, non quòd putent ea nepharia, ſed quòd ſint indicia incontinẽtiæ, & libidinoſi putentur, qui illa appetunt. Eam ob cauſam antiqui Canones bigamis pœnitentiæ tempus præſcripſerũt, quod legimus in Conc. Ancyr. Can. 19. & Neocæſar. Can. 3. & Laod. Can. 1. Tertullianus etiam cùm recta ſaperet, has nuptias permiſſas tantùm putauit: Hieronymus durior fuit bigamis, ita vt niſi leniùs cum eo agatur, vix D poſsimus illum à reprehenſorũ criminatione vindicare. redeo nũc ad quintũ librũ.

In Cap. 18. quinti libri, in quo traditur ſeruandi Paſchæ ratio, nihil iam annotandũ eſt, ſed id totum potiùs delendũ, vt nothum ac nouũ. quod luce clarius perſpici poteſt ex ea Epiphanij diſputatione, qua vtitur aduerſus Audianos imitantes in Paſchæ obſeruatione Iudæorum conſuetudinem: narrat enim Epiphanius Audianos ſententiã ſuã defendiſſe auctoritate conſtitutionis Apoſtolorũ, in qua cauebatur ne alij calculũ Paſche facerẽt ipſi, ſed agerẽt Paſcha quãdo fratres ſui de circũciſione agerent, atq; id vnà cũ eis celebrarent, agnoſcitq; Epiphanius huiuſmodi conſtitutionẽ, atq; eã interpretatur, inquiens primùm, dici in conſtitutione Paſcha agẽdum, quando id agerent fratres de circunciſione, non fratres qui ſunt in circunciſione, hoc eſt quando agerent ij Epiſcopi, qui de circunciſione & Iudæorum gente genus ducebant, quos ſcribit quindecim fuiſſe· deinde inquit, id factũ fuiſſe ab Apoſtolis ad tuendam conſenſionis vnitatem. Quare tantum abeſt vt ea, quæ in hoc capite legimus Apoſtoli ſtatuerint, vt etiam contraria horum ab ipſis præcepta videantur.

videantur. Præterea orientales illi Iudaicum morem retinentes, nullam aliam excu- F ſationem, vt in Euſebio legimus, afferebant ſuæ obſeruationis, niſi quòd Ioannem & Philippum Apoſtolos imitarentur, teſtabatúrque Polycarpus Ioannis diſcipulus ſe vnà cum Ioanne eo die Paſcha celebraſſe. Neque mirum eſt Apoſtolos in illis Eccleſiæ rudimentis eo die inter ſe egiſſe Paſcha, quo ipſi cum Domino egiſſent. Sed quid opus eſt aliunde argumenta petere? ipſa conſtitutio ſe prodit, & tantum non vocem emittens, clamat ſe nouam eſſe: ait enim æquinoctium fieri vigeſima ſecunda Diſtrimenſis, hoc eſt Martij: perſpicuũ eſt autem Chriſti tempore æquinoctium fuiſſe vigeſima quinta Martij: tẽpore verò Anatolij Laodiceni Epiſcopi, qui vixit, Probo imperante, anno Domini ducenteſimo octuageſimo, æquinoctij tempus retroceſſerat tribus diebus, ſolq; arietem ingrediens faciebat æquinoctium vernum vndecimo Calendas Apriles, hoc eſt vigeſima ſecunda Martij, quod narrat Euſebius in Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro ſeptimo. Quare noua eſt conſtitutio, fortaſſe edita poſt Conſilium Nicænum, in quo Paſchæ obſeruatio ad eam rationem redacta fuit, vt poſt æquinoctium vernũ, quarta decima lunæ obſeruaretur, & die dominico, qui poſt plenilunium primus eſſet, Paſcha celebraretur, quod factum eſt ea præcipuè ratione, ne Iudæorum conſuetudinem imitaremur, neque bis in eodem anno Paſcha ageremus, hoc enim accidere poſſet ſi tantum duodecim lunares menſes obſeruaremus, nulla æquinoctij ratione habita, aliquando enim poſt æquinoctium celebrato Paſcha, eodem anno ante æquinoctium itidem celebraretur: initium enim anni ordiuntur ab introitu Solis in ſignum Arietis. Exiſtimo igitur cum verba Apoſtolicæ cõſtitutionis viderentur antiqua, illi & ab eccleſia reiecta, Paſchæ celebrationi quodammodo fauere viros pios, illa verba, ne offenſionis cauſam præberent, & aliquos in errorem inducerent, deleuiſſe, repoſuiſſeque receptam & probatam ab Eccleſia obſeruandi Paſchæ rationem.

In Cap. 19. intellige Chriſtianos olim ſex diebus ante paſcha ſiccis cibis veſci ſo- G litos, cuius moris mentionem facit Epiphanius in libro tertio aduerſus hæreſes.

In Cap. 21. illa auctoritas, qua dicitur quod Dominus accepit ignem à domino, & alia qua Iacob fatetur ſe vidiſſe deum facie ad faciem, item illa de rubo, quem vidit Moſes ardentem, meritò accommodantur ad filij Dei perſonam: fuit enim hæc conſtans priſcorum procerũ ſententia, ijs & huiuſmodi alijs viſionibus, Chriſtum Dei demonſtratum. Poſſem ad hoc probandum vnanimem Patrum omniũ conſen-
“ ſum in medium afferre, ſed breuitati ſtudens, contentus ero vna ſancti Leonis ſen-
“ tentia quæ ſcripta reperitur in Epiſtola 13. ad Pulcheriam Auguſtam, ijs verbis. Po-
“ tuerat quippe omnipotentia filij Dei ſic ad docendos iuſtificandoſque homines
“ apparere, quomodo Patriarchis & Prophetis in ſpecie carnis apparuit, cũ hoc luctamen inijt, aut ſermonẽ conſeruit, cúmue officia hoſpitalitatis non abnuit, vel etiam
“ appoſitum cibum ſumpſit, ſed illæ imagines huius hominis erant indicia, cuius veri-
“ tatem ex præcedentium Patrũ ſtirpe ſumendã ſignificationes myſticæ deſignabant. H

In eodem Capite, cum dicitur Deum Verbum, Deo ipſius ac Patri in condenda rerum vniuerſitate miniſtraſſe, cautus eſto, & memento eorum quæ de auctoritate Principij ſunt dicta: nolique putare illud miniſterium efficere filium minorem Patre, miniſtrat enim quatenus ſapientia & ars Patris exiſtit, per quem vniuerſa ſunt condita. Iuſtinus in dialogo, quem cum Tryphone habuit, opera filij Patri cooperantis, miniſteria appellat, filiumque Patris miniſtrũ, ſcilicet ea ratione, qua dictum eſt, Verbum eſſe rationẽ artémque Patris in rebus creandis, productum que à Patre qui ei vnà cum eſſentia eandem operandi poteſtatem dedit. Quare vt hic ordo ſignificaretur, Patres aliquando miniſterium filio tribuerunt. Non potuit autem hæc res planius explicari, quàm eſt à Tertulliano explicata in lib. de Trinitate, cuius verba hic ſubieci, quoniam inſtar normæ eſſe debent, ad quam hæ, quę duriores videntur, priſcorum ſententiæ, ſint dirigendæ. Sic igitur in fine eius libri inquit Tertullianus, Subiectis enim ei quaſi filio omnibus rebus à Patre, Patris quidem ſui Filius probatur

probatur, cæterorum autem & Dominus & Deus eſſe reperitur. Ex quo dum huic, qui eſt Deus, omnia ſubſtrata traduntur, & cuncta ſibi ſubiecta Filius accepta refert Patri, totam diuinitatis auctoritatem rurſus illi remittit: vnde vnus Deus oſtenditur verus & æternus Pater, à quo ſolo hæc vis diuinitatis emiſſa, etiam in Filium tradita & directa, rurſum per ſubſtantiæ communionem ad Patrem reuoluitur. Deus quidem oſtenditur Filius, cui diuinitas tradita & porrecta conſpicitur, & tamē nihilominus vnus Deus Pater probatur, dum gradatim reciproco meatu illa maieſtas, atque diuinitas ad Patrem, qui dederat eam, rurſum ab illo ipſo filio miſſa reuertitur & retorquetur, vt meritò Deus Pater omnium Deus ſit, & principium Filij ſui, quē Dominum genuit: Filius autem cæterorum omnium Deus ſit, quoniam omnibus illum Deus pater præpoſuit quem genuit: ita mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus omnis creaturæ ſubiectam ſibi habens à Patre proprio poteſtatem qua Deus
B eſt, cum tota creatura ſubdita ſibi concors Patri ſuo Deo inuentus, vnum & ſolum & verum Deum Patrem ſuum, manente in illo quod etiam auditus eſt, breuiter approbauit. Eſt igitur ipſe filius creaturarum conditor vnà cum Patre, δημιουργὸς omnino, ita enim alijs in locis eum Clemens appellat, hoc eſt opifex atque auctor, non ὑπουργὸς quemadmodū Arrius & Aetius impiè dicebant: facientes eum quaſi ſecūdarium Deum ſubmiſſum ac ſubordinatum primo cōditori quorum opinionis duritas à Chriſtianis mentibus longè repellatur.

Ex Sexto Libro.

In Cap. nono animaduerte ferè earundem hæreſum mentionem fieri in Epiſtolis Ignatij. De Prophetia, & de monarchia ſermones à Petro cum Simone habitos, ſcriptos à ſe teſtatur Clemens in Itinerario.

C Qvae in quinto decimo capite habentur, atque omnia ea, quæ pertinent ad Concilium illud Apoſtolorum, cuius in Actis fit mentio, non ſunt continuanda cum alijs, quæ primo loco dicta ſunt, in quibus mortis Iacobi Epiſcopi facta eſt mētio: quare dirige hæc ad eam normam, quàm poſui in Prolegomenis, cum de methodo agerem.

In eodem Cap. nomen Iacobi Zebedæi delendum eſt, negligentia enim vel imperitia alicuius huc irrepſit, cùm Iacobus Zebædei filius antequam hæc gererentur, ab Herode fuerit interfectus, id quod in Actis Apoſtolorum legitur.

In Cap. 16. ſtatuitur iterandum eſſe baptiſma ab hæreticis adminiſtratū, quod conuenit cum quadrageſimo ſeptimo Canone eorundem Apoſtolorum: iudico autem Apoſtolos id ſtatuiſſe quòd ij, qui eo tempore hæreſes ſectabantur, cum de diuinis perſonis falſa atque impia opinarentur, non potuerunt ſeruare ſynceram baptiſmatis formam, propterea q; neceſſarium erat inſtaurare baptiſmum in ijs, quos
D ipſi baptizaſſent. Quòd idem ſtatuit Nicæna Synodus in Canone 19. de ijs, qui à Paulianiſtis fuerant baptizati, ij enim à Paulo Samoſatenſi profecti, Chriſti diuinitatem labefactabant. Quam impietatem poſtea Arrius & Aetius magis peruulgarunt. Narrat Epiphanius formam baptiſmatis ſeruatam ab Aetio, quæ hæc erat. In nomine Dei increati, & in nomine Filij creati, & in nomine Spiritus ſanctificati, & à creato Filio creati. Quis non videt, hoc modo, tota fide euerſa, neceſſariam fuiſſe baptiſmi renouationem? idem exiſtimo de ijs, quos rebaptizari voluerunt Apſtoli.

In Cap. 24. noli putare vniuerſum populum Romanum eo tempore, Chriſti fidem amplexum fuiſſe, ſed cùm multi eſſent in vrbe Chriſtiani, iamq; religio eſſet celebris. præſertim ſi ab ea (vt legitur) Tiberius non abhorruerit, propterea hanc rem extollens Clemens, inquit, Romanos recepta Chriſtiana pietate, ab Idolorum cultu diſceſsiſſe.

In Cap. 26. recognoſce eaſdē hæreſes numeratas ab Ignatio, in quibus animaduertere

uerte illud idem, quod in decimo ſeptimo cap. tertij libri dictum eſt de Deo, qui eſt E ſupra omnia. Hoc loquendi more à Clemente accepto vſi, ſunt Ignatius, & Iuſtinus, cum Trinitatis perſonas diſtinxerunt, quod quoties occurret reuoca in memoriam, quæ de hac re in eo loco annotata ſunt, ita enim omnis erroris ſuſpitio abiret.

Ex septimo libro.

In Cap. 23. Non debes mirari, quòd ieiunium ante baptiſmum præcipitur, cùm præcipuè ob eam cauſam putem Catechumenos olim in nocte magni Sabbati baptizatos. Narrat Caſsiodorus Burgundiones, cùm vexati ab Hunnis in Galliã tranſiſſent, Chriſtianàmque pietatem recepiſſent, à quodam Epiſcopo baptizatos fuiſſe indicto ipſis prius octo dierũ ieiunio. Tertullianus in libro de Baptiſmo, Ingreſſuros, inquit baptiſmum, orationibus crebris ieiunijs, & geniculationibus & peruigilijs orare oportet, & cum confeſsione omnium retrò delictorum. F

In Cap. 24. quartæ & ſextæ feriæ ieiuniũ præcipitur, quod diu manſit in Eccleſia, nunc (quod eſt dolendum atque lugendum) cum alijs optimis maiorum inſtitutis in diſſuetudinem abijt. Præcipitur quoque ſabbati celebritas, quam tamen cum diei Dominici cultu minimè æquatam, oſtendit huius libri caput trigeſimum quartum, non eſt autem mirandũ Apoſtolos œconomia, atque conſilio vſos, aliquid Synagogæ ad Eccleſiam migranti conceſsiſſe: altè enim in ea inſederant veteres cæremoniæ, vt non adeò facilè aboleri poſſent. Fuit tamẽ hic mos (vt vidimus in ſecũdo libro) ita retentus, vt in eo die meditatio diuinæ legis eſſet, non manuum ceſſatio. Conſilium Laodecenum iubet in Sabbato congregari Eccleſiã, idèmque prohibet eum diem more Iudæorum cuſtodiri. Etiam quod hic ſtatuitur de vnius magni Sabbati ieiunio, agnoſco priſcum morem, ſed eundem acceſsione meliorum legum exoletum: nam Eccleſia Romana, quæ Apoſtolica vtens poteſtate, ſingula pro conditione temporum in melius mutat, non fuit contenta vnius Sabbati ieiunio, ſed inſtituit, vt idem mos in omnibus Sabbatis ſeruaretur. De ea re, atque alijs cò ſpectantibus extat præclara Innocentij primi Epiſtola ad gaudentium Egubinum Epiſcopum. G

In Capite 39. nota Patrem appellari Deum ingenitum, alibi filius dicitur Deus genitus, quæ voces & ſi molliores ſunt, ſuſpectæ tamen fuerunt patribus, cùm ab Arianis vſurparentur, qui ingeniti & geniti differentiã induxerunt, putantes ex ea filij naturam diuerſam fieri à patre. Duces illi Eccleſiæ, & ſi voces non aſpernabantur (non enim id efficiunt, quod volebant Ariani) tamen quoniã in ſcripturis non reperiuntur, & eis vtebantur hæretici, quorum etiam vocabula timenda ſunt, ideo in eis recipiendis, cautionem adhibendam cenſuerunt: lege Epiphanij diſputationem contra Aërium, & Baſilij contra Eunomium. Magnus Athanaſius in epiſtola de Synodis Arimini & Seleuciæ, duo inquit ſignificare ingenitum, id quod exiſtens H factum non eſt, & id quod ſuæ naturæ auctorem non habet: ad priorem ſignificationem reſpiciens, filium ingenitum verè dicere poterit, idem ſi alteram ſpectet, id de ſolo Patre verè affirmabit: poſtea idem ſanctiſsimus Pater, ſciẽs ijs vocibus vſos priſcos, præſcribit nobis, quemadmodum in eorũ libris hæ voces ſint intelligendæ: inquit enim, Non ignoramus eos, qui dixerunt vnum eſſe ingenitum Patrem, non co animo ſcripſiſſe, quaſi Verbum Dei genitum, hoc eſt factum, & opus eſſe vellent, ſed ideò, vt oſtenderent, Patrem ſui auctorem non habere, ſed illum Patrem ſapientiæ eſſe, & omnia genita, hoc eſt quæ facta ſunt, in ſapientia feciſſe. Cùm igitur incides in hæc verba (incides autem ſæpe) noli exiſtimare ea iniecta ab Arianis, & ſi ipſi ijs vocibus delectati ſunt, ſed illa accipe quemadmodum Athanaſius eſt interpretatus nunc cùm expulſo Arianorum errore integra ſynceraque manſerit Homouſij fides has voces non ita perhorreſcimus.

In Cap. 40. dicitur Chriſtus genitus bene placito Patris, nõ quòd voluntas Dei

Patris

Patris ei ortum dederit (omnibus enim creaturis, vt inquit Hilarius, ſubſtantiã Dei voluntas attulit, ſed Filio natura dedit) ſed dicitur genitus beneplacito Patris, quatenus in eo naturaliter genito quieſcit beneplacitum Patris, Hic eſt enim, inquit, Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Pari ſententia Origenes inquit, Patrem protuliſſe germen voluntatis.

In Cap. 43. ſunt hæc verba, (*poſt hæc adorat ipſum vnigenitum Deum, poſt ipſum, & propter ipſum gratias agens ipſi,*) quorum verborum hæc eſt ſententia, adorat vnigenitum Deum poſt ipſum, id eſt poſt Deum Patrem, vt ex eo intelligatur ordo originis, & in Patre principij dignatio, vt iam diximus, & propter ipſum, ſiue per ipſum, id eſt per Filium gratias agat ipſi Patri.

In Cap. 42. 43. 44. habes benedictionem olei Catechumenorum, aquæ baptiſmatis, & Chriſmatis: intelligendum eſt autẽ priſcos illos mgnã vim tribuiſſe horum elementorũ ſanctificationibus. Tertulianus in libro de Baptiſmo ſic inquit, Igitur omnes aquæ de priſtina originis prærogatiua ſacramentum ſanctificationis conſequuntur, inuocato Deo: ſuperuenit enim ſtatim Spiritus de Cœlis, & aquis ſupereſt ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita ſanctificatæ vim ſanctificandi cõbibunt. Cyprianus ad Ianuarium, oportet verò mundari & ſanctificari aquam prius à ſacerdote, vt poſsit baptiſmo ſuo, peccata hominis, qui baptizatur, abluere. Auguſtinus tract. 80. in Euangelium Ioannis, Detrahe verbũ ab aqua, quid erit niſi aqua, accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Ante hos, Dionyſius in capite de baptiſmo, exponit quemadmodũ aqua per Spiritus ſancti inuocationẽ, & ſacri Chriſmatis permiſtionẽ ſanctificata, præparabatur ad baptiſmũ. Cyprianus in ſermone de Chriſmatis vnctione, ſanctificatis (inquit) elemẽtis iam non propria natura præbet effectũ ſed virtus diuina potentiùs operatur. Cyrillus Hieroſolymitanus, qui has ipſas baptiſmi cęremonias tradidit, de oleo exorcizato, (ita enim appellat oleũ Catechumenorum) poſt multa alia hæc inquit, Quemadmodum inſufflationes ſanctorum, & diuini nominis inuocatio, quaſi vehemens flamma vrit atque fugat dæmones, ita hoc oleum exorcizatum, inuocatione Dei, & oratione tantas acquirit vires, vt non ſolũ ardentia peccatorũ veſtigia deleat, ſed etiã omnes inuiſibiles dæmones expellat.

In Capite 44. verba ſunt obſcura, (*vnius cuiuſque enim manus impoſitionis virtus hæc eſt*) ſi mendum abſit, ſententia (niſi fallor) eſt huiuſmodi, in qualibet manus impoſitione tam ea quæ fit in baptiſmo, quàm ea quæ fit in ſacramento confirmationis, virtus hæc eſt, id eſt virtus in ſanctificatis elementis conſiſtit, quatenus ſacramenta illa requirunt materiam per inuocationem Spiritus ſancti ſanctificatam atque præparatam, ſine qua ſacramentum ritè adminiſtrari non poteſt: quæ ſententia valde conuenit ijs, quæ mox ſequuntur. (*niſi enim ſuper quodlibet horum inuocatio fiat &c.*) in quibus verbis eſto cautus, & primum illud tibi ſtatue, ſanctificationem materiæ baptiſmi magis requiri præcepti, quam ſacramenti neceſsitate. Sancti Patres tamen, tam ij quorũ verba protuli, quàm alij non pauci, illam inuocationem Spiritus ſancti ſuper aquã magno opere extollunt, atque ei immenſa tribuunt, vt non mirũ ſit Clementem quoque adeo eã commendaſſe, nam eius dictis minime aduerſatur, vt quis non adhibita ad baptiſmum aqua ſanctificata, verè ſit baptizatus: & ſi abſit contemptus vel negligentia, ſacramenti fructum conſequatur. Non enim negat Clemens illum eſſe verè baptizatum, ſed inquit, non abieciſſe eum animæ ſordes, hoc eſt, non eſſe aſſecutum baptiſmi effectum. Quod intellige, ſi præter neceſsitatem, ſeu aliã æconomicam rationem eam omiſerit.

Conversionem ad Orientem explanãs S. Cirillus, cuius ſæpè mentionẽ feci, hæc inquit, Quãdo abrenuncias ſathanæ, omni teſtamẽto, veteriq; pacto in inferno cũ eo inito reſciſſo, aperitur tibi paradiſus Dei quẽ plãtauit ad Orientẽ vnde propter præuaricationẽ primus pater noſter fuit expulſus, cuius rei ſignũ eſt, cũ ab Occidẽte cõuerteris ad Orientẽ, qui lucis eſt locus. Oẽs alias baptiſmi cæremonias à Clemẽte expoſitas, Dionyſ. Tertull. Cyprian. Cyrillus, Aug. & deniq; priſci oẽs agnoſcunt.

Capvt

Caput 47. continet hymnum Angelorum, quem quoniam, S. Hilarius, paucis mutatis, in latinum conuertit, atque in miſſam incluſit, Concilium Toletanū quartum, & quidam alij eum huius hymni auctorem faciunt.

Ex Libro Octavo.

In Capite primo, in quo ſermo eſt de Epiſcopis improbis, quaſi ij non ſint veri Epiſcopi, caue ne hæc ſententia tibi ſit occaſio ſequendi errorē Huſsitarum negantium Epiſcopum, presbyterumue mortali peccato obſtrictum eſſe Epiſcopum, vel presbyterium. Non enim ita eſt accipienda Clementis ſententia, quaſi velit eos, qui huiuſmodi ſunt, amittere poteſtatem, quam in ordinatione acceperunt, ſed eos negat eſſe Epiſcopos, quatenus officia ac munera, quibus funguntur, non ſunt grata atque accepta Deo, imò neque electio ipſorū ei tribuitur, ſed hominibus: ſunt igitur hi Epiſcopi quoad poteſtatem: non ſunt Epiſcopi, quoad Deum attinet, quia Inſtitutiones ipſorū atque officia, quæ poſtea exercent non ſunt probata Deo. Ioannes Chryſoſtomus hanc quæſtionem pertractans, ad eius explicationē produxit Clementis ſententiam, cuius verba audiamus. Diaconis autem & Presbyteris ſecundum præuidentiam ſuam. illis videtur Deus iniungere miniſterium Diaconatus aut Presbiteratus, qui ſunt iuſti: qui autem inueniuntur iniuſti, illos ordinaſſe homines videntur, non Deus ab exitu ergo rei cognoſcitur, qui à Deo ordinatus eſt, & qui ab hominibus. Qui enim miniſterium ſuum bene conſumauerit, apparet quia ex Deo fuerat ordinatus: qui verò miniſterium ſuum non bene conſummauerit, ex hominibus ordinatus eſt. Quomodo autem quidam ſacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeſtè in libro octauo Canonum Apoſtolorum dicitur Hieronymus quoque in commētarijs in Epiſtolam ad Galatas aſſeuerat, eos eſſe ab hominibus ordinatos, qui indignè, fauore populi, patientiā Domini contemnentes diuino ſacerdotio contra meritum ordinantur. Tales igitur non ſunt ſacerdotes hoc eſt, Deus non elegit eos, vt eſſent ſacerdotes, neque ipſorum muneribus acquieſcit diuini beneplaciti cōſenſio, quanquam ex vi ordinationis conſequuntur diuinitus ſibi delatam poteſtatem.

In Cap. 3. vide id, quod etiam in Dionyſio legitur, ſignum externum, quo inſtituuntur Epiſcopi & cæleſtem accipiunt poteſtatē, eſſe impoſitionē libri Euangeliorum ceruicibus illorum, qui inſtituuntur, cuius rei rationem cognoſces ex eodem Dionyſio, ex qua plura poſſunt intelligi, quā mihi modò breues annotationes ſcribenti, & offenſiones vitanti, explananda videntur.

In eodem capite tertio, Pater appellatur cunctorum opifex per Chriſtum, qui (vt diximus) eſt ars & ſapientia patris, per quam facta ſunt ſæcula.

In quarto præcipit Catechumenis, vt ſe cōmēdent Deo ingenito per Chriſtum & meritò: per eum enim habemus acceſſum ad Patrem.

In nono & decimo cap. qui illuminantur, ſunt ij Catechumeni, qui de fide inſtructi, & diu in Eccleſia verſati, breui erant ad baptiſmum acceſſuri.

In cap. decimo ſexto, attende verba præfationis, quibus etiam nunc vtimur, ab Apoſtolis manaſſe ac ne conſtitutio nouitatis ſuſpitionem tibi afferat, lege Cirillum qui in myſtagogicis orationibus hunc ipſum Liturgiæ morem expoſuit, totidē verbis de Clemente trāſlatum ex quo facilè intelligitur liturgiam Clementis Hieroſolymis in vſu fuiſſe, eadem verba leguntur in Baſilio, & Ioanne Chryſoſtomo, Iuſtinus, & ſi verba non retulit, tamen eorum vim expreſsit. In eodem cap. dicitur Filius voluntate & potentia Patris generatus: quibus verbis explanatur recta de origine filij ſententia, eſt enim potentiā generatiua Patris principium generationis filij cuius æterna voluntas eſt comes.

In cap. 17. *(vt oſtendat hunc panē corpus Chriſti tui.)* hoc eſt vt efficiat, hanc enim vim habet Grecum verbum. Eadem verba ſunt in Liturgia Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi, quæ

A quæ nemini ſuſpitionem afferre debent,quaſi alijs verbis,quàm ijs, quæ à Domino accepta ſe nobis tradere affirmat Paulus,putauerint ij Patres panem & vinũ in corpus & ſanguinem conuerti,conſtans enim &perpetua fuit omnium patrũ ſententia verbis Domini tantum myſterium adminiſtrari.Quod verò hoc loco dicitur,ad ſuperiora verba reſpectum habet,& ad illa referri debet vt enim quæ ante conſecrationem dicuntur,ad oblationem corporis & ſanguinis Chriſti dirigéda ſunt,ſic quæ poſt conſecrationem myſticè precatur,& facit ſacerdos,ad vnum peractæ conſecrationis actum trahuntur Sacerdos ante conſecrationem tenens manu patinã,& calicem,dicit ſe offerre hoſtiam immaculatam pro peccatis, & calicem ſalutaris ,quæ actio reſpondet oblationi corporis & ſanguinis faciendæ, tunc anticipatione quadam ſacerdotis mente atque propoſito conceptæ,ita poſt conſecratã Euchariſtiam inuocatur Spiritus ſanctus illorum munerũ ſanctificator,& peracti operis vnà cum Patre &Filio effector,quæ inuocatio non eſt ſeparanda à priore actione,qua ſacer-
B dos,verba Domini proferens,panem & vinum conſecrauit,ſed ad eundem actum reuocari debet,imò ad idem temporis momentum,quo illa admirabilis conuerſio facta eſt:nàm cum omnia ſimul,atque vno tempore fieri non poſsint,ordine,ac temporis interuallo diſponuntur,quæ verò ſermone & tempore diuiduntur,cogitatione atque intelligentia ſunt in vnum coniungenda. Græci cùm in Concilio Florentino interrogati eſſent,cur poſt verba Domini prolata,quibus conſecratio abſoluitur,precarentur Deum vt panem & vinum in corpus & ſanguinẽ conuerteret, reſponderunt,ſe conſtanter credere conſecrationem verbis Domini perfici,preces autem illas eam vim habere,atque idem valere,quod in Latinorum Liturgia oratio, quæ poſt conſecrationem dici conſueuit. Supplices te rogamus omnipotens Deus „ iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum,in conſpectu „ diuinæ maieſtatis tuæ. „

In cap. 18. habetur oblatio pro Prophetis Apoſtolis & Martyribus, quæ fortè
C alicui videbitur abſurda,eo quòd iniuriam (vt inquit Auguſtinus) facit Martyri, qui orat pro Martyre. Tu verò intellige hoc loco non modò nihil abſonũ fieri, ſed etiam maximè pietatem coli.audi autem non me, ſed Cyrillum,cuius nomen toties repetiui,hanc ſanctorum memoriam exponentem ijs verbis,Atque hoc ſacrificium „ tibi offerimus,vt memores ſimus,primum eorum, qui dormierunt, Patriarcharum „ Prophetarum, Apoſtolorum, Martirum,vt Deus orationibus & interceſsionibus „ ipſorum noſtram deprecationẽ ſuſcipiat: deinde vt in memoria habeamus ſanctos „ patres,qui dormierunt,atque Epiſcopos, & denique omnes,qui nos præceſſerunt „ magnam vtilitatem credentes acceſſuram eorum animabus,pro quibus offertur, ex „ oratione ſancti & tremendi ſacrificij. Habes in Cyrillo duplicem ordinem dormi- „ entium,quorum in ſacrificio fit mentio,vnum conſtantem ex Patriarchis, Prophetis,Apoſtolis,Martyribus,qui ideo memorantur,vt noſtræ neceſsitatis ipſi memores,rogent Deum pro nobis:alterum ordinem eorum,quorum neceſsitati nos ora-
D tione & ſacrificio ſubuenimus. Præter hæc,quæ dicit Cyrillus,videtur Chriſtianæ pietati maximè conſentaneum,vt ſacrificium etiam pro Patriarchis, atque Apoſtolis offerri dicatur,non quidem ad delictorum expiationem, ſed ad gratiarum actionem:aguntur enim gratiæ Deo,quòd illi athletæ,& pugnatores magni,poſt tot ſuſceptos labores,& gloriam Dei celebratam,dignam ſuo certamine gloriam acceperunt. De alijs autem.quibus ſacrificio opem pręſtamus,nihil iã attinet dicere, cùm continuata traditione, conſtantique omnium patrum teſtificatione, certum iam ſit ab incunabulis Eccleſiæ, toto Orbe Chriſtiano, atq; omnibus temporibus mortuorum memoriam ſupplicationibus & ſacrificijs cultam ac celebratam fuiſſe.

In Cap. 17. memoratur impoſitio manuum,quæ fiebat Diaconiſsis,quod pugnat cum decimo nono Canone Concilij Nicæni, negante Diaconiſſas manuum impoſitionem habere. Item quod dicitur de imponenda manu Hypodiaconis, & ijs qui in minoribus gradibus collocantur, eſt omnino mihi dubium,cùm canoni-

Gg ca au-

ca auctoritate conſtet, manuum impoſitionem infra diaconatum non deſcendere. E

In Cap. 35. ne ſit tibi mirum creaturam, De inuocatione, ſolemnique peccatione ſanctificatam, adipiſci facultatem expellendorum morborum, que etiam dæmones fugare ſoleat, refert S. Thomas ſe in hiſtorijs legiſſe, Anachoretas, qui in Aegypti ſolitudine vitam ducebant, vicinis mittere ſolitos oleũ benedictum ad curandos morbos idoneum.

In eodem cap. ancilla libidini domini obſequens recipitur, cùm enim ipſa ſui corporis poteſtatem nõ habeat, meritò culpa nõ in eam, ſed in dominũ eſt reijciẽda.

Preceptio quieſcendi diebus Apoſtolorũ, fortè poſt tempora Apoſtolorum adiecta fuit, quanquam incredibile non eſt Apoſtolos ſuum exitum in Dei gloriam & fidei propagationẽm futurum proſpicientes, voluiſſe, vt ijs diebus fideles in commemorandis eorum certaminibus & Chriſti nomine celebrando eſſent occupati.

Constitvtio iubens ſeruum & ancillam & ſeparari: intelligenda eſt, ſi ij inuitis dominis, ſeu omnino non iuſtis nuptijs ſint copulati. F

In Calce vltimi Capitis, in quo de inſtitutione ſacrificij agitur, habentur verba quædam, quæ anſã præbere poſſent, vt ij libri ſint contemnendi. Inducuntur enim treſdecim Apoſtoli dicentes ſe à Chriſto ordinatos: quod mirum eſſet ſi Chriſtus omnium Eccleſiæ munerum inſtitutor, & auctor, ſuam excellentem poteſtatem ſacramentis alligaſſet, vel eam certis finibus circumſcriptam, vnum in locũ incluſiſſet Matthias ſupra quem cecidit ſors hoc eſt (vt Dionyſius interpretatur) ſignum viſibile apparuit, vt Apoſtolus, ſic ſacerdos à Domino eſt electus: Paulũ, non ab hominibus, neque per homines electum, omnia munera ab eo accepiſſe, cenſendũ eſt qui cum vas electionis inſtituit. Subiungit Clemens in perſonam Apoſtolorum. Qui propter nos factus homo, & ſpirituale ſacrificium Deo ſuo & Patri offerens, ante paſſionem nobis præcepit ſolis, vt hoc faceremus, quanquàm nobiſcũ eſſent alij, qui in ipſum crediderant. Ijs verbis aiunt Clementẽ cenſere treſdecim Apoſtolos fuiſſe cùm Dominus myſticam cænam celebrauit. Quæ tamen verba non ſunt referenda ad ſuperiora, ſed intelligenda ſolùm de ijs, qui tunc præſentes fuerunt. Noſti enim ex mea obſeruatione Clementis morem ita inducẽtis Apoſtolos loquentes, vt ſermo præſens ad præterita referatur, & quamuis omnes loqui videantur, ijs tamen ſolis tribuatur narratio, qui rei, quam exponunt præſentes interfuerunt. G

SEQVVN- H

EPISTOLAE B. CLEMENTIS PONTIFICIS MARTYRIS DE VERA FIDE, ET RECTE' CONSTITVENDA REGENDAQVE ECCLESIA, EXPLICATAE, DEMONſtratæq́; ſcholiolis Lamb. Gruteri Venradij.

ARGVMENTVM PRIMAE EPISTOLAE CLEMENTINAE, PER Lamb. Gruterum Venradium.

Beato Iacobo Iuſto, Hieroſolymorum Epiſcopo perſcribit doctiſſimus & ſanctiſſimus Clemens, quónam modo abs Petro Apoſtolo iam iam morituro ſit ordinatus Romæ Epiſcopus: quæq́; ipſi Præcepta dederit, tum de officijs gerendi Epiſcopatus: tum de officijs presbyterorum erga cuiusq́; conditionis atq; ætatis homines, tum deniq; de Concionatoribus, catechiſtis & diaconis: quaq́; ratione formam ipſi Eccleſiæ pereleganter deſcripſerit, poſtremò, quæ obedientia Epiſcopo & Paſtori præſtanda veniat, & quomodo ſit omnibus ſanctè viuendum. Vtinam aũt, hæc officia ſic à Petro deſcripta, ab ijs, à quibus debebant, obſeruata perfectaq́; eſſent, aut fierent etiam nunc nunquam profectò tam miſerè deformata foret Eccleſia noſtra Catholica, & verò citò reformari poſſet, quo de vix certam ſpem pijs concipere in hoc quidem rerũ ſtatu liceat. Omninò ſtatuo, hanc Clementis veram eſſe Epiſtolam: vt meritò digna ſit legi. Sed de veritate ſuprà.

ARGVMENTVM PRIMAE EPIſtolæ Clementis, per Ioan. Sichardum.

NON *admodum his repugnauerim qui epiſtolam iſtam Clementis, Recognitionibus præfigendam cenſuerũt, vt quæ à Rufino latinitate donata ſit ante recognitiones. Attamen cum in præfatione ad Gaudentium epiſcopum, Rufinus eius rei ipſe meminerit, nolitque verſionis tempus obſeruari, viſum fuit ſubiniquum, autori iniuriam facere, præſertim huc nos ſerie hiſtoriæ inuitante. Nam quid eſt veriſimilius, quàm tum demum ad conſtituendum eccleſiæ ſtatum Petrum animum adieciſſe, cum iam videret mortis diem adpetere? Quod vero Clemens hic ſe primum à Petro epiſcopum Romæ ordinatum aſſerit, à Rufino eſt ſatis ſuperque excuſatum, dum Apoſtoli & Epiſcopi peculiaria munera, inter ſe differre dicit.*

EPISTOLA CLEMENTIS PRIMA AD IACOBVM FRATREM DOMINI, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

CLEMENS Iacobo fratri domini, & Epiſcopo Epiſcoporum
regenti Hebræorum ſanctam eccleſiam Hieroſolymis, ſed
& omnes eccleſias, quæ vbiq; Dei prouidẽtia fundatæ ſunt,
cum presbyteris & diaconis, & cæteris omnibus fratribus,
Matth. 16. pax ſit ſemper. Notum tibi facio domine, quia Simon Pe-
trus, (qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtẽ-
tu fundamentũ eſſe eccleſiæ definitus eſt, qua de cauſa eti-
am domini ore cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiæ
Ioan. 1. electionis domini Apoſtolorum primus, cui & primò Deus pater filium reuelauit,
cui & competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus eſt & electus & conuiua
domini & comes effectus, tanquam bonus & probatiſsimus diſcipulus, qui obſcu-
πάθος. riorem mundi plagam occidentis, velut omnium potentior, illuminare præceptus
eſt, quique & integrè potuit implere præceptum: Sed quouſque ſermonem protra-
ham, refugiens indicare, quod triſte eſt? Quod quidem neceſſe eſt, licet tardè, pro-
ferre:) Hic denique ipſe Petrus, qui pro immenſa charitate, quam erga omnes ho-
** Neronẽ,* mines gerebat, palam cum omni fiducia, * aduerſante etiam tyranno totius mundi,
vel ipſum bonum prædicare non deſtitit: & regem omnium ſeculorum per orbem terræ, & v-
diabolum queadipſius Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiam ipſa ſaluaretur, inuexit: Hic,
intellige. inquam, pro pietate pati volens, præſentem vitam finiuit. In ipſis autem diebus,
Ita Paulus (quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit) in conuentu fratrum poſitus, appre-
2. Theſ. 2. henſa manu mea repente conſurgens, in auribus totius eccleſiæ hæc protulit verba:
Audite me fratres & conſerui mei, quoniam vt edoctus ſum ab eo, qui miſit me, do-
mino, & magiſtro meo Ieſu Chriſto, dies mortis meæ inſtat, Clementem hunc Epi-
ſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram * trado.

Refert Egeſippus libro tertio, capite ſecundo, de excidio Hieroſolymitano, Chriſtum Petro precibus diſcipulorum fugienti ante vrbem occurriſſe, vtque rediret, monuiſſe, & crucis necem prædixiſſe. Sic teſtatur ipſe Petrus 2. Epiſt. cap. 1.

Qui mihi ab initio vſque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem
totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis ſocius ex-
titi, fideliter perſeuerans. Quem præ cæteris expertus ſum Deum colentem, homi-
nes diligentem, caſtum, diſcendi ſtudijs deditum, ſobrium, benignum, iuſtum, pa-
tientem, & ſcientem ferre nonnullorum (etiam ex his, qui in verbo Dei inſtituun- H
tur) iniurias.

Deſcribit hanc hiſtoriam ex hac epiſtola Nic. Calliſtus, libro 2. cap. 35. Vide autem, qualem conſtituat ſibi Petrus ſucceſſorem Epiſcopum. Et certè talem vult Paulus conſtitui, 1. Tim. 3. Tit. 1.

In dec. Iuo. Propter quod ipſi trado à domino mihi traditam poteſtatem ligandi & ſoluen-
li. 5. 13. q. 3. di, vt de omnibus, quibuſcunque decreuerit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis.
Quicũque Ligabit enim, quod oportet ligari, & ſoluet, quod expedit ſolui, tanquam qui ad
contri. liquidum eccleſiæ regulam nouerit. Ipſum ergo audite, ſcientes, quod quicunque
Et infra in contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacer-
epiſ. 1. Ale- bat Deum, propter quod & vita carebit. Ipſum autem, qui præeſt cæteris, oportet
xandri pa- medici vicem agere, & non feræ beſtiæ furore commoueri. Hæc eo dicente, ego
pæ I. procidens ad pedes eius, rogabam excuſans me, & declinans honorem cathedræ vel
Modeſtia poteſtatem. At ille reſpondens, pro hoc, inquit, ne me rogaueris. Hoc enim fieri ſta-
Clemẽtis. tutum eſt mihi, & eò magis, quò te excuſas, quia hæc cathedra eum, qui cupit eam,
* & audacter expetit, non requirit, ſed ornatũ moribus, & in verbis eruditum. Quod
ſi eſſet

A ſi eſſet alius melior, ſi quis mihi alius adiutor tam ſedulus aſtitiſſet, ſi quis tam plenè doctrinæ meæ rationem cœpiſſet, ſed & eccleſiaſticas diſpoſitiones à me tam plenè didiciſſet, habens alium talem, nõ te cogerem opus bonum ſuſcipere nolentem. Superfluum eſt ergo alium quærere, quum primitias eorum, (qui ex gentibus per me ſaluantur, & præcipue huius vrbis.) te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quod ſi periculum peccati timens, ſuſcipere refugis eccleſiæ gubernacula, certus eſto, quia amplius peccas, quàm ſi populũ Dei velut in fluctibus poſitũ & periclitantẽ (quum iuuare poſsis) ſubterfugis, tui tãtummodo habens conſiderationem, & nõ, quod in commune omnibus expedit, prouidens. Sed certus eſto, quòd neceſſe eſt, te ſuſcipere omne periculum, quia nec ego pro ſalute omnium ab obſecrando ceſſabo. † Quanto ergo mihi citiùs acquieueris, tãto me citiùs *laboris & triſtitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiam hoc, ô Clemens, quod tibi tædia & moleſtias, pericula etiam & opprobria incruditi vulgi indocilisque conciliem, quæ tu tamen, ſcio,

B quod conſtanter & fortiter feras, reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iuſta ratione perſpicere, quando maxime opera tua indiget Chriſtus, nunc quum inimicus aduerſus ſponſam eius commouet bellum, an in futuro tempore, quando iam Chriſtus poſt victoriam triumphabit, nec vltra vllius opera indigebit? Quis non etiam parui ſenſus intelligat, quòd iſtud eſt tempus, in quo operam tuam Chriſtus requirit? Tota igitur mente in præſenti neceſsitate præbe operam tuam, & auxilium in prælijs exhibe regi optimo, remunerationes magnificas poſt victoriam reddituro. Libenter ergo ſuſcipe epiſcopatus officium, eò maximè, quòd eccleſiaſticas diſpoſitiones à me probabiliter didiciſti, vt ſalus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. † Veruntamen & breuiter, te de ipſius diſpenſationis ordine, coram omnibus cõmonere neceſſarium duxi. Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias, ne fide iuſſor exiſtas,

C ne aduocatus litium fias: neue in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris, mundialis negotij occaſione perplexus. Neq; enim iudicem aut cognitorem ſecularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus, ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſsis verbo Dei vacare: & ſecundum veritatis regulam ſe cernere bonos à malis. † Iſta nanque opera, quæ tibi minùs congruere ſuperiùs expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt laici, & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimẽ eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſeculares: ita & vnicuique laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò ſecurum facere ex his, quibus non debes vacare, omnes cõmuniter elaborent. Quod ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi ſunt, vt tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudines derelinquant, quò ipſam, vt dignum eſt, diſpenſare ſufficias, & veritatis verbo abũdantiùs & ſtudioſiùs deſeruire. Si enim

D mundialibus curis fueris occupatus, & teipſum decipies, & eos, qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad ſalutem pertinent, pleniùs ſingulis quibuſq; diſtinguere: Et ex co fiet, vt & tu, tanquam quæ non docueris, quæ ad ſalutem hominum pertinent, *deponaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu quidem ad hoc ſolum vacato, vt opportunè & ſine intermiſsione doceas verbũ Dei, per quod ſalutem conſequi poſsint: Illi verò, cum tanta reuerentia tua verba ſuſcipiant, tanquam qui ſciant legatum te & præconem eſſe veritatis: & quodcunq; ligaueris ſuper terram, eſſe ligatum & in cœlo, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, etiam ibi eſſe ſoluendum. Quoniam quidem & tu, vt dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, ſolues. Et ad te quidem, qui præes iſta ſint monita, & his ſimilia. † Ad presbyteros verò ſint iſta. Ante omnia, vt pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptijs iungant, quò calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem curam habere huiuſcemodi negligãt: quia in multis, etiã, quùm ſenuerit corpus, concupiſcẽtia

† Videtur polliceri intercesſionẽ poſt mortẽ.

**al. mœroris & triſtitiæ meæ labore releuabis.*

† Epiſcopi propria erga ſe officia.

2. Tim. 2.

11. q. 1. Te quidem.

† Pop. erga Epiſcopum ſtudiũ quale debeat eſſe.

11. q. 1. Sicut enim.

**al. puniaris.*

Idem in epiſt. Euariſti Papæ. In decre. Iuo. lib. 5.

Matth. 16.

† Presbyterorum officium.

32.quæſt.7 tia viget, Ne fortè ergo fornicationis labes, occaſione accepta, tanquã venenũ peſsi- E
Quid in omnibus. mũ ſerpat in vobis, cauere & anteuenire neceſſariũ eſt, ne quod in vobis adulterij oc
cultũ caleſcat incendiũ. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum
Et in decr. Iuo.lib.7. nãq; in pœnis obtinet locũ, quoniã quidẽ primũ illi habẽt, qui aberrant à Deo, etiã
ſi ſobriè vixerint. Propter quod vos ô presbyteri, Eccleſiã excolite, & adornate ſpõ-
* ſam Chriſti ad pudicitiã. Sponſam aũt dico, omnem Eccleſiæ congregationẽ, quæ ſi
QVAE ECCLESIA ſponſa ſit Chriſti? pudica inuenta fuerit à ſpõſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabi-
tur, & vos velut miniſtri ſponſę & amici ſpõſi ingenti gaudio & lætitia perfruemini.
Si vero ſpõſa hæc reperta fuerit cõmaculata peccatis, ipſa quidẽ tanquã indigna *nõ
**al extrudetur à regalibus.* tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, ſi fortè per veſtram negligenti-
am vel deſidiam obrepſerit contagio ſæua peccati. Idcirco ante omnia ſobrietatis &
prudentiæ ſolicitudinem gerite. Valde enim apud Deum graue crimen ducitur for-
nicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe Clemens diligenter ex-
ponet. Veruntamen prima ſpecies adulterij eſt, virum propria vxore ſolummodo F
non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantùm ſeruare ſe viro. Si ergo caſtus
fuerit quis, poteſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternam à Deo
1.Cor.13. miſericordiam conſequatur. Sanè ſicut adulterij venenum cunctis malis pernicioſi-
us eſt, ita amor fraternus & charitas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite om-
nes fratres veſtros, & cum religione ac miſericordia reſpicite ad omnes, orphanis, ex
hibete voſmetipſos parentes, viduis, virorum curam impendite cum omni caſtitate,
2.Theſ.3. quæ neceſſaria ſunt, prębentes. Iuniores tamen viduas nuptijs copulate. His qui ig-
1.Pet.4. norant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium
quærant. Artificibus verò operam prouidete: debilibus, miſericordiam facite. Scio
autem hæc omnia facturos vos, ſi charitatem præ cæteris &, ante omnia in veſtro
corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ habendæq; maximũ erit fomentum, ſi
frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum menſamq; faciatis, & in- G
quãtum vnuſquiſq; præualet, crebriùs panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſumat.

Vide hîc, quid ſit illa maiorum ἀγάπη: vnde meliùs intelligas Corinthiorum abuſum in Cœna dominica: de qua loquitur Paulus, 1.Corinth. 11

Per hæc enim præcipuè charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi
communione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & ſalus. Propter quod com-
Matt.25. munes facite cibos veſtros cum his qui ſecundum Deum fratres ſunt: quia per hæc
Itẽ in epiſt. temporalia officia, pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multò
Euariſti autem ſolicitiùs eſurientes reficite, & ſitientibus potum date, nudis veſtimen-
Papæ. II. tum, ægros viſitate, & eos qui in carcere ſunt, prout poſsibile eſt iuuate, peregrinos
q.1. Si qui ſatis promptè in domibus veſtris ſuſcipite. Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, om-
ex. ne bonum ipſa per ſe, ſi in vobis fuerit, charitas facere vos docebit, ſicut & è contrari-
**Sic 1. Corinth.6.* o eos, qui à ſalute alieni ſunt, omne malum facere odium docet.* Si qui ex fratribus
negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicentur, ſed apud presbyte- H
ros Eccleſiæ, quicquid illud eſt, dirimatur, & omni modo obediant ſtatutis eorum.
Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occaſione præſentis lucri ab
Leuit.19. æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras pro locis quibuſque æquiſsima
Prouer.10.11.16. cuſtodite depoſita, fideliter reſtituite. Quæ omnia, & ſi qua ſunt ſimilia his, ita de-
mum ſolicitè & diligenter implebitis, ſi futurum iudicium dei ſine intermiſsione
* * in veſtro corde voluatis. Quis enim peccare poterit, ſi ſemper ante oculos ſuos Dei
Eccl.7. iudicium ponat? Quod in fine mundi certum eſt agitandum, vt tandem, qui bene in
Matth.25. hac vita egerunt, conſequantur bona repoſita, peccatores autem, vt conſequantur
præparatas pœnas, de quibus ita futuris dubitare omnino non poſſumus. Si quidem
hæc omnia ita eſſe ventura, verus nobis propheta prædixit. Vnde & vos, qui eſtis ve-
Nota de cõfeſsione ſacramẽtali. ri prophetæ diſcipuli, abijcite à cordibus veſtris ante omnia diſcordias & animorum
diſſenſiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac ſimplicita-
tem tota mente ſeruate. Quod ſi fortè alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel
aliquod

A aliquod malum ex his, quæ ſuperiùs memorauimus latenter irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri hæc huic, qui præeſt, vt ab ipſo per verbum dei & conſilium ſalubre curetur, quò poſsit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Diaconi vero Eccleſiæ, tanquam oculi ſint Epiſcopi, oberrantes, & circunluſtrantes cum verecundia actus totius eccleſiæ, perſcrutantes diligentiùs, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum, & commoneri ab eo poſsit is, qui in præcipitium lapſurus eſt, vti reuocetur, & non corruat in peccatum. Negligentiores quoque, & eos qui rariùs ad audiendum verbum Dei accedunt, nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatum conueniunt, ipſi commoneant & hortentur. Si enim aſsidui ſunt ad audiendum, non ſolùm vitæ æternæ ex ſalubri commonitione capiunt lucra, verum & quæcunque illę ſunt triſtitiæ vel mœrores, quæ ex præſentis vitæ neceſsitatibus & cladibus temporum veniunt, * quæcunque ſermonibus ſuis in B corde velut iacula defixa circunferunt, abijciuntur omnia prædicatione vertiatis, & vitæ æternæ doctrina, & eruditione purgata. Alioquin, ſi multo tempore auditum ſubtrahant à verbo dei, & remaneant in cultu vitiorum, ſine dubio * ſpinis erunt ac ſentibus occupati. Ecquid aliud, niſi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, vt diximus, diaconis cura ſit. Sed & eos qui ſecundum carnem ægrotant, ſolicitè perquirant, & plebi, ſi fortè plebs ignorat, indicent de his, vt & ipſi viſitent eos, & quæ neceſſaria ſunt, præbeant eis, cum conſcientia eius, qui præeſt. Quod tamē, etiam ſi clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis, ſimiliter epiſcopo ſuggerant, refouendis: & cætera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint.

Diaconorū officia. Diſt. 93. Diaconi ecclesiæ.

Vtilitas frequentis concionis.

**al. quæq; malorum ſermonibus in corde ſuo.*

**al. deum amiſerūt, ſpinis.*

Diſt. 93. Diaconi ecclesiæ.

Catechiſtarum officia, Doctorum concionatorum. Et hic aduerte, quid ſit B. Paulo, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. 2. Tim. 2.

Qui catechizant, id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes, primò oportet, quòd ipſi C inſtructi ſint. De anima enim agitur hominū. Et oportet eum, qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſsit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipuè apprimè eſſe eruditus, & doctus, irrepræhenſibilis, maturus, impauidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me. Multum eſt autem, ſi ego nunc de ſingulis, quæ vnuſquiſque habere debeat, proſequar. Veruntamen illud eſt, quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune ſeruari, vt concordiam teneatis per quod ſolum poteſtis portū quietis intrare, & ciuitatē ſummi regis, quæ pax nominatur, habitare.

Pulcerrima hæc eſt ὑποτύπωσις ac Comparatio Eccleſiæ in eaque ordinis cum naui & re nautica. Eundemque ad modum Petrus in ordinatione Zachæi pulcrè deſcripſit diſtincta officia Epiſcopi, presbyteri & diaconi, tertia Recognitione, vide, ſi iuuat, atque confer. Eſt autem eiuſmodi comparatio etiam ſapientibus ethnicis vſitata. Nam naui Remp. conferunt Cicero & Horatius.

Similis namque eſt omnis ſtatus eccleſiæ magnæ naui, quæ per vndoſum pelagus D diuerſis è locis, & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius dominus, ipſe omnipotens Deus, gubernator verò ſit Chriſtus. Tum demum proretæ officium, Epiſcopus impleat, presbyteri, nautarum, diaconi diſpenſatorum locum teneant, hi qui catechizant * nautologis conferantur.

Proreta eſt gubernator in prora nauis: Græcis πρωράτης.

Epibatis) Dicuntur Epibatæ, qui naues conſceudunt, vt aliquò auehantur: ab ἐπιβαίνω, quod eſt, conſcendo. eos Vlpianus vocat vectores, eorumque naues, ἐπιβάδας, ſiue vt legunt alij, ἐπιβατίδας, in L. prima, ff. de exercitoria actione. Cæſar vocat v. comment. vectorias. Aptè ſanè Populus τοῖς ἐπιβάταις confertur, quando eadem ratio ſit Populi in Eccleſia, qua eſt conſcenſorum, in naui.

Epibatis autem, totius fraternitatis multitudo ſimilis ſit: ipſum quoque mare, hic mundus habeatur: ventorum vero varietates & turbinum, diuerſis tentationibus conferantur: perſecutiones, tribulationes, & pericula fluctibus exequantur.

**Nautologis) Ναυτολόγους Clemens vocare videtur, quos vocabant Athenienſes ναυτοδίκας, qui*

 magiſtra-

magiſtratus erant componēdorum diſſidiorum nauticorū. Quamquā mâlim intelligi eos, qui tamquam E magiſtri nautas tyrones rem docent nauticam. nam huic ſignificationi aptè quadrat ſimilitudo.

**al.improbæ.*

† ἔτυμον, nam θάλασσα ſcilicet, mare

**al.ſubmerſiones.*

Terreni vero ſpiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus ſpirant, pſeudoprophetarum & ſeductorum,* ſeu prauæ doctrinæ verba ducātur: promontoria verò & loca confragoſa hi, qui in poteſtatibus ſeculi ſunt iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalaſſa vero loca, † quæ duplicibus vndæ fallacis æſtibus verberantur, dubijs mente, & de repromiſsionum veritate nutantibus conferantur: atq; his, qui irrationabili fidem noſtram ratione diſcutiunt. Hypocritæ autem & doloſi, piratis ſimiles habeantur. Iam verò rapidus vortex, & tartarea charybdis, & ſaxis illiſa naufragia, ac mortiferæ * ſubuerſiones, quid aliud æſtimāda ſunt, quàm peccata? Reſtat igitur, vt hæc nauis curſu proſpero, tuta poſsit portum deſideratæ vrbis intrare, ita Deo precem fundere cōuenit nauigantes, vt mereantur audiri. Audiri aūt à Deo ita demū merebitur quis, ſi orationes ipſæ bonis moribus & bonis operibus adiuuētur. Sed ante omnia cū quiete & ſilentio, epibatæ, id eſt laici, in ſuis vnuſquiſq; reſideant locis, ne fortè per inquietudinem, & inconditos inutileſq; diſcurſus, ſi paſsim vagari cœperint, vel ab officio ſuo nautas impediāt, vel in alterū latus per inquietudinem eorū, nauis preſſa demergatur. Nautologi de mercedibus cōmoneant: nihil omninò, quod ad diligentiam, vel ad diſciplinam pertinet, diaconi negligant. Preſbyteri velut nautæ aptent ſingula ad inſtructionē nauis diligenter, & inſtruant, quæ in ſuo tempore requirenda ſunt. Epiſcopus tanquā proreta vigilanter & ſolicitè, gubernatoris verba cuſtodiat Chriſti. Saluator dominus, gubernator Eccleſiæ ſuæ diligatur ab omnibus, & ipſius ſolius præceptis ac iuſsis credat, & obediat omnis eccleſia. Deo quoq; indeſinenter ſupplicetur à cunctis de proſperitate ventorū, vt nauigantes oēm tribulationē, & omne periculum ſuperent, tanquā in mare profundum mundi iſtius, & vitæ humanæ pelagus nauigātes, in quo eſuriendū ſit & ſitiendum, nuditatem quoq; ferendam, morbos etiam corporis & ægritudines tolerādas, inſuper & hominū inſidijs, ac dolo ſæpe laborandū, quippe qui diſpergendos ſe nonnūquam nouerint: ſed aliquando etiam congregandos, vomitus quoq; & ſuggillationes ferendas, quùm ex confuſione peccatorum & reiectione criminū, velut malè cōgregatis in viſceribus, fellis iactura facienda eſt, & abijcienda prorſus è corde, omnis intrinſecus, quę latet amaritudo peccati, ſi qua fortè ex deſiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs, congregata eſt. Quam vtiq; quùm euomuerit quis, & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, ſi tamen poſt vomitū, quæ ad ſanitatē pertinent, ſumat. Veruntamen ſcitote cuncti, quòd ſupra oēs vos laboret Epiſcopus, quia vnuſquiſq; veſtrûm ſuum laborem fert, ille verò & ſuum & ſingulorum, propter quod, ô Clemens, tanquā qui omnibus præeſſe te noueris, ſingulos, prout potueris, iuua, & ſingulos releua: qui & ſingulorum onus, & ſolicitudinē portas. Vnde & ego nunc hanc tibi iniungens diſpenſationem, ſcio, quia accipio gratiam magis, quam præſto. Sed eſto cōfidens, & fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum recipies, quùm ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem, vbi mercedes & præmia pro omnium ſalute ſuſcipies, ſi hic pro omniū incolumitate vigilaueris. Itaq; ſi te multi è fratribus propter rigorem iuſtitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, ſed ex huiuſcemodi odijs amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo ſatage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à peſsimè agentibus diligaris, ſed potius propter iuſtitiæ diſpenſationē, & æquiſsimam regulam diſciplinæ, à Chriſto collaudari merearis. Hæc quū dixiſſet, & his ſimilia quā plurima, rurſum reſpiciens ad populū, dixit: Sed & vos charisſimi fratres, & conſerui mei, huic, qui præſidet vobis ad veritatem docendā, in omnibus obedite, ſcientes, quod ſi quis hunc contriſtauerit Chriſtū, qui ei docendi credidit cathedrā, non recipit. Et qui Chriſtum nō ſuſceperit, nec Deū patrem ſuſcepiſſe iudicabitur, & ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cœlorū. Propter quod ſatagite, ad oēm collectam & congregationem ſemper cōuenire, vt non velut negligentes & deſides à iudice Chriſto condemnemini. Conuenientes verò ſemper ad Clementem

Vide extremam 3. Recognit.

Laicorum officia præſtāda Epiſcopo.

Matth. 10.

A mentem date omnes operam pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorem veſtrum erga ipſum dependere, ſcientes, quia propter ſingulos veſtrum ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus, & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo vos ſummo ſtudio niti vt omni erga illum vinculo amoris innexi, pleniſsimo erga eum inhæreatis affectu: Sed & vos quoque ipſi vnanimes in omni concordia perdurate, quo faciliùs etiam illi obedire omnes pari & conſenſu & vnanimitate poſsitis, Propter quod & vos ſalutem conſequi, & ille poſsit, obtemperantibus ſibi vobis, pruṁptiùs impoſiti oneris pondus euehere. Quedã ex vobis etiam ipſis intelligere debetis, ſi qua ſint, quę ipſe propter inſidias hominũ malorũ nõ poteſt euidentiùs & manifeſtiùs proloqui. Verbi gratia· Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, cũ illo nolite amici eſſe, ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntati eius abſque commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur, vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cu-

B pit omnium veſtrum amicitias ferre, feſtinet citiùs reconciliari ei, qui omnibus præeſt, vt per hoc redeat ad ſalutem, quùm obedire cœperit monitis præſidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus non eſt, & loquutus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, vnus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare volunt Eccleſiam Dei, & cùm corpore vobiſcum eſſe videatur, mente & animo contra vos eſt: Et eſt multò nequior hoſtis hic, quàm illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica ſunt gerit, & Eccleſiam diſpergit ac vaſtat. Et quum hæc dixiſſet in medio coram omnibus, manum mihi impoſuit, & in cathedra ſua, ingenti verecundia fatigatũ, ſedere me compulit. Quùmque ſediſſem, hæc ad me rurſum loquutus eſt: Deprecor te, ô Clemens, coram omnibus, qui præſentes ſunt, vt poſteaquam, ſicut naturæ debitum eſt, vitæ præſentis finem fecero, Iacobo fratri Domini, deſcripta breuiter, vel, quæ ad initium fidei tuæ ſpectant, vel etiam, quos ante fidem * animos geſſeris, ſed & qualiter mihi ab initio vſque ad finem comes itineris

C & actuum fueris, quæque per ſingulas ciuitates (me diſputante) ſolicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborũ fuerit ordo vel actuum, ſed & qui me finis in hac vrbe repererit, ſicut dixi, omnia, quàm potes, breuiter comprehenſa, ad ipſum te deſtinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multùm de meo exitu contriſtandus ſit, quùm id me pro pietate ſuſtinere non ambigat. Erit autem ei grande ſolatium, ſi didicerit, quòd poſt me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorans, diuini verbi * myſterium, eccleſiaſtici ordinis diſciplinam, vel doctrinę regulam neſciens, ſuſceperit cathedram meam. Scit enim, quia ſi indoctus & inſcius officium doctoris accipiat, ſine dubio diſcipuli, & auditores ignorãtiæ tenebris obuoluti, in interitum demergantur. Vnde & ego, mi domine Iacobe, quum hæc ab eo præcepta ſuſceperim, neceſſe habui implere, quod iuſſerat, indicans tibi, & de hiſ ipſis, ſimul & de illis breuiter comprehendens, quæ per ſingulas quaſque vrbes di-

D grediens, aut in prædicationis ſermone protulerit, aut in geſtorum virtute perfecerit, quamuis tibi de his plurima iam, & pleniùs ante deſcripta, ipſo iubente tranſmiſerim ſub eo ipſo titulo, quem ipſe præcepit, affigi, id eſt, Clementis itinerarium non prædicationis Petri.

Intelligendi hîc ſunt libri Recognitionum, qui ſunt velut ὁδοιπορικὸν quoddam Petri. Nam quod eſt in contextu, Clementis id non præd.ª Petri, vel aßumendum alicuius indocti παρεμβεβλημένον eße puto, vel ex margine in contextum irrepſiße, cum alias Clementis quod dicitur, Itinerarium ſit taxatum à B. Galaſio PP. diſt. 15. cap. Sancta Rom. Eccleſia quo de conſule Præfationem noſtram.

Sed & nunc exponere iam, quæ præcepit (Domino opem ferente) incipiam. Pœnitemini, inquit, & veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, patrem, & filiũ & ſpiritũ ſanctum vnũ Deum, & dominum veraciter credere, & confiteri, cumq; tota mente, & toto corde, & tota virtute diligere, & proximos ſuos tanquã ſemetipſos, docibilesq; eſſe vſq; ad perfectam doctrinã, ad hæc perficienda ſummopere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis eſt fun-

Diſt. 93. Et in epiſt. decre. 3. Anacle. Papæ, cuius initium eſt, Benedictus Deus.

Et ſimiliter Fab. Papæ, quæ incipit, Diuinis præceptis.

Luc. 11. Qui nõ eſt mecum, cõtra me eſt.

Argumentum Recognitionum

** al. annos*

** al. miniſterium.*

Hebr. 11. a eſt fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit. Chriſto itaque reſur- E
Act. 1. 2. gente & aſcendente in cælum, miſſo ſancto ſpiritu, collata Apoſtolis ſcientia lingua-
rum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſ-
que, quod ſenſit, dicendo, condiderunt, vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam
CONFESSIO VERA, *Quæ?* per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recenſentes in
qua & integritas credulitatis oſtenditur, & vnius Dei omnipotentis (id eſt, ſanctæ
Trinitatis) æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis filij Dei qui pro ſalute
humani generis à patre de cœlo deſcendens, de virgine naſci dignatus eſt, quoque
ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit, & in carne
ipſa cælos aſcenderit, ad dexteramque patris conſederit, & iudex venturus ſit, ac
qualiter remiſsionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit: & reſurre-
ctionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, ſic docuerunt.
Symbolum enim Græcè, Latinè collatio dicitur. Et hoc prædicti ſancti apoſtoli in- F
ter ſe, per ſpiritum ſanctum ſalubriter (vt dictum eſt) condiderunt.

Symbolum ab ipſis Apoſtolis eſſe compoſitum, multis locis teſtatur Leo Pont. I.

Dicitur & indicium, quod per hoc, qui rectè crediderit, indicatur. Ergo cunctis
credentibus quæ continentur in præfato ſymbolo, ſalus animarum & vita perpetua
bonis actibus præparatur. Et quod in primordio eiuſdem ſymboli præponitur,
Explicatio Symboli. Credo in Deum patrem omnipotentem, præclarum fidei teſtimonium, & funda-
mentum in prima fronte monſtratur, quia ſaluus eſſe poterit, qui recte crediderit.
CREDO. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quoniam corde creditur ad iuſtitiam,
Rom. 10. & ore confeſsio fit ad ſalutem. Vnde ait propheta: Credidi, propter quod loqu-
Pſal. 115. tus ſum: Et illud: Iuſtus ex fide viuit. Et, niſi credideritis, non intelligetis. Ergo in
Rom. 1. rebus humanis nullum opus incipitur, niſi labor omnis ad effectum venire creda-
Abac. 2. a tur. Vnde credendum eſt in Deum, à quo tam præſens vita, quàm futura tribuatur.
Eſaiæ 7. iuxta 70. Deus autem appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternæ, ſiue timoris diuini. Igitur Deus G
ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus, & incomprehenſibilis. Patrem autem
In Deum. quum audis, agnoſce, quod habeat filium veraciter genitum: ſicut poſſeſſor dicitur,
Patrem. qui aliquid poſsidet, & dominus, qui habet, cui dominetur. Deus ergo pater, ſecre-
ti ſacramenti vocabulum eſt, cuius verè filius eſt verbum, & ſpeculum, & character,
& imago viuens patris viuentis, in omnibus patri ſimilis, eiuſdem naturæ. In diuini-
Eſaiæ 53. c tate genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur, quomodo genuit fi-
lium, quod & angeli neſciunt, prophetis incognitum eſt. Vnde illud dictum eſt: Ge-
nerationem eius quis enarrabit? Quam ſecretam originem cum proprio filio, nouit
ipſe ſolus, qui genuit: Nec Deus à nobis diſcutiendus eſt, ſed credendus, qui in no-
bis ipſis neſcimus, quod ſapimus, quomodo ſapientia, ingenium, aut intellectus, aut
conſilium, aut mens noſtra generat verbum. Sed ſufficit noſſe, quia lux genuit ſplé-
Pſalm. 109. dorem, ſicut ait Propheta: In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum ge- H
Baruc. 3. d nui te. Et illud: Hic Deus noſter, & non reputabitur alter ad eum. Et poſt: In terra
Ibidem. viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Diligere ergo Deum, vnumquemque ex
Matt. 22. d toto corde, & ex tota anima, vt præfixum eſt, & ex tota fortitudine oportet, & pro-
ximum tanquam ſemetipſum, reſpondente Domino cuidam ſcribarum, ac dicente:
Primum omnium mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus. Deus vnus eſt:
Marc. 12. c Et diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
mente tua, & ex tota virtute tua, hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſi-
mile eſt illi: Diliges proximum tuum, tãquam teipſum. Maius horum aliud manda-
tum non eſt, quod maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs. Vnde & in
Tobiæ 4. c veteri teſtamento ſcriptum habetur: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Et Do-
Matth. 7. b minus ait: Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite ſimiliter
Lucæ 6. e illis. Quibus vtriſque mandatis, per vnum malitia compeſcitur, & per * aliud beni-
**al. alterũ* gnitas propagatur, vt ne malum quis inferat, ſed bonum impendat. Primum, vt ca-
Ioan. 4. d ueat lædere. Secundum, vt norit bonum præſtare. Si enim fratrem, quem vides, non
diligis:

A diligis, Deum, quē non vides, quomodo potes diligere? Sic ergo nos docet exercere *
curā noſtrā, vt non dimittamus curā veſtrā, & ſic diligere nos, ne negligatur dilectio *Cant.8.b*
proximi quia Dei dilectio morti cōparatur, dicente ſapientia: Valida eſt dilectio, vt *Ioan.4.c*
mors idcirco quia ſicut mors violenter ſeparat animā à corpore, ita dilectio Dei ſe- *Iohel.14.c*
parat animā violenter à mundano & carnali amore. Qui enim, Dominus inquit, di- *vel Ioā.15.b*
ligit me, mandata mea ſeruabit, Nam qui Dei præcepta contemnit, Deū non diligit.
Vnde ſcriptum eſt: Nolite putare, quòd maneatis in dilectione mea, ſi non ſeruaue-
ritis præcepta mea. Neque enim regem diligimus, ſi odio leges eius habemus. Ne-
que enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noſcitur in proximi corruere
dilectione, quia per dilectionem proximi peruenitur ad charitatem Chriſti, quoni-
am, vt prælibatum eſt, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Docibi- *Matt.22.d*
les ergo, qui perfectè docti non ſunt ad hæc peragenda, oportet omnes eſſe, & vt ipſi
docti ſint, & alios prudēter inſtruere, & perfectè poſsint docere, iuxta Danielē pro-
B phetam, qui ait, Populus autem ſciens deum ſuū, obtinebit & faciet, & docti in po- *Dan.11.c*
pulo docebunt plurimos. Omnes docibiles, vt iam dictum eſt, qui docti ſunt, eſſe *Matt.15.b*
oportet, ſed ſacerdotes doctiores cæteris populis neceſſe fore, docebat Chriſtus, di- *Matth.5.b*
cens, Quia ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes ve-
rò ſal terræ & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum pa- *Diſt.93.Sacerdotes vero.*
trem glorificare deum, de quibus dominus ait: Beati eſtis, quum maledixerint vobis
homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, men- *Matt.5.a*
tientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cæ-
lis. Sic enim perſequuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos, Vos eſtis ſal terræ,
Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt foras mittatur,
& conculcetur ab hominibus. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita
neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt
luceat omnibus, qui in domo ſunt, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Sic luceat
C lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrem
veſtrum, qui in cœlis eſt. Epiſcopus autem per ſingulas ciuitates, quibus ille non mi
ſerat, perdoctos, & prudentes ſicut ſerpentes, ſimplicesque, ſicut columbas (iuxta *Matth.10.*
Domini præceptionem) nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus,
& (Domino opem ferente) facturi ſumus, Vos autem per veſtras diœceſes Epiſcopos
ſacrate, & mittite, quia nos ad alias partes, quod idem iuſsit, agere curabimus. Ali-
quos vero ad Gallias, Hiſpaniasque mittemus, & quoſdam ad Germaniam & Itali-
am atque ad reliquas gentes dirigere cupimus.

Leo 9. qui vixit ante 500. annos, citat hunc locum in ep. ad Petrum & Ioannem Afric. Epiſcopos.

Vbi autem ferociores & rebelliores gentes eſſe cognouerimus, illuc dirigere ſa-
pientiores & auſteriores neceſſe habemus, qui quotidie non ceſſent diuina ſemina-
re ſemina, & multos Chriſto lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere
D vt plures manipulos Domino valeant præſentare.

Vide ſi placet, quid in hunc locum notarit. Beatus Rhenanus libro 3. rerum Germanicarum, capite, de diœceſibus Epiſcopalibus.

In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos *archiflamines eorum, at- *Diſt.80. In illis ciuitatibus.*
que primi legis doctores erant, Epiſcoporum primates poni, vel patriarchas ordina-
uit, qui reliquorum Epiſcoporum iudicia & maiora (quoties neceſſe foret) nego-
tia in fide agitarent, & ſecundum Dei voluntatem, ſicut conſtituerunt ſancti Apo- ** al. primi ſacerdotes flamines.*
ſtoli, ita, vt ne quis iniuſte periclitaretur, definirent. In illis autem ciuitatibus, in
quibus dudum apud prędictos erant archiflamines (quos tamen minores tenebāt,
quàm memoratos primates) Archiepiſcopos inſtitui præcepit, qui non tamen pri- *aliàs primi flamines.*
matum, ſed & archiepiſcoporū fruerentur nomine. Epiſcoporum quoq; iudicia (vt
ſuperiùs memoratum eſt) & maiora eccleſiarum negotia, ſi ipſi reclamauerint, aut
aliquem timorem, aut iſtos vel alios ſuſpectos habuerint, ad iam dictos primates vel

patri-

**al. quis in* patriarchas,ne* aliquis nocenter periret,transferri* perdocuit.In ſingulis verò re- E
nocenter. liquis ciuitatibus, ſingulos & non binos vel ternos aut plures epiſcopos conſtitui
**al. iuſsit.* præcepit,qui non primatum, aut Archiepiſcoporũ, aut metropolitanorum nomi-
ne,(quia matres ciuitatum non tenent) ſed Epiſcoporũ tantùm vocabulo potiren-
tur,quoniã nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit.
In decr. Hoc tamen præuidendum inſtituit, ne in villis aut caſtellis vel modicis ciuitatibus
Iuo.lib.2. inſtituerentur epiſcopi,ne vile eorum nomen fieret. Epiſcopos ergo vicem apoſto-
lorum gerere,Dominum docuiſſe dicebat,& reliquorum diſcipulorum vicem tene-
re presbyteros debere inſinuabat.Et ſi quis aliquem ex his ſcandalizaret, grauiſsimã
illi pœnam inferri debere,prædicabat. Cunctos ſe inuicem diligere, & adiuuare de-
7.q.1.Bea- bere, & neminem ab adiutorio fratris ſe ſubtrahere inſtruebat. Homicidas verò
tus Petrus. & adulteros ac cũctos criminalibus nexibus alligatos,& qui eis coæquales non erãt,
Matt.10.c ab eorũ vexatione & accuſatione (docente Domino) prohibebat, & non niſi à co- F
æqualibus aliquid eis inferri debere docebat,quia diſcipulum ſupra magiſtrum eſſe,
**al. oporte* aut vllam ei iniuriam inferre,nullatenus* debere oportet. Infames etiam omnes,
re decet. & quos primates & leges ſeculi non ſuſpiciunt, ſed & laicos ab eorum accuſatione
& vexatione ſemper repelli debere, rogabat, & cunctos illis ſubditos eſſe præcipie-
2.q.7. Lai- bat. Cũctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem ſanctioremq; ac diſcretam à ſecu-
ci in accu- laribus & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque atq; ſacerdotes ſuper carna-
ſatione. les ac laicos ſemper conſtituendos docebat,quoniam pro minimo nobis eſſe debet,
vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab alio humano die. Maiores vero à mi-
noribus nec accuſari,nec iudicari, vllatenus poſſe dicebat, quoniã nõ ſolùm hoc di-
1.Cor.4.a uinas,ſed & leges ſeculi inhibere docebat. Omnes ergo legum diuinarum liben-
ter violatores & ſacrarum inſtitutionum voluntariè perturbatores, eccleſiaſtica in-
dignos regula & ſancta communione,iudicabat. Operatores vero earundem,eiſq;
Eſaiæ 1.a obedientes,vtrarumque ac cæterorum bonorum dignos eſſe dicebat. Vnde & pro-
phetas in teſtimonium ſumebat, Audite cæli,& auribus percipe terra, quoniam do- G
minus loquutus eſt, Filios enutriui & exaltaui,ipſi autem ſpreuerunt me. Cogno-
uit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui: Iſraêl autem non cognouit
me,& populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici,populo graui iniquitate,ſe-
mini nequam,filijs ſceleratis.Dereliquerunt dominum,blaſphemauerunt ſanctum
Iſraêl,abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos vltra addentes præuari-
cationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens,à planta pedis vſque ad
verticem non eſt in eo ſanitas,Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circumliga-
ta,nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ
igne ſuccenſæ,Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant,& deſolabitur ſicut
Eſaiæ 5.c. in vaſtitate hoſtili,& derelinquetur. Væ,inquit,qui dicitis bonũ, malum: & malũ,
bonum: ponentes tenebras,lucem: & lucem, tenebras,ponentes amarum,in dulce,
Ibidem.c.d & dulce,in amarum.Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit
ſcientiam,& nobiles eius interierunt fame,& multitudo eius ſiti exaruit. Propterea H
dilatauit infernus animam ſuam,& aperuit os ſuum abſque vllo termino, Et deſcen-
dent fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſique eius ad eum: Et incurua-
bitur homo,& humiliabitur vir,& oculi ſublimium deprimẽtur: Et exaltabitur do-
minus exercituum in iudicio,& deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Carnales
ſpiritualibus reſiſtere prohibebat.Et de his qui ceruices ſuas contra magiſtros & ſe-
Eſaiæ 14.c niores ſuos erigebant,hæc in exemplum adducebat.Detracta eſt ad inferos ſuperbia
tua,concidit cadauer tuum,Subter te ſternetur tinea,& operimentum tuum erunt
vermes. Quomodo cecidiſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in ter-
ram,qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in cælum conſcendam,ſupra
aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilo-
nis,aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. Veruntamen ad in-
fernum detraheris in profundum laci.Qui te viderint,ad te inclinabuntur,teq; pro-
ſpicient:

A ſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram, qui concuſsit regna, qui po-
ſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem.
Ebrietatem oppidò prohibebat, & ebrioſus corpore & animo mortuos eſſe præ-
dicabat. De quibus & in exemplum aiebat, Væ, qui conſurgitis manè ad ebrietatem *Iſaiæ 5.c*
ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, tym-
panum, & tibia & vinum in conuiuijs veſtris, & opus domini non reſpicitis, nec
opera manuum eius conſideratis. Et iterum, Væ, qui potentes eſtis ad bibendum *Ibidem. e*
vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem, Qui iuſtificatis impium pro mune-
ribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc, ſicut deuorat ſtipulam lingua ig-
nis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum vt
puluis aſcendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium ſancti
Iſraël blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor domini in populo ſuo, & extendit
manum ſuam ſuper eum & percuſsit eum. Et conturbati ſunt montes, Et facta
B ſunt morticinia eorum quaſi ſtercus in medio platearum. In omnibus his non eſt
auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenſa. Nullum etiam presbyterum
in alicuius Epiſcopi parœcia aliquid agere debere abſque eius permiſſu * docebat **al. vole-*
ſed & cunctos presbiteros proprijs Epiſcopis in omnibus abſque mora obedien- *bat*
tes (inſtituente domino) eſſe debere docebat. Nullum item aliena concupiſcere
aut præſumere, quæ eorum erant, ſed vnumquemque ſuis ſibique commiſsis * con- **al. contē-*
tentos eſſe docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, niſi quod ſibi vellet *tum abire*
fieri, inſtruebat. Sanctam quoque eccleſiam immaculatam omnes ſeruare debe- *oportere.*
re euangelizabat, cuius claues Epiſcopos eſſe dicebat. Ipſi enim habent poteſtatem *Tobiæ 4. c*
claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti ſunt. Amouere autem *Matt. 16. c*
eos neminem debere docebat, quia oculi domini ſunt, & qui eos tangit pupillam *Zach. 2. c*
oculi eius. Et quanta pœna dignus ſit, qui eos ſcandalizat, ipſum dominum docu-
iſſe dicebat, vbi ait, Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, ex- *Matt. 18. a*
C pedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum *b. c.*
maris. Væ mundo ab ſcandalis, Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala, Veruntamen
væ homini illi per quem ſcandalum venit. Si autem manus tua ſcandalizat te, abſcin-
de eam & proijce abs te. Bonum eſt tibi, ad vitam ingredi debilem, quam duas ma-
nus habentem mitti in gehennam ignis. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum
& proijce abs te, Bonum eſt tibi, introire ad vitam claudum, quàm duos pedes ha-
bentem, mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & pro-
ijce abs te, Bonum eſt tibi, vnum oculum habentem in vitam introire, quam duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his
puſillis. Amen dico vobis, Quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata &
in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Iterum di-
co vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quacunque pe-
tierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati
D in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Et iterum per prophetam loquitur di- *Hiere. 2. c*
cens, Expauit, inquit, cœlum ſuper hoc, & horruit amplius vehemēter, dicit domi-
nus. O intolerabilem malignitatem, O linguam iniquitatem loquentem contra
Deum, & mentem in altitudinē cornu extollentem? Et iterum, Impone homo tuæ *Eccle. 28 d*
linguæ oſtium & ſeram. Ceſſa cornu in altitudinem extollens, & loquens aduer-
ſus Deum iniquitatem, & proximum tuum. Quouſque inſultas patienti Chriſto
& fratribus? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam con-
ſcientiam, in Chriſtū grauiter peccatis, & rei iudicio affecti, infames efficiamini, &
iuſte repellimini. Et iterum per prophetam loquitur dicens, Vos autem ſacerdotes *Eſai. 61 b.*
domini vocabimini, miniſtri dei noſtri, dicetur vobis, Fortitudinem gentium come- *c. d.*
detis, & in gloria eorum ſuperbietis, pro confuſione veſtra duplici & rubore lau-
dabunt patrem eorum. Propter hoc in terra ſua duplicia poſsidebunt, & letitia

Hh ſempi-

ſempiterna erit eis. Quia, ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam E
in holocauſtum, Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.
Et ſcietur in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum. Om-
nes qui viderint eos cognoſcent eos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit dominus.
Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo, Quia induit me
veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me, Quaſi ſponſum decora-
tum corona, & quaſi ſponſam, ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert
germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat, ſic dominus Deus germinabit
iuſtitiam, & laudem coram vniuerſis gẽtibus. Eos autem à ſolo domino aut iudicã-
al. idcirco dos aut remouendos, & nõ ab alijs *eſſe dicebat, quia ſui ſunt, & nõ alterius. Et quis
aſtruebat. eſt, qui alterius iudicet ſeruũ? Nam ſi iſta nõ patiuntur homines, nec Deus deorum
**al. eius* & dominus dominantium hæc vllatenus patitur. Vnde & prophetas *ſibi teſtes eſſe
rei teſtes dicebat, per quos dominus loquitur, dicẽs, Ecce excoxi te, ſed nõ quaſi argentũ, elegi
proferebat te in camino paupertatis. Propter me faciã, vt nõ blaſphemet, & gloriã meã alteri nõ F
Eſaiæ 48. b dabo. Audi me Iacob & Iſrael, quem ego voco. Ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſi-
Eſaiæ 51. c mus. Manus quoq; mea fundauit terram, & dextra mea mẽſa eſt cælos. Ego vocabo
eos, & ſtabunt ſimul. Me inſulæ expectabũt, & brachiũ meum ſuſtinebũt. Salus aũt
mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea nõ deficiet, Audite me, qui ſcitis iuſtum, po-
pulus meus lex mea in corde eorũ. Nolite timere opprobrium hominũ, & blaſphe-
mias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut la-
nã, ſic deuorabit eos tinea. Salus autẽ mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in ge-
nerationes generationum. Et iterũ, Abſcondita eſt vita mea à domino, & à Deo meo
Eſaiæ 40. g iudicium meum *tranſibit. Nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus, ſempiternus do-
**al. tran-* minus, qui creauit terminos terrę, nõ deficiet, neq; laborabit, nec eſt inueſtigatio ſa-
ſiuit. pientiæ eius. Qui dat laſſo virtutem, & his (qui nõ ſunt) fortitudinẽ, & robur multi-
plicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui aũt ſpe-
rant in domino, mutabunt fortitudinẽ, & aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & G
nõ laborabunt, ambulabunt, & nõ deficient. Tranſeant ad me inſulæ, & gentes mu-
Eſaiæ 41. a tent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, ſimul ad iudicium propinquemus.

Hos aũt, qui eos vetãt, aut amouere vel damnare nituntur, dominus per prophe-
tam damnat, & vſq; ad ſatisfactionẽ eorum & eccleſiæ dãnatos eſſe docebat, vbi ait,
Eſaiæ 66. b Talia elegerunt in vijs ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.
Vnde & ego eligam illuſiones eorũ, & damnationẽ adducã eis, quia loquutus ſum
eis, & non audierunt, feceruntq; malum in oculis meis, quæ nolui, elegerũt. Audite
Eſaiæ 65. d verbum domini, qui tremitis ad verbum eius, Dixerunt fratres veſtri, odientes vos &
abijcientes propter nomẽ meum. Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia ve-
ſtra, ipſi aũt confundentur. Non enim laborabunt fruſtra in cõturbatione præſules
mei, quia ſemen benedictorum domini eſt. Antequam clament, ego exaudiam, ad-
huc illis loquentibus ego audiã. Ad glorificandũ ſe, & diuina mandata ſeminãda &
euangelizanda eos dominus elegit, & nõ vt prohibeantur aut perturbẽtur, ſuggere- H
Matth. 10. bat, quoniã qui eos lædit, eũ lædit, cuius legatione fungũtur. Prædicare eos aſſidue,
& mandata domini ſine intermiſſione annũciare rogabat. Opera eorũ bona coram
hominibus monſtrare, & conſcientiam bonam coram Deo habere inſinuabat: Om-
nes principes terræ, & cũctos homines eis obedire, & capita ſua ſubmittere, eorũq;
adiutores exiſtere præcipiebat, vt oẽs pariter fideles & cooperatores legis Dei mon-
Eſaiæ 41. c ſtrarentur, ne de eis dicatur: Confundentur & erubeſcent oẽs, qui pugnant aduer-
11. q. 3. Si ſum te, & erunt, quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos,
aũt vobis. & non inuenies viros rebelles tuos. Erunt, quaſi non ſint, & veluti conſumptio
De pœn. di. hominis bellantis aduerſum te. Omnes ergo qui eis contraueniunt, ita damna-
1. Homici- tos & infames vſque ad ſatisfactionem monſtrabat: & niſi conuerterentur, à limi-
diorũ tria. nibus eccleſiæ alienos eſſe præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera eſſe dice-
bat,

A bat,& pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas [1] interfecto-
res fratrum, ita & [2] detractores eorum [3] eóſque odientes, homicidas eſſe mani-
feſtabat: Quia & qui occidit fratrem ſuum,& qui odit,& qui detrahit ei,pariter ho- *Matth.5.*
micidæ eſſe monſtrantur. Omnes etiam à carnalibus deſiderijs,quæ militant ad-
uerſus animam abſtinere,& bonam eorum conuerſationem ac innocentem omni-
bus monſtrare,rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere inſinua-
bat,& veram fraternitatem inter ſe habere docebat. Quotidiana enim illius præ-
dicatio inter cætera diuina mandata hæc erat,quam in eius exemplum etiam tibi fra
ter chariſsime ſignificare curaui. Bonorum,inquit, operum inter cætera ſemina ac
negotia ſunt,quantum vnuſquiſque ſapit & poteſt,totius intimi cordis,vt præliba- *Matt.22.d*
tum eſt,viſceribus Deum diligere,& proximum,velut ſeipſum, Abnegare ſe ipſum *Lucæ 10.e*
ſibi,vt Ieſum Chriſtum dominum noſtrum ſequatur,& nihil eius amori præponere *Lucæ 9.c*
veritatem corde & ore proferre debere, & totam ſpem ſuam Deo ſemper commit-
B tere. Inſtruebat, actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire,& in omni loco Deum reſpi- *Nota de cõ*
cere,firmiter ſcire cogitationes malas cordi ſuo aduenientes,mox ad Chriſtum alli- *feßione pœ*
dere,& ſacerdotibus domini manifeſtare.Os ſuum à multo vel prauo colloquio cu- *nitentiali.*
ſtodire,& verba vana aut mendacia non loqui:quia os quod mentitur occidit ani-
mam. Verba diuina libenter audire, & ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare, at- *Sap.1.c*
que obedientes eſſe docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter in-
cumbere , & eleemoſynas veras perficere. Deſideria carnis non perficere , ſed *Galat.5.c*
propriam frangere voluntatem,boni aliquid in ſe quum viderit, Deo * applicare, **al. attri-*
non ſibi,& malum à ſe factum cognoſcat,& ſibi imputet.Multum loqui non ama- *buere.*
re,ſed cuſtodire labia ſua,ne dolum aut malum loquantur,diem iudicij timere, ge- *Pſal. 33.*
hennam expaueſcere,vitam æternam omni concupiſcentia deſiderare,non occidere
non adulterari,non furtum facere,non rem proximi concupiſcere,non falſum teſti *Deut.5.e*
monium dicere,ſed omnes homines honorare,corpus cuſtodire, vanas & caducas
C non amplecti delitias,ieiunium & vigilias ſanctas amare, pauperes recreare, nudos
veſtire,infirmos viſitare, ſitientes potare,mortuos ſepelire,& diligenter eorum exe-
quias peragere,pro eíſque orare,& eleemoſynas dare.

De exequijs,& oratione pro vita functis. Eam eße Apoſtolicam traditionem ipſe Clemens in conſtit. docet Dionyſiusque Areopagita,& Patres plerique omnes.

Dolentes conſolari,& ſuis bonis refouere, & à malis actibus ſe alienum facere.
Non eſſe ſuperbum,non vinolentum,nec multum edacẽ, non ſumnolentum, non *1.Tim. 3.a*
pigrum,non murmuratorem nec detractorem:quia qui detrahit,non ſe,ſed & mul-
tos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reſeruare. Dolum in
corde non tenere,nec pacem falſam * dare. Charitatem non derelinquere, nec iu- **al. præ-*
rare,neforte periurium (quod abſit) * fiat.Malum pro malo non reddere,nec iniu- *tendere.*
riam facere,ſed factam patienter ſufferre.Inimicos diligere, maledicentes ſe non re- **al.incu-*
D maledicere,ſed magis benedicere,& perſequutionem pro iuſtitia ſuſtinere. * Cha- *ratur.*
ritatem amare & nullum odio habere:quia qui odit fratrem ſuũ homicida eſt. Ela- **al. Caſti-*
tionem fugere, zelum malum non habere, inuidiam non exercere, nec contentio- *tatem.*
nem amare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire,& de Dei mi- *1.Ioan. 3.c*
ſericordia nunquam deſperare. Seniores venerari,& iuniores diligere. Epiſcopos *Pſal.4.*
ſacerdotes ſuos ac cunctos reliquos Eccleſiæ miniſtros atque omnem plebem ſibi *2.q.7. Sa-*
commiſſam,verbo diuino & mandato inſtruere, & dirigere: hóſque omnes & eo- *cerdotes*
rum Epiſcopos tota animi virtute diligere,vt oculos ſuos,quia oculi ſunt illorum. *&c.*
Eorum præceptis in omnibus obedire,etiam ſi ipſi aliter ,quod abſit, agant, memo- *Matt.21.a*
res ſcilicet illius dominici præcepti, Quæ dicunt,facite, quæ autem faciunt, facere *Matt. 10.c*
nolite. Ipſi autem Epiſcopi,ſi exorbitauerint, ab iſtis non ſunt reprehendendi vel *Et Lu. 10.f*
arguendi,ſed ſupportandi,niſi in fide errauerint. Illi ergo ſuper iſtos ſunt:non au- *Matth.23.*
tem iſti ſuper illos,quoniam maior à minore nec iudicari poteſt. Nullus ſe extollat

erga doctores, ac magiſtros ſuos, quia dicipulus ſuper magiſtrum eſſe non debet, E
nec poteſt. Nullus velit dici ſanctus, antequam ſit, ſed priùs ſit, vt veriùs dica-
tur. Præcepta domini, doctorumque, ac magiſtrorum, factis quotidie adimplere,
Eccle.1.b & in Chriſti nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim, & humilia-
tio, quæ magiſtris agitur, domino exhibetur. Timor domini delectabit cor, & da-
Eccle.2.b bit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti Deum, bene erit in
extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Væ diſſolutis corde, qui non
credunt Deo, & reſiſtunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces ſunt his,
qui eius legatione funguntur, & ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui per-
diderunt ſuſtinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & deuerterunt in vias pra-
uas. Et, quid facient, quùm inſpicere cœperit dominus? Qui timent dominum,
non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conſeruabunt viam illi-
us. Qui timent dominum, inquirent, quæ beneplacita ſunt illi: & qui diligunt
eum, replebuntur lege ipſius. Qui timent dominum, præparabunt corda ſua, & F
in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent dominum, cuſtodiunt
mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius, dicentes: Si
pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei & non manus hominum:
ſecundum enim magnitudinem illius, ſic & miſericordia ipſius cum ipſo eſt. Ve-
...l.33. nite, inquit, filij, audite me, timorem domini docebo vos. Currite, dum lumen
...12 f vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Omnis qui vult vitam, &
...3. cupit videre dies bonos, prohibeat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquan-
tur dolum. Diuertat à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & perſequatur eam:
quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem do-
...31. mini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Propterea no-
lite fieri, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Sed lætamini in do-
...th.8. mino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi veniunt ab G
oriente & occidente, domino dicente, & à ſeptentrione atque meridie, & recum-
bent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob. Propter quod, deprecor te frater chariſsi-
me, vt doceas attentiùs hunc prædicationis ordinem, & abſolutionum dies, vt ſal-
uentur animæ hominum, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, pri-
...ERVM uſquam doceantur, agnoſcant. Operum vero ratio poteſtati, & arbitrio vni-
...CETRI uſcuiuſque permittitur, & hoc ipſorum eſt proprium. Deſiderium vero habe-
...A. re erga doctorem veritatis, hoc à patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt,
vt voluntatem eius cuius amorem & deſiderium, Deo largiente, conceperis, fa-
Luca 6.g cias, ne dicatur ille ſermo eius ad nos, quem idem dixit, Quid autem me dicitis
domine, domine, & non facitis, quæ dico? Eſt ergo proprij muneris, vt vnuſquiſ-
que ſit, prout dominus noſter dederit, perfectus in eccleſia, mittenſque ſemina di-
uina, vt de nobis, non prædictus ſermo, ſed ille dicatur, quem alibi dominus noſter
Matt.13.g dixit, Ideo, inquit, omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini pa- H
trifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Nullus ergo, inquit, im-
pediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vi-
ces: ſed primo, quæ ſit iuſtitia eius, quæ voluntas, requiramus, vt bonis operibus
ac Dei gratia repleamur, Deus enim his qui rectè ſentiunt, & bona agunt, præ-
ſto eſt: quoniam his manifeſtat ſeipſum. Nam ſi quis velit, antequam actus ſu-
os emendet, de his requirere, quæ non poteſt inuenire, ſtulta & efficax erit huiuſ-
* modi inquiſitio. Tempus enim breue eſt: & in iudicio Dei geſtorum cauſa agi-
tur, non quæſtionum. Ideòque, ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut quali-
ter agere oporteat, vt æternam vitam comſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc
tempus vitæ per inanes occupemus & inutiles quæſtiones, inanes ſine dubio, &
Mat.16.25 vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, vbi iudicium operum noſtrorum fiet.
Rom.2. Vnaquæque etenim res ſuum tempus habet, & locum. Operum hic locus, hoc tem-
2.Cor.5. pus eſt, meritorum ſeculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei,
& ab

A & ab eorum, & præceptorum domini inſtitutis, & à ſpiritus ſancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda ſunt corda noſtra, ac corpora, ſanctæ mandatorum eius, ſuorumq́; Epiſcoporum ac prædicatorum obedientiæ militatura: vt ſuæ gratiæ iubeat nobis auxilium miniſtrari, & fugientes gehennæ pœnam, ad vitam valeamus omnes peruenire æternam. Hæc itaque, frater chariſsime Iacobe, ab ore ſancti Petri iubentis accepi, tibiq́; (vt optabas) inſinuare ſtudui, vt ſeruari omnia immaculata præcipias: quia eccleſiaſtica non oportet negligenter, ſed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat abſque ſuo periculo negligere, vel diſsimulare: quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui eccleſiaſtica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, vt iuſſerat miniſter Chriſti Ieſu, gloriam accipiet. Qui autem te non audierit, imò loquẽtem dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet. Curandum ergo, & attendendum eſt nobis omnibus, * quod in perpetuũ expedit, vt Chriſti paſsionibus per patientiam participemus, atque regni eius mereamur B eſſe conſortes. Amen.

*al. vt, quod perpetuum eſt, expetet, &c.

ARGVMENTVM II. EPISTOLAE CLEmenti inſcriptæ: per Lamb. Gruterum Venradium.

DEſcribitur hac Epiſtola miniſterij rerum ſacrarum in Eccleſia εὐπρέπεια καὶ εὐταξία, nudè quidem, & certè ſecundum Apoſtolicam traditionem: ſed ita, vt nemo ſit adeò ἄμουσος, quin facile deprehenſurus, libenterq́; faſſurus ſit, Clementis eam haudquaquam germanam eſſe, quin ſcopas quis potiùs dixerit diſſolutas, quod enim principium, quæ orationis progreſsio? quæ concluſio? quod modeſtè dictum exiſtimari velim, ſalua Eccleſiæ ſententia. Quanquam nullus negauerit, Clementis hanc eſſe ſententiam, fortaſsis ab aliquo rapſodo ex alijs ipſius ſcriptis in Epiſtolæ formam ſummatim coniectam, vnde & multis abhinc ſeculis in Eccleſia nomine Clementis lecta vſurpataq́; eſt, quod quidem in cauſa fuiſſe reor, cur necdum loco ea ſuo mota ſit, vel expuncta: præſertim cùm multa habeat ſcitu iucunda & vtilia, vide enim, quæſo, qua diligentia & religione ſacra tractârint maiores noſtri? qua contentione vocârunt omnes ad vitæ emendationem? Si placet, conſule in hanc diſtinctiones Gratiani de Conſecratione: in quibus eadem materia pluribus teſtimonijs vetuſtatis illuſtratur.

id eſt, conuenies decor, & rectus ordo.

EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS PAPAE AD IACOBVM FRATREM DOMINI,

**Mâlim legere. Quod à B. Petro? & cæt.*

De conſe. di. 2. Tribus gradibus.

† al. dei.

** Miniſtrũ nunc vocamus Subdiaconorũ.*

De cõſ. diſ. 2. Tribus gradibus. vel, Tanta in. Et in decre. Iuo li. 1.

CLEMENS Romanę eccleſię præſul, Iacobo chariſsimo Hieroſolymorum Epiſcopo.* Quoniã, ſicut à beato Petro Apoſtolo accepimus, omnium Apoſtolorũ patre, qui claues regni cæleſtis accepit, qualiter tenere debemus de ſacramentis, quæ geruntur in ſanctis, te ordine nos decet inſtruere. Tribus enim gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt, presbytero, diacono, & † miniſtro, qui cum timore & tremore *clericorum, reliquias fragmentorum corporis domini cuſtodire debent, ne qua putredo in ſacrario inueniatur, ne quum negligẽter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enim corporis domini noſtri Ieſu Chriſti ſi negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore, clericorum diligentia conſumantur.

(Non reſeruentur) Rectè intelligas, Chriſtiane lector? ſi ſint putredini obnoxia, & ad opus conſecrantium. Nam teſtatur Clemẽs Apoſtolos iuſsiſſe, ſacras Dominici corporis reliquias portari εἰς τὰ παστοφόρια, poſtquam omnes ſumpſerint, libro 8. Conſt. Ap. c. 20. Eamq́ue perpetuam Eccleſiæ conſuetudinem fuiſſe, potes cognoſcere ex 14 Canone Nicæni Concilij I. & vetuſto Canone Concilij Vormatienſis, qui citatur diſt. 2. c. Presbyter Euchariſtiam. Ex Tertulliani libro ſecundo ad vxorem, Cypriani ſermone de lapſis. Ex Ambroſij ſermone, de exceſſu fratris ſui. Ex Baſilio in Gordio Martyre. Ex Epiſtola Ioan. Chryſoſtomi ad Innocentium PP. extat quinto tomo, & citatur à Niceph. Calliſto. libro H. E. 13. c. 19. Horum auctoritatem ſequuta Synodus Tridentina, rectè probauit Aſſeruationem Euchariſtiæ: cap. 6. ſeſſ. 3. ſub Iulio L. G. V.) Denique, quid primæ Eccleſiæ fuit opus aſſeruatione, cùm pij ſumerent Euchariſtiam ſingulis diebus? Act. 2.

De cõſ. di. 1. Altaris palla.

** al. tranſitus habeatur.*

De cõſ. di. 1. Nemo per

**al. miniſteria.*

Vide canonem Apoſtolicũ 72.

**al. non habet, iuxta ſacrarium.*

Qui autem reſidua corporis domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, cõſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conueniãt, ne putent ſanctæ portioni commiſcere cibum, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerunt. Et ſi tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vſque ad veſperam. Sic ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt ſacramenta. De vaſis ſane ſacris ita gerendum eſt. Altaris palla, * cathedra, candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea, quæ in ſanctuario fuerint, malè tractari, ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in baptiſterio inferantur, vbi nullus * tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſsis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus pallam mortuum credat obuoluendum, aut diaconus ſcapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certè, quæ data eſt in menſam domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quaſi nihil, & negligenter habuerit diuina * myſteria, Diaconus, triennio, ſexq́ue menſibus à dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quod ſi clericum presbyter non commouerit, decem annis & quinque menſibus excommunicatus ſit, propter quod de dominicis ſacramentis ſubiecta ſibi non commouerit miniſteria, & poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur eccleſiæ. Palla verò & vela, quæ in ſanctuarij ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris * iuxta ſacrarium lauent, nõ eijcientes foras à ſacrario velamina dominicæ mẽſæ, ne

forte

A forte puluis dominici corporis malè decidat, à ſindone foris abluto, & erit hæc ope-
ranti peccatum, idcirco, intra ſacrarium, miniſtris præcipimus, hæc ſancta cum di-
ligentia cuſtodire. Sanè peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat.
Sed nec ipſa peluis velis apponatur lauandis, niſi quæ ad dominici altaris cultum
pertinent. Pallæ altaris ſolæ in ea lauentur. & in alia, vela ianuarum. De velis au- *De cōſ.di.2*
tem ianuarum cura ſit oſtiarijs ex admonitione maiorum, ne quis negligens aut *Trib.grad.*
ignarus, ad velum ianuæ domus domini manus inconditè tergat, ſed ſtatim, coer- *perag. Tā-*
citus, diſcat omnis homo, quia velum atrij domus domini ſanctum eſt. Præcipi- *tam.*
mus etiam, ne * excommunicato eccleſiæ, ſiue laico, de fragmentis oblationum *al. exter.*
domini ponatur ad menſam. Vnde ſcis tu, qui paſsim * ſacrarij panes indignis im- **al. exter-*
pendis, vnde noſti, ſi à mulieribus mundi ſunt hi, quibus impendis? Hinc & Da- *no.*
uid, ab Abimelech ſacerdote interrogatus, quum panes ſibi ad comedendum po- **al. ſan-*
ſceret, ſi mundus eſſet à muliere, quum ſe mundum ante triduum profiteretur, pa- *ctuarij.*
B nes propoſitionis manducauit. Ad dominica autem † myſteria tales eligantur, qui *1. Reg. 21. b*
ante ordinationem ſuam coniuges ſuas non * nouerint. Quod ſi poſt ordinatio- *† al. mini-*
nem, miniſtro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, ſacrarij non in- *ſteria.*
tret limina, nec ſacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus ho- **al. reli-*
locauſti oblationem ſuſcipiat, nec ad dominici corporis † portationem accedat, nec *querunt.*
aquam ſacerdotibus porrigat ad manus. Sed oſtia forinſecus claudat, minora gerat *†al. portio*
officia, vrceum ſiue calicem, ad altare * non ſufferat. Si forte quiſpiam presbyter, *nōm.*
ſiue diaconus, ſacrarij ſindonem, vel velum, ſubtracta vendiderit, Iudæ Iſcariotis **al. ſugge-*
ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradi- *rat.*
cti Iudę ſuſcepturum pœnam. Clericus verò ſolus ad fœminę tabernaculum non *16. q. 4. Si*
accedat, nec properet, ſine maioris natu principis iuſsione. Nec presbyter ſolus cum *forte.*
ſola adiungatur, ſed duobus adductis teſtibus, viſitet infirmam: Nec ſolus cum ſola *Matt. 27. a*
fœmina fabulas miſceat: Nec archidiaconus, aut diaconus, ſub prætextu officij hu-
C militatis frequenter domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domeſticos
cius, matronæ mandent ſecreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & il-
la à liminibus arceatur eccleſiæ. Sed, ſi fortè aliqua interceſsio fuerit, Epiſcopo ſug-
geratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuentu, ipſe pergat. Sin autem, de
latere ſuo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc * ſanare debeant. Sane ad viſitan- **al. ſcire.*
dam mulierem infirmam, nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus aut tribus.
Nemo tamen clericorum cum extranea habitet fœmina, niſi proxima, aut ſoror fue- *Nicænum*
rit. Et hoc cum magna ſollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanæ, Vniuerſa *Conc. 1. Ca*
hæc, cum manſuetudine eccleſiaſtica, complenda ſunt miniſteria. Negotium enim *none 3.*
Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterū de fragmentis dominici cor- *2. Cor. 2. c*
poris demandamus, Calicem verò, ad perferēdum ſanguinem domini, pręparatum
cum tota munditia miniſterij, miniſter præparet, ne non bene lotus calix, diacono
peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honeſtate cuncta (quæ ſupra ea poſuimus)
D oportet impleri. Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui dignè poſsint domini-
ca ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti, paucos habere miniſtros, *Diſt. 23. Ta*
qui poſsint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordina- *les ad.*
tori adducant. A principio epiſtolæ vſque ad hunc locum de ſacramentis delegaui
bene intuendis, vbi non murium ſtercora inter fragmenta dominicæ portionis ap-
pareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes,
qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida quum viderint, magis cum ridiculo
& faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant, per negligentiam cle-
ricorum. Quapropter, nemo clericorum vltra hæc diſsimulet, aut negligere vllate-
nus audeat, ſed libenter, quæ iuſſa ſunt, expleat, & ſacramenta diuina nequaquā ne-
gligenter cōtrectet. Ideoq; tam iuuenes, quàm ſenes, de his, & de omni conuerſatio-
ne ſua, & conuerſione, & pœnitentia valde eſſe ſolicitos oportet, ſatisque agere, vt
hæc condignè agant, & de reliquo ornent tam clerici, quàm ſeculares animas ſuas

ornamentis digniſsimis, dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore E
*al.com- iuſtitiæ, candore pietatis, alijſque omnibus, quibus compoſitam * decet eſſe ratio-
ptam. nabilem mentem. Tum præterea declinare à conſortijs inhoneſtis & infidelibus,
& ſocietates habere fidelium: atque illos frequentare conuentus, in quibus de pu-
dicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper Deum ex toto corde, & ab ip-
ſo petere, quæ decet, ipſi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum
Dani.4. geſtorum: aliquantulum etiam, ſi poſsibile eſt, per miſericordias pauperum iuuare
Eccle.3. pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebi-
tur. Quod ſi prouectioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias
*al.fra- agere debet Deo, quòd poſtquam * finis eſt omnis impetus concupiſcentiæ carna-
ctus. lis, ſcientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, infer-
*al.volu- gentes aduerſus animam, reprimat corporis * voluntates. Supereſt ergo ei, in agni-
ptates. tione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœniten- F
Matth.4. tiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuerſionis oſten-
* ditur, & non in deuotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſtæ ſunt men-
*al.qui tes: * quia non temporum rationem colligit, ſed animorum. Ipſe enim probat, ſi
quis, agnita veritatis prædicatione, non diſtulit, neque tempus negligendo con-
ſumpſit, ſed ſtatim, & (ſi dici poteſt) eodem momento præterita perhorreſcens, fu-
turorum deſiderium cœpit, & in amorem regni cœleſtis exarſit. Propter quod ne-
Lucæ 12.c mo veſtrum vltra diſsimulet, nec retro reſpiciat, ſed ad Euangelium regni Dei li-
benter accedat. Non dicat pauper, quia, quum diues factus fuero, tunc conuertar.
Non requirit à te Deus pecuniam, ſed animum miſericordem, & piam mentem.
Neque diues conuerſionem ſuam differat, pro ſollicitudine ſeculari, dum cogitat,
quomodo diſpenſet abundantiam frugum. Neque dicat intra ſemetipſum: Quid
faciam, vbi recondam fructus meos? Neque dicat animæ ſuæ: Habes multa bona re-
poſita in annos multos, epulare, & lætare. Nam dicetur ei: Stulte, hac nocte auferen-
tur abs te anima tua, & quæ paraſti, cuius erunt? Itaque feſtinet ad pœnitentiã om- G
nis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, vt vitam conſequatur æternam. Iuuenes
quidem in eo grati ſint, quòd in ipſo impetu deſideriorum, ceruices ſuas iugo ſubij-
ciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in
*timore qua malè præuenti ſunt, pro Dei * amore commutant. Nemo ergo differat, nemo
cunctetur. Quæ enim cauſa cunctandi eſt, ad bene agendum? Animus ſibi malè
conſcius, dum videtur ſibi nullam pati, credi, quia non iudicet Dominus, quum ab-
uti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, iam ſit magna damna-
Hiere.48.b tio. Vnde ſcriptum eſt: Maledictus omnis, qui opus Domini negligenter agit. qua-
propter, paſtoralis ordinis eſt, infatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionem
populorum, imò magis filiorum ſpiritualium (quantum eſt fas intelligere) cogno-
uerit pertinere, & non (quod abſit) cum ſuo periculo alienæ ſpei, per ſolam negli-
gentiam, facere detrimentum, ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium, ſa- H
lubri neceſſe eſt prouidere tractam. Homini religioſo parum eſſe debet, inimici-
tias aliorum non exercere, vel non augere, malè loquendo, niſi eas etiam extingue-
re, bene loquendo ſtuduerit. Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſo-
namus, neque ſe deinceps excuſabit non monitum, qui, quod ſequi debeat, tam ver-
bis, quàm literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledi-
2.q.7. Sa- ctio his, qui in patres peccant, diuina nos docet ſcriptura. Si enim Cham filius Noë,
cerdotes quùm vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nu-
& reliqui, ditatem, ſed egreſſus, nunciauit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt,
Gene.9.c ipſe quidem Cham, & illi, qui ex eo nati ſunt, ſub maledicto facti ſunt, qui autem
cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt, multò magis iſti maiore & am-
pliore cõdemnatione digni ſunt, qui patribus obuiare, aut contra eos inſurgere ni-
Hiere.2.c tuntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur. quoniam, qui eis reſi-
Eccle.28.d ſtit, Deo reſiſtit, Et qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Deo, cuius legatione
fungun-

A ſunguntur, facit. Expauit cælum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit
dominus. O intolerabilem malignitatem? O linguam loquentem iniquitatem
contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum, Impone
homo tuæ linguæ oſtium & ſeram ceſſa, in altitudinem cornu extollens, & loquens
aduerſus Deum iniquitatem, & proximum tuum. Quouſque inſultas patienti Chri
ſto, & fratribus? Hæc nos familiariùs docebat, & hæc nobis publicitùs prædictus
magiſter & inſtructor atque ordinator noſter, princeps Apoſtolorum Petrus, in ec- *1.Pet.5.b*
cleſia prædicabat, exemplum dans, vt & nos ſimiliter faciamus. Humiliamini, in- *& Iac.4.b*
quit, in conſpectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, quoni-
am qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem.
Qui autem iudicat legem, non eſt factor legis, ſed iudex Vnus eſt enim legiſlator &
iudex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Non
oportet. Non præcepit nós iudicare inuicem, ſed magis auxilium ferre. Væ erit, in-
B quit, his, qui fratres tribulant, & eis, qui eos perſequuntur. Vos autem, quantò am-
pliùs tribulamini, tantò purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tri-
bulatio patienter fuerit ſupportata. Quod etiam ipſe nos Dominus docuit: Beati, *Matth.5.a*
qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et item: Beati eritis, quùm vos
oderint homines, & perſequuti vos fuerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam
malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælo.
Vnde & ipſe ait: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima *Matt.22.d*
tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum. Non enim, inquit, re-
ctè diligit Deum, qui fratrem inſequitur, nec diligit proximum, qui ei detrahit, vel
qui illum accuſat, quia quod ſibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere de-
bet. Diſcite, inquit, filij mei ſapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimi- *Tobiæ 4. c*
ni charitatem, vt non excidatis. Data eſt enim vobis à Domino poteſtas & virtus *Sap.6. a*
ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur veſtras.
C Qui autem cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur, & qui crediderint iuſta, iu- *Ibidem b*
ſtè inuenient, quid reſpondeant. Semper cauetote: Præcepit enim, ne aliquando
peccato conſentiamus, & prætermittamus præcepta Dei noſtri. Eccleſias per cō- *16.q.7. Ec-*
grua & vtilia facite loca, * quæ diuinis precibus ſacrare oportet, & in ſingulis ſacer- *cleſias per.*
dotes, diuinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, *& de conſ.*
& non à quoquam grauari. Semper vitate mala, & pro animabus veſtris ne con- *diſt. 1. Ec-*
fundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam *ſias.*
multos iam ſupplantauit ſuſpitio. Charitatem ſemper diligite, & fratres adiuuate. **al. quas.*
Erunt enim, quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis. Vnde & Do- *Lucæ 10.c*
minus ait: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui ſpernit me,
ſpernit eum, qui me miſit. Et item: Qui enim non eſt aduerſum * vos, pro vobis eſt. *Marc.9.*
Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, (quia Chriſti **al. nos,*
eſtis) amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et qui ſcandalizauerit vnum *pro nobis.*
D ex his puſillis, credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi circundaretur mola aſinaria *Matth. 18.*
collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illã, bo
num eſt tibi, debilem introire in vitã, quàm duas manus habentẽ, ire in gehennam,
in ignem inextinguibilem, vbi vermis corũ non moritur, & ignis nõ extinguitur. Et
ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illũ: Bonum eſt tibi, claudũ introire in vitam æter-
nam, quàm duos pedes habentẽ, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis
eorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, eijce
eum: Bonũ eſt tibi, luſcũ introire in regnũ Dei, quàm duos oculos habentẽ, mitti in
gehennã ignis, vbi vermis eorũ nõ moritur, & ignis nõ extinguitur. Omnis enim ho *Matth.5.*
mo igne ſalietur, & omnis victima * ſalietur. Bonũ eſt ſal. quod ſi ſal inſulſum fuerit, *Lucæ 14.*
in quo illud ſalietis? Habete ſal in vobis, & pacẽ habete inter vos, quia quiſquis veſtrũ **al. ſale, ſa*
rectè docuerit, & iuſte vixerit, habebit gloriã. Qui aũt ſecus egerit, indubitanter pœ *lietur.*
nam ſuſtinebit. Ideo bona agere vos ſemper oportet, vt brauium æternæ vitæ per-
cipiatis,

* al.Nec cipiatis.His ergo bene parete ſententijs.* Ne quis hæc præcepta minimè credat implenda,& iudicio Dei æterni ignis tormenta ſuſtineat, qui eccleſiaſtici operis ſacra neglexerit.Hæc igitur,frater Iacobe,de ore ſancti Petri iubentis audiui. Si quis præcepta hæc non integra cuſtodierit,ſit anathema vſque ad aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc præcepta à ſancto Petro apoſtolo accepi, & tibi,frater chariſsime, inſinuare curaui,vt ſeruari omnia præcipias ſinę macula. Si quis verò audierit te,vtilis erit miniſter Ieſu Chriſti: Qui autem non audierit te,imò loquentem Dominum per te,ipſe ſibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus,chariſsime,ſua te protectione cuſtodiat,atque ad cæleſtis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum,iterumque incolumem cuſtodiat,reuerendiſsime frater, Amen.

ARGVMENTVM III. EPISTOLAE Clementis, per Ioan. Sichardum.

Poſtquam ordines miniſteriorum in Eccleſia, quos per capita, vt viſum fuit naſcenti Chriſtianiſmo conuenire, Clemens digeſſerat, propiùs aliquanto nunc officia docet, & ſummam Chriſtianæ vitæ totam compendio complectitur. Præter alia tamen, eorum officium quale eſſe debeat oſtendit erga epiſcopos, qui vitæ ab his præcepta capiunt. Per occaſionem hic principes, magiſtratus, plebem, ipſosq́ adeo epiſcopos obteſtans, ne ſcripturæ diuinæ ita ſe accommodent, vt alienum aliquem ſenſum, & Chriſto indignum aliunde afferant, ſed ex ipſa ſcriptura, autore vero Propheta, exſculpant. Vnde videtur planè epiſtola illa, præter alias faciem habere ſynceræ illius doctrinæ primitiuæ Eccleſiæ, quā tamen hac tempeſtate tantis errorū & diſsidiorum fluctibus iactati, vix per tranſennam agnoſcimus ampliùs. Porrò admonendus eſt lector, ea, quæ hîc leguntur pulcherrime commixta, tanquam cumulo, hæc eadem in Recognitionum libris ſparſim legi, vt veriſimile videatur mihi, hanc à ſtudioſo aliquo Clementis conſcriptam potius, quam ab ipſo Clemente: quod tamen nec vrgere nos magnopere debet, magis de re ſolicitos, quám autore, cum extra controuerſiam ſit, eiuſmodi hanc eſſe epiſtolam, quæ vel publicè in eccleſijs legi poſsit.

EPISTO-

EPISTOLA TERTIA CLEMENTIS PAPAE PRIMI, DE OFFICIO SACERDOTIS ET CLERICORVM, RVFINO TORANO AQVILEIENSE INTERPRETE.

CLEMENS vrbis Romæ Epiſcopus, omnibus coëpiſcopis, presbyteris, diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus, maioribus minoribúsve, omnibus generaliter fidelibus, Benedictio, claritas, & gloria in gratia Dei, quæ data
B eſt nobis in Chriſto Ieſu domino noſtro. Vrget nos fratres, multus amor veſter, & religioſa inuitat deuotio, quia debitores ſumus, vt quædam vobis ſcribamus. Vos ergo, qui ſacerdotio Domini fruimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plus ſcire oportet: vt ſubditos vobis populos pleniter docere poſsitis, eisq́; ad regna cælorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipſa per ſe veritas ait: Vobis *Matt. 13. b* datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem, in parabolis, & reliqua. Propter *Marc. 4. b* quod conſilium do vnicuiq; veſtrum, conſtanter docere verba diuina, & diſcentibus *Lucæ 8. b* libenter accommodare aurem verbo Dei. Veſtrum enim, quia legatione Domini *Et eſt ibi* fungimini, eſt docere populos: eorum verò eſt, vobis obedire, vt Deo. Si autem vo *in forma.* bis Epiſcopis nō obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui cle- *11. q. 3. Si* rici, omnesq́; principes, tam maioris ordinis, quàm inferioris, atq; reliqui populi, tri- *autem vo-* bus & linguæ nō obtemperauerint, non ſolùm infames, ſed & extorres à regno Dei, *bis.* & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt. Nam veſtrum
C eſt, eos inſtruere, eorum eſt, vobis obedire, vt Deo, cuius legatione fungimini, dicente Domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: Et qui vos *Lucæ 10. c* recipit, me recipit: Et qui me recipit, recipit eum, qui me miſit. Nihil enim iniuſtius *Matt. 10. d* vel inhoneſtius eſt, quàm filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, ſeu diſcipulos magiſtris inobedientes vel proteruos exiſtere. Nouimus enim, primum hominem per obedientiam cecidiſſe, idcirco omnes hoc vitium ſummopere cauere monemus. Et quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Iac. 4. b. &* Dominus noſter mittens vos vice ſua in loco Apoſtolorum ad prædicandum, *1. Pet. 5. b* præcepit vobis docere omnes, omnesq́ue vobis fideliter obedientes, vt ipſi, exiſtere: quoniam nec aliter terra pariet fructus ſuos, niſi culta receperit ſemen, & irrigata germinauerit, & pariat, quæ eſt paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudq́ue in corde ſuo germinare non ſiuerit, ac minime credi-
D derit doctoribus & Epiſcopis ſuis: non beneuolus, ſed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet, ſed ſimilis eſt arbori illi, de qua Dominus *Matt. 3. c* ait: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Primus enim pontifex Aaron, chriſmate compoſitionis perunctus, prin- *Exod. 29.* ceps populi fuit, & tanquam rex primitias, & tributum per capita accepit à popu- *Hæc ex 1.* lo, & iudicandi populum ſorte ſuſcepta, de mundis immundisq́; iudicabat. Sed & *Recogn. vi-* ſi alius ex ipſo vnguento perunctus eſt, virtute inde concepta, etiam ipſe rex aut pro- *de, quid ſit* pheta aut pontifex fiebat. Quod ſi temporalis gratia & ab hominibus cōpoſita, tan- *ibi annotatū, pag. 14:* tum potuit, intelligite iam, quantū ſit illud vnguentum, quod à Deo de virgulto vitæ prolatū eſt, quùm hoc, quod ab hominibus factū eſt, tam eximias inter homines **al. eruditus.* cōferat dignitates? Quid enim in præſenti ſeculo propheta glorioſius? pontifice, clarius? rege ſublimius? Omnis enim pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate *Diſt. 25. Audire epiſcopum.* cōſtitutus, ſcripturis ſacris *cōditus, charus & precioſus hominib. oppidò eſſe debet. Quē, quaſi Chriſti locū tenentē, honorare oēs debent, eiq́; ſeruire, & obedientes ad *Sic 1. Ep.*

ſalutem

ſalutem ſuam fideliter exiſtere,ſcientes, quòd ſiue honor, ſiue iniuria, quæ ei defer- E
† Ex 3. Re- tur,in Chriſtum redundat,& à Chriſto in Deum. † Audire ergo eũ attentiùs opor-
cognitione tet,& ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei,monita autem vitæ, à presbyteris inquirere,
extrema. à diaconis verò,ordinem diſciplinæ.Propter quod deprecor vos conſeruos & adiu-
tores meos,vt diſcatis attentiùs animarum curam gerere, & pro omnibus ſtare, ma-
ximè tamen pro his,qui in cultu diuino laborant. Eccleſiarum omnium curam ha-
betote,ſeruiſq; earum adiutorium præbete,viduarum religioſam curam gerite, pu-
**al. iuuate* pillos enixiùs * liberate: pauperibus, miſericordiam facite: iuuenes, pudicitiam do-
Tit. 2. cete. Et (vt breuiter totum dicam) alterutrũ vos,in quibus res popoſcerit, ſuſtenta-
te,Deum colite,qui creauit cælum & terram,& Chriſto credite, inuicem vos diligi-
te,& miſericordes eſtote in omnes, non verbo ſolo, ſed opere & rebus implete cha-
ritatem. Agite pro viribus,conſerui dilectiſsimi,quia bonum eſt, vt vnuſquiſque ve-
ſtrum,ſecundũ quod poteſt,proſit accedentibus ad fidem religionis noſtræ. Et ideo
non vos pigeat,ſecundum ſapientiam,quæ vobis per Dei prouidentiam collata eſt, F
inſtruere ignaros,& docere. Deſiderium erga habere omnes erga doctorem verita-
tis,eumq; vt oculos ſuos amare oportet,quia & ipſum populum ſibi cõmiſſum, ceu
proprios filios amare & docere cõdecet. Hoc enim ei à Patre cæleſti donatũ eſt. Sed
& ſalus in eo eſt,vt voluntatem eius,cuius amorẽ & deſiderium, Deo largiente, con-
ceperint,faciant. Si quis ergo fidelis voluerit exiſtere, & deſiderat baptizari: exutus
prioribus malis,de reliquo pro bonis actibus hæres bonorũ cæleſtium ex geſtis pro-
prijs fiat. Accedat autem,qui vult,ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, at-
que ab eo audiat myſteria regni cælorum, ieiunijs frequentibus operam impendat,
ac ſemetipſum in omnibus probet,vt tribus menſibus iam conſummando, in die fe-
Ex 3. Reco ſto poſsit baptizari: Baptizetur autem vnuſquiſq; in aquis perennibus,nomine tri-
gnitione. næ beatitudinis inuocato ſuper ſe,perunctus primo,oleo per orationem ſanctifica-
Vide anno- to,vt ita demum, per hæc conſecratus, poſsit percipere locum cum ſanctis. Nullus
tata. enim propter opprobrium ſenectutis,aut iuuentutis,vel nobilitatem generis, à par- G
Diſ. 38. nul uulis & minus eruditis,ſi quid forte eſt vtilitatis aut ſalutis, inquirere negligat. Qui
lus epiſco- enim rebelliter viuit,& diſcere atq; agere bona recuſat, magis diaboli, quàm Chri-
pus. ſti membrũ eſſe oſtenditur,& potius infidelis quã mõſtratur. Quomodo ergo non
omnibus hoc amabile eſt, cunctiſque exoptatũ,vt quæ ignorat, diſcat?& quæ didi-
cerit,doceat? Certiſsimum namque eſt, quòd neque amicitia, neque propinquitas
generis,neque regni ſublimitas,homini debet eſſe precioſior veritate, quia nihil eſt
precioſius anima. Dominus autem creator omnium,ex initio ad imaginem ſuam ho-
Gene. 1. d minem fecit,eiq; dominationem terræ,mariſq;,& aëris ipſius dedit, veritatemq; in-
quirere præcepit,ſicut & verus nobis propheta enarrauit,& ipſa rerum ratio docet.
Solus enim homo rationalis eſt,& cõſequẽs eſt, vt ratio in rationalibus dominetur.
Hic enim ab initio,quùm adhuc iuſtus eſſet,cũctis vitijs & omni fragilitate ſuperior
erat. Vbi aũt peccauit, & factus eſt ſeruus peccati, & fragilitati efficitur debitor, & H
obnoxius. Quod idcirco ſcriptũ eſt,vt ſciant homines, quia ſicut ex impietate paſsi-
biles facti ſunt,ita per pietatẽ poſſunt eſſe impaſsibiles, & nõ ſolũ impaſsibiles, verũ
& parua in Deũ fide aliorũ paſsiones curantes. Ita enim verus ipſe propheta promi-
Matt. 17. e ſit,dicens: Amen dico vobis,ſi habueritis fidẽ,ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic,
& Lu. 17. b tranſi hinc,& tranſibit. Huius vocis etiam voſipſi documenta cœpiſtis, & iam facta
quædam per magiſtros noſtros,ipſos videlicet apoſtolos,non ignoratis: quia, aſtan-
tibus nobis,eorũ meritis dæmones cũ paſsionibus,quas hominibus inuexerãt,tran-
Ex princi- ſierunt, & fugati ſunt. Quia ergo alij quidem homines, patiuntur, alij, patientes
pio quintæ ſanant,cauſa ſine dubio vel patiendi vel curandi noſcenda eſt. Quæ non alia eſſe,
Recognitio quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus verò, fidei demonſtratur. Infi-
nis. delitas enim, dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam præbet:
peccatum verò,hominem paſsionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei
iudicium eſſe credens,continet homines à peccato. Non peccantes verò,non ſolum
libe-

A liberi ſunt à dæmonibus & paſsionibus, verùm & aliorum dæmones & paſsiones
fugare poſſunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quòd origo totius mali ab igno-
rantia deſcendat: & ipſa ſit omnium malorum mater, quæ incuria quidem & igna-
uia gignitur, negligentia verò alitur & augetur, atq; in ſenſibus hominum radica-
tur, dum amatur, quam ſi quis forte doceat effugandam, velut antiquis & hæredi-
tarijs ſedibus, moleſtè & indignanter auellitur. Et ideo paululum laborandum no-
bis eſt, vt indignantes, ignorantiæ præſumptionem, ſcientiæ ratione reſecemus: in
his præcipuè, qui in aliquibus minùs rectis opinionibus præuenti ſunt, per quas,
quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientiæ, ignorantia in his vehementius radicata eſt. Nihil
enim eſt grauius, quàm ſi id, quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat verum
eſſe quod falſum eſt, quod tale eſt quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat qui-
dem cuncta, vt ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt
ergo & hi, qui ignorantes, quod verũ eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent &
B mala, quaſi bona, gerunt, atque ad perniciem quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter
quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, vt poſsimus, quaſi lu-
mine nobis inde accenſo, errorem tenebras depellere. Grande enim malum eſt
(vt diximus) ignorantia: ſed quia ſubſtantiam non habet facile ab his, qui ſtudioſi
ſunt, effugatur. Nón enim aliud eſt ignorantia, niſi non cognouiſſe, quod expedit.
Vbi autem cognoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis ag-
nitio, quam nemo alius aſsignare poteſt, niſi verus Propheta. Hæc enim via eſt vi-
tam volentibus ingredi, & ſummum iter bonorum operum pergentibus ad ciuita-
tem ſalutis. Si quis ſanè audiens ſermonem veri prophetæ, velit recipere, aut nolit, &
amplecti onus eius (id eſt, mandata vitæ) habet in ſua poteſtate. Liberi enim ſu- LIBERVM ARBITRIVM.
mus arbitrij.

*Hic obſerua libro quinto pag. 80. linea 5. ſit rectè legendum nimirum amplecti onus, non amplexio-
nes: vt omnia habent exemplaria.*

C Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea,* iam non haberent in poteſtate aliud facere, **al. audientes eum.*
quàm audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet, ad aliam mi-
grare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnò reciperet, & hoc na-
turæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc
autem, quia liberum eſt animo, in quam velit partem declinare iudicium ſuum, &
quam probauerit, eligere viam, conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij liberta-
tem. Igitur priuſquam audiat quis, quod ei expedit certum eſt, quia ignoret, & ig-
norans vult & deſiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudi-
catur. Quum verò audierit cauſas erroris ſui, & rationem veritatis acceperit: tunc,
ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus, rectè iam vocabi-
tur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitę huius ſpacium, quod ad benè viuendum
accepit, in ludibrijs conſumpſerit errorum. Qui vero audiens hęc, libenrer accipit,
D & gratulatur bonorum doctrinam ſibi fuiſſe delatam, requirat intentius & diſcere
nõ deſinat, vſquequò cognoſcat, ſi eſt verè aliud ſeculum, in quo bonis præmia præ-
parata ſint. Et quùm certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quòd ſibi veritatis lu-
mẽ oſtẽderit: ac de cætero dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorũ ſibi
in futuro mercedem certus eſt præparatam: demirans per omnia & ſtupens, cætero-
rum hominum errores, & quòd ante oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe
tamen gaudens ſupèr diuitijs ſapientiæ, quas inuenit,* ſatiabiliter his perfruatur, & **Sic legitur 5. Recognitione*
exercitio bonorum operum delectetur, feſtinans ad ſeculum futurum mundo cor-
de & pura conſcientia peruenire, vbi etiam videre Deum regem omnium poſsit.
His autem omnibus carere nos, & fraudàri, ſola facit ignorantia. Dum enim igno-
rant homines, quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum dè ſe non patiun-
tur excludi. Neſciunt enim, quanta ſit in horum permutatione diuerſitas. Propter
quod, conſilium do vnicuique diſcentium, libenter præbere aurem verbo Dei: &
cum amore veritatis audire, quæ dicimus, vt mens optimo ſemine ſuſcepto, per bo-

nos actus lætos afferat fructus. Nam ſi,me docente ea,quæ ad ſalutem pertinent,re- E
cipere quis abnuit,& animo prauis opinionibus occupato obſiſtere nititur,non ex
nobis,ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio exami-
nare, quæ dicimus,& intelligere,quia verba loquimur veritatis, vt cognitis his,quæ
ſunt,vt ſunt,in bonis actibus dirigens viã ſuam, regni cælorumpoſſit particeps in-
ueniri,ſubijciens ſibi carnis deſideria, & dominus eorum factus, vt ita demum eti-
am ipſe fiat dominatoris omnium iucunda poſſeſsio. Nam qui permanet in malo
& ſeruus eſt mali, non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo: quia
ab initio (vt ante iam diximus) duo regna ſtatuit Deus, & poteſtatem dedit vni-
cuique hominum,vt illius regni fiat portio,cui ſe ad obediendum ipſe ſubiecerit.
Matth.6.c Et quia definitum eſt apud Deum, non poſſe vnum hominem, vtriuſque regni
eſſe ſeruum, omni ſtudio date operam, in boni regis aulam ac iura concurrere.
Propter hoc denique verus propheta, quùm eſſet præſens nobiſcum,& quoſdam
ex diuitibus negligentes erga dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem. F
Ibidem. Nemo poteſt,inquit,duobus dominis ſeruire,& non poteſtis Deo ſeruire & mam-
monæ.Mammona,patria eorum voce,diuitias vocans.

Hic ergo eſt verus propheta,qui in Iudæa nobis apparuit, vt audiſtis, qui ſtans
publicè ſola iuſsione faciebat cæcos videre,ſurdos audire, fugabat dæmones,ægris
ſanitatem reddebat, & mortuis vitam, quúmque nihil eſſet ei impoſsibile, etiam
cogitationes hominum peruidebat, quod nulli eſt poſsibile,niſi ſoli Deo, hic an-
nunciabat regnum Dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat, tanquam vero prophe-
tæ credidimus:firmitatem fidei noſtræ, non ſolum ex verbis eius, ſed ex operibus
aſſumentes,quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præſentia eius expo-
ſuerant, in ipſo deſignantur,& imagines geſtorum Moyſi,& ante ipſum patriarchæ
Iacob, ipſius, per omnia typum ferebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc eſt
Gene.49. ipſum, in quo venerat, prædictum ab his conſtat& ſuper omnia, quod eſſet à gen-
tibus expectandus,ſacris literis comprehẽſum eſt, quæ in eo pariter vniuerſa cõple- G
Hagg.2.b ta ſunt. Quod autem Iudæorum prophera prædixit eum à gentibus expectandum
ſupra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixiſſet à Iudæis expectandum,non
aliquid eximium prophetaſſe videretur, quòd à contribuli populo, & à propria
gente ſperaretur is,cuius aduentus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus. Videtur
enim magis conſequens ratio eſſe, vt hoc fieret, quàm, quod prædicebat magnifi-
centia prophetalis. Nunc autem quùm prophetæ dicant, omnem illam ſpem, quæ
de ſalute mundi repromittitur, & nouitatem regni quæ inſtruenda per Chriſtum
eſt, atque omnia,quæ de eo indicantur,ad gentes eſſe transferenda iam non ſecun-
dum conſequentiam rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis euentu,magni-
ficentia prophetica confirmatur. Iudæi nanque ex initio, affore aliquando hunc
virum, per quem cuncta repararentur, veriſsima traditione ſuſceperunt: & quo-
tidie meditantes ac proſpicientes, quando eius fieret aduentus, vbi adeſſe eũ vide- H
runt, & ſigna ac prodigia, ſicut de eo ſcriptum fuerat, adimplentem, inuidia excæ-
cati agnoſcere nequiuerunt præſentem, in cuius ſpe lætabantur abſentis. Intellex-
**Pauliſper hic mutata eſt oratio.* erunt tantum ſancti apoſtoli qui adeo electi ſunt,* & nos, qui pòſt ab eis electi ſu-
mus. Hoc autem prouidentia dei factum eſt, vt agnitio boni huius etiam genti-
bus traderetur: & hi,qui nunquam de eo audierant, nec à prophetis didicerant,ag-
noſcerent eum: illi verò, qui quotidianis meditationibus euanuerant,ignorarent.
Ecce enim nunc per vos, qui præſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinam fidei
eius, & agnoſcere, quis, & quomodo,& qualis ſit eius aduentus,prophetica veritas
Eſaiæ 65.a ad impletur. Hoc enim prophetæ prædixerant,quia à vobis quærendus eſſet,qui de
eo nunquam audiſtis,Et ideo videntes in vobiſipſis prophetica dicta compleri,huic
vni rectè creditis,hunc rectè expectatis, de hoc rectè inquiritis, vt non ſolùm expe-
Ioan.8.d ctetis eum,ſed & hæreditatem regni eius credentes conſequamini ſecundum quod
ipſe dixit,Quia vnuſquiſque illius fit ſeruus,cui ſe ipſe ſubiecerit.Propterea ergo vi-
gilate,

Agilate, & dominum deumque noſtrum vobis conſcribere dominum, qui & cœli ac terræ dominus eſt. Et ad ipſius vos imaginem ac ſimilitudinem reformate, ſicut ipſe verus propheta docet, dicens: Eſtote boni & miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Hunc ergo imitamini, & hũc timete, & ſicut mandatum datur hominibus, dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. *Lucæ 6.f* *Matt. 5.g.*

Hucuſque recitatur Petri Concio ad Tripolitanos de verbo, ex V. Recognitione

Infidelibus quidem dormit dominus, & abſens habetur his, à quibus eſſe non creditur, & mandatis eius non obediunt, atque ob id illis videtur quaſi dormire dominus: quia pro peccatis ſuis non exaudiuntur. Quapropter, cunctis fidelibus, & ſummopere omnibus presbyteris, & diaconis ac reliquis clericis attendendum eſt vt nihil abſque epiſcopi proprij licentia agant. Non vtique miſſas ſine eius iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua parœcia agat, non baptizet, nec quicquam abſque eius permiſſu faciat. Similiter & reliqui populi maiores ſcilicet, ac minores, per eius licentiam, quicquid agendum eſt, agant, nec ſine eius permiſſu à ſua parœcia abſcedant, vel in ea aduentantes morari præſumant. Animæ vero eorum ei creditæ ſunt: Ideo omnia eius conſilio egere debent, & eo inconſulto nihil. Quicunque enim obediunt epiſcopis ſuis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi exiſtunt. Porro ipſi à Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per iuſtitiæ & præceptorum eius ſemitas incedentes doctoribus ſuis (qui recti epiſcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, inſtructor & ordinator noſter, & princeps Apoſtolorum manifeſte cunctos audientes inſtruebat, dicens: Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminans animas hominum, ſimiles eſſe radijs ſolis. Qui vt proceſſerint, & apparuerint mundo, cælari vltrà aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab hominibus, quàm videre omnibus præſtant. Vnde & bene ipſa per ſe veritas, ad veritatis, præcones ait: Vos eſtis lux mundi. Et non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Si quis ergo his obedierit, Deo (vt dictum eſt) magnum munus offert. Qui autem his reſtiterit, aut inobediens extiterit, non his, ſed domino ſaluatori noſtro, cuius legatione funguntur, reſiſtit. *16.q.1. Cunctis fidelibus.* * *Matth.5.b*

Totus locus deſumtus eſt ex ſecunda recognitione, pag. 2. & 3. vbi Petrus Congreditur cum Mago.

Propter quod primum eſt omnium, iuſtitiam Dei, regnumque eius inquirere, & ſuis iuſſionibus obtemperare, Iuſtitiam quidem, vt recte agere doceamur: regnum vero, vt quæ ſit merces poſita laboris & patientiæ, nouerimus: in quo eſt bonis quidem æternorum bonorum remuneratio: his autem, qui contra voluntatem eius egerint, pro vniuſcuiuſque geſtis pœnarum digna reſtitutio. Hic ergo, hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei vbi & agendi, & ſacrificandi eſt locus. Quoniam in alijs locis ſacrificare, & miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus epiſcopus proprius iuſſerit, aut ab epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, conſecratus fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri teſtamento. Hæc Apoſtoli à domino acceperunt, & nobis tradiderunt, hæc nos docemus, vobiſque, & omnibus abſque reprehenſione tenere, & docere, quibus agendum eſt, mandamus. Vnaquæque etenim res, tempus ſuum habet & locum. Operum hic locus eſt, tempus vero meritorum eſt ſeculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primò, quæ ſit dei iuſtitia requiramus, & tanquã iter acturi abundanti viatico bonis operibus repleamur, quò poſſimus, ad regnum Dei, tanquam ad vrbem maximam peruenire. Deus enim his, qui recte ſentiunt, per ipſa opera mundi quæ fecit, manifeſtus eſt, ipſius creaturæ ſuæ vtens teſtimonio, & ideo quum de Deo dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc eius iuſtitia requiramus, & *De cõſ. diſ. 1. Hic ergo, id eſt.* *Sic in fine Epiſtolæ 1.*

regno.Idcirco perſuadeo primum, iuſtitiam eius eſſe requirendam,vt per hanc iter E
agentes,& in via veritatis poſiti,verũ prophetã inuenire poſsimus, nõ velocitate pe-
dum,ſed bonorũ operum velocitate currentes, vt ipſo duce vſi,nullũ viæ huius pa-
tiàmur errorẽ.Si enim ipſum ſequẽtes,ingredi meruerimus illam, quo peruenire cu-
pimus,ciuitatẽ,omnia iam (de quibus quæritur) oculis videbimus, tanquã hæredes
omniũ facti.Intelligite itaq;,viam eſſe hunc vitæ noſtræ curſum,viatores eos qui nos
inſtruũt vel bona opera gerunt,portam verò prophetã,de quo dicimus, vrbẽ regnũ
eſſe,in quo reſidet omnipotens pater quẽ ſoli videre poſſunt hi, qui mũdo ſunt cor-
Matt.5.a de. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies
erit. Nã & ipſe verus propheta,ab initio mũdi per ſeculum currẽs feſtinat ad requiẽ.
Adeſt enim nobis omnibus diebus, & ſi quando neceſſe eſt,apparet,& corrigit nos,
vt obtemperantes ſibi, ad vitam perducat æternã. De his autem, qui negligunt viam
al. ob hoc ſuæ ſalutis,& adhuc non bene fideles,& præceptis eius,ſuorúmq; pontificũ iuſsio- F
nibus, inobedientes vel cõtumaces eis exiſtũt; Dominus noſter Ieſus Chriſtus, mit-
tens diſcipulos ſuos,præcepit nobis,dicẽs; vt in quamcunq; ciuitatem aut domũ in-
Matt.10.b troierimus,dicamus, pax huic domui. Et ſi quidẽ,inquit,fuerit ibi filius pacis,veniet
& Lu.10.b ſuper eũ pax veſtra. Si verò non fuerit, pax veſtra ad vos reuertetur. Exeuntes autem
de domo vel de ciuitate illa, etiã puluerem, qui adhæſerit pedibus veſtris, excutiatis
ſuper eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrheorũ in die iudicij, quàm
illi ciuitati vel domui.Quod vtiq; ita demũ fieri præcepit, ſi priùs in ciuitate vel do-
mo,veritatis ſermo prædicetur: ex quo vel recipientes veritatis fidem,filij pacis,& fi-
Hæc Petrus lij Dei fiant: vel nõ recipientes,arguantur,quaſi inimici pacis & Dei.Ita ergo & nos,
ad Magũ, magiſtri inſtituta ſectantes,primò pacem proponimus auditoribus,vt abſq; vlla per-
ibidem. turbatione poſsit via ſalutis agnoſci. quod ſi quis pacis verba nõ ſuſcipit,neq; acqui-
eſcit veritati,ſcimus aduerſus eum pugnam verbi mouere, & arguere acriùs, confu-
tando ignorantiam,& redarguendo peccata.Neceſſario igitur pacem proponimus, G
vt ſi quis eſt filius pacis,pax noſtra veniat ſuper eum: ab eo autem,qui ſe alienum pa-
cis effecerit,regredietur ad nos pax noſtra. Et ſi iterum in mandatis habemus, vt ve-
nientes ad ciuitatem,diſcamus prius,quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſuma-
mus, quanto magis conuenit noſcere, quis qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba
Matth.7.a credẽda ſunt? Solliciti enim, & valde ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras
mittamus ante porcos.

*Hìc nimis ſe prodit rapſodus ſiue conſarcinator huius Epiſtolæ. Verba hæc ſunt Petri ad diſcipulos ſu-
os,conferentis cum eis de Simone Mago: quæ exſtant principio ſecundæ Recognitionis. L. G. V.*

Sed & alias ob cauſas,vtile eſt viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam, quia
in his,de quibus non poteſt dubitari,quòd bona ſint, emẽdatus eſt, & inculpabilis:
hoc eſt,ſi ſobrius,ſi miſericors,ſi iuſtus,ſi mitis,& humanus eſt,quæ vtiq; bona eſſe:
nullus ambigit,tunc conſequens videbitur,vt ei,qui obtinet bona virtutum, etiam,
quod deeſt,fidei & ſcientiæ,conferatur,& in quibus maculari videtur eius vita,quæ H
eſt in reliquis probabilis,emendetur. Si verò in his,quæ palàm ſunt,peccatis inuo-
lutus,permanet inquinatus,non me oportet aliquid de ſecretioribus & remotis di-
uinæ ſcientiæ proloqui,ſed magis proteſtari, & conuenire eum, vt peccare deſinat,
& actus ſuos à vitijs emendet.Quod ſi ingeſſerit ſe & prouocauerit nos dicere, quæ
eum,minus recte agentem,non oporteat audire,prudenter eum debemus eludere.
Nam nihil omninò reſpondere auditorum cauſa,vtile non videtur: ne forte exiſti-
ment,nos reſponſionis penuria declinare certamen,& fides eorum lædatur,non in-
telligentia propoſiti noſtri. Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum, ſi
ita deſipiamus,vt videamus,eum,qui idola colit,eſſe ſobrium,& nos, qui Deum co-
limus,ſobrij eſſe recuſemus.

*Totus inſequens locus eſt ex ſexta Recognitionis fine, vbi tertiò Petrus concionatur ad Tropolitas
nos.pag. 80. & 81.*

Non hoc ſit inter nos,ſed magnum habeamus ſtudium,vt ſi illi,qui errant,homi-
cidium

a cidium non faciunt: nos ne iraſcamur quidem. Et ſi illi adulterium non committũt,
nos * nec concupiſcamus quidẽ alienam mulierem. Si illi amant proximos ſuos, nos * al. ne
etiam diligamus inimicos noſtros. Si illi mutuo dant his, qui habent, vnde reddant:
nos etiam his demus, à quibus recipere non ſperamus. Et per omnia nos, qui æterni
ſeculi hæreditatem ſperamus, debemus præcellere eos, qui præſens tantum ſeculum
nouerunt, ſcientes, quia ſi opera illorum noſtris operibus collata, in die iudicij ſimi-
lia inueniantur, ac paria, confuſio nobis erit, quòd æquales inuenimur in operibus,
his, qui propter ignorantiam cõdemnantur, & nullam ſpem futuri ſeculi habuerũt.
Et verè digna confuſio eſt, vbi nihil ampliùs geſsimus ab his, quibus amplius intelle-
ximus. Quod ſi confuſio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quid erit
nobis, ſi inferiores nos, ac deteriores, examinatio futura reperiat? Audite ergo, quo- *Matt. 12. d*
modo de his nos ipſe verus propheta docuerit. Ad eos autem, qui negligunt audire *Lucæ 11. d*
verba ſapientiæ, ita ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & con-
B demnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce pluſ-
quam Salomon hic, & non audiunt. Ad eos verò, qui de malis actibus gerere detre-
ctabant pœnitentiam, ita ait: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac,
& condemnabunt eam: quia pœnitentiã egerũt in prædicatione Ionæ, & ecce pluſ-
quam Iona, hic. Videtis ergo, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, adductis ad *Matth. &*
exemplũ illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, & oſtendẽs, eos, nec æquales illis *Lucæ vbi*
eſſe, qui in errore poſiti videbãtur, ex ipſa tantum comparatione cõdemnatos. Ex *ſupra.*
quibus omnibus, ſermo, quẽ propoſuimus, approbatur, vt caſtimonia, quæ aliqua-
tenus etiam ab his, qui in errore ſunt poſiti, cuſtoditur: multò puriùs, & attentiùs, &
per ſingulas quaſq; (ſicut ſupra oſtẽdimus) ſpecies à nobis, qui veritatem ſequimur,
teneatur, eo magis, quo apud nos obſeruãtię eius prẹmia æterna ſunt poſita. † Aliter *† Huc uſque*
enim nemo ſaluus eſſe poterit niſi his obſeruationibus pro viribus operam dederit. *ex VI. Re-*
Deus vos in ſua voluntate vnumquemque in ſuo ordine ſemper cuſtodiat, fratres, & *cognit.*
ſibi placere in omnibus concedat, Amen.

IN QVARTAM EPIST. DIVI CLEmentis Arg. per Ioan. Sichardum.

Contra inſidias hæreticorum, quibus iam tum cœperant omnia eſſe infeſta, attentos iubet Clemens eſſe epiſcopos, vt doctrina veritatis obſtruatur aditus lupis, qui poterãt per occaſiones in gregem domini graſſari: eos verò qui aliò iam fuerant quorundam perſuaſionibus traducti, quàm Chriſtianæ regulæ præſcriptum ferrent, & palam quorundam pſeudoprophetarum decretis ſubſcripſerant, obteſtatur, ne tanquam transfugæ, ab eorum ſtent partibus, quorum tota profeßio, ignorantiæ nebulis adumbrata, nullò pertineat, niſi vt ſubuertantur, qui iam pulchrè videbantur ſibi in cognitione veri prophetæ promouiſſe. Atque hic in ignorantiam, vt qua vix ſit peſtis vlla capitalior, totis viribus inuehitur, eiq; deberi dicit, quòd à vero, erga quod noſtropte ſumus ingenio melius affecti, abhorreamus, & noſtra culpa æternis nos ſupplicijs obnoxios faciamus. Per cõtentionẽ verò cognitionẽ veritatis nobis ita cõmendat, vt putet parentũ, quibus alioqui vita debeatur, reſpectũ non tãti eſſe oportere, vt in eorũ gratiã diutiùs, quàm ſit noſtræ ſaluti integrũ, in ignorantia permaneamus. Ne verò habeãt cõtentionũ ſtudioſi, quod morbo ſuo prætexant, addit, eã diſſidij anſam nõ eos, qui iam vero prophetæ nomẽ dederint, quæſituros, ſed qui ignorantiã præoptantes, alijs hoc ipſum inuidẽt, vnde inuiti licet, coguntur tamẽ profiteri ſalutẽ pendere.

EPISTOLA QVARTA SANCTI CLEMENTIS PAPAE, SCRIPTA DISCIPVLIS SVIS, IVLIO ET IVLIANO, QVI MALORVM HOMINVM PERSVASIOnibus aliquatenus deuiârant, & gentibus, inter quas habitabant, directa. E

CLEMENS, Romanæ vrbis Epiſcopus, chariſsimis fratribus, Iulio & Iuliano, ac reliquis conſodalibus noſtris, gentibusque, quæ circa vos ſunt.

Oportet, fratres, omnes doctores, qui ad ſalutem animarum inſtituti ſunt, & ad lucrandas animas epiſcopi ſunt cõſecrati, pro cunctis ſollicitudinẽ gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portũ ſalutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos ſunt, in modico vos erraſſe contigerit, melius eſt tamẽ, redire ad veritatis viã, quàm diutiùs in ipſo errore * perſeuerare. Quoſcunq; enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbũ prædicationis nõ audierunt, poteſtis, vobiſcũ aſſumite, & ad viã veritatis adducite, ne infructuoſi ſed fructuoſi, domino inueniamini † Et quoniam quidem, ſicut à cultore neglecta terra, ſpinas & tribulos neceſſariò producit, ita ſenſus veſter longi temporis incuria multas & noxias opiniones rerũ, & intelligentias falſæ ſcientię germinauit, opus eſt nunc multa diligentia, ad excolendũ rus mentis veſtræ, vt hic ſermo veritatis, (qui eſt verus, & diligens cordis colonus) aſsiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergo eſt præbere obedientiã, & occupationes ac ſolicitudines ſuperfluas amputare, ne bonũ verbi ſemen enecet noxiũ germen. G Poteſt enim fieri, vt multi temporis negligentiã breuis & aſsidua reparet diligentia. Incertũ nanque eſt vniuſcuiuſque tempus vitę. Et ideo feſtinandum eſt ad ſalutem, ne fortè cunctãtẽ mors repẽtina pręueniat. Et ob hoc acrius adnitendum eſt, vt dũ eſt temporis ſpaciũ collecta malę cõſuetudinis vitia reſecentur. Quod nõ aliter facere poteritis, niſi vt iraſcamini quodammodo aduerſus voſmetipſos pro his, quę inutiliter geſsiſtis ac turpiter. Hęc enim eſt vtilis vita & iuſta, & neceſſaria iracundia, vt vnuſquiſq; in quibus errauit, & perperã geſſit, indignetur; & ſemetipſum accuſet. Ex qua indignatione accẽditur in nobis ignis quidã, qui velut agro ſterili immiſſus, cõſumptis & excoctis radicibus peſsimæ voluntatis, bono ſemini verbo dei fœcundiorem cordis præparet glebam. Puto autẽ quod ſatis dignas habeatis cauſas iracũdię, ex quibus iuſtiſsimus ignis iſte coaleſcat, ſi cõſideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantię malũ, quãtoſq; lapſus, & quanta pręcipitia ad peccandũ dederit; à quantis vos bonis abſtraxit, & in quę pręcipitauit mala & quod eſt ſuper omnia grauius, quod vos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fecit. H Nonne pro his omnibus, vbi veritatis lumẽ effulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur? & iracundiæ Deo placitæ intra vos conſurgit incendiũ quo conſumatur, & radicitùs intereat omne germen, ſi quod forte intra vos malæ concupiſcentiæ pullulauit? Vnde & ipſe, qui miſit nos, quũ veniſſet, in omnem mundũ vidiſſet ad malitiã declinaſſe, non continuo ei pacem, in erroribus poſito, dedit, ne eum confirmaret in malis, ſed ignorantię eius ruinis ſcientiam veritatis oppoſuit: vt ſi qui fortè reſipiſcerent, & lumẽ veritatis aſpicerent, deceptos ſe, & in pręcipitia erroris abſtractos, merito dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſus deceptricem ſuam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat, Ignem veni mittere in terram, quam volo, vt accendatur? Eſt ergo pugna quædã, quæ gerenda nobis eſt in hac vita. Sermo enim veritatis & ſcientiæ neceſſario ſeparat homines ab errore

* al. perducare.

† Quæ ſequuntur, ex tertia concione Petri ad Tripolitanos deſumta ſunt quæ à Clemente perſcribitur ſexta Recognitiõe.

Luc. 12. f

rore

rore & ignorantia, ſicut ſæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis, à connexione viuentium membrorum, ferro ſecante, ſeparari. Tale ergo aliquid eſt, quod agit veritatis * ignoratio. Neceſſe eſt enim, vt ſalutis cauſa filius (verbi gratia) qui ſermonem receperit veritatis, à parētibus ſeparetur incredulis: aut rurſum pater ſeparetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos atque conſanguineos, credentes atque incredulos, ſcientiæ atque ignorantiæ, veritatiſque & erroris pugna * conſiſtit. Et ob hoc iterū dicebat, qui nos miſit, Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Quod ſi dicat aliquis. Et quomodo iuſtum videtur, ſeparari filios à parentibus? Audi quomodo, Quia cū ipſis, ſi in errore permaneant, neque illis proderunt, & cū illis pariter interibunt. Iuſtū igitur, & valde iuſtum eſt, ſeparari eum, qui ſaluari vult, ab eo, qui non vult. Sed & illud aduerte, quod non ex illis qui rectius intelligunt, veniat iſta ſeparatio. Illi enim volunt intereſſe, pariter & prodeſſe his, & docere meliora. Sed & iſtud proprium eſt ignorantiæ vitium, vt
B confutantem ſe, veritatis lucē non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. Nam qui ſcientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena eſt, tanquam à bono Deo datā, cupiunt eam (ſi fieri poteſt) cum omnibus habere communem, etiam cum his, qui oderunt eos, & perſequuntur. Sciunt enim, * quia peccatum ipſorum cauſa ignorantiæ eſt. Propterea denique ipſe magiſter, quū ab his, qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat patrem pro interfectoribus ſuis, & dicebat, Pater dimitte eis peccatum, quia neſciunt, quid faciunt, Imitantes quoque diſcipuli magiſtrum, etiam ipſi, quùm paterentur ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabant. Quod ſi diſciplina nobis eſt, orare etiam pro interfectoribus & perſequutoribus noſtris, quomodo non etiam parentum & propinquorum perſequutiones ferre, & pro conuerſione eorū orare debemus? Tum deinde etiam illud diligentiùs cōſideremus, quæ ſit nobis cauſa parētes diligendi, pro eo, inquiūt quia vitæ noſtræ videntur auctores. Auctores quidē vitæ noſtræ parentes non ſunt, ſed miniſtri. Non
C enim vitam præbent, ſed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent miniſteriū, auctor autem vitæ vnus, & ſolus, eſt Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus illum nobis eſſe diligendum ſciamus. Sed illum, inquiunt, cognoſcere non potuimus, iſtos autem & nouimus, & in affectu habemus. Eſto, non potuiſtis cognoſcere quis ſit Deus: * quid tamen non ſit Deus, perfacile ſcire potuiſtis. Nam quomodo latere potuit hominem quòd lignum, aut lapis, aut æs vel alia huiuſmodi materia Deus non ſit? Quod ſi in his, quæ facile deprehendere potuiſtis, animum ad diſcutiendum noluiſtis intendere, certum eſt, quia & in agnitione Dei impediti eſtis, non impoſsibilitatis, ſed ignauiæ vicio. Nam ſi voluiſſetis, ex his ipſis inutilibus ſimulacris profectò accepiſſetis intelligentiæ viam. Certum eſt, quia per ferrum facta ſunt ſimulacra: ferrum verò per ignem confectum eſt, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per ſpiritum mouetur, ſpiritus autem à Deo initiū habet. Sic enim dixit Moyſes propheta, In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inuiſibi-
D lis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper faciem abyſsi, & ſpiritus Dei erat ſuper aquas. Qui ſpiritus, Dei iuſſu, quaſi ipſa manus conditoris lucem ſeparauit à tenebris, & poſt illud inuiſibile cœlum, iſtud viſibile produxit, vt ſuperiora quidem, habitaculum faceret angelis, inferiora verò, hominibus. Propter vos ergo, iuſſu Dei, aqua, quæ erat ſuper faciem terræ, ſeceſsit: vt terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inſeruit, vt vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere iuſſa eſt animantia, & omnia, quæ veſtro vſui voluntatique ſeruirent. An non propter vos venti ſpirant, vt ex ipſis concipiens, fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt? & tempora viciſsitudines mutant? Num propter vos ſol oritur, & occidit? & mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum ſuum, vt vobis ingratis cūcta ſubiaceant. Nónne pro his omnibus uſta erit vltionis pœna, quia horū omniū largitorē, quē ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis, ſolūque ceteris ignoratis: * Sed & nunc per idem

*al. agnitio. Sic legitur 6. Recognit.

*al. conſurgit. Sic ibidem.

Matt. 10. d

Luc. 23. e

*In 6. Recogn. Peccati ipſorū cauſa, ignorantia eſt. Et ſic ſenſus clarius legendum eſſe.

Act. 7.

*al. qui.

Genē. 1. a

Vide, quod in 6. Recognit. ſuprà ſit notatū.

** Sed & nunc eiſdẽ vos vijs, &c. ſic in 6. Recogn.*

vos adhuc in intelligentiam eius duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex E aquis, aqua verò per vnigenitum ex initio facta eſt, vnigeniti verò omnipotens Deus caput eſt, per quem tali ordine (vt ſupra diximus) peruenitur ad patrem. Quùm autem perueneritis, agnoſcite hanc eſſe voluntatem eius, vt per aquas, quæ primæ creatæ ſunt, denuò renaſcamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquã, bonis operibus repletus, hæres efficitur eius, à quo in incorruptione regeneratus eſt. Propter quod paratis animis accedite, quaſi filij ad patrem, vt peccata veſtra diluantur; & cauſa eorum ſola ignorantia fuiſſe probetur apud Deum. Nam ſi poſt agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis veſtræ cauſa, & ignorantiæ reputabitur. Nec putetis, quòd etiam ſi omnem pietatem colatis, omnemq; iuſtitiam, baptiſmum verò non accipiatis, ſpem poſsitis habere apud Deum, imò, maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati eſtis. Confertur enim meritũ homini ex bonis geſtis, ſed ſi ita gerantur, ſicut Deus iubet. † Deus autem iuſsit omnem colentẽ ſe, baptiſmo conſignari. Quod ſi vos renueritis, vt veſtrę voluntati F magis quàm Dei obtemperetis, contrarij ſine dubio, & inimici eſtis voluntati eius.

† Iuxta illud. Bonũ ſit non bonũ, quando fit nõ bene.

Elegans inſtructio de neceßitate & vtilitate baptiſmi.

Iac. 3.a. & Mar.. vlt. d

Ioan. 3.a

Sed dicitis fortaſſe: Quid confert aquæ baptiſmus ad Dei cultum? Primò quidem quia quod Deo placuit, impletur. Secundo quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta eſt, amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad ſalutem. Aliter impoſsibile eſt. Si enim nobis cum ſacramento verus propheta teſtatus eſt, dicens: Amen dico vobis, niſi quis denuo renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnum cælorum. Et ideo accelerate. Eſt enim in aquis iſtis miſericordia eius quædam, ex initio ferebatur ſuper eas, & agnoſcit eos, qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſupplicijs futuris, quaſi donum quoddam, offerens Deo animas, per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas, ſolæ ſunt enim, que poſsint vim futuri ignis extinguere. Ad quas, qui moratur accedere, conſtat, in eo adhuc infidelitatis idô- G lum permanere, & ab ipſo prohiberi, ad aquas properare, quæ ſalutem conferunt: Siue enim iuſtus, ſiue ſit iniuſtus, baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt. Iuſto quidem, vt impleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo, iniuſto verò, vt peccatorum quæ geſsit, remiſsio concedatur. Omnibus ergo feſtinandũ eſt, ſine mora renaſci Deo, & demum conſignari ab epiſcopo, id eſt, ſeptiſormem gratiarum ſpiritus ſancti percipere, quia incertus eſt vniuſcuiſquæ exitus vitæ. Quùm autem regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi ſpiritus gratia ab epiſcopo (vt memoratum eſt) confirmatus, quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquam poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſsitate, ſed incuria aut voluntate remanſerit, vt à beato Petro accepimus, & vt cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente DOMINO, docuerunt: & demum ex operibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinẽ eius, qui eũ genuit patris. Poſt hæc verò agnoſcat Deum honorare. Honor autem eius eſt, vt ita viuat ſicut ipſe vult. Vult enim vnumquenque ita viuere, vt homicidium & adulterium H neſciat, odium & auaritiam fugiat, iram, ſuperbiam, iactantiam reſpuat & execretur inuidiam quoque, & cætera his ſimilia, penitus à ſe ducat aliena. Eſt ſanè propria quædam noſtræ religionis obſeruantia, que non tam imponitur hominibus quàm propriè ab vno quoque Deum colente, cauſa puritatis expetitur, de caſtimoniæ dico cautela, cuius ſpecies multæ ſunt. Sed primò, vt obſeruet vnuſquiſq;, ne menſtruatæ mulieri miſceatur, hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod etſi lex de his non admonuiſſet nos, *vt catuli libenter volueremur in ſtercore? Debemus aliquid amplius habere animalibus, vtpote rationales homines & cæleſtium ſenſuũ capaces, quibus ſummum ſtudiũ eſſe debet, ab omni inquinamẽto cordis conſcientiã cuſtodire. Bonũ eſt aũt, & puritati conueniens, etiã corpus aqua diluere. Bonũ verò dico, non quaſi principale illud, in quo mens purificatur, ſed quod ſequela ſit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magiſter noſter quoſdã phariſæorũ & ſcribarũ qui vide-

BAPTISMVS. CONFIRMATIO,

Pleraq; hîc interiecta ſunt, quæ non exſtãt in 6. Recognitione.

Leuit. 18. c

**al. cantharides.*

Et hîc vide, quid in 6. Recogn. ſit notatũ.

A videbantur eſſe cæteris meliores, & à vulgo ſeparati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia ea ſolummodo, quæ hominibus videbantur, purificabant, corda verò, quæ ſolus Deus aſpicit, inquinata relinquebant, & ſordida. Ad quoſdã ergo ex ipſis, non ad oẽs dicebat: Væ vobis ſcribæ & phariſæi, hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt, calicis & paropſidis, intus aũt plena ſunt ſordibus. Phariſæe cæce, munda priùs, quod intus eſt, & quod deforis eſt, erit mundum. Verè enim, ſi mens mundetur luce ſcientiæ, quũ ipſa fuerit munda ac ſplendida, tunc etiã eius, qui deforis eſt hominis, ipſa neceſſariò curam gerit carnis ſuæ, vt & ipſa purificetur. Vbi aũt iſta, quæ deforis eſt, purificatio carnis, negligitur, certũ eſt, neq; de puritate mentis ac munditia cordis corã geri. Ita ergo fit, vt is, qui intrinſecus mundus eſt, mundetur ſine dubio & extrinſecus. Non ſemper aũt is, qui mundatur extrinſecus, etiã intrinſecus mundus eſt, videlicet quùm agit hæc, vt hominibus placeat. Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruanda eſt, vti ne paſſim & libidinis ſolius cauſa, cũ fœminis coeat quis, ſed poſte-B ritatis reparandæ gratia: quæ obſeruãtia, quum etiã in nõnullis pecudibus inueniatur, pudoris eſt, ſi non ab hominibus rationabilibus & Deũ colentibus obſeruetur. † Ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio Dei. Propter quod, chariſſimi, ſectamini ſemper charitatẽ, & æmulamini meliora, & ſpiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt Deo ſemper in omnibus placere valeatis, Amen.

Matt.23.e

† Hactenus ex VI. Recogn. Vide aũt, quomodo cætera ai texãtur?

1.Cor.12.d & 14.a

IN QVINTAM D. CLEMENTIS Epiſtolam Arg. per Ioan. Sichardum.

Miremur verò, ſi libet, quædam tanto ſeculorum interuallo aliò decidiſſe, quàm ſunt inſtituta, quædam verò penitus in deſuetudinem abiiſſe, cùm ex hac epiſtola non obſcurè liceat cognoſcere, illam menſæ, totiusq́; cultus rationem, quam inter ſe Chiſtiani peculiarem habuere, paulatim ſenuiſſe, ipſis etiam Clementis temporibus: apparetq́; eam obſoleuiſſe citius, quàm eſſet paulò propiùs cognita: magna enim epiſtolæ pars in eo conſumitur, vt in memoriam redigat id victitandi genus, quod non temerè à dilectione apud Græcos nomen inuenit, qua refrigeſcente ſenſim pretia vita peſſum iere, & vt quidq́; fuit honeſtius inſtitutum. At Deum immortalem quantulo poſt apoſtolos tempore? Eiuſmodi autem tum fuit Chriſtianorum vita, quemadmodum in actis apoſtolicis deſcribitur, vt ſublata priuatarum rerum nomenclatura, in publicum quicquid vſpiam eſſet abierit, indeq́; vt viſa fuit cuiuſque neceſſitas poſtulare, expenſum ab epiſcopo tanquam œconomo. Res fuit per ſe honeſta, vt vix alia æque, ſed quæ lucri cupidioribus feneſtram quodammodo aperuerit, qua ad diuitias, quas pro ruderibus ducere debebant, per fas atque nefas aſpirarent. Diſpertiebant enim veteres illi pontifices, vt de quorum fide nemini eſſe dubium poſſet, prout omnium ratio tulit, tantumq́; abfuit, vt eorum quicquam abraderent, vt etiam vitam, ſi quo opus fuiſſet, impendere nihil eſſent grauati. Vſi ſunt re honeſtiſſima poſteriores aliquot pontifices ad quæſtus aucupium, & quod in hunc vſum publico addiceretur cœptum eſt primo decimari, paulò poſt, vbi res ſucceſſit, & vita illa lautior arriſit, & ſordium eos piguit, abiecta fronte palàm pro ſuo omne id habuerunt, quod erat vſibus omnium deſtinatum. Nihil addam amplius, ne argumentum ſcribens, imprudentius hic, quod nolim, Camarinam iſtam commoueam.

Mẽſa enim illa Chriſtianorum ἀγάπη dicitur.

Act.2.& 4

EPISTO.

EPISTOLA QVINTA SANCTI CLEMENTIS PAPAE, DE COMMVNI VITA, ET RELIQVIS CAVSIS, SVIS DISCIPVLIS SCRIPTA, HIEROSOlymisque directa.

12. q. 1. Dilectiſs. fratribus. DILECTISSIMIS fratribus, & condiſcipulis Hieroſolymis, cum chariſsimo fratre Iacobo coëpiſcopo habitantibus, Clemens Epiſcopus. *1. De Communi vita.* 1. Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumq; diſcipulorum imitari volunt. Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc F mundo, omnibus eſſe hominibus debuit: ſed per iniquitatem, alius hoc ſuũ eſſe dixit, & alius * iſtud: & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. ** al. aliud* Denique Græcorum quidam, ſapientiſsimus hæc ita ſciens eſſe ait: *Pytagoras philoſopho* Communia debere eſſe amicorum omnia. In omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges. Et ſicut non poteſt, inquit, diuidi aër, neq; ſplendor ſolis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia. *Pſal. 132.* Vnde & Dominus per prophetam loquitur, dicẽs: Ecce quàm bonum, & quàm iucundũ, habitare fratres in vnum, & reliqua. Iſtius enim cõſuetudinis more retento, etiam apoſtoli, eorumq; diſcipuli, vt prædictum eſt, vnà *Act. 4. g* nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxere. Vnde (vt bene noſtis) erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum aut noſtrum, de his, quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed omnia illis & nobis erant communia, nec quiſquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros poſsidebãt, G vendebant eos, & precia corũ, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes apoſtolorum: ſicut nobiſcum quidam veſtrum cognouerunt & viderũt, *Act. 5. a. b* & diuidebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat. Ananias autem vir auſterus, & Sapphira vxor eius, qui mentiti ſunt apoſtolis de precio agrorum ſuorum, quos vendiderant, nobis præſentibus in conſpectu omnium circumaſtantium, à cõſpectu apoſtolorum, propter peccatum eorum & mendacium, quod fecerunt, mortui delati ſunt ambo. Cæteraq;, quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonſtratione digna ſunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis apoſtolorũ obedire præcipimus, quia hi, qui mãdata eorum poſtponunt, non ſolum rei, ſed extorres fiunt. *Diſtin. 37. Relatũ eſt.* Quę non ſolùm vobis cauenda, ſed & omnibus prædicanda ſunt.

II. *In intelligendis ſcripturis non proprius ſenſus ſequendus eſt, ſed conſulenda patrum traditio.*

Relatum eſt etiam nobis, quòd quidam in veſtris partibus commorantes, aduer- H ſantur ſanis doctrinis, & (prout eis videtur) non ſecundum * traditionem patrum, ſed iuxta ſenſum ſuum docere videntur. Multas enim, quidam (vt audiuimus) veſtrarum partium, ſecundum ingenium hominum, ex his, quæ legunt, veriſimilitudines capiunt: & ideo diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei, quum legitur, non ſecundum propriam * ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. **al. ingenij virtutem, vel.* Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſq; ſponte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ex ſcripturarum auctoritate confirmare, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus, ſecundum veritatem ſibi traditam, ſeruauit, vt & ipſe poſsit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere. Quum enim ex diuinis ſcripturis integram quis & firmam regulam verita-

A veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione, ac liberalibus ſtudijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamẽ, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet. III. Incertum eſt enim, etiam iuuenibus, vitæ tempus, ſenibus autem, iam nec incertum eſt. non enim dubitatur, quod quantumcunque eſt, quod putatur ſupereſſe, breue ſit. Et ideo tam iuuenes, quàm ſenes oportet de conuerſione & pœnitentia valde eſſe ſolicitos, & ſatagere, vt de reliquo ornent animam ſuam ornamentis digniſsimis, id eſt, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore iuſtitiæ, candore pietatis, alijsq; omnibus, quibus cõptam debet eſſe rationabilem mentem. Vnde conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis, adimplere ſatagatis. Et quum, oratione aſsidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, ſine ſuſpicione mali

B * interitus, vota poſsint celebrari feſtiua.

Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis, Amen.

III. Omnibus piè viuendum citra ætatis diſcrimen.

2.q.1. Dilectiß. fratribus.

**al. inter vos.*

Finis Epiſtolarum Clementinarum.

CLEMEN-

CLEMENTIS ROMANI PONTIFICIS, DE REBVS GESTIS, PEREGRINATIONIBVS, AC PRAEDICATIONIBVS SANCTI APOSTOLORVMQVE PRINCIPIS PETRI,

Epitome, ſiue compendium, in quo eiuſdem vita continetur, ad Iacobum Hieroſolymitanum Pontificem, Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

IOACHIMVS PERIONIVS BENEDICTInus Cormœriacenus, Nicolao Mallario inſignis Eccleſiæ Pariſienſis Eccleſiaſtæ, ac Theologo, S. P. D.

SI CLEMENTIS pontificis maximi ſanctiſſimiq; viri de beati Petri rebus geſtis profectionibusque ac concionibus compendium, quod ab hinc triennium partim rogatu, partim impulſu tuo, ex Bibliotheca tua bona omnibus libris referta depromptũ, in Latinum ſermonem conuertendum ſuſcepi, ſerius quàm aut velles, aut officium meum poſtularet, typis editur: nolim putes id vel obliuione ſuſcepti muneris ac negotij, vel rerum quæ in eo tractantur contemptu accidiſſe. Nam nec quiſquam vno me eſt in ijs quæ fidem, qua nihil homini charius eſſe debet, attingunt, religioſior, & res diuinæ, quas maximas libellus hic profitetur & docet, incredibile ſui & deſiderium & ſtudium, ne dicam amorem, in me non tam ſuo nomine, quàm eo vitæ inſtituto, quod delegi, excitauerunt. Sed cùm iam tum & vitam Chriſti ingreſſus eſſem ſcribere, & Iuſtini philoſophi ac martyris opuſcula quædam tuo maximè hortatu atque admonitu transferre inſtituiſſem, & alia quæ pollicitus eſſem quidam à me flagitarent: huius Clementis tui (tuum enim appellare iure poſſum, quem quaſi pupillum patrem deſiderantem adoptaſti) retardata eſt editio: quãquam ferè biennium eſt, cum librum abſolui. Verùm ſi ſerius quàm optaras, ad te nouus redit, & per te ad cæterorum cognitionem editur: at ſi minus alijs, tibi quidem certè, iucundior gratiórque, vt ſpero veniet: præſertim cùm natura comparatum ſit, vt quæ res nobis charæ ſunt, ſi poſtea quàm ijs caruimus, aut à nobis abfuerunt, ad nos locupletiores aut ornatiores reuertantur, tantam interdum nobis voluptatem ipſæ afferant, vt deſiderium quo ijs cum abeſſent tenebamur, noua illa etiam fortaſſe non opinata lætitia ſuperare videatur. Equidem tametſi quàm exigua ſit in me dicendi facultas, ſcio, tamen quantulacunque valeam, omnẽ me eò contuliſſe fateor, vt ne fruſtrà hunc

mihi

mihi libellum transferẽdum dediſſe videare. Quod vt facerem, præter quàm quòd egregius iſte tuus in me animus admonuit, auctor etiam libri, beatiq; Petri crebræ illæ cum Simone mago inſtitutæ diſputationes, quibus & illius falſas refellit, & diſciplinæ noſtræ veras ſentẽtias, ſicuti ſunt, cum ſummo illius pudore, maximaq; ſua laude & gloria comprobauit. Nec verò minus eò me adduxit præclara ad dicendum, & ad commemorandum ſuauis illa quæ de Clementis parentumq; eius & fratrum repentina, nec opinata inter ſe agnitione eſt addita, narratio. Quæ quidem eas mihi ad animos impellẽdos vires habere videtur, vt in ea legenda neminem lachrymas continere poſſe exiſtimem. Mihi quidem non videtur hoc eſſe compẽdium eorum Clementis librorum decem, qui extant Rufino interprete, præſertim cùm eius ſit qui res ab aliquo tractatas vno vel pluribus libris, in compendiũ redigit, ea tantùm quæ fuſius narrat, breuiter perſtringere, & tamen hoc in libro exponantur multa quæ in illis non legantur, longiusq; rerum expoſitio hîc ex ipſius Clemẽtis Epiſtolis quę extant, ſumpta prouehatur. Itaque haud ſcio an ſit illius alterius libri compendium, cuius Rufinus mentionem facit. Hunc autem laborem noſtrum in tuo potiſsimum nomine diuulgaui, cùm tua iſta in me egregia voluntate adductus, vt meum viciſſim in te animum teſtarer, tum vt omnes qui in eo legendo aliquid temporis conſument, cùm boni aliquid inde arripient & haurient, beneficij tui in ſe memores, & tibi gratias agãt, & alijs te officijs, quibus debebunt, proſequantur. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, IX. Calend. Ianuarias, M. D. LIIII.

LAMB. GRVTERVS VENRADIVS, Catholico Lectori, S.

Manifeſtum eſt, conferentibus inter ſe Recognitionum libros & hanc Epitomen, non eſſe eam Epitomen ἀναγνώσεως *ſiue Recognitionũ, ſed quandam potiùs* σύνοψιν *totius hiſtoriæ Clementinæ. Nã permulta hoc compendio referuntur, quæ nuſquam ſunt in Recognitionibus. Vide VII. Recognitionem, cum eademq; confer Epitomen, in qua & finis vitæ Fauſtini Patris, martyrumq; Clementis, & mira obitum conſequuta deſcribuntur: ex quibus alius auctor facile deprehenditur fuiſſe. Rectè itaque fecit auctor ille, quicunque fuit, quod inſcripſerit Epitomen ſiue Synopſin hiſtoriæ Clementinæ, Nos, vt facilis vtriuſque hiſtoriæ inter ſe foret tibi collatio, margini epitomes librorum titulos annotauimus. Vale.*

CLEMENS IACOBO DOMI- E
NO ET PONTIFICI, ET PONTIFICVM PONTIFICI, SANCTAM HIEROSOLYMAM

CHRISTIANORVM ECCLESIAM GVBERNAN-
ti, Chriſtiq́; Dei noſtri, quæ vbiq; Dei prouidentia præ-
clarè conſtitutæ ſunt, Eccleſias, vnà cum presbyte-
ris & diaconis, cæteriſq́; fratribus omnibus
pacem perpetuam optat.

Ex I. Recognitione. Confer?

SCITO, me ciuem Romanum, cùm temperatè caſteq́; pri-
mam ætatem atq; vitam agere poſſem, arrepta hauſtaq́; ne-
ſcio vnde cogitatione, quæ mihi obrepſiſſet crebraſq́; mihi
de morte commentationes, pariebat, in laboribus reliquum F
vitæ tempus, perturbationibuſq́; ſolitum eſſe conſumere.
Hoc enim in animo voluebam menteq́; agitabam, num poſt
mortem nullus eſſem futurus, nec quiſquam mei vnquam
mentionem facturus eſſet, quòd tempus omnia obliuione
deleret. Quòd ſi nullus eſſem qui fieri poſſet, vt manerem poſt mortem, cum eorum
qui nulli eſſent notione, cùm nec eos cognoſcerem ipſe, nec illi me agnoſcerent, nec
ortus eſſem, nec gigneret? Illud etiam quærebam, num mundus aliquando ortus eſ-
ſet, & antè quàm originem habuiſſet, an etiam eſſet. Si enim ex omni æternitate fuit,
æternus etiam futurus eſt. Sin ortus eſt, etiam diſſoluetur omnino. Poſt diſſolutio-
nem porrò num aliquid rurſus erit ac renaſcetur? quod nunc in cogitationem me-
am cadere non poteſt. Hæc atque talia cum ſine fine animo agitarem, perpetuo mœ-
rore eoq́; tanto affici ſolebam, vt & pallore intabeſcerem, & quod grauius eſt, ſi me
tandē aliquando huiuſmodi rerum curis ac moleſtijs, vt vanis, liberatum iri cogita- G
rem, maiorem vim morbi doloriſque ſentirem: doloremq́; animo ex eo capiebam,
quòd mihi honeſti notionem inſitam & innatam ignorarem, quæ ſpes cauſaq́; im-
mortalitatis extitiſſet, quemadmodum poſtea cum tãdem aliquando cognouiſſem,
Deo rerum omnium effectori gratias egi. Me enim ea cognitio, quæ mihi ab initio
moleſtiam, afferebat, impulit, vt de rebus quærerem: quoſq́; primùm beatos ignora-
tione ſolitus eram ducere, eos poſtea miſeros iudicabam. Ergo cum à prima ætate ta-
les in animo meo cogitationes verſarentur, me ad philoſophorum ſcholas contuli,
vt aliquid inde quod firmum ratumq́; eſſet haurirem ac diſcerem. Sed nihil eis curæ
ſtudioq́; eſſe animaduertebã, niſi decretorũ infirmationes & cõfirmationes cõten-
tioneſque, & artes captioneſq́; ratiocinationũ, ac ſumptionũ inuentiones: interdũ-
que concluſio efficiebat, vt immortalis animus diceretur, interdum vt mortalis: ac
cum ratiocinatio cogebat confiteri animum eſſe immortalem, ex eo magnam ani-
mo capiebam voluptatem: cum verò mortalem, angebat: quinetiam ex eo rurſus ma H
iore dolore afficiebar, quòd neutrorum quiſquam animum meum confirmare poſ-
ſet, vnumq́; hoc intelligebam, rerum quæ proponerentur decreta ab ijs qui certa-
rent, vera aut falſa pronunciari, non ex natura viq́ue earum & ex veritate pondera-
ri atque cognoſci. Quo etiam maiorem dolorē ex rebus ipſis percipiebam, & ex inti-
mi animi partibus gemitus trahebam, propterea quòd nec deponere hãc curam poſ-
ſem, etiam ſi id vehementer, vt antè me dixiſſe ſcio, cuperem, nec quicquam firmum
ac ſtabile haurire. Itaque rurſum dubitans apud me dicebam, Quid fruſtra laborem
ſuſcipio, in re tam clara & aperta? Etenim ſi poſt mortē nullus ero, nunc cum in re-
rum natura ſum, angi non debeo. Proinde angorem atq; triſtitiam ad illud tempus
reſeruabo, cum, quia nullus ero, dolor in me nullus cadet. Sin autem fortè ero, cur
nunc cum minimè neceſſe eſt, me dedo angoribus qui me conficiãt? Hanc etiam alia
in mente ſtatim ſecuta eſt cogitatio: hæc enim mecum in animo cogitabam, an illic
me

A me grauiora manerent, etiam ſi nunc me excruciarem, niſi piè ſanctéque vixerim:
traderetque, vt nonnullis philoſophis placeret, Pyriphlegetonti ac Tartaro quem-
admodum Siſyphus vel Tityus, vel Ixion, vel Tantalus, atque in inferis perpetuis
ſupplicijs afficerer. Contra ego reſpondebã, cum res incerta eſſet, tutius eſſe pie vi-
uere me, corporiſque voluptates vincere, etiam ſi non planè quid iuſtum, quidque
Deo gratum & acceptum eſſet, certò ſciuiſſem, nec vtrum immortalis eſſet animus
anne mortalis. Quæ quidem cogitationes cum animum meum in diuerſas partes
traherent, mihi in Aegyptum proficiſcendum cenſeo, & cum ſacrorum myſterio-
rum interpretibus ac prophetis amicitiam contrahendam, quæſitoq; diuino atque
inuento, magna vi pecuniæ, perſuadendum, vt animum ab inferis excitet ea arte
quàm Necromantiam vocant, tanquam de re quapiã eum conſulturus eſſem, cum
illud ſim poſiturus, ſit ne animus immortalis, Hoc tamen cogitabam & ſtatuebam
me nõ ex reſponſis animi immortalitatem ſed ex aſpectu tantum poſſe cognoſcere.
B Cum enim eum ipſis oculis vidiſſem, tum demum ſatis magnam fidem me illi habi-
turum, neque iam aures plus apud me ad perſuadendum quam oculum, eſſe valitu-
ras. Sed tamen philoſopho cuidam ex ijs quorum familiaritate vterer, animi mei
cõſilium aperio, qui hoc mihi inutile eſſe duabus de cauſis expoſuit. Si enim animus
inquit, diuino non paruerit, nec tu legibus quæ hoc planè vetant: profecto quod
contra leges feciſſe te recordabere, cum malorũ conſcientia viues ſint obtemperabit
præterquam quod cum malorum conſcientia vitam traduces, ea etiam quæ ad reli-
gionem pietatemque pertinent, cuius cauſa hæc aggreſſus ſis, tibi iam non ex ani-
mi ſententia ſucceſſura arbitror. Deo enim inuiſos eos ferunt qui animis poſtquàm
è corporibus euolarint, negotium faceſſunt. Hac illius oratione, quanquam à pro-
poſito ſuſceptoque cõſilio deterritus ſum, tamen à ſuperiore cogitatione planè ab-
duci non poteram. Ac ne in his tibi exponendis longiore oratione vtar, cum ijs co-
gitationum quaſi fluctibus animus meus agitaretur, Imperatore Tiberio Cæſare,
C ineunte vere, fama quædam ſenſim aliquod diebus percrebruit, & verè bonus Dei
nuncius in totum orbem peruaſit, qui diuinum conſilium ac voluntatem ſilentio
tegere non patiebatur, ſed potius in dies creſcebat, eſſe quendam in Iudæa, qui ab ea
parte qua vere ſol oritur, incipiens, æterni Dei regnum prædicaret: quod adipiſci li-
ceat, ſi quis optima ſemper viuendi inſtituta comprobaret ac teneret. Vt autem di-
uinitatis plenus hæc docere crederetur, eum multa mirabilia, prodigia & ſigna ede-
re, ſermoneque ſolo ſurdis audiendi vſum reſtituere, cæcis aſpectũ, claudis inceſſum
omnemque & morbum depellere, & malum genium ſiue dæmonem è corporibus
hominum expellere: quin etiam elephantia laborantes, qui eminus ſolum ab eo cer-
nerẽtur, curari, mortuos qui ei offerrẽtur, excitari: nec quicquam eſſe quod præſta-
re non poſſet. Quoque plus temporis præterijt, eo magis creſcit & confirmatur ab
ijs qui iter faciunt, non fama iam, ſed ipſa rerum veritas. Tandem enim aliquando
certis quibuſdam locis homines conuenerunt, vt de eo deliberarent ac viderent,
D quiſnam is eſſet, qui aparuiſſet, quidque eius ſibi vellet oratio. Nuper autem cum
anni tempus ad autumnum inclinaret, vir quidam ſtans publicè, Viri, iquit, Romani
audite. Dei filius eſt in Iudæa qui omnibus qui velint, vitam ſempiternam pollice-
tur, ſi voluntati eius qui eum miſit, morẽ geſſerint. Itaque ab ijs quæ deteriora ſunt
ad meliora traducimini, à rebus caducis ad æternas, vnumque Deum in tribus per-
ſonis cognoſcite, cuius mundum iniuſte in eius conſpectu incolitis: ſed ſi conuerta-
mini, & ex eius voluntate viuatis, in alterum ſeculum ſublati, æternique facti, eius
bonis quæ nulla oratione explicari poſſunt, perfruemini. Sin autem in perfidia per-
manetis, poſt hanc vitam in locum ignis conijciemini, in quo æternis ſupplicijs affe-
cti, fruſtra ſuperioris vos vitæ pœnitebit, pœnitentiæ enim tempus præſenti vniuſcu-
iuſque vita concluditur. Atque hæc quidem illius fuit oratio. Ego vero qui audi-
rem, moleſtè ferebam, neminem ex tanta multitudine qui tantæ rei nuncium audi-
uiſſet, hoc dixiſſe, In Iudæam proficiſcar, vt ſciam an vera hic prædicet, Dei filium eſſe

in Iudæa,qui patris à quo miſsus ſit,voluntatem eſſe denunciet immortalitatem bo- E
namque ſpem & expectationem:quando quidem non parui momenti eſt id quod
aiunt eum prædicare.Quorum enim animos qui immortales ſint,confirmet,eos eti-
am æterna bona eſſe conſecuturos: quorum autem animos in ignem qui reſtingui
non poſsit,coniecerit,eos æternis ſupplicijs afficiendos eſſe. Cum ita in cæteris ani-
matus eſſem,hæc etiam mecum ipſe dicebam. Cur tandem alios culpo & obiurgo
cum in eodem quo illi negligentiæ crimine tenear? nec ijs quæ ad vitam degendam
victumque pertinent præparatis,in Iudæam proficiſcor,vt horum talium ipſe teſtis
ſim? In hac deliberatione multum temporis conſumebatur,cum res quæ mundum
attingunt,aliæ ex alijs inciderent,à quibus non facile liberari explicarique poteram.
Tandem vero aliquando cum animo & cogitatione perpenderem, primum quam
hæc vita,quam agimus,inſtabilis ſit & incerta:deinde etiam omne tempus memoria
repetiuiſſem,quo hic me ſemper ſpes quandiu habitaſſem,ſolicitum habuiſſet, om-
neſque nos ita in ocio mori ſolitos recordarer, prætermiſsis vt tempus tulit rebus F
meis omnibus,in Pontum ſtatim me contuli:& cum in portum veniſſem atque ſub-
duxiſſem,contrarijs ventis vſus,Iudæa relicta Alexandriam appuli. Ibi ad philoſo-
phos adibam,cum ventorum vis nauigandi mihi iam planè poteſtatem eriperet ac
cohiberet: ab eiſque petebam,vt ſi quid de rumore quem Romæ is qui viſus eſſet,
ſparſiſſet,accepiſſent,quidque ille nunciaſſet, ordine omnia exponerent. Illi verò
talem aliquem Romæ extitiſſe omnino ſe neſcire reſponderunt: de filio autem Dei
qui in Iudæa fuiſſet,rumoreque prædicaretur, ſe à multis qui inde veniſſent, audi-
uiſſe intellexiſſeque ea omnia mirabilia opera, quæ ſolo etiã verbo edidiſſet. Cum-
que me velle dixiſſem cum quopiam eorum qui eum vidiſſent, colloqui, excoque
audire omnia quæ de illo cognoſcere cuperem,ijdem reſpondent, ibi eſſe quendam
qui nõ ſolum eum vidiſſent,verum etiam illinc oriundus eſſet vir clariſsimus, Barna
bas nomine,qui ſe vnum eius dicipulorum eſſe prædicaret, ſedenſque illic alicubi,
ea que ab illo promiſſa eſſent ijs qui talibus digni eſſent,ei qui vellet vltro narraret. G
Ego cum locum in quo vir ſedere ſolitus eſſet,occupaſſem,circunfuſæque multitu-
dinis pars eſſem,ſtans ea quæ dicebantur,audiebã,cumque vera non dialecticorum
vlla arte docentẽ animaduertebam,ſed imparatum & ex tẽpore ac ſimpliciter ex-
ponentẽ quæ Dei filiũ qui apparuiſſet,feciſſe ac dixiſſe & audiuiſſet,& vidiſſet. Mul-
tos verò teſtes eorũ,& mirabilium quæ ab ipſo dicta eſſent,& ſermonum quos ha-
buiſſet,ex turba quæ circunfuſa erat,producebat. Cumque libenter ſimplicia eius
verba audiret populus, philoſophi qui ex diſciplina quæ homines mundo deditos
attingit,eò conuerterant,eum ridere conabantur, ſummaque audacia prouecti in
eum dicebant,& ſyllogiſmos quaſi magna arma in eum intentabant. Ille vero de-
clinatis abiectiſque eorum nugis,verſutę illorum interrogationi non reſpondebat
ſed ſine metu ſermonem inſtitutum perſequebatur. Cumque eum quiſpiam iocans
rogaret,cur culex extitiſſet,iſque qui perpuſillus eſſet,pedes ſex,atque alas haberet:
elephas vero maximum animal pennis careret,& quatuor modo pedes haberet: ipſe H
doctrina ad rogatum pauliſper retenta & cohibita, nihil tamen ei qui quæſtionem
poſuerat,ad rogatum reſpondit,ſed rurſus ad eum quem ſibi ab initio propoſuiſſet
ſermonem reuertebatur:cum in vnaquaque interpellatione hoc vno principio vſus
eſſet. Nobis quidem hoc tantum præſcriptum eſt,vt vobis eius qui nos miſit dicta
mirabiliaque facta exponamus:atq; vobis pro dialectica demonſtratione pleroſque
eorum qui hic adſunt teſtes producimus. Situm eſt in veſtra voluntate & iudicio, vt
nobis aſſentiamini,vel repugnetis. Ego verò id quod vtile eſt, vobis explicare non
deſiſtam,propterea quod & mihi taciturnitas damnum,& vobis perfidia detrimen-
tum allatura ſit. Equidem poſſem ijs quęſtionibus quas poſuiſtis,ſatisfacere,ſi veri-
tatis ſtudio & amore ductos vos hæc quærere cernerem. Quæ autem culicis & ele-
phantis ſit diſsimilitudo,hoc quidem tempore vobis qui Deum vniuerſitatis effe-
ctorẽ ignoratis,non vtilis eſt explicatio. Quæ cũ diceret,cõmuni conſenſu & quaſi
con-

A conſpiratione multum effuſumque riſum emiſerunt,cum eum ad ſummam verbo-
rum inopiam adigere,vt barbarum aliquem & inſanum,conarentur, Ego verò qui
hæc animaduerterem,animo incaleſcere cœpi,ſtudioque neſcio quo incenſus ſilere
non potui,ſed libere hac vſus ſum oratione:Merito à vobis voluntatem conſilium-
que ſuum comprehendi noluit Deus,qui vos indignos prouideret,propterea quod
nunc cenſores ac iudices qui ſapiant certiores facere atque hortari videtur. Cum
enim hoc tempore eius voluntatis & conſilij præcones miſsi ſunt, qui non arti-
ficio vllo aut ratione perſuadendi ab oratoribus petita,ſed ita ſimplici oratione,
eius conſilium aperiunt,vt quiuis qui ea quæ dicantur audiuerit,intelligat: nunc
vos adeſtis eo conſilio, vt & quod è re veſtra eſt damno veſtro minimè intelliga-
tis,& irrideatis veritatem in barbaris ad veſtri condemnationem inſidentem, quam
etiam ad vos accedentem recipere non vultis propter & veſtram libidinem, & ver-
borum illius ſimplicitatem,ne falſæ rationis dicendi non veræ ſapientiæ ſtudioſi eſſe
B doceamini. Quouſque tandem loqui diſcitis,qui probe loqui non poteſtis?Multa
enim verba veſtra infra verbi vnius precium ducenda ſunt. Quid autem vobis etiam
dictura eſt multitudo Græcorum,quæ quondam in vno animo ſententiaque per-
manſit,ſi iudicium futurum eſt,vt hic confirmat?Quid ita Deus nobis conſilium tu-
um non aperuiſti?nullo modo vos audiemini:aut ſi quo forte reſponſo vos dignos
exiſtimabit,hoc reſpondebit,Quia cum ego omnia conſilia & voluntates quæ fu-
turæ eſſent,ante orbem conditum cognitas haberem, vnicuique pro dignitate ob-
ſcure dedi. Quod quoniam ita eſt,cum inſtituiſſem per eos qui ad me confugerunt
fidem facere cur ab initio à primo ortu meũ conſiliũ publicè enunciari paſſus non
ſum:nũc in fine vitæ cõſilij mei prædicatores miſi, qui & irridentur, & cõtumelijs
affecti illuduntur ab ijs qui re nulla iuuari volunt,amicitiamque meã quæ ſe eis pa-
tefacit,recuſarunt. O magnam iniuriam, quod Dei præcones in inuidiam addu-
cuntur,idque apud eos homines qui ad ſalutem vocantur. Hæc cum dicerem, alia-
C que eiuſdem generis,magnus in plebe motus extitit,atque alij quidem Barnabæ vi-
cem dolebant,mihique aſſentiebantur,alij qui ſtolidi,erant,in me dentibus graui-
ter ſtridebant. Cum vero iam adueſperaſceret, manu Barnabã accepi, inuitumque
duxi domum meam,in qua feci vt maneret,ne quis in eum manus inijceret. Cum-
que vna mecum dies paucos verſatus eſſet,pauca mihi veræ orationis tradidit, quod
ſibi in Iudæam Diei feſti cauſa properandũ diceret, velletque in poſterum cum ſuis
popularibus verſari. Ego vero cum magnopere ex illius lingua penderem,in eam-
que cauſam vehementer incumberem, nec animi contentionem remitterem, ſed
reliquam diſciplinam peterem, ac dicerem, Tu mihi tantum verba quæ à Deo qui
viſus eſt audiſti,expone,& mea oratione Dei conſilium ornabo,atque ita demum
intra paucos dies vna tecum nauigabo(magna enim me Iudææ adeundæ tenet cu-
piditas(& vobiſcum fortaſſe reliquo vitæ meæ tempore verſabor:ipſe ad hæc ſtatim
reſpondit,Tu ſi nos reſque noſtras videre cupis, & quod vtilitatem afferat diſcere
D mecum quàm primum nauigato:ſi nõ vis ſtatim,ſigna modo mei domicilij eorum-
que omnium quos vis,ego tibi hodie exponam,vt cũ etiam voles præſens nos inue-
nias. Ego enim,inquit,cras ad mea me conferam. Ego qui Barnabam ita obſtinatè
in ſententia permanere animaduerterẽ, eum vſque ad portum deduxi, cognitiſque
ab eo ſignis quæ dixerat domiciliorum,ei confirmo me,niſi poſtero die aliquantum
eorum quę mihi deberentur,repetendum eſſet,continuo cum illo nauigaturum fu-
iſſe:quanquam eum celeriter occupaturus eſſem. Cum finẽ dicendi feciſſem, eum-
que ijs qui naui præerant commendaſſem,cum dolore reuerſus ſum,quòd in animo
meo boni & familiaris amici memoria verſaretur. Exacto autem illo die, cum non
omnem debitam pecuniam,cuius cauſa remoratus eſſem, accipere poſſem, reliqua
neglecta quæ impedimento erat quo minus celerius hominem inuenirem,ipſe quo
que in Iudæam nauigaui,ac quindecimo demum die Cæſaream Stratonis perueni.
Ibi cum è naui deſcendens diuerſorium quærerem, audio Petrum quendam Ieſu

 Chri-

Chriſti Dei filij, qui in Iudæa viſus eſſet, ſignaque & prodigia edidiſſet, clariſsimum E
diſcipulum poſtero die cum Simone Gitthonenſi Samaritano diſputaturum. Ego verò cum hæc reſciuiſſem, rogabam vt mihi eius domicilium indicaretur. cum didiciſſem vbi maneret, ibi pro foribus ſtabam: ij autem qui in ædibus erant, cùm me cõtemplati eſſent, quærebant, quiſnam eſſem, & vnde venirem: cum Barnabas egreſſus, me vt vidit, obortis lachrymis præ lætitia complexus eſt, meque domum introduxit: deinde Petrum monſtrans, hic eſt Petrus, inquit, quem tibi maxima Dei ſapientia præditum eſſe nunciabam, cui omnem virtutem tuam atque inſtitutum ita ſemper expoſui, vt ex eo & te ipſum videre cupiat, & conſuetudinem tuam optet. Itaque te pro magno ei munere meis manibus offero. Quod cũ dixiſſet, me produxit, cum his verbis, Hic eſt Petre, Clemens. Petrus autem cum nomen exaudiſſet, ei in mentem Barnabæ ſermones quos de me habuiſſet, venerunt, ac ſtatim extentus eſt, vt potuit: placideque me & fraternè oſculatus, cum conſediſſet, Rectè ac præclare, inquit, à te factum eſt, qui Barnabam veritatis præconem honoris veri F
Dei cauſa, ac forti animo hoſpitio exceptis, nec in eo indoctorum odium atque furorem timueris. Beatus enim verè es tu, qui veritatis legatum ita cum omni honore domum receperis: pro quibus ipſa etiam veritas te qui hoſpes es ſua ciuitate donabit. tumque magnis te beneficijs augebit, quòd cum breuis gratiæ modò vſuram largitus ſis, bonamque verborum voluntatem, gloriæ ſempiternæ bonorumque quæ eripi non poſſunt, hæres futurus es. Nec tibi laborandum eſt in eo, vt mihi animum tuum viciſsim narres. Omnia enim quæ in te ſunt, Barnabas veri ſtudioſus vir expoſuit, dum ferè quotidiè mihi honorificam tui mentionem facit. Atque vt tibi tanquam verò amico breuiter id quod agitur, aperiam, niſi tibi aliquid eſt impedimento, comitem itineris te nobis fac præbeas: eumque veritatis ſermonem quem in ſingulis locis & oppidis Romam vſque ipſam habiturus ſum, accipias. Ego tibi, inquam, itineris comitem me præbere paratus ſum: hoc enim neſcio quomodo lætus facere inſtitui: ſed primum de veritate velim certum habere quod ſequar, G
vt ſciam ſitne immortalis animus, anne mortalis: & ſi immortalis æternusq́; eſt, an futurus ſit, vt de ijs quæ hîc geſſerit, in iudicium vocetur: & quid tandem iuſtum ſit, aut gratum Deo: & vtrum ortus ſit mundus, & cur ortus: & an diſſoluendus ſit: & vtrum melior futurus, necne ſit. Atque vt ne de ſingulis agam, hæc atque his ſimilia cupio diſcere. Ille verò quid hæc verba ſibi vellent, diuino ſpiritu doctus, cito reſpondit, vt celeriter me ad veritatem reuocaret. Breuiter, inquit, tibi Clemens rerum notitiam atque ſcientiam tradam, eamque iam audi. Dei voluntas & conſilium multis de cauſis abſtruſum eſt & obſcurum hominibus: primum quidem quòd praua inſtitutione victi ſint, mala educatione, improba conſuetudine, prauis colloquijs, perceptione non recta, ob eamque cauſam falſa erroriſque plena: deinde contemptu, perfidia: ſtupro, auaritia, gloria, alijſque generis eiuſdem, quæ vt magna fumi vis & copia in domum vnam, ſic in mundum cum intrauerunt, eorumque virorum qui intus habitant, oculos perturbarunt, eos aſpicere non H
ſinunt, nec ex ſcriptura mundi effectorem Deum intelligere, & quod ei placet, cognoſcere. Itaque ij qui veri ſtudio trahuntur, ex animo ſolum Dei, domini noſtri ac conſeruatoris Ieſu Chriſti fidem vera ratione implorare & ab eo cognitionem accipere debent, vt aliquis qui intus eſt in domo fumi plena, id eſt, in hoc mundo accedens fores aperire poſsit, vt externum ſolis lumen in domum intret, ac fumus, ignis qui intus eſt, eijciatur: atque ita demum homines cernentes, in vnum Deum patrem rerum omnium præpotentem credant, & in vnigenitum eius filium, qui ex eo ante ſecula modo quodam qui explicari non poteſt, natus eſt, atque in ſpiritum ſanctum, qui ex eis eo modo quem exprimere non poſſumus, proceſsit, ſic vt Deum vnum in perſonis tribus cognoſcamus, principio ac fine carentem, æternum, perpetuum, non creatum, ab omni motu & immutatione liberum, ſimplicem, incompoſitum, ſine corpore, ſub cernendi & tangendi ſenſum non cadentem, qui nec circunſcri-

A cũſcribi,nec comprehendi poteſt,infinitum,qui mente & animo intelligi non poteſt,bonum,iuſtum,rerum omnium præpotentem,omnium quæ procreata ſunt effectorem,qui res omnes & tenet & cernit,qui omnia prouidentia adminiſtrat, omnia nutu gubernat,omnia iudicat: atq; ita demum aqua & ſpiritu renati, in partem hæreditatis veniant filiorum Dei,qui renati ſunt ad immortalitatẽ. Proinde in primis & ante omnem quæſtionẽ tu quoque Clemens,vt filius ad partem ſtudioſè accede,vt & rerum quæ cernuntur & quæ non cernuntur, tibi cognitionẽ verè Deus tradat.Quòd ſi poſteà quàm vocatus es,nolis aut differas,iuſto Dei iudicio,quòd nolueris,non approbatus amittes hæreditatem.Nec tibi hoc velim perſuadeas, te, etiamſi omnibus pijs ac bonis pietate præſtes,ſi lauacro perſectus minime ſis,tamẽ ſperare poſſe aliquando ſalutem conſequi.Hoc enim maiore potius ſupplicio afficiere, quòd bonis præclariſq; actionibus non rectè vſus ſis neque enim id quod honeſtũ ac pulchrum dici ſolet,pulchrum eſt,cum non honeſtè ac præclarè agitur. Tu verò B ſi id quo Deo probatur,ablui vitali aqua nolis, quòd tuæ voluntati morẽ gerere mauis: eius conſilio omnino aduerſaris.Sed quæres fortaſſe, quid ad pietatem conducat,ſi aqua abluare primum quòd decreto Dei ſtabis: deinde quòd aqua & ſpiritu Deo renaſceris,priſtinamque tuam à cupiditate profectam originem mutabis, eoq; demum modo ſalutem conſequi poteris, aliter aũt fieri non poteſt.Sic enim Deus verbum,quod ſalutis & immortalitatis generis noſtri cauſa humanam naturam accepit,nos docuit,Amen dico vobis,niſi renati fueritis aqua & ſpiritu,in regnum cælorum vobis aditus minimè patebit.Quapropter accede ad lauacrum, hoc enim vnũ ignis impetũ poteſt extinguere, neque in aliud tempus reijce,proptereà quòd mora ſolita eſt afferre periculũ,quandoquidem dies morti conſtitutus,incertus eſt. Cum finem dicendi feciſſet,Equidem iam gratias,inquam,ago Deo, & patri, & vnigenito eius filio,& ſancto eiuſdem ſpiritui, quòd quemadmodum perſuaderi mihi volui,ſic etiam mihi tradidit: nec poſthac mihi ipſe curæ ero. neque enim me vnquam C vlla ex parte hæſitantem aut dubium tua tenebit oratio. Itaque non eſt,mi Petre, quòd diffidas: quaſi verò maximis bonis eum qui minime ſentiat,afficias. Scio enim hoc tale eſſe,atque tantum,quale atque quantum quiſpiam & celeriter accipere velit.Nam quod mihi munus celeriter datum eſt,ſentio.Tum Petrus,Gratias, inquit, ago Deo & pro ſalute tua & pro mea voluptate: tu tamen ieiuniũ ſerua trium menſium diebus, & ſalutari aqua expiabere. Initium autem ieiunandi cras facito: quo quidem die mihi cum Simone Mago conſtituta diſputatio eſt, ſed nihil eſt quòd dubites mihi adeſſe in ijs quæ contraria ex parte quærentur. Quæ cùm dixiſſet, cibum cepit,meque iuſsit ſumere: conſecrato cibo,actiſque gratijs, hoc addidit, Faxit Deus, vt omni ex parte mihi ſimilis euadas, atque ablutus vitali aqua, eidem conuiuio cui ego adhibeare. Tum mihi imperauit, vt irem cubitum. Iam enim tempus ad ſomnum & quietem vocabat. † Poſtero die ego cum nox etiam tum eſſet, expergefactus,cum Petrum vigilare & cum ijs qui vnà erant de religione diſſerere cognouiſſem,qui erant ſedecim numero, quorumque hæc ſunt nomina, Zachæus, qui aliquando publicanus fuerat,& Sophonias eius frater: Ioſephus,& Michæas qui cum illo educatus fuerat, præterea Thomas & Eliezerus gemini, Eneas ſacerdos, Lazarus ſacerdos,quem quatriduanum à mortuis dominus noſter Ieſus Chriſtus excitauit,Heliſſæus, Beniaminus Saphræ filius,itemque Rubilus & Zacharias architecti, Ananias & Aggæas Ammeni: præterea Niceta & Aquila ſodales. Ego etiam introgreſſus ſum, ſalutatiſque omnibus Petri iuſſu conſedi.Ille autem inſtituto ſermone interrupto, quaſi defendens, certiores omnes facere cœpit, cur me minime excitauiſſet, vt ſui ſermonis auditor eſſem : eiuſque rei cauſam nauigationis moleſtiæ attribuebat. Quieſcere enim me ſinebat, quòd me illam ſedare vellet. Cum enim animus , inquit , in eo quod reliquum eſt in corpore , occupatur , aut ſi quo incommodo premitur, non admodum accuratè ſolet ijs quæ dicuntur attendere. Ob eamque cauſam nolo de vlla re diſſerere apud eos & cum eis , qui aut

† Hic incipit ſecunda Recognitio, quam vtiliſſimũ & iucũdiſſimum fuerit conferre cum hac hiſtoria. Alij hic plerique & plures Petri comites, diſcipuli et auditores recenſentur.

ægritudine & dolore affecti ſunt, aut præter modũ irati, aut quorum corpus ægro- E
tauit, aut in curis rerum ad mundũ pertinentium, aut in aliqua perturbatione ver-
ſantur. Neq; eſt quòd dicat aliquis, non oportere cõſolationis & admonitionis ver-
ba ijs adhiberi, qui prauum aliquid gerant. Nã ſi quis proficit, per me afferat licet: ſin
minus, interim tempori ſeruiat. Tempus enim eſt, vt Salomoni placet, & opportuni-
tas rerum omniũ. Itaq; verba quæ animũ confirmant, ante malũ & res aduerſas, ho-
minibus adhiberi debent, vt ſi quid forte mali interuenerit, antè armata mens, recta
veraq; ratione id quod illatum eſt perferre poſsit. Quocirca ſi res diuinas quæ excel-
lunt, Clemens, vis cognoſcere, eas à domino & Deo, cõſeruatoreq; noſtro Ieſu Chri
ſto, qui hominibus ſcientiam tradit, ab eo inquã, vno diſcere potes, quòd ipſe vnus
veritatem habet cognitam. Aliorũ enim ſi quis aliquã ſcientiam comprehendit, aut
ab eo vno, aut ab eius diſcipulis didicit. Eſt aũt hæc eius voluntas, hæc ſentẽtia, Deũ
vnũ eſſe in perſonis tribus, cuius mundus omnis eſt opus: qui cũ iuſtus ſit, aliquãdo
pro ſuis cuiq; meritis ac pro dignitate tribuet. Qui enim Deũ iuſtũ eſſe profitetur, is F
animos etiam hominum immortales eſſe credat neceſſe eſt: alioqui qua in re iuſtitia
eius eluceret, cum & nonnulli qui piè & iuſtè vixerant, maliſq; oppreſsi fuerant, vi
atque iniuria ſublati ſint: & aliqui qui impios ſe atque improbos præſtiterant, & vi-
tam in luxu & voluptatibus tranſegerant, morte, quæ omnibus hominibus propo-
ſita eſt occubuerint. Quoniam igitur ſine vlla controuerſia Deus qui bonus eſt, iu-
ſtus etiam eſt, nec aliunde iuſtus eſſe cognoſcetur, niſi animus poſt diſceſſum à cor-
pore ſit immortalis, vt cum proprium ac ſuum quiſque corpus in reſurrectione ite-
rum ſumpſerit, malus quidem, vt qui hîc bona receperit, illic, ob ea quæ deliquit,
ſupplicijs afficiatur: bonus autem, qui hîc pro ijs peccatis quæ admiſit, pœnas dedit,
in illa vita in ſinu iuſtorum, bonorum hæres inſtituatur: quoniam, inquã, Deus iu-
ſtus eſt, profecto iudicium etiam ſit neceſſe eſt, & immortales animi. Quòd ſi quis (vt
Samaritano Simoni placet, non vt veritatis ſermo vult) Deo non vult iuſtitiam tri-
buere, cui tandem eam iam aliquis poteſt concedere? Hoc ego loco, me dixi velle co- G
gnoſcere, quiſnam is eſſet Samaritanus Simon quem dicerent. Licet, inquit, ſi vis, ab
eis diſcere, à quibus ego etiam illius omnia accepi. Tumque accerſiuit Aquilam &
Nicetam, eiſq; præcepit, vt mihi omnia quæ in Simone animaduertiſſent, diligenter
exponerent. Illi cum Deum teſtati eſſent, ſe nulla in re à vero deflexuros, ea quæ Si-
monis erant expoſuerunt hoc modo. Ac prior Aquila ita exorſus eſt: Audi chariſsi-
me frater, vt tu quoq; probè ſcias ea quæ virũ attingunt, cuius ſit, quis, & vnde, quæ-
que ab eo, & quomodò, & qua de cauſa gerãtur. Igitur Simon Samaritanus genere,
Antonio patre, Rachela matre natus eſt, in vico Samariæ qui Gitthæ dicitur, nec mi-
nus quàm ſchœnis ſex ab vrbe Samaritanorũ abeſt. Is Alexãdriæ quę eſt in Aegypto,
cum fuiſſet, Græcis literis ac diſciplinis inſtitutus eſt, arteq; magica cum multũ poſ-
ſit, & in amentiam adactus ſit, ſe exiſtimari crediq; vult vim eſſe quandam cæleſtem,
ipſiuſque Dei, qui omnem mundum in lucem protulerit: interdumque Chriſtum
ſe obſcurè appellat: atque hoc nomen vſurpauit, quaſi cohibiturus eſſet in perpetu- H
ùm etiam cauſam interitus, ſic vt corpus occidere non poſſet. Nec verò Deum cen-
ſet eſſe ſummum eum, qui mundum condidit, nec mortuos vnquam excitatum iri
credit. Hieroſolyma negat: montem Garizenum pro illis inuehit. Pro vero Chri-
ſto Deo noſtro ſe ipſe prædicat. Legis propria ad allegoriam transfert. Iudicium fo-
re cenſet, nec tamen illud expectat. Ipſe autem in diuinitatis opinionem irrepſit hoc
modo: Ioannes quidã extitit qui interdiu baptizaret: & quemadmodũ Chriſto do-
mino diſcipuli fuerunt duodecim, qui menſium ſolis duodecim numerum præfer-
rent: ſic iſte triginta duces habuit, qui menſtruam lunæ rationẽ explerent. In ijs mu-
lier quædam, Helena nomine, vt ne hoc quidem non meditatum ſit. Cum enim me-
dia ex parte hominis ſpeciem gerat mulier inchoatum nec perfectum triginta nu-
merum ponit, quemadmodum etiam lunæ, cuius inceſſus non perfectum men-
ſis curſum conficit. Horum autem triginta Ioannis diſcipulorum primus & præſtã-
tiſsimus

Schoenus, menſura terræ ſexaginta ſtadiorum.

A tiſsimus Simon fuit. Ioanne verò mortuo, Simon adiuncta & adhibita Helena, mul-
titudinem imperitam obambulans concitat, cum ipſam Helenam iactat excelſo è cæ-
lo in mundum eſſe delapſam, pro qua Græcos & Barbaros, cũ veritatis ſpeciem quã-
dam & imaginem videre ſe putarent, inter ſe dimicaſſe tradit: multaq; alia monſtri
ſimilia quæ admirabilitatem faciunt, edit, ſic, vt niſi hæc ab eo ex arte magica fieri in-
tellexiſſemus, futurum fuerit, vt nos quoque captaret. Nunc autem cum ille vecors
etiam pios captare ac decipere vellet, ab eo defecimus. nam cædem etiam facere cœ-
pit: vt nobis amicis amicus expoſuit: propterea quod paruuli animum cum è pro-
prio corpore ſeparauit, formula quadam vſus iuriſiurãdi nefarij, adiutorem ad ſpe-
ciem præbendam eorum quæ ei viſa ſunt, deſcripto puero, in ſimulachro in quadam
interiore domo, in qua ipſe dormit, conſecratũ habet. Quapropter damnata & im-
probata eius impietate, nos ab eo ſecreuimus. Hæc cũ Aquila dixiſſet, Niceta eius fra-
ter: Neceſſe eſt, Clemẽs, inquit, ea me cõmemorare, quæ ab Aquila prætermiſſa ſunt:
B Primùm enim Deum teſtamur, nos in nullius ſceleris aut impietatis cum eo veniſſe
ſocietatem, ſed cum ipſe faceret, eorum omnium ſpectatores fuiſſe. Atque eatenus
voluptatem ex eis quæ agebat, cepimus, quoad ea facere videbatur, quæ obeſſent ne-
mini. Cum verò magia quadam quæ fierent, diuinitate, captandorũ Chriſtianorum
cauſa ſe facere prædicaret, ab eo iam minime retenti ſumus. quanquam multa nobis
pollicetur: primùm ſe nobis & templum ædificaturum, & poſiturum ſtatuas: dein-
de fore, vt dij haberemur, & à regibus honore & veneratione afficeremur, publiciſ-
que honoribus digni iudicaremur: poſtremo vt infinita vi pecuniæ locupletaremur:
Hæc atque ea quæ habentur his maiora nobis pollicebatur, tantum vt cum eo ſocie-
tatem coëuntes, conatus malos taceremus, quo facilius fraudes ac doli proficerent:
Nec tamen aſſenſi ſumus, ſed auctores ſimul fuimus, vt ab iſta amẽtia deſiſteret. Co-
hortabamur enim eum, vt finem audaciæ faceret, propterea quòd Deus eſſe nõ poſ-
ſet: hoc etiam, vt Deum verum vereretur, ſeque hominem eſſe cognoſceret, ſuæque
C vitæ tempus perexiguum ſciret. Quòd ſi admodum locuples fieret, aut etiam rega-
lem poteſtatem adipiſceretur, tamen in exigua vitæ eius vſura non multa fore ad vo-
luptatem: hoc quoque afferebamus, cum qui impiè ſceleratèque vixiſſet, æterna
ſupplicia manere. Itaque ſi nos audiret, Deum potius timeret, à quo iudicandus eſ-
ſet vniuſcuiuſque animus, ex ijs ac pro ijs quæ hìc geſſerit. Ille his auditis, riſit. Cum-
que ab eo quæreremus, cur eos irrideret, qui ipſi ea quæ ex vſu eſſent, conſulerent,
ridere ſe dixit noſtram ſtultam ſententiam: quòd immortalem eſſe hominis animũ
crederemus. Ego hoc loco non nos mirari dixi, quòd nos decipere ac fallere cona-
retur, ſed qua ratione etiam ſe ipſe captaret: Cedo, inquam, ô Simon, ſi nemo alio-
rum certo ſcit animum eſſe immortalem, at certè tu atque nos tenemus. Tu qui-
dem, qui cum eum à corpore diſiunxiſti, & cum eo colloqueris, & ei aliquid im-
peras: nos autem, qui præſentes fuimus, & imperium ac præſcriptionem exaudimus,
& quod præſcriptum eſt, perſpicuè planèque vidimus. Simon autem ad hæc nobis
D reſpondit, ſe quid diceremus ſcire: nos verò neſcire, qua de re loqueremur. Ego Ni-
ceta eum tum monui, vt quoniã ſciret, ipſe diceret: ſin neſciret, ne nos putaret, quod
ſe planè ſcire prædicaret, nos autem negaret, poſſe decipi. Neque enim adeò nos in-
fantes eſſe, vt nobis improbam callidamque opinionem inſereret, ex eoque addictos
nos ſibi haberet, quòd ſe aliquid quod nefas ſit enunciatu tenere exiſtimaret. Ad
hæc ille reſpondit, animum à corpore ab ipſo ſeuocatum eſſe ſe intelligere nos hoc
ſcire, eundem autem ſe ſcire, ignorare nos, non mortui animum miniſtrare, ſed dæ-
mona quendam qui animum ſe eſſe fingat. Ego tum confirmaui nos, cum multa
in vita abſurda nec credibilia audierimus, eo tamen ſermone ineptiorem atque
amentiorem nunquam audituros ſperaſſe. Si enim dæmon animi ſpeciem & ha-
bitum induit, quid neceſſe fuit animum à corpore diſcedere? An non ipſi præſen-
tes audiuimus, cum animum è corporis domicilio, iureiurando adactum expelle-
res? Qui autẽ fieri poteſt, vt cum alius iuriſiurandi religione obſtringitur, alter non
adactus

De Helena, quæ & vſurpata Selene, vide notationes noſtras in 2. Rec. pag 27.

adactus iureiurando,metu obtemperet?Nónne tu ipſe cum aliquãdo quæreremus, E
quid ita interdum etiam finem & terminum continuationes habeant, reſpõdiſti, id
cauſæ eſſe,quòd animus cõpleto in terra tẽpore,quod in corpore conſumpturus fu-
erat,in inferos abiret: hoc etiam addito præterea,eorũ qui ſua & propria morte oc-
cubuiſſent,animis,quoniam hinc ſecedentes in inferis cuſtodiuntur,facilem reditũ
patere? Cum finem dicendi Niceta feciſſet,Aquila ipſe rurſus ita cum Simone egit.
Hoc vnum à te Simon,diſcere velim,ſiue animus eſt,ſiue dæmon,id quod iuriſiurã-
di religione obſtringitur,quo etiam metu coactum iuſiurandum non negligit?Cũ-
que ille animum diceret intelligere ſe,ſi dicto audiens non eſſet,pœnas daturum,ex
eo Aquila ſtatim concluſit hæc duo,& animum iureiurando adactum venire, & iu-
dicium eſſe: quòd ſi animi immortales ſint,planè etiam eſſe iudiciũ.Quibus eundem
vrgebat hoc modo:Si ij qui iureiurando adacti eſſent ob improbũ factũ,deinde eti-
am,minus dicto audientes,cõdemnarentur,vt ille cõcederet,cur nõ ipſe metu pro-
hibitus es eos cogere,cum ij qui coguntur, ob contemptũ afficiantur ſupplicijs? Te F
enim nondũ pœnas dediſſe eorũ quę geſsiſti,non eſt mirum: quippe cum nondũ iu-
dicium ſit,in quo tu quidẽ pœnas des eorũ,quorũ neceſsitatẽ impoſuiſti:ei aũt cui à
te neceſsitas impoſita eſt, venia detur, propterea quòd improbè facto iuſiurandum
antepoſuerit.His auditis Simon iracundia incitatus, mortem niſi taceremus, nobis
minatus eſt.Cum Aquila finem dicendi feciſſet,& ego Clemens rogaſſem,quænam
eſſent mira opera quæ ille faceret: illi reſponderunt,facere eum, vt ſtatuæ incedant,
eundem in igne volutari, nec incendi, interdũ volare,& lapides in panem mutare,
ſe in anguem,in capræ figuram mutare:eum duplicem vultum ſibi induere,& in au-
rum conuerti: fores occluſas aperire,ferrũ ſoluere,in conuiuio ſimulachra formarũ
omnium producere, facere, vt in ædibus vaſa per ſe ac ſponte ſua ferri ad miniſterũ
videantur,cum interea ij minime videantur,qui ea portant.Quæ cum ex eis narran-
tibus audirem,mirabar,eoq́; magis,quòd ipſi hæc ſe vidiſſe teſtificarentur.Hæc cum
ita cõmemorata fuiſſent, Zachæus ad Petrum adijt,qui hæc illi exponeret. Iam re- G
liquum eſt,inquit,tempus,Petre,vt deſcendas, diſſeraſq́; cum ijs qui conuenerunt.
Magna enim hominum multitudo in atrio te præſtolatur,cuius in medio quaſi dux
belli ab eis ſtipatus ſtat Simon.Quod cum Petrus audiſſet,mihiq́; qui nondum ſalu-
tare lauacrum ſumpſiſſem,vt abirem precandi cauſa impetraſſet,ijs qui iam initiati
eſſent: Conſurgentes,inquit,comprecemur, vt Deus pro ſua perpetua benignitate
mihi ad ſalutem hominum quos condidit,properanti auxilium ferat. His dictis cum
precatus eſſet,in amplum locum atrij qui ſub dio erat,& quò multi conuenerant ad
audiendum,exijt.Stans ergo,conſpectoq́; tam frequenti hominum cœtu, qui in ip-
ſum taciti oculos cõijcerent,Simoneq́; Mago qui in medio ſtabat, hoc exordio vſus
eſt.Pax ſit vobis omnibus, qui parati eſtis dextras dare diuinæ veritati, quam vt ma-
gnum munus,& incomparabile,quod nunc in mundo eſt,dominus Ieſus Chriſtus
veri Dei filius,qui nos miſit,nobis præcepit ante doctrinam verborum pro ſalutati-
one vobis precaremur,vt ſi quis inter vos ſit pacis filius,cum noſtræ doctrinæ inter- H
uentu pax occupet: ſi verò eam aliquis veſtrum recipere nolit, tum nos ipſi diſcuſſo
pedum noſtrorum puluere teſtimonij cauſa, in aliorum ædes ciuitateſque proficiſ-
camur.Atque hoc vobis prætereà confirmo,fore vt melior tolerabiliorq́ue ſit terræ
Sodomorũ Gomorrhanorumq́; conditio in die iudicij,quàm loci à fide ac religio-
ne alieni: primũ quòd à vobis & per vos non potuiſtis verũ agnoſcere:deinde quòd
cum ea quæ à nobis fierent audieritis,ad nos minime veneritis: poſtremo quòd no-
bis qui ad vos etiã profecti ſumus, minime fidẽ habueritis. Itaq; miſericordia ducti,
vltro petimus,vt pax noſtra ad vos perueniat.Quòd ſi ea præditi eſſe vultis, ſtudioſè
verba quæ de pietate ac religione fient,accipere debetis, idq́; viuẽdi genus approba-
re,quod Deo gratum eſt,vt cũ piè iuſteq́; vixeritis,æternorum bonorũ hæredes ſitis.
Hæc cum Petrus dixiſſet, docuiſſetq́; quæ eſſent Dei opera,& quantis à Deo homo
bonis affectus ſit multaq́ue de vnius principatu monuiſſet,Simon extra cœtum ma-
gna

agna voce ita cum Petro agere cœpit: Quid imperitam multitudinem quæ hic adeſt
mentiendo vis fallere, dum doces Deos nec nominare fas eſſe, nec dicere, cum libri
qui apud Iudæos publicè aſſeruantur, multos Deos eſſe dicant? Nunc verò cum om-
nibus ex ipſis libris de eo, Deos eſſe ponendos, tecum diſputare libet, ac primùm de
eo Deo de quo modo dixiſti, cùm docuero non eum eſſe ſummam omniùmque re-
rum præponentem prouidentiam, quòd non ſit rerum futurarum præſcius, quòd
ſit imperfectus, indigẽs, & omnino minimè bonus, profecto hoc etiam demonſtrato
& concluſo ex ſcripturis, vt ego cõfirmo, alijs ſublatis ſcripturis Deus eſſe relinqui-
tur, rerũ futurarũ præſcius, perfectus, nõ indigens, bonus, ab omnibus vitijs & malis
liber. Quem verò tu ais effectorẽ aduerſarijs & contrarijs oppoſitus eſt. Nã ne longè
abeam, Adamus is qui ad eius ſimilitudinẽ factus eſt, & cæcus naſcitur, quo etiã no-
mine violator inuenitur, & à Deo eijcitur, & morte ſupplicij cauſa multatur. Eodẽq;
modo is qui illũ finxit, quoniã nõ videt omnia, in Sodomorũ euerſione: Venite in-
B quit, & deſcendentes videamus, an pro clamore ipſorum qui ad me peruenit, perfi-
ciant. Sin minus, vt cognoſcam: ignarum etiam ſe declarat. Cum autem ait de Ada-
mo: Eijciamus eum, ne porrecta manu lignum vitæ attingat, & edat, vitamque agat
ſempiternam: inuidet. Quodque ſcriptum eſt, Deum cogitauiſſe, quòd hominem
feciſſet: & mutat ſententiam, & ignorat. Illud enim cogitauiſſe conſideratio eſt,
quæ propter ignorationem eorum, quæ vult, diligenter vult finem exquirere, aut eſt
mutantis animum, quod contra ſententiam aliquid euenit. Quòd etiam ſcriptum
eſt, Dominum ſuauem odorẽ percepiſſe, indigentis eſt: & illud: Ex nidore carnium
voluptatem cepiſſe, non boni. Tentare verò, vt ſcriptum eſt: Tentauit Abraámum
Dominus, mali eſt, & fines patientiæ ignorantis. Simon multa ſcripturæ loca malè
explanans, docere conabatur Deum æquè ac hominem omni perturbationi & affe-
ctioni eſſe obnoxium. Hôc loco Petrus: Velim, inquit, mihi reſpondeas, an nulla in
reis, qui malus & admodum improbus eſt, ob ea in quibus delinquit, ſe ipſe arguere
C velit ac refellere? Cum Simon nolle reſpondiſſet, tum Petrus: Qui igitur malus &
vitioſus eſſe poteſt Deus, ſi eius voluntate, ſcelera in eum ſcripta publicè propoſita
ſunt? Simon ad hæc reſpondit, fieri poſſe, vt non voluntate ſua, ab alia vi accuſatio in
eum ſcripta ſit. Hoc ergo primum, Petrus inquit, quæramus. Si ſe ipſe ſuo conſilio
ac per ſe conuicit, vt tu ante confeſſus es, non eſt malus: ſi verò alia vi, hoc quæren-
dum eſt, & omni ope conſiderandum, num quis eum qui vnus bonus ſit, in numero
improborum omnium duxerit. Cum Simon Petrum nolle audire ex ſcripturis di-
ceret in Deum ipſius reprehẽſionem: Hoc mihi tu ipſe, Petrus inquit, videris facere:
Nam cum quæſtionis ac diſputationis ordinem fugias, non vis rectam ac veram fieri
inueſtigationem. Itaque ego qui ordinem ſeruo, & præſcriptum, primumque volo
ſcriptorem conſyderari, planè videor recta via velle incedere. Concede tu primum
Simon inquit, an ea quæ in effectorẽ ſcripta ſunt, vera ſint, atque in eum qui mun-
D do excelſior eſt, ex ſcripturis, nullum vitium cadat: tum poſterius decriptore quære-
mus. Ne non reſpondere videar poſſe, Petrus inquit, hoc tibi reſpondeo & concedo
ea quæ tibi in Deum ſcripta videantur, vera eſſe, ita tamen vt Deum malum eſſe non
declarent. Cum Simon rogaret, qui illud confirmare poſſet, Petrus, Adamum, in
quit, à primo ortu cæcũ fuiſſe dicis, quod non ita eſt. Neque enim cæco oſtendiſſet
cum ei præciperet hoc modo, Ex ligno ſcientiæ boni & mali nolite guſtare. Simon
hoc loco mutata ſententia, Cæcam, inquit, mentem eius voacbat. Qui, inquit Pe-
trus, cæca mente ille eſſe poterat, qui antè quàm fructum guſtaret eodem modo quo
eius conditor, propria animantibus omnibus nomina impoſuerit? Cumque Simon
rogaret, ſi prænotionem Adamus habuit, cur ſerpentem qui mulierem decepit, non
prænouiſſet. Petrus contrà, Simonem hac quæſtione vrgere cœpit: Si in Adamo nul
la fuit prænotio, qui ille potuit liberis ſuis ad futuras actiones & officia, ſimul atque
editi ſunt, etiam nomina imponere? cum priorem Cainum, id eſt iram: qui etiam ob-
trectatione iracundiaque incitatus, interfecit Abelum fratrem ſuum, qui luctus, in-
terpre-

terpretatur, quòd cùm primum interfectum parentes luxerint. Quòd ſi in Adamo E
qui Dei opus erat, fuit prænotio, quanto magis in Deo, à quo effectus eſt, fuit? Tu
“ vero Simon, qui vitioſe diuina ſcripta intelligis, obmuteſce. Nam quod ſcriptum eſt,
“ Cogitauit Deus, eſt quaſi ratione vtentis propter ignorationem: præterea, Abraa-
“ mum tentabat dominus, vt noſſet an tolleraret atque perferret: illud vero, Deſcen-
dentes videamus, an pro clamore eorum. qui ad me peruenit, perfecerint: ſin minus,
vt cognoſcam: ac ne longius ſermonem protraham, planam ſententiam & cogniti-
onem hæc dicta continent, non ignorationis Deum condemnant, etiam ſi hoc tu-
am intelligentiam fugiat. Eum autem prænotionem habere rerum futurarum, hinc
“ ſciri poteſt, quòd Abraamo ita prædixit, Scito ſemen tuum, ſiue poſteros tuos in ter-
“ ra non ſua aduenas futuros, foreq; vt quadringentis annis ſeruitute & malis oppri-
“ mantur, & abijciantur. Sed gentem cui ſeruient, ego iudicabo. Pòſt verò huc exibũt
“ cum multa ſubſtantia. Tu autem ad patres tuos abibis cum pace, ſepultus in ſene-
“ ctute bona. quarta porrò generatione huc reuertentur. Hęc quidem quæ poſt mul- F
tas generationes futura fuerunt ſignificare, omnino prænoſcentis eſt, & planiſsimè
ſcienas. Atque hæc. quidem quæſtio & diſputatio in tertium diem reiecta eſt. Cùm

III. Recognitio compoſitiùs hæc, & pleraque aliter.

autem tertius dies veniret, Tyrum Simon ex fuga ſe recepit: vnde nec ita multò pòſt
quidam venerunt, qui renunciarent Petro, Simonem magna Tyri admirationis ple-
na opera facere, quibus pleriſque eorum qui ibi eſſent terrorem inieciſſet, atque il-
lum criminando in odium & inuidiam adduxiſſet. Quod cum Petrus audiſſet, inſe-
quenti nocte, conuocato vniuerſo populo: Quoniam, inquit, cùm veni ad gentes,
quæ multos Deos eſſe dicunt, prædicandi, docendique cauſa, Deum vnum eſſe in tri-
bus perſonis, qui &, cælum condidit, & terram, & ea omnia quæ illa continent, vt ho-
mines qui Deum diligerent, ſalutem adipiſci poſsint: Diabolus rem occupauit, Si-
monemque permiſit, qui perſuadeat omnibus hominibus, vt ijs Dijs qui nõ ſunt ſer-
uiant, & negent ſe credere & approbare vnum Deum, qui omnia effecit, tam ea quæ
ſub aſpectum cadunt, quàm ea quæ non cadunt: eum celeriter aſſequar neceſſe eſt, G
vt ne Simonis doctrina vſu temporis corroborata omnes penitus inficiat. Aliquis er-
go eſſe debet, qui locum meum obtineat, atque omnes Deum contento animo com
precemur, vt eum qui dignus & idoneus ſit, Deus declaret. Hæc cùm dixiſſet, Za-
chæo manus impoſuit, cum his verbis, Domine domini & Dei & conſeruatoris no-
ſtri Ieſu Chriſti pater, Spiritus tui ſancti & veneratione digniſsimi opera, fac vt hic
quem diligo, populum tuum gubernet & regat. Tum ita populũ allocutus eſt, Om-
nes qui ablui & expiari vultis, ex craſtino die ieiunandi initium facite. Triduo poſt
cùm baptizare cœpiſſet, me Clementem, Nicetam, & Aquilam accerſiuit, hiſq; no-

Hęc non ſunt in Recognitionibus.

biſcum egit: Quoniam ſeptimo pòſt die Tyrum profecturus ſum, maximè velim, vt
vos properè eò veniatis, & ad Bernicem Chananæam, Iuſtæ filiam clàm diuertentes,
omnia quæ Simon egerit, indagetis, ac de ijs me ſtudioſè atque diligenter certiorem
faciatis. Itaque eò confeſtim cum pace proficiſcimini. Nos cùm eum baptizãtem re-
liquiſſemus, Tyrum Phœnices vrbem venimus, & apud Chananæam, quam antè di- H
xi, diuerſati ſumus. Ibi cùm ab illa liberali atque honorifico hoſpitij iure tractati fu-
iſſemus, ſtatim de Simone ita loquì cœpimus: Simon iſte Magus diſputatione ea, quę
illi cum domino noſtro Petro Cæſareæ fuit, victus, fugiens ſtatim huc ſe recepit, cú-
que conuitijs vexans, ſimplicium atque minus cautorum hominum animos rapit: &
cùm magus ſit, Apoſtolum magum vocat, & impoſtor, impoſtorem prædicat, & qui
omnibus rebus ſuperatus eſt, turpemque in fugam ſe dedit, ſe viciſſe iactat. Eſt ita,
Bernice inquit, vt dicitis, aliaque per ſe, quæ reſtant, addidit. Viſiones enim & ſpe-
ctra, inquit, poſtquam huc acceſsit, & ſimulachra quotidie in medio foro facit, vt vi-
deantur, quibus ciuitatem perterrefacit: ſic vt ſtatuæ ipſæ cùm præterit, moueantur
loco, & vmbræ ſæpe ei ſe viæ duces præbeant, quas ipſe mortuorum animos nomi-
nat. Multos verò, qui eum veneficum dicunt, pòſt ad conuiuium ſimulato animo vo-
cat, bouem mactat, eiſque cibum præbens, grauiſsimis morbis affligit, dæmonesque
eis

A ei immittit,multisq́; malo dato fecit,vt in Deorum numero reponeretur.Itaq; non
puto quenquam tantum ignem accenſum poſſe reſtinguere. Quocirca ne in diſcri-
men voſmet offeratis, hortor, ne ante Petri aduentum cum eo congrediamini, qui
cùm ſit domini & Dei noſtri Ieſu Chriſti clariſsimus diſcipulus,vnus cum tanta po-
tentia dimicare poterit.Cùm Bernice finem dicendi feciſſet,nos mane ea quæ de Si-
mone acceperamus,conſcripſimus,& ad ambulationẽ contulimus.Ibi Appion cum
alijs triginta nobis fit obuiam,Appion is cuius antè mentionẽ fecimus. Is ſimul atq;
me vidit,me appellato atq; ſalutato:Hic eſt,ait comitibus ſuis, Clemẽs, de cuius no-
bilitate,liberaliq́; ingenio multa vobiſcum egi: cùm eum qui à Tiberio Cæſare ge-
nus duceret,omnesq́; Græcorum diſciplinas excoluiſſet,à barbaro quodam,cui Pe-
tro nomen eſſet,fraude impulſum eſſe narrarem,vt ea,quæ Chriſtianorũ inſtituta fe
runt,& faciat & dicat.Itaq; peto à vobis maiorem in modum,vt mihi ad eum corri-
gendum,& in viam reducẽdum auxilium feratis.Nã in conſpectu veſtro eum inter-
B rogo,atq; ad illud primum mihi reſpondeat,quoniam ſe religioni ac pietati dedidiſ-
ſe exiſtimat,quid eſt quamobrem non maximè impiè ſceleratéque faciat, præſertim
cùm & patriam reliquerit,& in barbara alienaque inſtituta degenerauerit ac defle-
xerit? Tum ego,Tuam,inquam,in me egregiam voluntatem probo : ignorationem
autem improbo.Voluntas enim egregia eſt,proptereà quòd me ijs bonis & virtuti-
bus,quas in te eſſe putas,præditum eſſe vis: ſed non eſt recta nec vera ſcientia,quippe
cùm amicitiæ ſpecie ac nomine,me clam & obſcurè in fraudẽ voces.Appion ad hæc,
Num tibi inquit,ignoratio videtur,cùm patria inſtituta ſerues,illa Græcorũ ſequi?
Ego ad hæc reſpondi,eum,qui religionẽ ac pietatem ſibi propoſuerit, non omnino
patria inſtituta ſeruare oportere,ſed ſeruare quidem,ſi pia & honeſta ſint: ſi nõ ſint
eius generis,improbare.Fieri enim poteſt,vt quiſpiam qui patre impio & à religione
alieno natus ſit,& velit bonus eſſe,nolit patrios mores imitari,nec in eorũ,quaſi ve-
ſtigijs inſiſtere.Quid? ain' tu patrem tuum,inquit,vita non præclara fuiſſe?Nunquã
C eum,inquam,vita inhoneſta atq; improba eſſe dicã,niſi quòd falſis & turpibus Græ-
corum fabulis fidem habuit.Quænam ſunt,inquit,fabulæ iſtæ? Non recta nec vera,
inquam,de Deo opinio: de qua,ſi æquo animo es,cum alijs cupiditate diſcendi du-
ctus,audies. Itaque antèquàm ſermonem inſtituamus, in aliquem locum qui plus
ocij & quietis ſuppeditet,ſecedamus.Ac eò loci progreſsi,in quo purus gelidæ aquæ
curſus erat,viridiumq́ue arborum omnis generis oblectatio, conſedimus.Cùm au-
tem omnes me intuerentur, ita cum eis ſermonem conferre cœpi, Multum qui-
dem intereſt inter veritatem atque conſuetudinem, Græcorum enim partim mul-
tos Deos malos atque multis perturbationibus addictos poſuerunt,vt ij qui ſimilia
agere velint,illos mali adiutores atq; patronos habeant: partim fatum induxerunt,
quod ortus dicitur, & ſine eo nec pati,nec facere quenquam poſſe cenſent, vt cùm
neminem præter ortum facere aut pati poſſe putauerunt,facilè in peccatum delabã-
tur,& peccãtes minimè eos pœniteat eorum ſcelerũ quæ admiſerint.Alij ea quæ hîc
D ſunt nulla prouidentia gubernari docent, atq; ſua ſponte hanc rerũ vniuerſitatem
ferri ſine Domino qui præſit,quòd quidem moleſtiſsimum grauiſsimũq; eſt omniũ:
ita Deum conuicijs contumelijsq́; afficere,& ex vniuerſitate prouidẽtiam ita exter-
minare,vt ne Dominũ quidem qui præſit,& prouidentia omnia adminiſtret, & qui
omnibus pro ſua cuiq; dignitate tribuat,eſſe dicant.Itaq; non facilè ij qui in ea ſunt
ſententia ad ſe & mentem ſuã redeunt, præſertim cùm impendens periculum non
prouideant.At verò eorũ quos vos barbaros dicitis,optima & ſanctiſsima eſt oratio,
quæ Deũ vnum,eumq́; huius vniuerſitatis effectorẽ inducit,qui natura & bonus ſit
& iuſtus: bonus,vt qui ijs quos anteactæ vitæ pœnitet, peccata cõdonet: iuſtus por-
rò,vt qui ei qui non reſipiſcit pro dignitate eorũ quæ geſſerit, tribuat. Vnuſquiſque
enim dum ſe à Deo qui omnia intuetur, iudicatũ iri ſperat,maiore ad moderationẽ
impetu ferri ſolet: & qui temperatè vixerit,ab æterno ſupplicio liberatur. Vniuſcu-
iuſque autem eorum Deorum qui apud vos celebrantur & nominantur, impia ſce-

 leratáq;

ſcerataque facta reprehendo,vt Iouis,vt Neptuni,Plutonis,Apollinis, Liberi patris E
Herculis,& ad vnum omnium: quos ipſi non ignoratis, eorumque vitam Græcorum diſciplinis impulſi hauſiſtis, vt quaſi Deorum imitatores ſimilia faciatis. Ac primum,ſi placet ab ipſo Ioue qui regali poteſtate cæteris præfuit, exordiar. Filius pater Saturnus liberos ſuos,vt ferunt,cum deuoraſſet,falce adamantina patris partibus exectis,liberorum in parentes pietatis,& parentum in filios charitatis, ijs qui Deorum myſteria ſcire cupiunt,exempla & ſimulachra prodidit. Ipſe autem Iupiter,patrem vinctum in tartarum deiecit,alioſque Deos ſupplicijs affecit. Iis autem qui nefaria flagitia committere volunt,conſilium cum genuiſſet, ebibit, erat autem conſilium ſemen,fieri enim non poteſt, vt infans ebibatur. Vt autem puerorum amores defenderet,Ganymedem rapit, & adulteris, ac conſtupratoribus in ſtupro auxilum ferens,ſæpe ipſe in ſtrupro deprehenditur. Hortatur etiam ad ſorores ducendas in matrimonium,quippe qui cum ſororibus,Iunone,Cerere,& Venere cæleſti,quam nonnulli Dodanam nuncupant,concubuerit. Iis vero qui cum filiabus F
commiſcere cupiunt,ipſe qui cum Proſerpina cũcubuerit,exemplum improbum ex fabulis prodidit,alijſque innumerabilibus flagitijs ſe contaminauit,vt ab impijs & ſceleſtis hominibus propter præſtantem intemperantiam & incõtinentiam in Deorum numero eſſe imperitis fabula perſuedeatur. Hæc ego cum non temere improbaſſem,ad Deum qui vnus bonus eſt,confugi, cum certo iudicio fidem habuiſſem, quòd ex iuſto Dei æquoque iudicio,& lex fixa ac certa ſit, & animus omninò pro dignitate eorum quæ geſſit,tandem aliquando accipiet. Cum hæc à me dicta eſſent orationi occurrit Appion. Quid an non Græci Græcorũque leges hæc vetant,conſtupratoresq; & eos qui alias contra faciant, ſupplicijs coërcent? Tum ego ad hæc reſpondi,Græcorum ergo dij qui contra leges fecerunt, ſupplicio acerrimo digni ſunt. Qui autem mihi ipſe temperare,meque continere potero,cum ſciam Deos ipſos primos cum ſtupro grauiſsimum quodque flagitium admiſiſſe,cùm interea pœnas non dederint,qui hoc ipſo digniores ſunt ſupplicijs, quòd cupiditati & volup- G
tati non obtemperarent.Qui ſi obnoxij fuerunt,qui Dij erant? Appion, Nobis, inquit,non Deos ponamus ob oculos,ſed iudices, quos intuentes à peccando deterrebimur. Non eſt ſimile,inquam,Appion. Qui enim hominem intuetur,ſpe latendi,omninò peccare audebit:qui autem Deum omnia intuentem animo ſuo ſtatuet cum eum latere ſe minimè poſſe intelligat,clam etiam peccare deſiſtet. Hoc loco Appion, Ex quo tempore,inquit,tecum Chriſtianis collocutum eſſe audiui, ſententiam mutaſſe intellexi,præclare enim à quodam dictum eſt,Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Ergo corrigunt, inquam, mores non bonos colloquia bona. Quæ cum dixiſſem,ij qui aderant,planè ſignificabant, ſe ex oratione mea non nullam percipere voluptatem. Quocirca cum rogabant, vt poſtridie rurſus conuenirent omnes,diſceſſerunt. Poſtero autem die Petro aduentanti multi & loci accolæ & Tyrij,obuiam prodierunt,clamoreque ſublato,ita cum eo egerunt,Deus te adiutore nos reſpiciat,te patrono curet. Stans ergo Petrus in excelſo quodam lapide, vt H
ab omnibus videri poſſet,ſalutatiſq; omnibus ex diuina piaque lege, ita exorſus eſt. Deo qui cælum,terram & mare condidit non deeſt cauſa ſalutis eorum qui conſeruari velint nam & animos veſtros & corpora conſeruare poteſt. Audio quidem Simonem Magum mactatis bubus,vobis medio foro conuiuium dediſſe, multoque vino onuſtos pernicioſis perturbationibus ac dæmonibus tradidiſſe. Quemadmodum autem ijs cibis qui dæmonibus immolati erant, ſumptis,vitiorum ac malitiæ duci ſeruiſtis,ſic his relictis ad Deum, Ieſu Chriſti domini noſtri opera & benignitate,accedite.Hoc probè noſtis,vos cum corporis ſanitate etiam animos ſanos habituros eſſe,ſi ea quæ Deo grata acceptaq; ſunt,excolatis. Hæc autem grata acceptaq; Deo ſunt,cũ precari, à dæmoniorũ menſa abſtinere, non guſtare ſanguinem ſe ab omni inquinatione liberum integrumq; ſeruare:in multis corporibus vno animo & ſententia coniunctos, quo quiſque in ſe animo ſit,eo etiam in proximos eſſe.
Ait

A Ait enim, Occidi non vis, alterum non occides, non vis vxorem tuam ab alio con-
ſtuprari, noli alterius vxorem conſtuprare: non vis quicquam omninò rerũ tuarum
furto tibi eripi, nihil alterius furare. Quòd ſi ita ipſi per vos vnũ & idem de eo quod
conſentaneum eſt, & quod decet, ſentiatis, eiuſque participes ſitis, vos & Deo chari
eritis, & ſanitatem adipiſcemini. Hæc cum à Petro paucis diebus tradita accepiſſent
deinde vt etiam curatio ſibi adhiberetur, rogaſſent, ad ſacroſanctum lauacrum ex
piationemque venerunt. Quæ cum Sidonij etiam intellexiſſent, miſerunt oratores
ad Petrum, qui eum ad ſe accerſerent, quòd morbis prohibiti ad illum venire non
poſſent. Ipſe cũ paucos dies Tyri prætereà commoratus eſſet, Tyriosque varijs per-
turbationibus ac morbis liberaſſet, conſtituiſſetque Eccleſiam, & ex presbyteris qui
eum ſectabantur, pontificem eis præpoſuiſſet, Sidonem profectus eſt. Simon autem
Magus rurſum cum eò venire Petrum cognouiſſet, fugit, & Berytum cum Appione
eiusque ſodalibus ſe recepit. Petrus verò cum Sidonem ingreſſus eſſet, multos in le-
B ctis ij qui ferebant, ante eum poſuerunt. Ipſe ad eos ita verba fecit, Nolite me puta-
re aliquid præſtare poſſe, quod ad curationem veſtri pertineat, cũ ſim homo etiam
ipſe mortalis multiſque morbis perturbationibusque obnoxius. Exponere autem
vobis minimè grauabor, quemadmodum curari poſsitis, vt qui etiam à Chriſto do-
ctus, & illius boni viri diſcipulus fuerim. His cum Petrus eos qui conueniſſent Si-
done, moneret, multique etiam illic paucis diebus reſipuiſſent, & credidiſſent pri-
mum, deinde curationem expetiuiſſent. Eccleſiam conſtituit, presbyterorumque
qui eum ſectabantur, quodam præfecto pontifice, Sidone diſceſſit. Vt autẽ primum
Berytum peruenit, terræ motus factus eſt, magnaque ſtatim multitudo ad eum adijt
petentium, vt ſibi auxiliũ opemque ferret, dicebant enim, ſe ne prorſus perirent, ve-
hementer extimuiſſe. Tum quoque Simon Magus vnà cum Appione, Annubione
Athenodoro, ceterisque omnibus ſodalibus, audacia prouectus, publicè multitu-
dini Petrũ oſtendẽs clamabat, Iſtũ fugite cum omni feſtinatione, fugite, mihi credi-
C te, magus eſt, & terræmotũ iſtũ ipſe apud vos fecit, morboſq; profligauit, vt vos ter-
reat, Deusq; apud vos palã ac publicè habeatur. Cũ multitudo ſedato tumultu quie-
uiſſet. Petrus ſubriſit & magna cũ libertate ita locutus eſt: Quæ iſti dicunt, ea ſi Deo
ita viſum ſit, me efficere poſſe profiteor, paratusque ſum præterea, ſi meæ oritioni fi-
dem habeatis, totam veſtrã vrbem ab ipſis fundamentis euertere. Cumq; oẽs verte-
rentur primum, deinde vltro quæ ab illo iuberentur, ſe facturos promitterent, Pe-
trus, Nemo veſtrum, inquit, poſthac cum Magis rem habeat, aut omninò in collo-
quium veniat. Quæ cum audiſſent, in Simonem ſtatim impetum fecerunt, omneſ-
que cum aliqua ex parte vulneraſſent, ferire non antè deſtiterunt quàm penitus ex
vrbe expuliſſent. Tum accedentes ij omnes qui ei morbis & dæmonibus aduerſa-
bantur, ante eius pedes poſiti ſunt. Ipſe ſublatis in cœlũ manibus cum Deum preca-
tus eſſet, ſolis precibus omnes curauit. Cum aũt multos dies apud Berythios com-
moratus eſſet, multosq; Patris, Filij, & ſpiritus ſancti fide planè imbuiſſet & bapti-
D zaſſet, vnumq; ex ijs presbiteris qui eũ ſectabantur, epiſcopũ præpoſuiſſet, Biblum
profectus eſt. Ibi, cum Simonem Tripolin petiſſe cognouiſſet, commoratuſque eſſet *IIII. Re-*
apud eos per paucos dies multis eius loci curatis, eisq; traditis quæ ad Dei religionẽ *cognitio.*
pertinent, veſtigijs Simonis inhærens, Tripolin ſe contulit, cũ eum inſequi, non fu-
gere ſtatuiſſet. Ad eũ autem Tripolin introeuntem, cum multi Tyrij, Sidonij, Be-
rytii, & Byblii conuenerũt, ex iis qui diſcendi cupiditate paulò magis flagrabant, tũ
vel maximè ex vrbe ipſa multò plures de plebe confluxerunt: cùm eius videndi cupi-
ditate ducerentur. Quidã verò ex fratribus qui ab eo præmiſsi fuerant, narrabãt no-
bis, & quæ in vrbe agerentur, & quæ à Simone fierent. Nos illi cùm excepiſſent, do-
mum Maroonis duxerunt. Petrus autem cùm ad fores diuerſorii perueniſſet, multi-
tudini poſtero die ſe de religione verba facturũ eſſe promiſit. Cùm verò intraſſet,
negauit ſe antè quicquam cibi capturũ eſſe, quàm eos qui cõueniſſent refeciſset. Sed
cùm reſpõdiſſemus, nos eis omnibus ſtudiosè cœnam daturos, ipſe qui audiſſet, col-

laudatis nobis exijt: cúmq; ſe in mari abluiſset, ingreſsus eſt primum, deinde cibum E
ſumpſit, poſtremò cùm nox appeteret cubitum iuit. Poſteà in ſecundo gallorum cã-
tu ſurgens, cùm iam vigilantes nos inueniſset, qui vnà cũ eo eramus oẽs ſedecim, Pe-
trus dico, ipſe ego Clemens, Niceta, Aquila, & duodecim ij qui præmiſsi fuerant, ſa-
lutatis nobis, ingreſsus eſt quidã ex familiaribus, qui ei nunciaret, Simonem Magum
cùm illum Tripolin aduentare audiuiſset, profectũ in Syriam: multitudinem verò
quæ eam noctem annũ eſse exiſtimaſset, diem quẽ conſtituiſset, cùm expectare non
poſset, pro foribus ſtare, de Simonis ſcelere & improbitate multa quæ ad ſeditionem
tumultumq; ſpectarẽt loquentẽ, quòd cùm ipſe eos ſuſpẽſos tenuiſset, promiſiſsetq;
ſe Simonem ipſum multis malis & criminibus conuicturũ, ille cognito eius aduen-
tu noctu fugiſſet: ſed tamen oẽs ſumma cum audiendi cupiditate duci: ipſe cũ mul-
" titudinis ſtudium admiratus eſſet. Videte, inquit, fratres quàm planè & apertè Do-
" mini noſtri verba compleantur. Memini enim eum dicere, multos venturos eſſe ab
" oriente, occidente, aquilone & mari, ac cum Abraamo, Iſaco, & Iacobo diſcubitu- F
ros. Sed multi, vt ait, vocati ſunt, pauci vero electi. Ac venire quidem non eorum eſt,
ſed Dei qui vocauit. Si vero poſtquã vocati ſunt, virtutes excolant, hoc eorũ eſt pro-
priũ, æquaq; ferent præmia. quæ cùm dixiſſet, magna hominũ multitudine animad-
uerſa, placidè vt cùm riuus aliquis ex flumine fluit, Marooné rogauit, vbi ei locus
ibi eſſet, qui tantam multitudinẽ capere poſſet. Cũ Maroonus eũ in locum excultũ
ſub dio duxiſſet, & multitudo conſecuta eſſet, ipſe in baſi ſtatuæ nõ admodũ excelſa
ſtans, ſimul atq; multitudinẽ pro more religionis ſalutaſſet, cũ multos qui aderant, à
dæmonibus multo iam ex tẽpore vexari animaduertiſſet, qui & ſtriderẽt cũ vlulatu,
& caderent ſupplices, eis obiurgatis, cùm imperaſſet vt quieſcerẽt, ſeq; eos curaturũ
cùm peroraſſet pollicitus eſſet, ita exorſus eſt: Deus qui vnus bonus eſt, & bona om-
nia fecit, generis hominũ ſalutis cauſa vnigenitũ filium ſuũ dominum noſtrũ Ieſum
Chriſtũ miſit, qui & ea quæ ipſi placerent, & enunciaret, & legẽ æternam daret, vt ſi
ei in omnibus pareamus, & baptizemur in peccatorũ remiſsionẽ, vita æterna potia- G
mur. Date aũt operam primùm, vt veſtem veſtrã inquinatã ac pollutam infidelitatis
ac perfidiæ ſordibus exuatis: quã non aliter detrahere poteſtis, niſi antè in præclaris
actionibus baptizemini, atq; ita demùm puto & integro corpore atq; animo effecti,
vitam cõſequemini ſempiternã. Itaq; nolite idolis ac ſimulachris credere, nec menſæ
eorum fieri participes: nolite cædem facere, nolite ſtuprum offerre: nolite odia inter
vos & inimicitias exercere. nolite furtum facere, nec in vllis minus honeſtis & bonis
actionibus verſari. Hæc cùm ipſe dixiſſet, multaque ex ſcripturis monuiſſet, omnes
remanſerunt, alij curationis gratia, alij vt viderent qui curarentur. Ipſe impoſitis
porrectiſque in illos tantùm manibus, precibuſque fuſis, vnumquenque à morbo
liberauit, vt ij qui repente curati fuerant, & mirarentur plurimùm, & gloriam Deo
ob valetudinem tribuerent. Illi cum firmo ſtabiliq́ue animo credidiſſent, vnà cùm
ijs qui curati fuerant, ad ſua redierunt, hoc accepto mandato, vt maturius manè cõ-
Ex V. Recognit. uenirent. Poſtridie Petrus cum ſodalibus qui vnà cum eo erant exijt, cumq́ue ad H
cum locum rurſus veniſſet, Deus, inquit, poteſt omnia. Is enim bonitatem cum iu-
ſtitia coniunctam in ſe habet, & his temporibus in omnes patientiæ ſuæ illuſtria do-
cumenta declarat, vt eos qui velint eorum malorum quæ egerunt, pœniteat, ijdem-
que poſteà ea in vita agant, quæ illi grata & accepta ſint, quæ cùm perfecerint, in die
quo iudicantur omnia, pro dignitate vnuſquiſque accipiat. Itaque nunc demùm
veræ præclaræque ſcientiæ Deo confiſi ac freti, incipite veſtris minus rectis cupidi-
tatibus obſiſtere, vt priſtinum gratiæ munus quod humano generi conceſſum eſt,
reuocare poſsitis. Sic enim & vobis ex eo bona orientur, & ei qui dedit, pro acceptis
bonis quæ exprimi non poſsunt, in omne tempus gratias agetis, ſi primum abluti
fueritis beata Trinitatis appellatione, ſi ſordes, ſi macula in animis veſtris extet &
hæreat. Sic enim non ſolùm ſpiritus qui intra vos latent, eijcere poteritis, ſed etiam
dæmonia, quæ alios conturbant, cum alijs perturbationibus & morbis, expelletis.
Cum

A Cum finem dicendi feciſſet, eos iuſsit qui aliquibus morbis afflicti erant, ad ſe acce-
dere, impoſitiſque manibus cum illos ſtatim curaſſet, præcepit, vt mane maturius
conuenirent.* Tertio verò die prima luce ipſe cum ſurrexiſſet, ſalutatis omnibus ſe-
dit: nos vero qui circum eum conſederamus, atque in eum ora & oculos conuerte- *Ex VI. Recognit.*
ramus, cum aliquid audire velle intellgeret, Omnes, inquit, ô amici, qui Deum cole-
re inſtituunt, in primis intelligere debent, eum in tribus perſonis cognoſci. Eſt aũt
eius proprium & præcipuũ, quod omnium rerũ quæ cõditæ ſunt effector eſt, omnia
cõtinet, omniaq; determinat, vt qui ſuper omnia ſit, omnibuſq; rebus emineat, om-
niaq; effecerit. Quæ cum dixiſſet, multaque ad Dei religionẽ pertinentia docuiſſet,
offerri ſibi iuſsit eos, qui & à dæmonibus vexarentur, & morbis aliquibus laborarẽt.
Cũ oblati productiq; eſſent, impoſitis manibus, precatus eſt, atque valentes dimiſit.
Poſtero rurſus die cùm ſurrexiſſet, precatusq; eſſet, dimiſit incolumes primum, de-
inde, cum nobiſcum conſediſſet, ita exorſus eſt, Eum qui ad Deum velit accedere, ſo
B brium eſſe oportet, temperantem, iram cohibere ac continere, aliena non ſibi
vendicare, iuſte viuere, æquabiliter, conſtanter, clementer: ſe cum opes deſunt, con-
tinere vel non habentem quod ab alio ablatũ fuerit, ſatiatum & contentum eſſe:
puro corde eſſe & caſto corpore, non ſimilem eſſe Phariſæis, quibus dominus & De-
us noſter Ieſus Chriſtus dixit, Væ vobis Scribæ & Phariſæi hipocritæ, quod poculi ”
& catini exteriores partes purgatis & detergitis, interiores autem plenæ ſunt ſqua- ”
loris & ſordium. Phariſæe cæce purga primum interiores poculi & catini partes, vt ”
id etiam quod extra eſt, permundum ſit. Verè enim qui id quod intus eſt purgat, id ”
quoque quod extra eſt, purgare poteſt. Qui autem exteriores partes purgat, id facit
auræ hominũ aucupandæ gratia, ſed apud Deum mercedẽ non habet. Cum hæc di-
xiſset, & multo plura de caſtimonia, completis iam tribus mẽſibus, quibus mihi ieiu-
nium præſcripſerat, duxit me ad fontes maris qui in propinquo erant, atque in pe-
renni iugique aqua abluit Patris, Filij & Spiritus ſancti nomine acceptũque panem
C cum ipſe conſecraſſet, ac fregiſſet, nobis ſacroſancta & vitalia ſacramenta capienda
& edenda dedit. Ita conuiuio excepti fratres noſtri cum fuiſſent, quòd Dei con-
ceſſu ac munere renatus eſſem, Deo & gloriam tribuimus, & gratias egimus, Cum-
que magna hominum multitudo conueniſſet, Petrus morbis, & malis, dæmonibuſ-
que profligatis & expulſis, ablutiſque aqua ſalutari permultis, Maroonem qui
cum recipiſſet, cum initiatus eſſet præpoſuit epiſcopum, duodecimque prosbyteros
deſignauit, diaconoſque declarauit è repub. Chriſtiana, egitque cum epiſcopo de
Eccleſiæ & ordine & concordia. Quibus geſtis omnibus, cum Tripolitanos Phœ-
nices valere iuſsiſſet. Antiochiam Syræ vrbem rectà contendit. Eum Tripoli Phœ- *Ex lib. VII.*
nices egreſsi eſſemus, vt Antiochiam veniremus, eo die Orthoſiæ morati ſumus, & *Recog. Sed*
quia haud longe aberamus ab ea vrbe ex qua diſceſſeramus, cum omnes fere antea *tota hiſto-*
cum prædicantem & docentem audiſſent, illic vnum tantum diem commorati, An- *ria de ag-*
taradum petiuimus. Cum autem multi nobis comites itineris eſſent, Petrus Nice- *nita matre*
D tam & Aquilam ita allocutus eſt, Quoniam magna comitum multitudo non par- *Clementis*
uam inuidiam nobis in opida intrantibus conflat, neceſſario curandum eſſe vidi, vt *multo hinc*
neque hi offendantur, ſi vnà nobiſcum eſſe prohibeantur, neque nos ſi videamur in *latius per-*
publico alijs cauſam inuidiæ afferamus. Itaque volo te, Niceta & Aquila, ante me *ſcribitur.*
duplici grege ſparſim proficiſci. Ad hæc illi reſponderunt, non admodum ſibi mo-
leſtum graueq; eſſe hoc facere, quod ab illo imperatũ eſſet: primũ quòd prouidẽtia
diuina delectus eſſet, qui omnia preclare & animo cernere poſſet, & cõſulere: deinde
quòd ad ſummum bidui itinere ſe ab eo diſiunctos, hoc facere neceſſe eſſet. Quod
tẽpus etſi longum eſſet, præſertim cum illius aſpectũ adimeret, tamen ſe illi qui vti-
lia præciperet, nolle repugnare. Quæ cum dixiſſent nos anteceſſerunt. Tum verò
magna ex eo leticia affectus ſum, ego Clemens, quòd me ſecum eſſe voluiſſet. Itaque
his verbis cum eo egi, me Deo grtias agere, quod me à ſe vt ſodales non dimiſiſſet,
quippe qui dolore enectus fuiſſem. Quid illud eſt? inquit, an ſi res poſtulabit, vt tu

aliquò mittare,quòd vtiliter à me aliquãdiu ſeiunctus eris, propterea emoriere? Nõ- E
ne ſi tecum loquare,tibi ferenda eſſe quæ tibi quòd vrgerent præſcripta ſunt, æquo
animo feres? aut non intelligis amicos recordatione & animo vnà eſſe, etiãſi corpo-
ribus inter ſe diſiuncti ſint,quemadmodum nõnulli qui corporum ſocietate cõiun-
cti ſunt,cùm animis procul ſint remoti? Tum ab eo maiorẽ in modum contendi,ne
me putaret ea quæ moleſta eſſent ſtulte perpeſſurũ fuiſſe,ſed rectè etiã nec ſine rati-
one: Nam quẽadmodum vnum eum omnibus,vt patri,matri,fratribus & cognatis,
ante poſuiſſem,qui mihi veri quod ſalutem affert,diuino amore adductus,auctus &
cauſa extitiſſet: ſic fructum cõſolationis quam ab omnibus conſecuturus fuiſſem,ex
eo vno me capere. Vereri enim me prorſus,ne ab eo dimitterer,ne fortè feruore æta-
tis,cupiditatibus perturbationibusq; ſuccumberem. Ob eãq; cauſam ſic in hac cau-
ſa hærere me,vt ab illo non poſsim diſcedere,niſi ira quadã diuina hoc accidat. Ete-
nim meminiſſe me hoc ab eo Cæſareæ dici,Si quis mecum ire velit,piè etiam vnà iter
faciat,piè aũt eum expoſuiſſe,neminem offendere ex Dei lege,qui parentes, vxorem, F
aliosq; nõnullos qui piè inſtituiſſent viuere,deſereret. Hinc me omni ex parte ci ſtu-
dioſum eſſe viæ comitem: cui gratiſsimũ faceret,ſi mihi ſeruorũ partes agendas per-
mitteret. Cum finem dicendi feciſſem,Petrus nõnihil ſubridens,quid? Clemẽs,ſpe-
ras fore vt minimè cogaris in aliquẽ ſeruorum locum detrudi? alioqui quis tandem
mihi præclaras & multas tunicas,cum annulis & calceis cuſtodiet? Quis vero ſuaues
& magnificos cibos preparabit? qui cum varij ſint,multos & artificioſos coquos de-
ſyderant: cæteraq; omnia quæ quaſi vaſto animali cupiditati antè inſtruuutur: niſi
fortè hoc tibi ſtudium inceſsit,quòd minimè cognoſceres,atq; adeo ignorares inſti-
tutæ vitæ meæ rationem,in qua ſolo pane,& oliuis, raroq; oleribus vtor: vnaq; ve-
ſte,& pallio attrito hoc ipſo quo me amictum vides,contentus,alterum neq; alia vl-
lo modo deſidero. hæc enim mihi ſatis multa ſunt. Nam quoniam mea mens omnia
bona,quæ in cælo ſunt æterna,intuetur,nullum eorũ quæ hìc ſunt, ei curæ eſt. Ve- G
runtamen egregiam tuam voluntatem & præclarum inſtitutum probo & accipio,
laudoq; non ſine admiratione,quòd tu qui lautè ac magnificè viuere aſſueuiſti, fa-
cilè ad hanc inopiam te vitamq; tuam adegeris & mutaueris. Ego enim & Andreas
frater à puero non ſolum in pupillorum vita educati,ſed etiam inopia & paupertate
coacti,ita in opere ac labore verſati ſumus & aſſuefacti,vt facile nunc hunc tàm lon-
gi itineris laborẽ feramus. Quocirca ſi mihi obtemperabis,ea me tibi officia quæ ſer-
uorum ſunt,preſtare ſines. Hac illius oratinne mihi & tremor obrepſit,& lachrymæ
obortæ ſunt,conſyderanti qua oratione qualis vir vteretur,cui omnes huius ætatis
homines ſcientiæ & pietatis nomine concederent. Ille autem cum illachrymantem
me animaduertiſſet,cauſa quæ eſſet,rogauit. Ego cum quærerem,quodnam ſcelus
admiſiſſem,vt verbum eiuſmodi audirem: idem ſtatim reſpondit, ſi in eo peccaſſet,
quòd ſe mihi miniſtraturũ decreuiſſet,priorem me peccaſſe,qui priore loco hoc fa-
cere ſtatuiſſem. Ego tum reſpondi,non eſſe parem cauſam,propterea quòd mihi hoc H
faciundum eſſet,ei nihil minus,cum præſertim præco Dei eſſet,eiuſq; fidei animi ho-
minum regendi gubernandiq; cauſa eſſent traditi atq; cõmiſsi. At ille,dominus no-
ſter,inquit,qui ſalutis totius mundi cauſa venit,cum vnus ſupra omnes veram & ſo-
lam nobilitatẽ obtineret,miniſtrare ſuſtinuit: vt nos doceret,nõ indecorum & tur-
pe docere,proximis ſeruorum munia obire, etiam ſi nobiles ſimus, plurimum inter
nos & illos interſit. Si te,inquam, ratione & oratione à me vinci poſſe exiſtimem,
amens ſim planè,& ſtultus. Sed tamen gratias diuinæ prouidentiæ ago, quòd dignũ
me exiſtimauerit,cui te parentum loco daret. Cũq; ille rogaret,num quis eſſet mihi
vere propinquus,reſpõdi,multos mihi atq; magnos viros eſſe,qui genere & propin-
quitate ad Cæſarem attinerẽt. Itaq; eum patri meo,vt qui vnà educatus fuiſſet, vxo-
rem propinquam & cognatam dediſſe,ex qua liberi tres nati eſſemus, quorum duo
maiores natu qui etiam gemini eſſent,admodum ſimiles inter ſe fuiſſent, quẽadmo-
dũ pater mihi cõmemorauiſſet. Me enim neq; eos,neq; matrẽ plane noſſe, ſed quaſi
per

A per ſomnium,leuem etiã & obſcuram eorũ formam tenere.Matri quidẽ Matthidiæ nomen fuiſſe,patri aũt Fauſto, fratribus Fauſtino & Fauſtiniano: cùm tertius præterea editus eſſem,matrẽ per quietem viſam eſſe videre, audire, quẽadmodum pater exponebat,qui moneret,niſi geminis liberis repente acceptis,Roma decenniũ & eo amplius abeſſet,fore vt vnà cum eis ad internecionẽ interiret.Patrem cui liberi chari eſſent,cum ſeruis & ancillis,cõparatis & ſuppeditatis ſatis large ijs omnibus quæ ad viam neceſſaria erant,impoſitos in nauem,Athenas excolendi ingenij cauſa miſiſſe: vnum me apud ſe ac ſecum conſolationis cauſa retinuiſſe: ob eamq; cauſam me DEO magnas agere gratias,quòd per quietem nõ iuſſus eſſem vnà cum matre exire Roma, & exacto anno ſuis Athenas miſiſſe pecuniã,& ſimul quòd cuperet certior fieri qui valerent: eos non reuerſos eſſe,qui miſsi fuiſſent. Tertio rurſus anno eundẽ cùm diffideret,aliòs item miſiſſe cum ijs quæ ad victum pertinerent,qui quarto demum anno redijſſent renunciatum ſe,nec matrẽ vidiſſe,nec fratres,nec cuiuſquã eorum qui B vnà cùm eis profecti eſſent,vel veſtigium inueniſse. Patrem eo nũcio præ dolore exanimatum,cùm neſciret,quónam potiſsimum eorum quærendorum cauſa ſe verteret,adiunxiſse me,& ad portum deſcendiſse. in quo ſæpius quæſiuiſset,vbi quiſpiam vidiſset vel audiuiſset intra quadriennium incidiſse naufragium: eundem cùm alius alibi accidiſse diceret,rurſus rogaſse,num mulieris cadauer cum pueris in terrã expulſum vidiſsent: cumq; multi multos eiuſmodi caſus varijs temporibus ſe vidiſse dicerent,ingemuiſse: & quanquam charitate ſuorum victus ſtultiſsimè interrogaſset, qui tam immenſum maris profundum ſcrutari conaretur,tamen veniam ei dandam fuiſse,qui ſua in eos quos quæreret charitate impulſus,inani ſpe paſceretur. Tãdem verò aliquando,cum curatorum & tutorum fidei me duodecimũ iam agentem annum tradidiſset, ipſum in portum deueniſse, conſcenſaq; naui,ad eos quærendos nouigaſse. quo ex tempore adhuc nec literas ab eo accepiſsem,nec ſcirem viueretne, an eſset mortuus:me tamen eo adduci potius vt crederem,alicubi eum vel dolore vi- C ctum,vel naufragio periiſse. hoc mihi argumento & documento eſse,quòd iam ille vigeſimus annus eſset,ex quo veſtigium nullum veritatis de eo accepiſsem.Hęc cùm audiſset Petrus,animi dolore & quaſi conſenſione quadam naturę ductus,illachrymatus eſt,ſtatimq; eis qui vnà erant, dixit: ſi cui religionis ac diſciplinæ noſtræ homini ea quæ meo patri acciderunt,vſu veniſsent,eum continuo pro religionis moer cauſam malo genio aſcripturũ fuiſse. Sic miſeris gentibus calamitates euenire, quas pij ipſi ignorarent.Se autem eos miſeros appellaſse,nec iniuria.Nã & hic errare eos, & ex ea ſpe decidere,quę in cælo oſtenderetur.Quę enim mala Chriſtiani perferrẽt, ea illis ſupplicij cauſa pro delictis euenire. Cùm finem dicendi feciſset,quidam ex noſtris cæteris audacior, cum pro omnibus hortatus eſt, vt poſtridie prima luce in Aradum inſulam, quæ è regione erat, nec triginta omnino, vt puto, ſtadijs aberat, nauigarent,viſendarum columnarum duarum ex vite gratia,quę maximum pondus ſuſtinerent,Petrus eis morem gerens, annuit,cum monuiſset,ne vnà omnes cùm ex D naui egreſsi fuiſsent,ad ea inſpicienda quæ cuperent, proficiſcerentur, quòd nollet eos ciuiũ oculos in ſe cõuertere.Cùm ita nauigaſsemus,hora vna in inſulam appulimus, & eò venimus vbi columnæ ex vite erant: ſed tamen cũ columnis alius aliud Phidiæ opus vidit,Petrus vnus nõ ſibi neceſse putauit ire eorũ viſendorũ cauſa quæ illic ferebantur: mulierem aũt quandam quæ extrà pro foribus ſedebat, atq; victus cauſa mendicabat,rogare cœpit,quódnam ei membrũ deeſset,quòd tãtam cõtumeliam,id eſt,mendicandi,ſuſcepiſset,ac nõ potius manuum quæ ei à Deo datæ eſsent, opere & labore quotidianũ victum pararet.Mulier cùm ex imo pectore gemitus ac dolorẽ duxiſset,reſpondit,ſi ſibi manus eſsent, quæ poſsent aliqua ex parte ipſi ſubuenire,fuiſse facturã,ſed eas manuũ tantùm figuram retinere,quæ ſint præmortuæ. Cũq; Petrus rogaret,vnde ei illud tam graue malum accidiſset,ex ſola animi imbecillitate,reſpõdit.Si enim virili animo eſset,ſe nacturã fuiſse locum vel excelſum,vel profundum & altum,ex quo cùm ſe deieciſset,tum denique malorum quæ eam ex-

cruciarent,finem afferre potuiſſet.Hoc loco Petrus eam rogat, num eos oẽs qui ſibi E
mortem conſciſcerent,liberatũ iri ſupplicio putaret: aut non grauiore ſupplicio af-
fici in inferis eorum animos qui ita morerẽtur,quòd ſe ipſi interfeciſſent. Illa aũt ad
hæc reſpondit,ſi perſuaſum ſibi eſſet,animos verè in inferis reperiri qui viuerent, ſe
etiam optaturam eſſe mortem,atq; parui ſupplicium facere,vt eos quorum maximo
deſyderio teneretur,etiam breui exiguoq́; tempore cerneret. Cũq; Petrus rogaret,
quidnam eam cruciaret: ſe enim ſcire cupere,quę ſi docuiſſet,fore,vt ei perſuaderet,
animos apud inferos viuere,& pro præcipitio vel profundo remedium ei ſuppedita-
ret,quo à vita triſti & acerba liberaretur: mulier quæ id quod dixiſſet, nõ intellige-
ret,ſed tantùm libenter arripuiſſet,ita exorſa eſt,ſi genus & patriam illi exponeret,
non ſperare ſe illi poſſe perſuadere. Sed quid, inquit, hoc tua refert ſcire? aut ſolam
cauſam, cur dolore impulſa, morſibus meas manus mortuas reddiderim. attamen
mea ſi audire potes,exponam.Ego qui claris parentibus nata eſſem,principis cuiuſ-
dam imperio viro nupſi,qui ad eius genus attinebat.Cùm geminos liberos ſuſtuliſ- F
ſem,tertium prætereà peperi.Viri autem mei frater,cùm inſano mei amore,formaq́;
captus eſſet,ego,quæ vt mentis eſſet ſuæ vehementer optarem,nec commiſceri cum
amatore vellem,nec rurſus viro fœdum fratris ſui in me amorem exponendum du-
cerem,ne & viri thoro contumeliam aut iniuriam facerem,& cauſas belli atq; ini-
micitiarum inter fratres ſererem,& illius generi quod magnum eſſet, maculam aut
notam inurerem: ciuitatem mihi ad quoddam tempus cum geminis meis relinquẽ-
dam cenſui,quoad ſceleſtus amor eius qui me ad dedecus & infamiam aſſentando
pelliciebat,deferbuiſſet.Alium autem puerũ,vt apud patrem ad ſolatium maneret,
relinquere conſtitui.Quæ vt fierent omnia,ſomnium mihi fingẽdum cenſeo, quaſi
me aliquis noctu per quietem monuiſset,vt confeſtim cum geminis meis Romæ ex-
irem ad quoddam tempus,dum ipſe rurſus reuertẽdum mihi eſse ſignificaret, quòd
futurum eſset,vt cum viro liberiſq; omnibus ſubitò infœlici morte occumberẽ. Si- G
mul atq; fictum atq; ſalſum ſomnium viro expoſui,ipſe qui timore perculſus eſset,
me,liberos duos,ſeruos & ancillas,cum magna vi pecuniæ in nauẽ impoſitos,Athe-
nas miſit, iuſsitq; me in ea vrbe dare operam, vt liberi erudirẽtur,quoad oraculo ad-
monita eſsem,vt reuerterer.Atq; ego miſera vnà cum liberis nauigans,vi ventorum
in hæc loca delata ſum,naueq́; noctu diſsoluta,naufragio in mare eiecti ſumus.Mor-
tuis autem omnibus,vna ego miſera magnis fluctibus iactata in ſaxum eiecta ſum,in
quo cùm liberos viuos inuenturam me ſperarem,in profundum me nõ deieci tum,
cum animum fluctibus moleſtiam parientibus iam obrutum onuſtumq́; haberem,
atq; hoc facile poſsem facere.Vt autem primum illuxit,magna voce clamãs, triſtiſq́;
lamentans,oculos in omnes partes conuertebam,miſerumq; liberorum meorũ ca-
dauera quærebam. Loci incolæ primum miſericordia moti, cùm nudam me vidiſ-
ſent,induerunt: deinde profundum, liberos meos quærentes,ſcrutati ſunt. Quos
cùm minimè reperiſsent,conſolandi mei cauſa mulieres quædam hoſpitalitatis ſtu-
dioſæ cùm acceſsiſsent,ſua quæque mala exponebat,vt ſimilitudine calamitatis ali- H
quam conſolationis partem in meis dubijs rebus inuenirem. id quod dolorem eti-
am meum augebat, animumq́ue meum excruciabat,cum mulierem & aliorum mi-
ſerias calamitateſq́ue audirem. Cumq́ue me multæ in diuerſorium ducere vellent,
pauper quædam huius loci multis verbis & penè vi illata mihi perſuaſit tandem, vt
ad ſe irem, cùm me bono animo eſse iuberet, quòd virum ſuum (nauta autem is
erat) admodum iuuenem in mari perijſse diceret, ſeque viduam cælibem vitam iam
tum inſtituiſse agere viri ſui deſyderio,cùm multi eam rogarent,vt nuberet:fore aũt
cõmunia inter nos ea omnia,quæ manuũ opere parare poſsemus. Quæ cùm illa di-
xiſset,ego, ne lõgiore in his exponẽdis oratione vtar, cùm ea habitaui propter amo-
rem quo virũ diligeret. Nõ multum temporis præterierat, cum & meæ manus mor-
ſibus labefactatæ ſunt,& mulier quæ me receperat,morbo quodã tota occupata, fe-
rè ſine motu domi decubuit.Quoniam igitur miſericordia mulierũ illarũ refrixit,&
ego

A ego atque illa domi calamitate ex æquo oppreſsæ ſumus: hîc, vt vides, victum quæri-
tans ſedeo, quodque mihi ſuppetat, id commune inter me atque illam calamitatis
ſociam facio. Atque hic quidem rerum mearum ſtatus eſt. nunc reſtat, vt tu promiſ-
ſum exoluas, id eſt, remedium his meis malis afferas, vt eius quod dabis, eam cũ qua
habito, queque mortem optat, participem faciam, & ego particeps facta facilius ab
hac vita migrem. Cùm finem dicendi mulier feciſset, Petrus cogitatione ſtare ſuſ-
penſus videbatur. Ego verò cum reſtitiſsem, doctoremque cũ muliere colloquen-
tem offendiſsem: Iam dudum, inquam, circuncurſans te quærebam: nunc quid fa-
ciendum eſt? Petrus autem mihi imperauit, vt in naue manerem. Et quoniam ei qui
ita iuſserat, non licebat repugnare, imperata feci. Ipſe qui, vt mihi omnia poſt expo-
ſuit, leui quadam ſuſpicione animo moueretur, mulierem rogauit, vt genus ſuum
ciuitatẽ, liberorumq́; nomina exprimeret, ſic enim fore, vt præſens remedium ei da-
ret. Illa cum cogeretur, nec vellet dicere, & tamẽ remedium accipere cuperet, calli-
B dè & aſtute pro alijs alia dixit, ſeque Epheſiam eſse profeſsa eſt, virũ, eodẽque modo
trium liberorum nomina expreſsit. Petrus qui eam verum proferre exiſtimaret: Heu
inquit, mulier, me magnum tibi gaudium afferre & nunciare poſse ſperaui, quòd te-
eſse quandã putarem, cuius res auditas plane ſcio. Illa iureiurando eum adegit, roga
uitque vt ea narraret, quo facilius intelligeret, eſsetne alia mulier ipſa infelicior. Pe-
trus tum, qui mentiri neſciret, & alioqui miſericordia erga illã moueretur, id quod
res erat cœpit dicere, ſibi eſse adoleſcentẽ, qui ſermones de Dei cultu & religione
audire cuperet, & romanus eſset, qui ſibi narraſset, patrem ſe habere, & geminos
fratres, quorum neminem videret. Matrem enim ſuã, quẽadmodum ei pater narra-
re ſolitus eſset, viſam eſse audire per quietem, aliquem qui eam moneret, vt ex vrbe
Roma cum geminis ad quoddam tempus exieret, ne infelici morte occumberet:
eamq́ue cum exierit cum eis nunc minimè reperiri. Eius etiam virum, huius autem
patrem, cum eorum quærendorum cauſa egreſsus eſset, non inueniri. Cùm hæc Pe-
C trus dixiſset, mulier quæ his animũ intendiſset, ſtupore exanimata eſt. Petrus cum
eam ad animi attentionem hortatus eſset, quidnam eſset quod ei accidiſset, roga-
bat: cum illa, quaſi ex ebrietate ſobria animũ ſumens, trito ore, vbi eſt, inquit, vbi in
uenis quem narras? Ipſe qui rem cognitam haberet, eam vt primũ ſecum loqueretur
monebat, quod aliter eum videre non poſset. Tũ illa celeriter: Ego, inquit, adoleſ-
centis ſum mater, atque ei Clemẽti nomen eſt. Is ipſe eſt, Petrus inquit, ipſe eſt atque
is erat, qui paulò antè huc acceſsit, meque conuenit, quẽque in naui remanere iuſsi
Illa ad pedes Petri ſe proijcit, eũq́; rogat, vt ad nauẽ properarent. Petrus ſe hoc factu-
rum eſse reſpondet, ſi pacta ſeruaret. Mulier ſe paratam facere omnia dicit dũmodo
ſibi filium vnigenitum oſtenderet. Hoc enim viſo, mihi, inquit, etiam duos meos
qui hic ſunt mortui, videre videbor. Sed cũ eũ, Petrus inquit, videbis, quieſce, dum
ex inſula exceſſerimus. Eius tum accepta manu, eã ad nauem duxit. Ego verò cum
cum mulierem manu ducentem animaduertiſſem, riſi primum: deinde cum hono-
D ris cauſa ei obuiam prodijſſem, eam manu cœpi ducere: ipſa verò ſimul atq; eius ma-
nũ contigiſſem, magna voce, vt mater clamauit, meque complexa vehementer, vt fi-
lium ſuũ oſculata eſt. Ego qui rei ignarus eſſem, vt amentem repellebam: Petrúmq;
verens, iraſci cœperam, cũ ille: Sine, inquit, Clemens. quid enim facis, qui eã quæ te
peperit, & edidit, repellas? Quod cũ audiuiſſem, os lachrymis oppletum fuit, paren-
tiq; deprimenti ſe, ego quoq; ad terram corruens oſculũ tuli. Etenim ſimul atq; ver-
bum illud prolatũ eſt, formã recordando leuiter agnoui. Ac magnus quidem homi-
nũ concurſus fiebat videndæ rei inuſitatæ atq; nouæ gratia, omnibuſq; hoc in ore
verſabatur: Quomodo ita demũ vir tantus mulierẽ quæ victũ quæritaret, matrẽ ſuã
agnouit. Cũ ex inſula cũ matre exire vellemus, ipſa me monuit, vt ei mulieri quæ ip-
ſam recepiſſet, cõſuleremus: quæ cũ pauper eſſet, & omnibus opibus deſtituta, domi
ſuæ decũberet. Petrus qui hæc audiuiſſet vna cũ multis qui aderãt mulieris prudẽti-
am admiratus eſt: ſtatimq́; nonnullos ire iuſsit, qui eã in grabbato portarẽt. Ea cùm
illata

illata eſſet, grabbatum poni iuſsit, ipſe in conſpectu omnium: Si veritatis, inquit, E
præco ſum, confeſtim ſurgat ſalua & incolumis ad fidem eorum qui circunſtant, vt cognoſcant Deum vnum eſſe, qui mundum effecit. Vt primum finē dicendi feciſſet, mulier ex grabbato ſurrexit, & ad Petri pedes ſe proiecit. Deinde cùm ſociæ & amicæ oſculum tuliſſet, quid hoc rei eſſet, quærebat. Illa oēm ei rem agnitionis ordine narrauit, ex quo ij qui audierunt, obſtupuerūt. Mater mea, quæ hoſpitam nec opinato ſaluam & incolumem redditā vidiſſet, tum rogare, vt ipſa quoq; curaretur, cœperat: cū Petrus manu indita & impoſita, ei priſtinā valetudinē reſtituit. Tum verò de Dei cultu & religione diſſeruit, quam orationē ita concluſit, vt moneret, ſi quis ea planius vellet cognoſcere, Antiochiam proficiſceretur, vbi cōplures dies manere ſtatuiſſet. Si enim negociationis, inquit, vel militiæ cauſa, & domos relinquere, & magnos labores ſuſcipere, ac perferre minimè dubitatis, æternæ vitæ cauſa ne tridui quidem viam ſuſcipere ac conficere in animum inducetis? Hæc cum dixiſſet, finem dicendi fecit. Iam verò cum ei mulieri quæ curata fuerat in conſpectu multitudinis F
hominum, mille drachmas ad victū dediſſem, eamq́; viro bono cuidam primario ciuitatis ſuæ collocaſſem, qui hoc pro ingenio ſuo lætus facere voluiſſet: & præterea plerisq; alijs quæ aliquando matri ſolatio fuiſſent, argentū erogaſſem, Deoq́; gratias egiſſem, cum Petro, matre, alijsq́; ſodalibus Antaradum nauigaui: atq; ita in diuerſorium nos recepimus. Cum aūt eodem in loco eſſemus, ſumptoq́; cibo, tempus etiam protraheretur, Petro dixeram, matrē humanitatis opus ac munus præſtitiſſe, quę hoſpitæ mulieris memor fuiſſet: cùm ille à me quęrere cœpit, num matrem verè humanitatis opus feciſſe exiſtimarē, quòd gratiam ei quę ipſam ex naufragio recepiſſet, retuliſſet, an vt à matre gratiā inirem, hoc dixiſſem. Si non vt à matre gratiā inirem, ſed quòd verum faterer, dixiſſem, dicebat me ſibi videri ignorare quænam eſſet humanitatis magnitudo, quis ſit amor in quemlibet qua ex parte homo eſt, eo remoto quod natura moueat, quin ne eam quidem quæ parentem meam ex naufragio domum ſuam recepiſſet, humanitate vſum ſe velle aut poſſe dicere. *Miſericor-* G
dia enim mota & impulſa fuit, vt bene mereretur de muliere quæ naufragium perpeſſa eſſet, quæ liberos lugeret, quæ peregrina, nuda, deſerta eſſet, incommodisq́ue vehementer angeretur. In tot ac tantis calamitatibus quis non etiam barbarus & à religione cultuq; Dei alienus, cum vidiſſet, miſericordia in eam affectus fuiſſet? Ex quo apparet non humanitatis officium etiā hoſpitam mulierē ei præſtitiſſe, ſed miſericordia ob calamitates ad bene de ea merendū permotam fuiſſe. Nā matrem meam cui vita ſuppetiuiſſet, hoſpitæq́; gratiam retuliſſet, nō humanitatis, ſed amicitiæ functam eſſe munere. Multum autem inter amicitiam & humanitatem intereſſe, quòd amicitia ex beneficio, aut gratia quæ refertur oriri ſoleat, humanitas autem ſublata omni re quæ naturæ inſtinctu ſuadeat, de omni homine, quia homo ſit amore ducta bene meretur. Quòd ſi ea hoſpita quam miſericordia incitauiſſet, etiam hoſtibus qui iniuriam ei intuliſſent, miſericordia permota ſubueniret, humanam eam futuram. Sin ex eo quòd amica, vel inimica eſſet, aut amica eiuſmodi, non hominis amicā eſſe H
aut hoſtem, ſed alicuius qui cauſa & auctor eſſet. Tum ego. Non ergo tibi, inquam, videtur humana eſſe etiam hoſpita, quæ peregrinæ quā non noſſet, ſubuenerit? Miſericordem, inquit ille, eam appellare didici, humanā non auſim dicere: tum ne matrem quidem tuā amantem liberorum. Dolores enim & educatio eam impulerunt, vt amaret. Vt enim is qui fœdū amorem ſequitur, cōſuetudine ductus aſſentatur, & amicus gratia: ſic miſericordia præditus vir, rebus aduerſis moueri ſolet. Quanquam vicinus eſt humano is qui miſericordia eſt præditus, quòd detracta omni ſpe quęſtus aut gratiæ, ducitur ad bene merendum, ſed tamen non eſt idem humanus. Cum ab eo quærerē: Quibus ergo in factis atq; officijs humanus verſari poſſet, ille: Quoniam, inquit, cupere te video audire quódnā ſit humanitatis munus, non dubitabo dicere. Humanus is demū eſt, qui & inimicis placatꝰ eſt, & eis qui bene meriti ſunt, beneficia defert. Hoc ita eſſe planè intellige: humanitas mihi ex duabus partibus cōſtare videtur,

Non ſunt in VII. Recognitio.

A tur,quarum vna miſericordia eſt,altera in proximum charitas.Proximus eſt aūt ho-
mini homo quilibet,non ſolum vnus eſt homo.Nam & malus homo eſt, & bonus,
& inimicus,& amicus.Ergo qui humanitatem excolat,is imitari Deum debet, bene
merendo de iuſtis & iniuſtis,quemadmodū Deus ipſe facit,qui in hoc mundo ſolem
ſuū,& pluuiam omnibus impertit.Quòd ſi probos afficere bonis velis,improbos au
tem ſupplicijs,iudicis officium & munus conaris exequi.Hîc,ego:Quid,inquam,an
nō Deus qui tum iudicaturus eſt,quemadmodū nos doces, humanus eſt? Repugnā-
tia,inquit,dicis.Quoniam enim iudicat,eſt humanus.Cùm enim eos qui iniuria af-
fecti ſunt,amet,eorumq; miſereatur,in eos qui alijs iniuriam fecerunt, animaduer-
tit.Cùm ex verbis illius concluderem, me quoq; humanum eſſe,ſi & probos bonis
afficerem,& de eis qui iniuriam inferrent,quà ex parte iniuriam intuliſſent,ſuppli-
cium ſumerem,tum ille: Si,inquit,poſtea quàm prænotionē haberes, tibi mandare-
tur ac permitteretur iudicandi poteſtas,tum rectè id faceres:quòd ex eo quòd pote-
B ſtatem accepiſti,condemnares eos quos Deus effecerit: prænotione aūt fretus,mi-
nimè peccares iudicādo,iuſtos quidē abſoluendo,cōdemnando improbos. Id quod
res eſt,inquam,& præclarè dicis.Fieri enim non poteſt,vt is in quo nulla ſit cogni-
tio,rectè iudicet.Interdū enim nonnulli boni videntur, qui nefarij ſceleribus clam
ſe contaminant: nōnulli vero qui boni ſunt, criminatione hoſtiū, improbi haben-
tur. Nec ſi quis cui detur poteſtas habendæ quæſtionis & exercendæ,iudicet, pro-
ptereà rectè iudicare poſsit.Aliqui enim qui cædem fecerunt, cū poſtea tormētis ab
eis veritas exquiſita eſſet,vt inſontes dimiſsi abſolutiq; ſunt.Alij rurſus cum innocē-
tes eſſent,& in quæſtionē poſtulati,tormenta perferre non poſſent, ob eāq; cauſam
mentiti eſſent ſuo damno,vt culpæ affines affecti ſunt ſupplicio. Tum Petrus: Hæc
etiam honeſta ſunt,inquit: ſed maiora audi.Nonnulli homines cum peccant vel re-
ctè faciunt: tum eorū quæ faciunt,alia ipſorū propria ſunt,alia etiam aliena. Aequū
eſt autē pro ſuis quenq; ac proprijs peccatis ſupplicijs affici,vel pro rectè factis præ-
C mia conſequi. Nec fieri poteſt vt alijs, niſi propheta,qui res futuras prænoſcit,eorū
quæ à quopiam geſta ſunt,planè cognitū habeat,quæ eius propria ſint, quæ nō ſint:
Velim,inquam,à te diſcere,quæ ſcelera propria ſint,quæq; aliena. Ad hæc Petrus ita
reſpondit: Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius dixit, Bona euenire oportere,
beatumq; eum per quē euenirent: itemq; mala neceſſe eſſe euenire, ſed miſerū eum
eſſe,cuius opera euenirent.Quòd ſi improborū opera & diligentia,mala,& per bo-
nos bona eueniunt: vnicuiq; adeſſe oportet ſiue bona ſiue mala geſſerit, vt id etiam
quod à Spiritu dictū eſt: Qui pro ſuis cuiq; factis tribuet,omni ex parte ac ſine con-
trouerſia verum ſit.Sed is qui virtutē penitus ſibi vendicauit ac peperit, inimicos etiā
& hoſtes,quēadmodum Chriſtus præcepit,diligere debet:& prætereà pro eis preca-
ri,& de conuiciatoribus benedicere,& calumniatoribus cōcedere,ac ignoſcere. Sic
enim diligens præceptorum cuſtos erit, & cum omniū peccatorum venia ob proxi-
mi charitatē abibit.Hæc cùm audiſſem:Multa, inquā, fieri poſſunt: at vt de inimicis
D & hoſtibus quiſpiam bene mereatur, eorum calumnias oēs æquo animo ferendo,in
hominū natura ſitum eſſe poſſe nō exiſtimo.Scitè,inquit,ac præclarè à te reſponſum
eſt.Nā cùm immortalitatis cauſa ſit humanitas, magno datur.Si quis enim hoc per-
ſuaſum habeat,hoſtes qui male de ijs,quos oderunt, merentur, æterni ſibi ſupplicij
liberationē quærere,eos æquè ac munificos charos habebūt.Aliter enim nemo huic
præcepto parêre poteſt,niſi vehemēter Deū diligens, eius timore ducatur.Ait enim:
Initium ſapiētiæ Domini timor.Qui aūt illius timori inſtitutus fuerit, & in eo quaſi
educatus,is omnino ad charitatē perueniet,eodemq; loco proximū, quo ſe ipſe ha-
bebit.Cum finem dicendi feciſſet,adueſperaſcebat,tumq; cubitum iuimus.Cum il-
luxiſſet, Petrus ingreſſus, Clemens, inquit, cum Matthidia matre, & mea vxore in
curru conſideat. Viam eam quæ Balaneas ferebat, tenebamus, cum mater quærit à
me, qui pater valeret, eique eum ad eam quærendam & liberos geminos Fauſti-
num ac Fauſtinianum exiſſe, ex quo tempore non ſit inuentus, meque eum mor-
tuum

tuum exiſtimare,vel naufragio,vel in via,vel vi doloris. Hæc cum illa audiſſet,obor- E
tis lachrymis ingemiſcere cœpit, & mœrore confici: quanquam ego quem inue-
niſſet,magnam ei conſolationem afferebam. Balaneas cum appuliſſemus, poſtridie
Paltam venimus,atque inde Gabalam,in ſequenti die Laodiceam,vbi pro portis Ni-
ceta & Aquila nobis fiunt obuiam,oſculoq; dato,nos in diuerſorium ducunt. Pe-
trus qui illud oppidum magnum & clarum videret,operæpretium eſſe dixit,nos in
eo aliquot dies commorari. Hic Niceta & Aquila à me quærebant,quænam ea eſſet
peregrina mulier. Cum matrem meam reſpondiſſem,quam Dei conceſſu ac mune-
re Petri domini mei opera agnouiſſem, Petrus,eis ſummatim ac breuiter omnia &
quæ ex matre audiuiſſet,& quæ ex me cognouiſſet,expoſuit,de confiƈto ſomnio,de
naufragio in naui vnà cum liberis,quemadmodum pater quærendæ vxoris atque ge-
minorum eius liberorũ cauſa, profectus domo, adhuc ignotus fuiſſet, naufragioq;
perijſſet. Cum hæc ſummatim à Petro commemorata eſſent, Niceta & Aquila ro-
gare cœperunt,itane res eſſet,an ſomnium narraret. Cumque id verum eſſe niſi ipſi
dormirent, confirmaſſet, aliquandiu conſtiterunt primum, deinde quaſi cogita-
bundi,ſe Fauſtinum & Fauſtinianum eſſe dixerunt,ſeque cum illa Petrus narraret
mutuo aſpectu magnam de eis coniecturam feciſſe,num ea quæ dicerentur,ad ipſos
pertinerent,quòd multa ſimilia in vita vſuuenire reputarent:itaque animis titubã-
tes tacuiſſe. Tandem verò concluſa oratione: Quoniam,inquiunt,vidimus & pla-
nè cognouimus ea quæ commemorantur, ad nos pertinere, nunc demum nos de-
clarauimus. Quæ cũ dixiſſent,cum lachrymis ad matrẽ ſe conferre ceperunt: quam
cum dormientem offendiſſent,eàmque complecti vellent, Petrus eos prohibuit,mo-
nuitque vt ſe ab ipſo ad matrem adduci paterentur, ne forte magno ac repentino
gaudio in animi ſtuporem incideret:præſertim cũ dormiret,& ſpiritus in ea vi ſom-
ni ceſſaret. Cum vero ſomni ſatietas matrem cepiſset, experrectaque eſſet primum
de Dei cultu ac religione apud eam diſſeruit his verbis: Volo te mulier, noſtræ fidei
certitudinem cognoſcere. Deum enim vnum colimus,qui cælum & terram,& eum G
mundum quem cernis effecit:eiuſque legi paremus,quæ in primis hoc continet,vt
eum vnum colamus,eiusque nomen ſanctũ reddamus,vt parentes amemus, & tem-
perantes ſimus,vitamque agamus ab omni reprehenſione & crimine liberam & ſo-
lutam,nec ad menſam gentium adhibeamur,propterea quod impuram & inquina-
tam vitam traducant. Cùm autem eis perſuademus,vt ea quæ vera ſunt,& ſentiant
& faciant,ſacroque lauacro dignos eos cenſuimus, quod in beatiſsima quadam ap-
pellatione & inuocatione conſiſtit: tum denique vna cum eis etiã veſcimur. Alio-
qui ne ſi pater quidem ſit,aut mater,aut coniunx,aut filius,aut frater,aut quiuis ali-
us,quem nobiſcum naturalis amor coniunxerit, cum eo cibum capere nobis licet.
Hoc enim fidei delectu facimus. Noli igitur contumeliæ loco ducere,quod nunc fi-
lius tuus tecum cibum minimè capiat,dum tu idem quod nos & ſentias & facias. Il-
la his auditis,Quid impedit,inquit,quo minus hodie vitali aqua expier? quæ etiam H
antè quàm te vidiſſem,eos Deos qui feruntur auerſata ſim, hac tali ratione ducta,
quod cum multa ferè quotidie eis immolarem,in dubijs & afflictis rebus mihi non
affuerint. De ſtrupro autẽ quid attinet dicere? cum nec locupletẽ me delicijs atque
luxu delinitã eò fraude pellexerint,nec paupertas quæ poſtea me oppreſsit, eodem
me deſcendere coëgerit? quippe cum continentiam ac temperantiã,vt magnã pul-
chritudinẽ vendicarem,pro qua conſeruanda in tantum caſum deueni. Sed te igno-
rare non arbitror,Domine mi Petre,magnã cupiditatem ac libidinẽ ex voluptate &
ſecundis rebus naſci. Hinc ego quæ in ſecundis rebus & ocio moderarè me geſsiſ-
ſem,in aduerſis,me voluptatis conſtringendam non tradidi. Quin ne hoc quidem
tempore animum meum à mœrore vacuum exiſtimare debes,etſi aliquã ei conſola-
tionem Clementis mei agnitio attulit. Exanimatio enim,quæ quaſi ex contraria
parte propter duorum filiorum amiſsionẽ obrepit,hoc etiam paruum gaudium ob-
ſcurat. Neque ænim tam me angit eorum in mari interitus quàm quòd ſine Dei re-

ligione

A ligione vnà cum animis eorum etiam corpora perierunt. Eorum vero pater, idemque vir meus, quemadmodũm à Clemente certior facta ſum, cum quærendi mei ac liberorũ cauſa exiſſet, his tot annis viſus non eſt: idemque planè exceſsit è vita. Nam miſer cum me continentia ductus amaret, amans etiam erat liberorum. Hinc ſenex qui nobis omnibus quos vnicè diligebat, careret, maximo angore interijt. Hæc cũ mater diceret, liberi qui eadem audirent, nón iam ex Petri monitis diſsimulare rem potuerunt, ſed conſurgentes tum, & eam complexi ſunt, & cum lachrymis ei oſcula tulerunt. Ob eamque rem illa conſternata præ ſtupore & ignoratione quid hoc ſibi vellet, rogàbat, cum Petrus: Fortem, inquit, animum, mulier, præſta, vt liberis tuis libenter fruare. Hi enim ſunt Fauſtus & Fauſtinianus, quos tu in profundo perijſſe commemorabas. & pro quibus luctus à te ſuſceptus, vitam tuam nõ vitalem reddebat. Cur autem vnus eorum Niceta, alter Aquila vocetur, ipſi dicant ac doceant Cùm peroraſſet Petrus, mater nimio gaudio completa, aliquamdiu animum amiſit.
B Cùm verò eum recepiſſet, & quaſi ſui compos facta eſſet: Liberi mei, inquit, optatiſsimi, liberi ſuauiſsimi, liberi cordis mei ardores, narrate mihi quæ vobis acerba illa nocte acciderunt. Niceta ſtatim oratione repetita, ita locutus eſt: Dirupta ac diſſoluta naui, vt ſcis mater, nos quidam in profundo qui prædas agere non deterrentur cum cepiſſent, impoſitos ſcapham, remis incitatis Cæſaream Stratonis duxerunt. Ibi vehementer fame confectos, & prætereà admodum egentes, ne quid timerè & quod eis minimè videretur, loqueremur, illi mutatis nominibus ſeruorũ numero miſere nos vendiderunt. Mulier autem quædam quæ apud Iudæos aduena erat, valde clara, Iuſta nomine, emptos nos pro liberis ſuis habuit, omnibusque Græcorum diſciplinis ſtudioſè erudiuit. Nos cùm per ætatem ſaperemus, & religionem amauimus, & doctrinam tanto ſtudio excoluimus, vt cum cæteris nationibus diſputantes eorum errorẽ refellere poſſemus. Ea etiam quæ Philoſophi tradunt, accuratè euoluimus, præcipuè ea quæ à Dei religione maximè aliena ſunt, cuiuſmodi, ea ſunt quæ
C Epicuri & Pyrrhonis feruntur, quo magis etiam poſſemus reprehendere. Cùm autem cum Simone quodam Mago educati eſſemus, periculũ fuit, ne amicitiæ nomine captaremur. Sed hæc tibi mater, alias commodius atq; diligentius commemorabuntur. Verum cum futurum eſſet, vt à Simone in errorẽ impelleremur, collega quidam domini noſtri Petri, Zacchæus nomine, nos monuit, ne Simoni aſſentiremur. Cum Petrus interueniſset, ad eum nos adduxit, vt nobis maiorem fidem faceret, eorũ quæ de Dei religione in controuerſiam veniebant. Itaque precamur, mater, vt quorum nos bonorum poſseſsionẽ adepti ſumus, tu quoque eorum fias particeps, vt cõmuni ſale & menſa vti poſsimus. Atque hæc quidem cauſa eſt, cur tu nos in mari perijſſe exiſtimares. Cùm Fauſtinus finem dicendi feciſſet, mater noſtra ſe ad pedes Petri proiecit, petens maiorem in modũ, vt ſe atque hoſpitam ſuam accercitam baptizaret Ne inquit, vlla dies prætereat, ex qua meos liberos recepi, in quo non cũ eis cibum capiam. Cùmque nos eadem quæ mater, rogaremus, Petrus, Quid putatis? inquit
D egone vnus à miſericordia alienus ſum, quòd vos cum matre cibum capere ea hodie aqua vitali expiata nolim? non ita eſt, ſed antè quam baptizaretur, vel vnius diei ieiunium ſeruet neceſſe eſt, præſertim cum quædam etiam pro ſe locuta fuerit mater. Nam ſi hoc non fuiſſet, certe multorum dierum ieiunio ei opus fuiſſet ad expiationem Roganti mihi, Quidnã mater locuta, fidei ſuæ ſpecimen edidiſſet, ipſe reſpondit, ſatis eſſe eius illam poſtulationem qua vt hoſpita ſecum baptizaretur, oraſſet. Hoc enim vt daretur ei quam charam haberet, te nunquam poſtulaturam fuiſſe, niſi ipſa antè, vt ad magnum baptiſmi munus percipiendum, parata veniſſet. Itaque multos ſe damnare & improbare poſſe dicebat, qui cum ipſi vitali aqua expiarentur, & ſe credere profiterentur, nihil tamen fide dignum facerent: neque eos quos habent chariſsimos, vxores dico, liberos, & amicos, ad hoc cohortentur. Si enim Deum, inquit, in baptiſmo vitam æternam cum præclaris actionibus dare crederent, profectò eos etiam quos amarent, ad baptiſmum adhortarentur. Et enim vt cum eos quouis

morbo afflictari cernunt, aut deduci in mortis diſcrimen, aut eis alia grauia & acer- E
bitatis plena euenire, grauiter acerbeque ferunt, & miſericordia permouentur: ita ſi
credidiſſent æternum ignem manere eos qui Deum nō colant, monendi finem non
facerent, aut etiam cum à fide abhorrentes vident, lachrymari eorum cauſa graui-
terque dolere eorum vicem non deſiſterent. Iam hoſpitam accerſitam rogabo, num
legem noſtram amare inſtituerit, & ita deinceps quæ agenda ſunt, agemus. Mater
autem veſtra, quoniam fide prædita eſt & parata ad baptiſmum, antè quam aqua vi-
tali expietur, vnius diei ieiunium ſeruet. Illa autem iurabat, ſe, cū ei mulier, id quod
ad agnitionem pertinebat, exponeret, duobus ſuperioribus diebus ob ingentem læ-
ticiam cibum non cepiſſe, niſi pridie paulum modo aquæ: cuius iuriſiurandi cum
Petri etiam vxor teſtis eſſet, confirmaretq; nihil eam guſtaſſe: Aquila nihil iam im-
pedimento eſſe dixerat, quominus ipſo die illa baptizaretur, cum Petrus illud ieiu-
nium baptiſmi eſſe negaret, quoniam non eius cauſa ſuſceptum fuiſſet. Tum Fauſti-
nianus, Fortaſſe, inquit, Deus cū vellet matrē noſtrā nullo die à menſa noſtra ſecer- F
ni, poſteà quā nos agnouit, ieiuniū ante inſtituit & procurauit. Vt enim in ignorati-
one continentem ſe præbuit, fecitque quod veritas poſtulat: ſic nunc etiam Deus
fortaſſe hoc prouidit, vt ea vnius diei occupatione, in ignoratione ea quæ ad verum
baptiſmū pertinent crederet, vt à primo die quo nos agnouiſſet, nobiſcum vna ci-
bum capere poſſet. Ad hæc Petrus, Ne vos, inquit malitia vincat, quæ cauſam inue-
nerit prouidentiā, & matris amorem: ſed vos potius, & ego vobiſcum hodie in ieiu-
nio perſtemus, & cras baptizabitur. Huic Petri orationi omnes aſſenſi ſumus Matu-
rius autem multo poſtridie mane ſolito Petrus experrectus ad nos ingreſſus eſt, iuſ-
ſitq; Fauſtinū, Fauſtinianum, meq; vnà cum familiaribus ſe ſequi, vt cum ad locum
maris qui opertus eſſet, perueniſſemus, ea quæ ad baptiſmū neceſſaria ſunt prępara-
remus. Cum ad littus ventum eſſet, inter ſaxa quædā quę tranquillum & mundū lo-
cum ſuppeditabant, eā Patris, Filij, Spiritusq; ſancti nomine baptizauit. Nos verò &
omnes qui nobiſcū aderant, mulierū cauſa ſeceſsimus: deinde mulieres Petrus pro- G
pter multitudinē alia via in diuerſoriū præmiſit, cùm nobis vnis ex viris, imperaſſet
vt cùm matre atq; his eſſemus. Cum ad diuerſorium ventum eſſet, cū operientes in-
ter nos ſermonē conferebamus. Petrus cū ſatis diu poſt veniſſet, panē acceptū actis
gratijs conſecrauit, fregit, primoq; matri porrexit, deinde nobis filijs: & ita cum ea
cibum cepimus, Deumque qui cibum atque alimentū dat, laudauimus. Tum Petrus
qui multitudinē ingreſſam cerneret, cū ſediſſet ipſe, noſque aſsidere iuſsiſſet, expone
Ex VIII. bat, qua ratione ductus, nobis poſt baptiſmū præmiſsis, ipſe ſerius veniſſet. Cauſam
Recog. Sed autem hanc eſſe dicebat: Simul atque vos, inquit, à me diſceſsiſtis, ſenex quidā opera-
ſic ea refe- rius interuenit, qui ſe ipſe occulens, vellet cernere, nec ipſe videri. Is cum obſeruaret
runtur vt nos, quemadmodum ipſe nobis poſtea commemorauit, vt intelligeret, quidnā tum
connectur cum in abdito illo loco eſſemus, ageremus, clam exijt & ſecutus eſt. Deinde in op-
hiſt. plera- portuno loco, ad me acceſsit, quē cùm, iam pridem te ſequi, inquit. & conuenire vel-
que etiam lem, verebar, ne mihi vt curioſo ſuccenſeres. Nunc verò ea quæ vera mihi videntur H
aliter illic ſi vis commemoro. Cùm reſpondiſſem, per me ei licere dicere quod ei præclarum &
omnia la- honeſtum videretur, noſque cum approbaturos, etiam ſi verè non honeſta & præ-
tius. clara eſſet illius oratio, præſertim qui egregia voluntate id quod ipſi honeſtum vide-
retur, dicere voluiſſet, ipſe ita exorſus eſt: Cum vos ad mare ablutos in locū abſtru-
ſum & abditum ſeceſsiſſe viderem, acceſsi propius, clamque ſpectabam quidnam in
obſcuro ageretis. Cumque vos comprecantes vidiſſem ſeceſsi, ac pro ea miſericor-
dia, qua in vos permoueor, reſtiti, vt vobis ſuaderem, ne in errore verſemini. Nam
neque Deus eſt, prouidentia, ſed ortui, natalique diei cuiuſque omnia obediunt at-
que ſubijciuntur, quemadmodum ego ex ijs quæ mihi aduerſa acciderunt, planè
mihi perſuaſi, explorata iam pridē diſciplina. Noli ergo in errore verſari. ſiue enim
precere, ſiue non precere ea quæ ab ortu inſita ſunt, tibi certè euenient. Preces enim
ſi quid poſſent aut bonis afficere, ipſe in præſtantiſsimis haberer. Ac nunc niſi te fal-
lit

A lit hæc vilis & abiecta tunica mea, nō derogabit fidem meæ orationi. Cum ego florentem aliquando vitam agerem, ſecundaque fortuna vterer, multa & dijs immolabam, & egentibus largiebar, & tamen nec precibus, nec cultu religioneque Deorum fatum effugere potui. Cùm quærerem quæ ei accidiſſent, ita reſpondit, Nihil inquit, nunc attinet dicere: fortaſsis autem tandem audies quis ſim ego, & ex quibus natus, & in quæ vitæ diſcrimina deductus, ſim. Nunc hoc docere volo, ortui naſcentium ſubijci ac parere omnia. Tum ego, Si ortui naſcentium ſubijciuntur omnia, idque ita eſſe tibi perſuaſiſti: aliud ſentis, & aliud quod illi contrarium eſt, conſulis. Si enim contra ortum & fatum ne ſentire quidem ac ſapere licet, quid fruſtra in eo operam ponis, vt nobis faciendum cenſeas, quod euenire ac fieri omnino non poteſt? Atqui ſi ortus cuiuſque dominatur, noli dare operam, vt mihi perſuadeas ne aſtrorum dominum colam, qui ſi velit non euenire nec fieri, euenire non poteſt. Semper enim id quod ſubeſt ei quod dominatur, neceſſe habet parere. Colere aūt
B eos Deos qui habentur, ſato & ortu dominante, ſuperuacanium eſt. Neque enim præter id quod fato videtur, quicquam fit, aut euenit: neque ipſi quicquam facere poſſunt, cum ſuo quiſque ortui generali ſubijciantur. Hæc cum inter nos diſputaremus, magna hominum multitudo acceſsit, tumque Petrus eum intuens, ita locutus eſt: Ego & populus meus accepta à maioribus Dei religione, præceptoque ne ortui crederemus, diſciplinæ dico mathematicorum, ob eam cauſam non in ea verſatus ſum. Itaque aſtrologiam non didici: quæ autem didici exponam. Hoc enim ſtatuo & profiteor, Dei prouidentia adminiſtrari omnia, & vnumquenque pro ijs quæ gerat, honorem vel ſupplicium eſſe reportaturum. Vtrum autem hoc tempore, anne poſtea, nihil ad me, niſi quod omnino vnuſquiſque fructū capiet eorum quæ geſſerit. Docere autem non eſſe ortum aut fatum his licet, Si quis eorum qui ad ſunt oculis captus ſit, aut mutilam manum habeat, vel claudicantem pedem, vel aliquid aliud in corpore, quod à medicis curari non poſſit, nec ab aſtrologis, quoniam
C à longo ſeculo & ab omni æternitate nihil tale accidit & ego cum à Deo precatus fuero, medicinam afferam: hoc ſi, vt dixi, factū ſit, an non errant & peccant ij qui omnium rerum effectorem Deum iniuria & contumelijs afficiunt? Cùm ſenex quæſiuiſſet, contumelijſne eſſet vexare, aſſerere ortui & fato parere omnia: ego apertam contumeliam eſſe dixi. Si enim inquam, omnia hominum pecccata, ſi impia ſcelera ſi flagitia ab aſtris, vt ais, proficiſcuntur, & à Deo præſcriptum eſt, vt hæc ſydera faciant, vt grauia & triſtia omnia efficiant: profecto omnium homnum ſcelera in eum omnino conferuntur, qui ortum & fatum aſtris attribuit & affinxit. Senex tum, verum, inquit loqueris, ſed omni tuæ neceſſariæ concluſioni, cui ſimilē eſſe poſſe non video, mea repugnat conſcientia. Ego enim qui aſtrologus ſum & Romæ primùm habitaui, deinde coniunctus fui amicitia cum quodam qui genere ad Cæſaream attinebat, eius atque coniugis ortu ac fato probè notis, cognitiſque & inſpectis eorū actis, quę eorū ortui & fato reſpōderent, vna tua tantū oratione adduci nō poſſum,
D tibi vt aſſentiar. Erat enim ipſius ortus affectio temperatioq; eiuſmodi, vt adulteras amore inſano ad ſeruorum cōſtruprationē impelleret, & in peregrinatione, in qua interirent. quod etiam ita accedit. Cùm enim capta eſſet ſerui ſui amore nec vituperationem ac dedecus ferre poſſet, alio neſciò quò fugit eique nupſit, atque in mari ſubmerſa eſt. Cùm quærerem qui ſcieret eam cùm fugiſſet, in alia regione ſeruo nupſiſſe primum, deinde cùm nupſiſſet, interiſſe: ſenex ſe certò ſciere confirmat, nō quòd nupſiſſet, cùm nec eam amaſſe quidem ſcieret, ſed poſt eius diſceſſum, inquit viri eius frater omnia mihi de illius amore narrauit ſeq; qui clarus eſſet, & præterea frater, nuptias contaminare noluiſſe, quanquam illa infelix ſimul & vellet, & ipſum vereretur, atque ignominiam, Neque enim eſt quamobrem querar eam ortu & fato coactam hæc & facere & perpeti. Somnium verumne an falſum finxerint, non queo dicere. Commemorabat enim idem meus frater, eam dixiſſe, per quietem ſibi viſum eſſe qui iuberet ipſam quàm primum cum liberis Roma excedere. Vir autem

Ex IX. Recognitone, pag. 133.

qui eam cum filijs ſaluam eſſe cuperet, primo quoque die eos Athenas erudiendos E miſit vnà cum matre atque ſeruis, retento apud ſe tertio filio, quòd oraculum diuinum eſſe cum eo ſciuiſſet. Cum longum tempus præteriſſet, ex quo nullas accepiſſet ab ea literas, cum interea ſæpe Athenas miſiſſet, me ſibi adiuncto comite, vt qui ei omnium eſſem fidelisſimus, eius quærendæ cauſa profectus eſt. Ac multarum quidem calamitatum & periculorum in profectione me illi ſocium participemque præbui, quod mihi in mentem veniret, ab eo veteris felicitatis ſuæ me vnum ex omnibus ſocium habitum, tum ei chariſsimus ex omnibus amicis eſſem, Romaque ipſa cum nauigauiſſemus, tandem in hæc Syriæ loca peruenimus: atque ille quidem non ita multò poſt rerum meliorum deſperatione exceſsit è vita. Ego autem qui huc veni victum opere manuum adhuc paro. Hæc cũ ſenex dixiſſet, Petrus, Cum, inquit, cum ſenem quem iſte diceret, ex eius oratione, patrem veſtrum eſſe intelligerem, cum eo ſermonem prætereà habere nolui, dum vobiſcum communicarem, niſi quód cum ex eo quæ ad illius profectionem pertinebant, cognouiſſem maioris fidei cauſa, hoc F tantum quæſiui, quod eſſet ſeni nomen, quod geminis filijs, quod tertio & matri. Cum reſpondiſſet ſingillatim & ordine, Fauſto, Fauſtino, Fauſtiniano, Clementi, & Matthidiæ, & miſeratione ductus, oppleui lachrymis os meum, dimiſſaque multitudine ad vos me contuli, vt poſtquam de alijs rebus vobiſcum egiſſem, de ijs etiam communicarem. Ante prandium autem hæc exponenda vobis non cenſui, ne dolore victi in baptiſmi die, ex quo etiam angeli læticia afficiuntur, lugeretis. Cum hęc Petrus diceret, nobis omnibus atque matri obortæ ſunt lachrymæ. Ipſe qui lachrymantes nos cerneret, Nunc, inquit, vnuſquiſque veſtrum metu Dei adductus, ea quæ à me commemorata ſunt, forti generoſoque animo ferat. Non enim hodie pater veſter exceſsit è vita, ſed iampridem, quemadmodum vos coniectura ducti expoſuiſtis. Hanc Petri orationem excepit mater, quæ non ferens dolorem, cum magno clamore, Heus tu, inquit, vir, quam tibi chari eramus. Is iudicio ille quidem à vita migrauit, nos autem qui viuimus, lucem aſpicimus, & cibum interim capimus. Non- G dum illa hunc vnum clamorem abſoluerat, cum ſenex ingreditur, eodemque temporis puncto, quo clamoris cauſam quærere vellet, conſpecta vxore, Quid, inquit hoc eſt? quam video? cum propius acceſsiſſet acriuſque vidiſſet, ac viſus eſſet, eam complexus eſt. Vterque repentino gaudio obmutuit, cumque loqui niterentur, in ea taciturnitate coniuncti nimio gaudio ſe ipſi cohibere non poterant. Mater multo poſt, Habeo te, Fauſte, inquit, in omnibus ſuauiſſimum. quonam modo viuis, quem paulo antè mortuum eſſe audiuimus. Atqui hi ſunt liberi noſtri Fauſtinus & Fauſtinianus, & ſuauiſsimus Clemens. Quæ cùm dixiſſet, nos tres in eum incurimus, eique oſculum tulimus, eiuſque formam obſcurè quodam modo agnouimus. Petrus qui ea omnia cerneret, Tune et Fauſtus, inquit, huius vir, & illius liberorum pater? Cum ſe ille eſſe dixiſſet, Cur ergo, inquit, tuos mihi labores, vt alienos expoſuiſti, commemorata moleſtia & ſepultura? Pater ad hæc reſpondit, Cùm Cæſarem inquit, propinquitate attingerem, nec id reſciri vellem, in alio quodam narratio- H nem expreſsi, vt & ipſe quis eſſem non agnoſcerer. Intellexeram enim, ſi agnitus eſſem, fore vt ij qui in loco illo principes eſſent, cum id cognouiſſent, me reuocarent, quòd Cæſari gratum facerent, priſtinæque vitæ felicitatem mihi rurſus redderent cui omni ratione anteà nuncium remiſiſſem cum ſine chariſsimis liberis meis in rep. eſſet, aut viuere omnino non ſuſtinerem. Cum Petrus hoc loco eum iſta feciſſe, vt

X. Recognitio.

ſtatuiſſe, diceret, quæreretque, vtrum de ortu & fato, quæ dixiſſet mentiens confirmaret, an & vt verus? Pater, non, inquit, apud te mentiar. Confirmabam enim tanquam vere fatum eſſet. Sum enim non ignarus illius præcepti Mathematicorum: ſed mecum fuit quidam aſtrologus clariſsimus AEgyptius Annubion nomine, qui ab initio peregrinationis, cùm mecum amicitia coniunctus fuiſſet, vxoris atque liberorum meorum mihi mortem patefecit. Re ergo, Petrus inquit, doce nunc, non conſtare ſibi ea quæ de ortu fatoque tradantur. Tum pater, Cogor, inquit, ego tibi om-

A biomnia quæ mentem meam ſuperant ſingillatim exponere,vt abs te rurſus vera & certa diſcam. Multis in rebus errare aſtrologos ſcio,magna etiam ex parte eoſdem ad verum accedere,ſed in ijs quæ explorata habent,verè dicunt,in quibus autem errant,inſcitia labuntur,vt equidem diſciplinam conſtare ſuſpicer:eos autem ſola ignoratione mentiri,propterea quòd non omnes de omnibus certum pronunciare poſsint. Expone,Petrus,inquit,ne ea de quibus verè dicunt,ita dicant,vt quodammodo aſſequentes,nõ explorate & certo ſcientes,ex multis enim quæ dicuntur, aliqua eueniant neceſſe eſt.Qui tandem,pater inquit,confirmari poſſum, vtrum conſtet,necne ortus & fatum? Cùm vterque taceret,ego Clemens, Quoniam, inquam diſciplinam probe teneo,Petrus autem & pater non item,vellem ſi ipſe Annubion adeſſet,coram patre diſputare. Ita enim res ipſa illuſtrari poſſet, ſi is qui arte valet cum eiuſdem artis homine diſputationẽ inſtitueret. Cum pater quæreret,vbi cum Annubione colloqui liceret,Petrus in Antiochia,inquit,in ea enim vrbe Simonem
B Magum eſſe intelligo, cuius aſſectator indiuiduus eſt Annubion. Cúm illic erimus,ſi modò eos nãciſcamur, eo præſente res diſputabitur.Multa interim inter nos diſputauimus,completique gaudio ob agnitionem,actiſque Deo gratijs, nocte appetente dormitum iuimus. Prima luce pater cum matre,tribſuque liberis ingreſſus vbi Petrus erat,eo ſalutato ſedit,deinde nos etiam illius iuſſu conſedimus. Petrus autem cum patrem aſpexiſſet,Peruelim, inquit, idem ſentire te quod vxor ac liberi tui ſentiunt, vt & hic vna cum eis viuas, & illic, poſt animi à corpore diſceſſum, cum eiſdem beatam vitam traducas. An non maximus & te & eos cruciatus angat, ſi vna non eſſetis? Cùm pater reſpondiſſet,certè. Si ergo, Petrus inquit, hic diſiunctos eſse inter vos moleſtum eſt & acerbum, hoc cum poſt mortem omninò accidet, quanto magis acerbum erit, te quidem qui es ſapiens mentis tuæ ratione à tuis ſecerni,eos verò multo magis dolore,quòd ſciant te qui alia ſentias,æternum ſupplicium propter recti dogmatis negationem manere? Cum pater negaret animos
C apud inferos torqueri,quòd vt primum à corporibus diſcedunt in aëra occidant: Petrus, Dum hoc tibi, inquit, perſuadeamus, mihi fac reſpondeas, Non exiſtimas te quidem, qui ſupplicia eſſe non credas, dolere poſſe, eos autem qui hoc ſibi de te perſuaſerunt,tibi non paruam imponit neceſsitatem doloris? Cum pater eum conſentanea loqui diceret, Cur ergo, inquit, eos maximo angore, quem tua cauſa ſuſcipiunt,fidei aſſentiens non liberas? quod ita denique fiet, ſi non duro dificilique animo,ſed æquo & benigno ea quæ tibi à me dicuntur audias,& iudices vtrum ita necne habeant. Ac ſi ita eſt, vt dicimus, & hic cum chariſsimis oblectationem voluptatemquæ capies, & illic quietem. Si in verborum tuorum concluſione ea quæ à nobis commemorata ſunt,falſam aliquam fabulam eſſe docebis: tum & eos eadem qua tu præditos ſententia accipies, & ita præclare facies. Nam & eos inani ſpe qua freti ſunt,erigere deſines,& falſa religione metuque liberabis. Cùm pater, multa ſibi eum conſentanea loqui videri diceret, Quid ergo,inquit eſt, quod te fi-
D dei noſtræ aſſentiri prohibeat? Nam neque negocijs forenſibus, neque actis,neque agricultura neque curis vllis diſtinere, aut abduceris: potes autem ratione intelligere,nihil eorum quæ ſunt,fato aut caſu euenire aut fieri, quaſi nulla ſit prouidẽtia Idque vel apertiſsime declarant & docent ea omnia quæ tibi, vxori liberiſque tuis acciderunt.Si enim domi tuæ ad hoc tempus permanſiſſent,nunquam veræ religionis ſermonem approbaſſent,nunquam veritatem cognoſcere potuiſſent ob eamque cauſam cum profectione & naufragium prouiſum eſt, & acerbæ mortis ſuſpicio,& prætereà eorum in Græcis diſciplinis exercitatio,vt eis primo eruditi, deinde ad veram Dei religionem traducti,ad eas refellendas cum magna facilitate paratiores venire poſſent,& quæ tum malè atquæ improbe veræ religioni oppoſuerunt,eis illam honeſte & cum res feret, defendant. Intelliges etiam ipſe planè & ex agnitione, quæ tanto temporum interuallo euenit,& ex ijs quæ interim aperte tibi euentura prouidentia ſtatuit,nihil eorum quæ fiunt, fortè, temerè & caſu fieri:illamq; ipſam

præeſſe huic vniuerſitati, illudque continenter coercere & continere, etiamſi E
multa mentem noſtram ſuperent. Poſteà quam hæc pater audiuiſſet, ſermone
continuato, Noli exiſtimare, inquit, domine mi Petre, vim à te habiti ſermo-
nis mihi ex mente omninò excidiſſe: præſertim cùm multis mecum egerit tota no-
cte Clemens filiùs, vt tuæ orationi aſſentirer: omnemque eo adhibuerit diligen-
tiam. Quid? cum conueniens, inquam ego, potéſtue quiſpiam aliquid magis no-
uum præcipere, quàm quod ante hac philoſophi monuerunt? Illeque cùm ſub-
riſiſſet, Multum, inquit, inter eos ſermones, ô pater, qui de vera Dei religio-
ne & cultu habentur, & eos qui de philoſophia, intereſt. Nam quæ de veritate ha-
betur oratio, à prophetia firmam habet demonſtrationem: philoſophorum au-
tem oratio, ab aſſentione verborum, & coniecturis demonſtrationem ſumere vi-
detur. Et tamen cùm hæc dixiſſet, exempli fideique cauſa ſermonem de huma-
nitate expoſuit eum, quem ei paulò ante narraſſem, qui mihi multo iniquior vi-
debatur. Quo autem modo, dicam. Aequum cenſebat eſſe eum cui colaphum F
aliquis in malam infregiſſet, illi offere etiam alteram, & ei qui tunicam ipſi de-
traheret, pallium etiam prætereà donare: & ſi quis coëgerit aliquem iter facere
ſecum mille paſſus, eum cum eo duo millia proficiſci, aliaque eiuſdem generis. Ad
hæc Petrus reſpondens, Quid, inquit, an tu iniquum exiſtimas? At æquiſsi-
mus eſt. ac ſi tibi libet, audi. Cùm ſibi volupe eſſe diceret, tum Petrus, Num tibi
videtur, inquit, ſi duo reges inter ſe inimicitias exerceant, & diſtinctas diuiſaſ-
que regiones & imperia habeant, & aliquis eorum qui alteri parent, in alterius
regione ac ditione furtum faciat, ob eamque rem capitis ſupplicio dignus ſit, &
tamen non pœna capitis, ſed colapho puniatur: num, inquit, videtur humanus
eſſe is, qui abſoluit? Cùm pater, certè, reſpondiſſet; Quid, inquit, ſi ille ipſe à
quopiam rem aliquam ipſius aut alienam abſtulerit, iſque deprehenſus, ſimplici
aut dupli pœna damnetur, cùm quadrupli aut capitis pœna dignus eſſet, vt qui in
hoſtis finibus captus eſſet: num tibi humanus videtur eſſe is qui duplum accepit, G
eumque pœna capitis abſoluit? Tum pater, Nunc, inquit, mihi fidem feciſti, eos
qui iniuriam inferant, accipere iniuriam, eos autem qui iniuria afficiantur, potius
meliore conditione eſſe, ob eámque cauſàm mihi videtur id quod fiat, eſſe iniquiſ-
ſimum, quòd ij qui iniuriam facere videntur, ſibi ipſi potius nocuerunt, eis autem
quos iniuria affecerunt, vtilitatem attulerunt: ij verò qui iniuriam accipere viden-
tur, ipſi potius iniuriam faciunt: quòd etſi ab illis plurimum vtilitatis acceperunt,
tamen eis parem gratiam non referant. Sed hæc, inquit Petrus, non contra eorum
qui calumniantur, ſed contra eorum qui iniuriam accipiunt, voluntatem fiunt. Pa-
ter autem hoc loco, laudata oratione, Peto à te maiorem in modum, inquit, vt
hunc mihi ſermonem planius exponas. Memini enim Clementem mihi dicere,
nos iniurias, & mala quæ patiamur, ad peccatorum remiſsionem perpeti. Rectè ha-
bet, inquit Petrus, & ita eſt. Quæ enim homines poſsidemus, & plura cupimus,
ſiue veſtes, ſiue eſculenta, ſiue poculenta, ſiue aliqua alia, non omninò, rectè faci- H
entes poſsidemus, quod nihil quemadmodum paulo antè vobis dixi, habere debea-
mus. Si enim poſſeſsiones largiter erogare ſolet omnibus in quibus peccata inſunt,
earum quomodocunque priuatio, peccatorum amotio eſt. Cùm pater dixiſſet, hoc
eſſe conſentaneum & æquum, Petrus, Et æquiſsimum, inquit. quoniam enim, iam
vt dixi, eorum qui ſalutem adipiſcuntur, eſt nihil habere: multæ autem poſſeſsiones
& facultates multis ſuppetunt: idcirco pro ſumma & eximia Dei humanitate multæ
res aduerſæ accidunt ijs qui non ita ſe gerunt, vt Deus decreuit, vt propter lenem il-
lam Dei charitatem dum ad tempns ſupplicia perferunt, æternis pœnis liberentur.
Tum pater, Quid, inquit, an non multos inopes impios cernimus? Itáne verò pro-
ptereà eos, in eorum qui ſalutem conſequuntur, parte numerabimus? Non planè,
Petrus inquit. neque enim probanda paupertas ea eſt, quæ ea quæ non decet, con-
cupiſcit: quandoquidem dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei viui filius, cùm bea-
tos

A tos diceret pauperes, Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum ,,
cælorum. Verè, inquit pater, admodum pro re quæ agitur, rectè res habere viden- ,,
tur. ita volo ordine omnem audire orationem. Et Petrus, Ergo ſtudenti tibi, in-
quit, deinceps ea quæ ad fidem noſtram pertinent, diſcere, reliquam orationem ex-
ponam, initio primum facto ab ipſo Deo, qui Deus ſolus dici debet, alij nec dicen-
di ſunt, nec habendi. quòd ſi quis contrà faciat, æterno ſupplicio afficietur, vt qui
in vniuerſi Deũ impiè fecerit. Cùm finẽ dicendi feciſſet, omneſq; eos qui morbis af-
flicti erant, vel à dæmonibus malis vexabantur, impoſitis manibus curaſſet, concio-
nem dimiſit. Deinde ita ingreſſus, cùm cibum cum familiaribus cepiſſet, cubitum
iuit. Manè rurſus cum exiſſet, ſtetiſſetque in eo loco in quo diſſerere ſolitus eſſet,
quò etiam magnus populi concurſus factus erat: tum demum cùm verba facturus
eſſet, quidam ex illius diaconis ingreſſus eſt, qui ei nunciaret, Simonem qui Anti-
ochia veſperi in vrbem introiſſet, cùm intellexiſſet eum pollicitum eſſe de vnius
B principatu verba eſſe facturum, paratum eſſe cùm Athenodoro Epicureo interue-
nire tum cum diſputaret, vt omnibus quæ ab eo pro vnius principatu dicerentur
publicè, præſens ipſe repugnaret ac reſiſteret. Cum hæc diaconus narraret, Si-
mon cum Athenodoro alijſque quibuſdam familiaribus ingreditur, & antè quàm
verbum vllum Petrus faceret omninò, ipſe occupans, Intellexi, inquit, heri te Fau-
ſto pollicitum eſſe hodierno die ſeruato orationis ordine, docturum ducto pri-
mum à mundi domino exordio, vnum Deum dici oportere, alios nec dicendos eſ-
ſe, nec habendos: eumque qui contrà faciat, æterno ſupplicio affectum iri. In pri-
mis ergo verè inſaniam & ſtultitiam tuam repreſsi, quod ſperaſti te deiecturum de
ſententia virum adeo ſapientem, præſertimque ſenem: ſed quod ſperaſti & volui-
ſti, non aſſequere, cum adſim, tuamque falſam refellam orationem. Fortaſsis enim
abſente, qui ſit eorum librorum ignarus, qui publicè Iudæorum fidei commiſsi
ſunt. Nunc autem multa prætereo, quò maturius promiſsum tuum quòd infir-
C mum ſit, refellam. Doce ergo quod promiſiſti. Quòd ſi verens reprehenſionem
nobis præſentibus promiſsum nolis exoluere, ſatis hoc magno documento eſt,
falſa eſse ea quæ promiſeris, quòd apud eos qui ſcripturas habent cognitas, non
auſus ſis dicere. Sed quid nunc expecto dum dicas? qui ſenem nunc promiſsio-
nis tuæ teſtem habeam. Cum hæc dixiſset, patrem noſtrum aſpexit, eumque ita
allocutus eſt, Dic tu mihi clariſsime vir, num iſte tibi pollicitus eſt docturum ſe
Deum vnum eſse, nec alium dici aut haberi Deum oportere, & qui contrà faciat,
eum immortales pœnas daturum? Pater ad hæc reſpondens, Rectè, inquit, à me
tu quidem certe teſtimonium poſtulares, Simon, ſi ante Petrus negauiſset. Nunc
non dubitabo dicere, quæ dicenda ſunt. Te iracundia incitatum, iratumque ple-
num diſputare velle exiſtimo: quod quidem neque tu facere debes, neque nos ita
animo affectum audire æquum eſt: propterea quòd pugnas verborum hîc videre
liceat, non ad veritatem inueniendam adiuuare. Sed vterque veſtrum decretum
D ſuum & ſententiam exponat, alijque iudici rationes concedendæ ſunt, & ita de-
mum omni ex parte verum ſine ambiguitate reperietur. Placuit Simoni conditio,
ſeque ex ea facturum eſse promiſit. Sed timeo Fauſto, inquit, ne Petri oratione
occupatus, & in ſententiam illius adductus, non verus ſit iudex. Tum pater, No-
li, inquit, me cogere indicta cauſa tibi aſsentiri, vt veri ſtudioſus iudex eſſe vide-
ar. Si enim verum ſcire vis, tua ſententia occupatus ſum potius. Cùm Simon quæ-
reret, quî occupatus fuiſſet, quî non teneret quod ſentiret: Pater, hoc facile, in-
quit, cognoſci poteſt, quî poſsit, audi. Petrum, oſtenſurum te pollicitus es, fal-
ſum dicere, atq; mentiri, qui Deum vnum eſſe confirmet. Qui aũt vnum Deũ defen-
dentem reprehenſurum ſe eſse pollicetur, cum planè perſpicuum eſt falſum dicere,
cùm ille verum dicat, non idem profiteatur. Si enim idem quod is qui falſum pro-
nunciat, & mẽtitur, dicat, profectò ipſe etiã falſum pronũciat: ſi verò contrariũ de-
fendens, docet, atq; fidẽ facit, planè verũ pronunciat, & verus eſt. Non aliter igitur

Deum vnum eſse defendentem mendacem, eſse dicis, niſi quòd tu Deos multos eſ- E
ſe opinaris. Deos autem multos eſse, ego quoque defendo. Eadem igitur qua tu
oratione ante diſputationem, ego etiam occupatus ſum, ob eamque cauiam mihi
omninò timere non debes, ſed Petrus potius. Contrà enim quàm ipſe etiam ſen-
tio. Cùm autem de ea re diſputatum inter vos fuerit, ſpero me qui veri ſtudioſus iu-
dex ſim, omni ſententia quæ in me fuit depoſita, ei quæ valeat aſsenſurum eſse ora-
tioni. Cùm pater peroraſset, leuiter clamor quidam laudationis à populo ſublatus
eſt, quòd ita pater diſputaſset. Tum tamen ſuam Petrus de Deo ſententiam expli-
cauit, longaque de monarchia, id eſt vnius principatu, habita oratione, cum lachry-
mis, manu multitudinem accerſiuit: quæ cùm acceſsiſset, ipſe & manus impoſuit,
& pro eis precatus eſt, omneſque vnà Deum laudauimus. Ingreſsus eſt autem ad
nos curſu quidam, qui Simoni nunciaret, Appionem qui ſæpiſsime ſuperior diſce-
deret, vnà cum Annubione veniſse Antiochia. Quod cùm Simon audiuiſset, ſta-
tim exijt, vt illos exciperet. Pater autem ad Petrum accedens: Si mihi, inquit, per F
te liceat, cum eo vnà ibo Appionis & Annubionis ſalutandorum cauſa, qui mecum
ab initio ætatis iure amicitiæ coniuncti ſunt. Cùm enim Annubionem etiam na-
ctus fuero, Clementi vt de ortu cuiuſque & fato diſputet, perſuadebo. Tum Pe-
trus: Per me, inquit, eas licet, laudóque te qui amici officio fungare, ſed aſſentire
mihi, Dei prouidentia ea quæ ad perſuaſionem tuam pertinent, omni ex parte con-
currere, quæ propriam conuenientiam efficiat. Quod quidem dixi propter Annu-
bionis aduentum, qui tibi vſui fuit. Cùm pater ei hoc ita eſſe, ſe etiam concedere di-
xiſſet, ad Simonem profectus eſt: cúmque Appionem & Annubionem inueniſſet,
atque ſalutaſſet, conſedit. Simon porrò cùm quoſdam miſsu regis aduentaturos au-
diſset, qui ipſum qnærerent, ac nunciarēt Cæſarem multos Magos ſuſtuliſse de me-
dio, ſeque miſsos ab eo qui illum requirerent, cùm reſciuiſset quæ ageret, vt de eo
etiam ſupplicium ſumeret: Annubionem & Appionem ita conuenit: Facite, vt Fau-
ſtus cùm ad nos venerit, nobiſcum cibum capiat. Ego verò vngnentum quoddam G

Transformationem Fauſti Patris Clemētis in Magum habet etiam Georgius Cedrenus, in ſua hiſtorica Synophor. pag. 173.

comparabo, vt à cœna delibutus formam meā omnibus induiſse videatur. Cùm hęc
Simon dixiſset, & illi quærerent, quem fructum ſibi ex illa re polliceretur, ipſe: Pri-
mò, inquit, ij qui me volunt, comprehenſo eo deſinent me quærere: qui ſi manu re-
gia interfectus fuerit, magno in luctu erunt eius liberi, qui me deſerto ad Petrum
transfugerunt. Appion autem & Annubion priuatim omnia Fauſto enunciant,
inſidiaſque exponunt. Fauſtus qui orationem falſam exiſtimaret, cœnatus cum Si-
mone & ſodalibus Appione & Annubione à Simone ſumit vnguentum, delibuto-
que ore ſtatim Simonis perſonam & effigiem expreſsit. Simon autem media nocte
ſurgens, in Iudæam fugit. Nos verò qui cum Petro eramus, tota nocte colloquen-
tes, præ voluptate & lætitia qua ex ſermone habito affecti ſumus, peruigilem & in-
ſomnem noctem duximus. Cùm iam luceret, Petrus me atque fratres intuens: Ve-
reor, inquit, ne quid patri veſtro euenerit. Dum hæc commemorat, pater adfuit,
Petrumque nobiſcum de ipſo collòquentem offendit. Exanimatum cùm vidiſset, H
atque ſalutaſset, expoſuit cur ſub dio pernoctaſset. Nos verò cum intuentes obſtu-
puimus, quòd & Simonis ſpeciem cerneremus, & Fauſti patris vocem exaudiremus.
Cumque eum fugeremus, pater miratus eſt. Petrus autem qui vnus naturalem eius
formam intueretur, à nobis cœpit quærere, quamobrem parentem repelleremus,
atque eius conſpectum fugeremus. Nos atque mater cum reſpondiſsemus, quòd is
nobis Simon videretur, qui patris noſtri vocē haberet: Petrus, Non eſt ita, inquit, vo
bis ea illius vox, in quam præſtigiæ Magorū nihil poſsunt, vna nota eſt: meis aūt non
faſcinatis oculis ſpecies etiam qualis ſit cernitur: quoniā non eſt hic Simon, ſed Fau-
ſtus verus pater veſter. Tum in patrē oculis coniectis, Vera inquit, tua ſpecies ac for-
ma eis nō apparet, ſed Simonis ſceleſtiſsimi & nobis maxime inimici. Dū hæc Petrus
narrat, ingreſsus eſt quidā ex pręcurſoribus, qui Antiochia venerat Petro nunciatū,
Simonem Antiocniæ cum eſset, palam ac publice multa mira, inuſitata mōſtriſq; ſi-
milia

A milia opera edere ſolitum, nec aliud ei ſtudio fuiſſe, niſi vt ipſum in omnium odium
adduceret, cum & magum illum, & præſtigiatorem, & ſicarium vocaret, quo nomi-
ne adeo omnem populum in eundem concitaſſet, vt omnes qui ibi eſſent, beſtiarum
ritu ipſis illius carnibus veſci cuperent. Se vero cum ciuitatem ei valde infeſtam ani-
maduertiſſet, ei veniſſe nunciatum. Quinetiam à Cæſare miſſum eſſe quendam re-
gium ad prætorem prouinciæ, Simonis quærendi gratia, ipſumque cùm illum in Iu-
dæam fugiſſe intellexiſſet, ad eum quærendum profectum, vt iuſſu Cæſaris de eo
ſupplicium ſumeret. Hæc cum Petrus audiſſet, hac ad patrem oratione vſus eſt: Au-
diſti ipſe tuis auribus ex præcurſoribus qui Antiochia venerunt, cum dicerent Si-
monem cùm illic eſſet, grauiter multitudinem in me concitauiſſe, impoſtoremque
parricidam, & præterea magum & præſtigiatorem, aliaque eius generis nominaſſe.
Itaque nunc quam primum imperata mea facito, relictoque apud me Clemente, ip-
ſe cum Matthidia vxore, Fauſtino & Fauſtiniano liberis, Antiochiam proficiſcere.
B Erunt etiam tecum quidam alij qui meæ voluntati morem gerere potuerunt. An-
tiochiæ cùm eris, cum his, quandiu Simonis etiam ſpeciem præfers, palam ac publi-
cè fac pœnitentiam animique mutationem prædices. Cùm peroraſſet Petrus, Fau-
ſtus qui ingenij acumine ad intelligendum valeret: Scio, inquit, quorſum tua om-
nis ſpectet oratio. itaque ne labora. Cùm enim illuc peruenero, mandatum tuum
curabo diligenter. Sic pater cum ijs quos iuſſerat Petrus, ex vrbe decedens, Antio-
chiam, quæ in propinquo erat, venit, in medioque foro ſtans, ita ad populum verba
fecit: Ego ille Simon, ego hæc vobis nuncio, meque falſum crimen in Petrum iniu-
ria confinxiſſe profiteor. Non eſt impoſtor, non parricida, homicida, non præſti-
giator, nec ea ſcelera in eum cadunt omnia quæ de eo commemoraui. Peto ego à
vobis omnibus, qui auctor vobis fui, vt eum odiſſetis & deteſtaremini, veſtrum in il-
lum odium deponite. Dei enim filij, qui ſalutis hominum cauſa viſus eſt, verus eſt
hic Apoſtolus: Itaque ego ipſe qui vobis conſilij auctor ſum, ea quæ ad ſalutem ve-
C ſtram conducunt, conſtituo, moneoq; vt ei fidem habeatis, credatisq; ei Deo, quem
prædicat. quandoquidem vrbs veſtra tota corruit & vos vnà cum ea peritis. Cur aũt
hac vſus ſim oratione, vos etiam ſcire volo. Priore enim nocte impium me Dei ange-
li, vt qui veritatis præconi hoſtis eſſem, grauiter flagris ceciderunt. Hortor igitur vos,
vt ſi ipſe alio in loco in Petrũ coner dicere, ne mihi aſſentiamini. apud vos enim ma-
gum me eſſe profiteor, impoſtorem, præſtigiatorẽ: ſed horum omnium me pœnitet.
poſſunt enim mihi pœnitentia quæ à me improbè & ſceleratè acta ſunt, condonari.
Hæc cùm pater publicè, quaſi ex Simonis perſona dixiſſet, laudibusq; Petrum ornaſ-
ſet, omnem Antiochenſium ciuitatem in illius deſyderium traduxit: omnesq; eius
videndi cupiditate ſe flagrare dicebant. Nonnulli verò infeſto etiam in eum animo
erant, ſcilicet, quaſi ipſe ille Simon eſſet, propter ſingularem ſuum in Petrum amo-
rem, manusq; inijcere conabãtur: atq; ille qui ne ab ipſis extingueretur, pertimeſce-
ret, quàm primùm ad Petrum miſit, petens, vt & ad ſe viuum prodiret, & per oppor-
D túne in vrbẽ quæ magno illius deſyderio flagraret, improuiſus veniret. Petrus cùm
ea audiſſet, conuocata concione pontificem præfecit, multos curauit, & ſalutari
aqua abluit, triduoq; Laodiceæ præterea commoratus, Antiochiam propinquam vr
bem magna cũ feſtinatione cõtendit. Cùm ad vrbem perueniſſet eũ multitudo om-
nis confluens lætis animis excepit, vt veritatis prçconẽ & Apoſtolum. Cùm aũt oraſ-
ſet, poſitis ſuprà manibus, omnes ægros curauit, vnũ Deum in perſonis tribus nun-
ciauit, multaq; eis de vnius principatu tradidit: tum ad diuerſorium nos recepimus.
Senex qui Petrum adeſſe cognouiſſet, cucurrit, ſeq; in terram deijciens, illius veſtigia
ſequebatur, petens vt diuino lauacro initiaretur, vt priſtinã animi pulchritudinẽ, &
formã corporis baptiſmo reciperet, & ſanctorũ Chriſti myſteriorũ particeps fieret.
Petrus aũt cum eum religionis noſtræ inſtitutis imbuiſſet, atq; de ſalute multa locu-
tus eſſet, tandemq; dixiſſet, dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Dei filium, hoc diſci-
pulis tradidiſſe ac præcepiſſe: Qui credidiſſet atque baptizatus fuiſſet, eum ſalutem „
adeptu-

adepturum,& pro fide qua quiſq; eſſet præditus,ei euenturum vt vellet. quãdo ad- E
ueſperaſcere cœpit,nobis qui cibum ceperamus,poſt ſolitam precationem,ſomnus
obrepſit.Poſtridie maturiùs rurſum Petrus ſurgit,precatusq; Deum,nos & patrem
accerſiuit,nobisq; exponit eo die magno gaudio compleri ſuperos ob ſenis Fauſti
baptiſmum,qui ei diuino munere daretur,nosq; ſecum ducit ad eam vrbis partem,
quæ ad Orientem pertinebat,in qua magna aquæ nitidæ ac puræ erat copia.Ibi cum
patrem tantum ſeorſum adiunxiſſet,multaq; ei tradidiſſet,quæ & ad rudimenta no-
ſtræ religionis,& ad Deum,eiusq; per carnem ad nos aduentum pertinent, eum ba-
ptizauit Patris,Filij,& Spiritus ſancti nomine.Poſtea panẽ cum accepiſſet, actis gra-
tijs conſecrauit,ſacroſanctorumq; myſteriorum eum participem fecit.Maxima om-
nes qui vnà eramus,lætitia die noctuq; Dei nomine affecti ſumus,& ex patris reno-
uatione quam Spiritus ſanctus procurauerat, & Petri ſermonibus, quos audiuera-
Hucuſque ramus.Cum vnà aliquãdiù ageremus,rerũ noſtrarũ fama apud omnes percrebruit:
progrediũ- omnesq; admirabantur ea omnia quæ nobis acciderant,Deiq; in nos benignitetem, F
tur libri Re qua effectum erat,vt inter nos agnoſceremus,laudibus efferebant. Cùm ea fama in
cognitionũ omnes regiones & imperia peruaderet, prætor Antiochenſis cognitis ijs omnibus
quæ parentibus euenerant,& quòd ad Cæſaris genus pertinebant,de his omnibus
Cæſarem certiorem facit.Cæſar cùm ea accepiſſet,eos quàm primum Romam mitti
iubet. id,quod perfectum eſt.Eos enim cum magno honore magnoq; comitatu ſti-
patorũ prætor Antiochia ad Tiberium Cæſarem mittit.Cæſar cùm parentes contẽ-
platus eſſet & conſyderaſſet,eis agnitis,obſtupuit,patrisq; ceruicem cõplexus,largi-
ter obortis lachrymis fleuit. Cohibito ſedatoq; luctu, concionem ita allocutus eſt:
Gaudete mecum omnes,diemq; feſtum in commune agamus Fauſti & Matthidiæ
inuentionis,quòd cùm mortui haberentur,reuixerunt,& cùm amiſsi eſſent,inuen-
ti ſunt. Eos deinde conuiuio adhibuit,magnaq; vi pecuniæ data,adiunctis etiã ſer-
uis & ancillis ad famulatum,magna clientela,magnoq; honore cumulauit. Hi diu
pòſt Romæ vixerunt,ita,vt & Deum colerent,& egentibus ſua largirentur,& cæte- G
ras virtutes excolerent,quoad in ſe præclara ſenectute eis quæ hîc ſunt,relictis,Chri
ſti regnum adepti ſunt.In quo vitæ exemplar,certiſsimumq; ad virtutem exemplum
vitam ſuam Romanæ reip. prodiderunt. Ego autem Clemens cum fratribus etiam
apud Petrum doctorem manſi, qui docendi munere fungebatur, & multos varijs
morbis curabat. Poſteà verò quàm ille vicis oppidisq; peragratis, Romam quoque
perueniſſet,& apud eos qui confluebant,verba de vero Dei cultu feciſſet, multosq;
ad Chriſti fidem deduxiſſet,beptiſmi vi ac nomine, viros & mulieres, vt & mulierũ
nobiliũ clariſsimas,& quas Latinus ſermo matronas appellat, breui tempore pene
vniuerſas oratione ſua ad baptiſmum & Dei fidem traduceret: tandem aliquandò ei
etiã hac vita relicta ad magiſtrũ Chriſtũ perfecto euangelicæ doctrinæ curſu migrã-
dum fuit.Quod cùm cognitum haberet, foreq;,vt crucis ſupplicio damnaretur, vt
magiſtri & mortis & gloriæ ſocius eſſet,cõuocatis fratribus omnibus,capta mea ma-
Hæc deſum nu,cùm in media cõcione ſtetiſſet,ita locutus eſt:Audite me filij & fratres mei,qui- H
ta ſunt ex dem curſus finis propè adeſt.Is enim etiam iam mihi enunciatus eſt:Clementem aũt
1.Clemen- hunc vobis pontificem hodie creo,cui etiam ſermonum meorum locum atq; ſedem
tis Epiſto- credo,quòd ab initio adhuc comes itineris mihi fuerit,& ita ſermones meos omnes
la. audierit,qui cùm periculorũ calamitatumq; mearum particeps extiterit,in fide per-
manere inuentus eſt.Eum ego vnus ex omnibus planiſsimè ſcio pium, humanũ, ca-
ſtum,continentem,bonum,iuſtum,patientem,fortem ad ferendã ingratam volun-
luntatẽ nonnullorũ,quibus prima noſtræ religionis rudimenta ſunt tradita.Itaq; ei
ligandi atq; ſoluendi permitto poteſtatẽ.Ligabit enim quod ligandum eſt, ſoluetq;
omninò quod eſt ſoluendũ, quippe qui Eccleſię canonẽ probè cognitũ habeat. Eũ
igitur audite, ei parẽte, cùm eum qui veritatis pontificem offendat,Chriſto peccare
intelligatis,& parentẽ huius vniuerſitatis Deum cõcitare,ob eamq; cauſam nõ viuet.
Is ergo qui præeſt,medici locũ obtinere debet, nõ beſtiæ quæ rationis eſt expers, fu-
rorem.

A rorem. Is cùm hæc diceret, ego in terram me abijcio, multiſq; verbis magiſtrum rogo, quaſi ſedem maximè deprecans. Sed Dei Apoſtolus, cum prohibuiſſet, ne hoc à ſe contenderem, quòd ea quæ Deus vellet nemo homo diſsipare aut impedire poſſet, rurſus multitudinem intuens: Et vos, inquit, fratres chariſsimi, debitum, vt patri, honorem & obedientiam omni ex parte ac ſemper patri veſtro præſtare ne deſinite. Sic enim & vos rectè gubernari ac regi poteritis, & paſtor hic erit, nõ mercenarius, eiq; grex curæ erit. Eum enim qui paſtoris & magiſtri ijs in rebus quæ ad Deũ pertinent, voluntatem offendit, Dei ſpiritum offendere intelligetis, cuius hic ſedem & locum tenet: quiq; eius verba improbat & auerſatur, Chriſtũ auerſatur, legiſq; fines trãſilire inuenitur. In primis ea quæ fidei ſunt, ſalua vobis ſunto & ſtabilia, ſic vt nullo periculo cõmoueantur. Deinde vita veſtra pura ſanctaq; eſto, aut expiator, præfectis, corporis puritas & ſanctimonia curæ eſto. Neq; enim hac ſublata quiſquã Deú videbit. Quod ad pacem & clementiam pertinet ac valet, inter vos omni ratione ven-
B dicator. Quòd ſi fortè inter vos aliquid offenſionis incidat, ſol vobis ita animo conſtitutis ne occidito. Date operam, ne proximũ iudicetis. Eſt enim hoc Phariſæorum, cõdemnatione digniſsimũ. Ne vos hoſpitalitatis, & beneficẽtiæ capiat obliuio. Hoc enim præceptũ eſt primi magiſtri & conſeruatoris Dei. Ijs qui peccant & offendunt, gratiam peccatorum faciũto. Sic enim ſine fine dicetis, Dimitte nobis debita noſtra. trutina, menſura, pondus vnumquodq; eorum æquum eſto. Sic enim ciuitas quæ bonis legibus adminiſtretur, futura eſt vniuerſa Dei Eccleſia. Qui negocia aliqua inter ſe habent, apud Eccleſiæ presbyteros iudicantor: & cùm id quod bonum eſt, ſentiunt ad fœdus concordiamq; pertrahuntor. Nolite in iudicium fratres adducere. iudicari enim apud eos qui extra ſunt, eorũ eſt qui à fide & religione Dei abhorrent, quandoquidem, vt ſcriptum eſt, angelos etiam iudicabimus. Non aliter atque me, paſtorem intuemini, qui à Deo vobis pro magiſtro delectus eſt. Cùm finem di-
C cendi feciſſet, mihiq; in conſpectu omnium manus porrexiſſet atq; impoſuiſſet, me in ſede ſua collocauit: cùm collocaſſet, hoc mihi ſtatim dixit, Peto abs te coram omnibus fratribus, qui hîc vnà mecum ſunt, vt cùm ex hac vita migrauero, quemadmodum Dei prouidentiæ viſum eſt, omnia domino Iacobo Domini mei fratri paucis deſcripta mittas vſq; ab eo tempore quo in te puero ratio valuit, & quemadmodum ab initio ad hoc tempus comitẽ te itineris mihi præbuiſti, cùm intereà ſermones omnes qui à me ſingulis in vrbibus habiti ſint, atq; res quas docuerim, audieris. Deinde tandem meæ etiã mortis cauſam, vt prædixi, ei fac ſignifies. Neq; enim hoc ei moleſtiã afferet, quòd ſciet planè, me quòd omninò perpeti oportuit, piè reddidiſſe. Maximo etiam ei ſolatio erit, cùm cognoſcet, non indocto viro, nec verborum quæ vitam pariant ignaro, ſed ei qui Eccleſiæ inſtituta optime cognita habeat, me mortuo magiſtri ſedem eſſe creditam. Quapropter quoniam Petrus magiſter hæc mihi præcepit, mandatum eius curare minimè dubitaui, & quaſi in compendio te de omni-
D bus facere certiorem, inſcripto ita libri argumento, Clementis Petri peregrinationum & prædicationum Epitome.

Atq; hæc quidem eſt plena cæleſtis muneris Petri Apoſtolorum principis peregrinationum narratio, quæ ſimul & breuiter eius doctrinam cõplectitur, & magni admirationeq; digni Clementis vitam, quaſi in tabula oratione depingit atq; exprimit, quemadmodum ipſe ad Iacobum Domini fratrem ſcribens ſignificauit. Eius autem in Deum amorem quo exarſit, magnumq; illud pro Dei cultu ac religione ſtudium ſatis declarant cùm multa alia quæ cõmemorata ſunt, tum vel maximè & planiſsimè finis is vitæ ac terminus, quem per martyrium habuit. Tertius enim ſecundum Petrum in excelſo Romanæ Eccleſiæ ſolio ſedit, virtutiſque præmium adeptus, magiſtri veſtigia ſecutus eſt, apoſtolicamq; doctrinam ipſe præ ſe tulit ac ſimilitudine morum claruit: Chriſtianis nõ modo gratus acceptuſque erat, verum etiã Iudæis itque ipſis Græcis, ſiue gentibus, eratque omnibus omnia, vt etiam hoc pacto omnes lucrifaceret, & Chriſto offerret, Eccleſiæque coniungeret. Sed ne hæc tenuis

ac nuda

ac nuda tantum opinio eſſe videatur, cauſas etiam afferemus. Nam apud Græcos in E
honore erat, eúmq; illi attente audiebant, quòd non conuitiatorio animo, nec de-
teſtandi cauſa, ſed quaſi defendendi ſtudio teſtimonia vndique ex libris ſcriptiſque
eorum proferens apertè docebat, primum & vnde ij qui ab eis Dij haberentur, pro-
fecti eſſent, & vbi nati, quæque geſſiſſent, & quē vitæ habuiſſent terminū, & quam
miſeram infelicemque vitam egiſſent: deinde non eis à Deo pœnitentiæ viam inter-
cluſam eſſe, nec eoſdem omni de ſpe ſalutis deiectos: ſed ſi tantum illos in viam redi-
re & à vita quam perditam anteà egiſſent, & ab errore abductos vidiſſet, fore vt &
perhumanè eis ignoſceret, & eoſdem clementer admitteret, & regnum cælorū pa-
raret, & bonis quæ explicari non poſſent, afficeret. A Iudæis autem gratiam inire
ex eo videbatur, quòd eorum maiores Dei amicos fuiſſe pronunciabat, eorumque
legem ſacram diuinamque proferebat, eámque nec deſituram eſſe, nec euerſum iri
Remp. ſed Palæſtinam perpetuam eorum fore hæreditatem, ſi modo eam talem le-
gem ipſi ſeruarent. Itaque Abraamum fuiſſe parentem tot poſterorum, vt eorum F
multitudo ſtellarum multitudinem æquaret, & in eius ſemine gentes omnes hære-
“ ditatem aſſequerentur. Et quod Deus Dauidi dixit, ex fructu ventris tui ponā in ſe-
“ de & ſolio tuo, & quod apud Eſaiam ſcriptum eſt, Ecce virgo concipiet, filiumque
“ pariet Emmanuelemque eum vocabunt. Quod ſi hæc non improbarent ac damna-
rent, ſed fide approbarent, eos non ſuperiorem Dei prouidentiā amiſſuros eſſe, ſed
Palęſtinam eis ita firmam ſtabilemque manſuram, vt eripi non poſſet. Ac gentilibus
quidem atque Iudæis hoc modo feliciter atq; familiariter vtebatur, cùm & eis ſub-
ueniret, & ſenſim eoſdem ad verum Dei cultum traduceret. Chriſtiani autem cùm
multa alia & ſtudij & curæ ab eo documenta & ſigna habebant, tū vel maximè be-
neficentiæ: quippe qui egentibus opes reconderet ac pararet ſemper tutis locis, mu-
nitioribusque quàm quò inſidijs quiſquam poſſet irrumpere. Nam cùm deſcripta
nomina haberet egentium qui in quaque vrbis parte eſſent, quotidie eis ea quæ ne-
ceſſaria erant ſuppeditabat: rurſuſque eos omnes quos ſacroſancto lauacro expiaſſet G
à publicis tributis liberabat, omnemque immunitatem vacationemque præbebat.
Monebat etiam eos qui ſemper ad ipſum prædicationis doctrinæque cauſa conflue-
bant, maximeque eos quos opibus abundare, & largiri poſſe intelligeret, ne eos qui
ſancto baptiſmo expiati eſſent, publicè à Iudæis propter inopiam ſuſtentari ſinerent
ſplendidamque gratiæ veſtem deteſtabili illa communione inquinari. Quibus ad-
hortationibus ita paratos eos reddebat ad ea erogāda quibus egerent ij qui torque-
bantur, vt quicquid eis impendiſſent, id vnum lucro ſe dependere iudicarent. Cùm
beatus vir Clemens ita animo conſtitutus eſſet, & ita in animis omnium verſaretur
nec Chriſtianos modo, verum etiam Græcos ipſos atque Iudæos animo & lingua
ſua ſuſpenſos haberet, Siſinnio illi (amicus hic Næruæ Imperatoris erat & neceſſari-
us) inuiſus fuit & ſuſpectus, poſteà quàm ipſe Theodoram vxorem illius doctrinæ
amore captam eſſe, eamque re familiari, liberis & viro neglectis ei addictam eſſe, &
aſſiduè ad eum venire, & illum in animo eius diuinitus verſari audiuit. Sed Theo- H
dora quidem Clementis orationis ſuauitate lenitateque illecta, cū illius opera Chri
ſto credidiſſet, maiore indies veræ religionis cupiditate flagrabat, canebatque ſem-
per, nec à conuentu noſtrorum hominum ſe remouebat. Siſinnius autem iniquo
amore incenſus inſidias in vxorē excogitauit, eoq; malo agitatus, quotidie in eam
armabatur. Cumq; eam aliquādo ad cœtum noſtrorum hominū abeuntem obſer-
uaſſet, clam cum famulis etiam ipſe in templum ingreſſus eſt, vt curioſius obſeruaret
atque cognoſceret ea omnia quæ in eo agerentur, & quamobrem eò aſſiduè Theo-
dora commearet. Sed cùm clariſſimus vir ſolitas ſacrarum laudum preces præfatus
eſſet, ſtatim oculis & auribus captus eſt Siſinnius, ſic vt nec audire poſſet, nec cerne-
re, & famulos conuerſo ore moneret, vt ſe comprehenſum domum manu ducerent
quòd malum quodam in ſe incurriſſe diceret, quod ipſum, nec audire, nec videre ſi-
neret. Ac manum quidem famuli confeſtim ei porrigunt, cumque domum dedu-
cunt

A deducunt. exire autem non poterant, cùm tamen templi fores omninò paterent: ſed eum per totum fanum ducebant per canentium multitudinem. Eis enim exitum vis diuina præcluſerat, quæ ſtultum illum ſapientiorem redderet. Cùm autem fanum omni ex parte obambulaſſent, eius vxori fiunt obuiam: quæ animaduerſo cum illis viro: primum oculos aliò conuertit, quòd vereretur ne ab illo videretur. (erat enim illa ignara eorum omnium quæ acta fuerant) deinde accerſito vno ex ſeruis, rogabat cur vir cum eis ita per templum obambularet. ille omnia planè cõfeſſus eſt, quẽadmodum cùm domo exijſſent, clàm in templũ intraſſent, peractoq; à põtifice precum ſacro, dominus ſubito cæcus ac mutus factus eſſet, iſq; ipſis imperaſſet, vt domum manu deducerent, nec ipſis multum laborantibus atq; in oẽm templi partem circuncurſantibus vllus abeundi locus patuiſſet. Quæ cùm audiuiſſet omnia, ſtatim intellexit, vnde viro & ſurditas & cæcitas accidiſſet: eiq; verè opem auxiliumq; fert. Cùm enim ſe ſtatim orationi dediſſet, cũ lachrymis Deum rogare cœpit, vt inde exi-
B tum Siſinnio, reditumq; domum concederet, ſeq; ad ſeruos conuertens (intellexit enim Deum ſuum non planè viro quæ peteret, denegaturum) Dominum, inquit, veſtrum manibus domum perducite. Ego paulò pòſt conſequor. Hæc cùm dixiſſet, facilis confeſtim exitus ſeruis patuit, Siſinniuſq;, qui etiam tum oculis & auribus captus erat, domum manu deducitur. Serui aũt redeuntes ad Theodoram, dominum ſuum mutum etiam eſſe ac cæcum nunciant: illaq; maiore quàm anteà animi contentione, pluribuſq; obortis lachrymis Deũ orabat & obſecrabat, vt virum à morbo liberaret. Quinetiã perfecto ſacro precũ ad pontificis pedes ſe proijcit: viri ſui cæcitatẽ ac ſurditatem nunciat, rogat eũ, & obteſtatur profuſus ad pedes lachrymis, vt eius morbum curet, nec eum ita malè affectũ negligat. Beatus Clemens his auditis, grauiter animo ferens mulieris calamitatem, prorumpit etiã in lachrymas, eoſq; qui aderant hortatur, vt in commune Deum comprecentur, vt Siſinnium morbo liberet: quo facto domum cum muliere abit pontifex, & apertos quidem viri oculos of-
C fendit, ſed non ad cernendũ quàm cæcorũ aptiores: auribus etiam captus erat, grauiſsimoq; morbo toto corpore laborabat. Itaq; ij qui aderant, dolore atq; luctu cõficiebantur, domumq; eiulatus atq; fletus compleuerat. Siſinnius porrò non intelligebat cur nec cernere, nec audire poſſet. Diuus aũt Clemens, qui mulieris domuſque vicem doleret, ſupplex cum lachrymis Deum precari cœpit, his verbis, Domine Ieſu Chriſte qui cælorum claues Apoſtolo tuo Petro tradidiſti, foreq; prædixiſti, vt quæ aperiret, aperta eſſent, & clauſa eſſent quæ clauderet, ipſe etiã oculos viri huius » qui clauſi ſunt, & aures aperi, præſertim cum hæc tua ſit oratio, Quæcunque petetis » credentes, impetrabitis: & hæc tua promiſsio in perpetuum manet. Quæ cùm precatus eſſet, reſpondiſſentq; Amen, ij qui aderant, ſtatim & oculorum cæcitas & auriũ ſorditas ſublata eſt. Siſinnius verò quaſi ex ſomno experrectus eſſet, cùm beatũ Clementem cum vxore ſua ſtantem vidiſſet, non parem gratiam ei retulit, ſed famulis, vt eũ comprehenderẽt, imperauit, vt cæcitatis pœnas penderet. Eũ enim præſtigiatorẽ
D exiſtimabat, quòd feciſſet vt ipſe & anteà captus eſſet oculis atq; mutus, & rurſus diſpiceret atq; audiret. Ac ſerui quidẽ imperata domini facere ſtudioſè conabantur, ſed ignorabant ſe lapides & ligna quæ in proximo ſita erant, attingere, trahere, atq; vincire, huc atq; illuc furijs agitatos ducere: quod etiã Siſinnio videbatur: põtificẽq; à ſeruis vinctũ eſſe exiſtimabat: ſed ille omnis doloris expers ab iniquis illis manibus cuſtodiebatur, cùm nec leuẽ contactũ perferret, nec in medijs afflictis rebus agitaretur. Tũ vero inſanũ illum his verbis allocutus eſt, Animus tuus, inquit, cæcus factus eſt, cùm ſic lapides & ligna cõmoueas, oẽſq; irarũ faces in eos immittas, quos paulò antè venerabare, & vt Deos colebas. Ille aũt, Ego malè te perdã, inquit, vt multos veneficos de ſententia deijcias, & ad meliorem mẽtem reducas cum magnũ fructũ ceperint ex ijs grauiſsimis ſupplicijs quæ perferes. Hac quidẽ ille oratione vſus eſt, cùm ei præſens ſqualor animũ tolleret, quòd etiam vinculis pontificem conſtrinxiſſet. Ille verò ne illa quidem contumelia adductos, eum deteſtatus eſt, ſed vxori benè precatus,

catus, ſparſiſq́; religionis ac pietatis largis ſeminibus in gratis illis obſequentibuſq́; E
auribus quaſi in profundo quodã & pingui aruo, diſceſsit, cùm ei antè imperaſſet, vt
finē precandi ne faceret, dum virũ ſuum ad veritatis cognitionē traduxiſſet. Cùm er-
go Theodora maiore animi contentione precaretur, virum quendã clariſsimũ qui
caniciem præferebat viſa eſt videre, (videbatur aũt eſſe primus diſcipulorum Petrus,
qui magiſtrũ vehementer amauit) vtentem his verbis, Tua, inquit, opera, mulier, ſal-
uus & incolumis erit Siſinnius, vt quēadmodũ à Paulo fratre meo ſcriptum eſt, vir
per mulierem ſanitatē mentis adipiſcatur. Atq; ille quidem cùm hæc dixiſſet, abijt.
Siſinnius aũt ſubito & quaſi ex aſſenſione Theodoram accerſita (erat aũt tum finis
viſionis) deſiderij, menſæ, conuiuij, ac reliquæ omnis cõmunionis mentionem facit,
eorumq́; omnium vnam gratiã repoſcit, ſupplexq́; ab ea petit, vt Deum roget, vt ipſi
delictorum gratiam faciat: ſalutiſq́; viam demonſtret. Tum ſe ipſe accuſat, omniaq́;
ſe cauſa eius & facturum & perpeſſurum pollicetur. Ego cùm ſuſpectã te in amo-
re, inquit, haberem, quòd me qui vir tuus ſum, neglecto, ad peregrinum illum, pon- F
tificis addito nomine, ires, nec naturæ perturbationes, tempeſtatumq́; quaſi fluctus
ferrem, coactus ſum te in templum abeuntem obſeruare, videreq; ea quę ibi ageren-
tur. Ingreſſus cùm oculis curioſius ea quæ à pontifice perficerentur, ſpectarē, atten-
teq́; audire ſtuderem ea quæ dicerentur, oculis ſimul & auribus captus ſum. Et quã-
quam ille qui Dei imitator eſſet, videndi audiendiq́; vſum mihi reſtituit, ego tamen
tanti beneficij immemor, non ſolùm ei parem gratiam non retuli, ſed cùm mira-
culum monſtrum eſſe dixiſſem, eum ſupplicio quantum in me fuit, affeci, ſeruiſ-
q́ue præcepi, vt eundem & cõprehenderent, & vincirent. Illis autē qui in eum ſe te-
nere arbitrarentur, & in vincula ducere, ligna & lapides in manibus fuerunt, id
quod mihi quoq; videbatur, & tanquam ab eis pontifex teneretur, ei grauiter mi-
nabar. Itaque peto à te maiorem in modum vir tuus, & ab vxore mea hoc in be-
neficij loco precor, primùm vt Deum mihi propitium efficias, deinde me in gra-
tiam cum pontifice reducas. Theodora cùm hæc audiſſet, ad põtificem ſtatim venit, G
eiq́; omnia quæ & vidiſſet & audiſſet à viro ſuo, nunciat. Ille nihil cunctatus, confe-
ſtim ad Siſinnium proficiſcitur, eum non vt anteà conuenit, ſed quo maiore ille fe-
rocia in põtificem tum inuaſerat, eo ipſe nunc maiore cũ honore excepit. Ergo cùm
magnam illius mutationē pontifex perſpexiſſet, de vera religione ac pietate apud eũ
copiosè diſſerit, totumq́; homnem ſubigit: cumq́; ille Chriſto credidiſſet, beatos il-
los pontificis pedes cõtigit, atq; hæc cum lachrymis locutus eſt, Gratias tibi ago ve-
ro & ſoli Deo, qui me ob eã cauſam oculis corporis excæcaſti, vt animi oculos aperi-
res, meq́; ad conſyderandũ cernendumq́; verum cõparares, mihiq́; auriũ munus ad-
emiſti, vt vigili mente ac nihil eorũ quæ extrinſecus ſunt ſentiente, pietatis religio-
niſq́; veræ prædicationē haurirem & approbarē. Nunc verò veritatis myſterijs ini-
tiatus ſum, certoq́; ſciui ea quæ Græci ac gentiles tradant, fraudem tantùm eſſe, atq;
monſtri ſimilia. In ædibus ob hæc ipſa lætitiæ voluptatiſq́; plena erant omnia, om-
neſq́; Chriſto crediderunt. Ineunte verò iam paſchate, omnes aqua ſalutari expiati H
ſunt vnà cum Siſinnio parentes atque liberi ad tres & viginti ſupra trecentos. Hoc
multos qui paulò illuſtriores clarioreſq́; erant, attraxit, eorum qui maiore ſplendo-
re & dignitate erant prædìti, & quibus Nerua imperator amicis plurimum, conſul-
toribuſq́; vtebatur: ijq́; omnes veram religionem comprobauerunt. Quæ cùm ani-
maduerteret, Publius Turcutianus, qui tum comes ſacrorum erat, grauiter tulit, in-
dignaq́ue geſsit, conſyderãſq́; quemadmodum religionem noſtram, quæ creſceret,
comprimeret, Clementem ipſum quaſi maximè auctor eſſet eorum omnium, de me-
dio tollere ſtatuit. Conuocat vnicuiuſque partis ac regionis vrbis præfectos, eoſ-
demq́; corruptos pecunia, eò deduxit, vt ſeditionem quandam in Clementem exci-
tarent atq; illius exiſtimationē in crimen vocarent, quòd ea ex parte vrbis in eũ amo-
rem vellet dirimere, eumq́; inſidijs opportunum reddere. Cùm ergo in eum coi-
tionem feciſſent improbiſsimi ciues illi, rumores ſiniſtros, vt ipſi putabant, de-
co ſpar-

A eo ſparſerunt, multaque in eum crimina contulerunt præſtigias enim ei & veneficia obijciebant, religionisq; ſuæ euerſionem: & cùm multis alijs contumelijs eum afficere iactabant, tum patrios Deos conuitijs vexare, quippe qui Deorum omnium maximum Iouem, ne Deum quidem nominaret, Herculem Alcmenæ filium, quem ſalutis ſuæ auctorem dicerent, deteſtandum quendam dęmona, & ſceleſtum vocaret: amicam Venerem adulteram induceret: Dianam illam ſagittandi peritam, Mercuriumq; ſapientem ſermonis Deum, bellicoſum Martem, ipſum Saturnum ex æquo omnes contumelijs vexaret & criminaretur, eorumq; fana & aras euerteret. Summa hæc fuit orationis: Aut Dijs ſacra faciat & immolet, aut vita quàm primùm priuetur. Atq; ij quidem qui hos motus excitarant, petebant, vt pontifex morte mulctaretur: quæ acerbè ferebant ij oẽs qui conſcientiam precio addictam non habuerant: libereq; apud populum verba faciebant: Quid mali aut ſceleris pontifex admiſit? aut po tius quæ beneficia Reſp. ab eo non accepit? Deinde ea quæ ab illo contra opinio-B nem omnium geſta eſſent, ſingillatim enumerabant, eorumq; quæ commemorarēt teſtes illos citabant. Mammertinus autem præfectus vrbis, qui ciuitatem in ea ſeditione videre non ſuſtineret, præſertim cùm religioni noſtræ creſcenti inuideret, ad ſe beatum Clementem accerſit, verbisq; adeo generoſum fortemq; animum à propoſito conſilio abducere conabatur. Eum ex claro genere natum eſſe dicebat, cuius rei cunctum pop. Rom. teſtem haberet. Sed tamen eundem humano in errore verſari, ob eamq; cauſam vrbem ipſam tacere non poſſe: quòd eum nouam religionem inducere dicerent & Chriſtum quendam præter patrios Deos prædicare. Itaq; eum oportere ſuperuacaneam iſtam religionem omittere, & venerari colereq; eos tantũ Deos quos ciuitas probaret. Ad hæc pontifex reſpondit his verbis: Precor tuam cõſtantiam, vt mihi dicendi facias poteſtatem, eaq; attente audias quę dicturus ſum: nõ ita rationi contrariæ ſeditioni, inanibusq; tumultibus parcas. Neq; enim ſeditioni & tumultui locus eſt, cùm cuipiam propoſitũ eſt de ſalute ſua videre & de Deo diſ-C ſerere. Præfectus qui fortitudinem & conſtantiam ſtatim ex ipſo exordio intellexiſſet, & dicere ipſe ac rurſus ab illo audire vereretur, reſponſumq; differret, de illo ad Traianum Imperatorem refert. Rex ei quæ ſcripta erant, diſtinguit hoc modo, Aut patrijs Dijs Clememens immolaret, aut trans pontum in deſertum aliquod oppidũ eorum quæ prope Cherſonem ſita eſſent, Roma perpetuo exilio damnetur. Hoc accepto decreto, Mamertinus videbat, quemadmodũ Clemens non exterminaretur, ſed ei potius atq; imperatori perſuaderetur, vt immolaret. Neq; enim æquo animo tantam viri virtutẽ damnare poterat. Atq; hoc ei maiore curæ fuit illi perſuadere, quàm exilium acerbè ferre, quo pontifex ſtudioſius præfectũ ipſum ad verũ Dei cultũ traducebat. Tanta enim in Clemente diuinitus gratia elucebat, adeoq; illius lingua omni ſuo ac melle dulcior inſtillabat, vt etiã Mamertinus ipſe eius amore ſingulari captus, & multùm ex illius abſentia ingemuerit, & lachrymas pontifici profuderit, cum his verbis, Deus, cui tu incorruptè ſeruis, tibi in aduerſis rebus auxiliũ D ferat: & nauigiũ conceſſerit, impoſitis ijs omnibus abundanter quæ ad victũ pertinent, & dexteram ei dederit, & veſtierit, & ita cum debito ſalutationis officio dimiſerit. Multi etiam religioſi viri eum ſecuti ſunt, qui cùm in exilij locum perueniſſent, Chriſtianos circiter mille atq; eo plures offendunt qui in ergaſtulis ad marmora ſcanda iampridẽ, religionis noſtræ cauſa damnati fuerãt. Hi de pontifice anteà audierant, eumq; exilij cauſa ad ſe venturũ eſſe, itaq; eius aduentus nõ vulgarem illis conſolationem attulit. Cùm ad illos venit, ab opere manuũ liberi ac ſoluti, ad eum accedunt cum lachrymis, ſanctosq; illos eius pedes contingunt, puras manus oſculantur, calamitates atq; mala quibus opprimerentur, cum lachrymis cõmemorant, ſuũ à patria diſceſſum, inſuauem in peregrinatione viuendi rationem, rerum ad vitã neceſſarium inopiam: & quod grauiſsimum erat omniũ, aquæ ipſius penuriam. Si quis enim, inquiunt, toto die opere manuũ atque labore defatigatus, exiguam quandam aquæ guttam ſumere velit, vt miſeriam quam ex labore ſuſcepit, ſubleuet, is nõ pau-

Eadem omnia Ephraimus M. & epiſcopus Cherſonis, Gregorius Turonius, Symeon Metaphraſtes.

cioribus ſtadijs quam quinque & quadraginta confectis,aquã portabit. Ex his pon- E
tifex primum obortis lachrymis dolorem cepit: deinde cùm Deo gratias egiſſet illo-
rumq́; animos ſatis conſolatus eſſet,Non,inquit,ſine cauſa huc me Deus expelli paſ-
ſus eſt,ſed vt & eorum malorum quæ toleratis ſim ſocius,& patientiæ maximè con-
ſtantiæq́; exemplo.Tum ſe ad orationem conuertit, precaturq́; vnà cum eis Deum,
vt conſeſſoribus ſuis fontem aquæ aperiat, & qui percuſſo ſaxo in ſolitudine aqua-
rum ingentem vim elicuiſſet,ipſe aquæ copiam ſibi præberet.Iam omnibus in orati-
onem incumbentibus,pontifex huc atq; illuc conuerſis oculis,agnũ quendam cer-
nit,qui dextrum pedẽ ſublimen habebat,& ſubiectũ ſolum quaſi monſtrabat (neq;
enim quiſquam alius agnũ vidit) coniectisq́; & commiſsis oculis pontifex, ad nota-
tum deſignatumq́; locum cum ijs qui aderant veniens, Domini, inquit, noſtri Ieſu
Chriſti nomine,hìc mihi filij,fodite. Cumq́; locum in quo agnus ſteterat, omneq́;
ſolum circunfodiſſent,ipſe ſumpto ſarculo locum eum quẽ agnus mõſtrauerat,pul-
ſat leui quodã ſublimiq́; ſono: tumq́; repente terra aquã nitidam ac lympidam,quę- F
que ori iucunda & ſuauis erat,ex ſe extulit,eaq́; impetu quodam effuſa,flumen effe-
" cit.Cùmq́; oẽs aqua lætos redderet,pontifex,Fluminis, inquit, impetus lætificat ci-
" uitatem Dei.Hinc cuncta ad eum ciuitas confluebat,illiusq́; ſpiritalis doctrinæ dul-
cedine. oẽs ad veram fidem traducebat,vt etiã multi quotidie circiter quinq; millia
baptizarentur,veraq́; religio indies creſceret. Nondũ annuum exilium emẽſus erat,
cùm ab ijs qui crediderant,templa quinq; & ſeptuaginta numero ædificantur, fa-
naq́; idolorum,& templa euertuntur,& lucos qui eis conſiti, longè lateq́; pertine-
bant,ignis conſumit,omnisq́; dæmonũ inſania deletur.Fama tum inuiſa & moleſta
ad Imperatoris aures peruadit,quæ res Chriſtianorũ in dies magis ac magis creſcere,
atq; progreſſum facere doceret: ob eãq́; cauſam Aufidianum ducẽ ſtatim mittit,qui
nõ ſolùm non vltra res illorum proficere ac procedere ſineret, verùm etiam eos qui
in eorum ditionem redacti eſſent,reuocaret abſtraheretq́; à religione.Is cum Cher-
ſonem veniſſet,multisq́; Chriſtianis multis varijsq́; tormentis ac ſupplicijs affeciſſet, G
omnesq́; propoſito ac voluntate martyres effectos eſſe cerneret,& paratos ſexcenta
mortis genera perferre,quid facit? Abſtinet ſe quidem à multitudine, quòd verere-
tur ne tandem plures martyres faceret: auctorem autem vnum coërcet,omnemq́; fu
rorem in beatum illud Clementis caput immittit. Cùm verò ei leuia eſſẽt omnia,
neq; vlla eſſe duceret,& ex ijs quæ pertuliſſet,maiorem alijs fiduciam præberet, bre-
uem ei atq; celerem vitæ priuationem excogitat. Nam in medium mare martyrem
abducit,anchoraq́; eius ceruici deligata in profundum demergit:vt ne reliquię qui-
dem,inquit illius,Chriſtianis remaneant. Verum ille quidem in profundũ deiectus
eſt,Chriſtianorum autem multitudo quæ ſtabat in litore,miſerè lamentabatur, lu-
gebat,miſerabiliq́; voce pontificem omnes appellabant.Cornelius verò & phœbus
illius diſcipuli cum eas voces quas res ipſa poſtulabat,clamore ſublato mitterẽt, nec
haberent,quod caſum illum conſolari poſſent,comprecemur,inquiunt,omnes vno
conſenſu Deum,vt nobis martyris ſui corpus oſtendat.Cũq́; ipſi precarentur,Deus H
tum quiddam multo maiore admiratione dignum,quam Moſes, perfecit. Diſcedit
enim ac deflectit mare longè lateq́; ſtadia circiter viginti.Multitudo terra incedens,
id quod etiam tuæ Chriſte,poteſtatis eſt,ſaxum offendit,quòd à tua immenſa ſapiẽ-
tia factum templi ſpeciem præbebat, & in eo martyris corpus cum dignitate collo-
catum,grauemq́; illam anchoram ad ſaxum etiam poſitam.Sed Cornelio atq; Phœ-
bo patefactum eſt,ne corpus,quod in profundo præclarè ſitum eſſet, transferrent:
foreq́; vt quotannis eo tẽpore quo martyr è vita exceſsiſſet,mare ijs qui accederẽt,
ſeptem continuis diebus curſum ſuum cohiberet,tranſitũq́; pedibus vſq; ad corpus
permitteret. Id quod & quotannis adhuc accidit, & aduentum eius recordationis
quaſi terminum quẽdam,certũq́; diem obtinet.Hinc cùm hæreſes ſecteq́; oẽs à reli-
gione noſtra alienæ,tum barbarorũ inſtituta euerſa & ſublata ſunt,quòd ſigna atq;
miracula quæ ibi in martyris memoria edebantur,oẽs ad veri cognitionẽ traducerẽt.
Nemi-

A Nemini enim eorum qui inſanabili aliquo malo atque morbo oppreſsi erant, quic-
quam magis neceſſarium fuit, quam aquæ communio & aſperſio, ad morbi, quo af-
flictabantur, depulſionem. Sed hæc quidem & huiuſmodi ſunt, & ita habent: illud
verò longè maius eſt, ſatisque in eo eſt virium ad faciendam fidem eorum quæ com-
memorauimus. Cum enim, vt ſuperior oratio declarauit, in maris voragines martyr
demerſus eſt, & in aquarum ſinus deiectus, mare deorſum fluens longius, & quaſi
ſub pedem ſecedens, index corporis mirabiliter fuit, patefecitq; iter ad ingrediendũ
ei qui ire voluiſſet, magnusq; Chriſtianorũ numerus tum ad corporis ſpectaculum
excitabãtur. Poſteà verò etiã maximus dies feſtus miraculũ induxit aut potius mira-
culũ diei feſto cauſam dedit, quod non ſemel editũ, deinde terminũ habuit, ſed vni-
uſcuiuſq; anni curſu atq; ambitu eodẽ modo exiſtebat, impiosq; animos & à Dei ve-
ri cultu alienos, ad epulum conuocabat. Cùm enim hæc ita eſſent, & Chriſtianorũ
omniũ qui Cherſonem incolebãt, ad diem feſtum miraculi cõcurſus fieret: ibi etiã
B Deus miraculum edidit ſuperioribus mirabilius. Vir enim quidam religionis noſtræ *Refert idẽ*
cum vxore & filio, quo tẽpore iam miraculũ edebatur, vnà cum reliqua multitudine *miraculũ*
ad illud martyris corpus viſendum profectus eſt. Cumque maris profundum pedi- *Niceph.*
bus ingreſsi illi, in templum quod in alueo ſitum erat, intraſſent, manibusq; eo pue- *Calliſtus,*
rum duxiſſent, ſancto illo ſpectato ſepulchro, cùm alia multa à ſancto poſtulauerũt, *libro 3. Il.*
tum filio ea precati ſunt omnia, quæ æquum eſt perentes petere, Cùm precati eſſent, *Eccle. c. 18.*
ac ſepulchrum religioſe quaſi oſculati eſſent, ipſi quidem die feſto perfecto, domum
redeuntibus omnibus cum multitudine quæ eo conuenerat, ad ſuos reuerſi ſunt:
puer autem inſcijs ignarisq; parentibus, neſcio quo modo ſolus in templo remanſit,
hoc etiam diuina quæ comprehendi non poteſt, agente prouidentia, vt maiore in
honore eum haberet, qui & animum & corpus ipſius cauſa profudiſſet. Atque aqua
quidem ad ſua loca remeans, profundum ſtatim occultauit, rurſusq; mare effectum
eſt: parentes autem paulum à corpore digreſsi cùm filium ſecum eſſe non viderent,
C ad requirendum eum reuertuntur, vt eum inuenirent: mare rurſus animaduertunt
viam eam quæ ad corpus ferret, ſtatimq; tumultuantur, perturbantur, permouen-
tur, maiore ſtudio ad inueſtigandum puerum ſe conferunt. is autem in ſepulchro
abditus erat. Poſteà verò quàm multo labore quæſitum non inueniunt, cumq; in
profundo abditum, ſicuti erat, exiſtimant, magna triſtiq; voce filium appellantes &
pectora pulſabant. & caſum qui eos opprimebat, lugebant: tum ea ad beatum Cle-
mentem oratione vſi ſunt, qua animus mœrore confectus vtatur, mortem enim pro
his malis optare non deſtiterunt, dum proximorum nonnulli qui in eos iam lamen-
tatione luctuq; confectos incidiſſent, multis præ dolore profuſis lachrymis, eos cõ-
ſolati ſunt, diuturnumq; mœrorem atque dolorem depulerunt. Verum cùm illi do-
mum reuertiſſent, dolor recruduit, pueriq; tunica quam viderunt, ſiue alia quæ ha-
bere aut ferre ſolitus erat, cùm in mentem parentibus veniſſent, acerbiorem eis ca-
ſum reddebant. Annui autem temporis ſpacio confecto, cùm dies feſtus ille præcla-
D rus immineret, dolor eos rurſum eo grauius conficiebat, quo maior crebriorq; pue-
ri memoria in eorum animis verſabatur: tumq; his verbis inter ſe vtebantur, Eamus
ad ſepulchrum, videamus num quid pueri relictum ſit, ſi fortè illud afferamus. Hæc
atq; alia ad caſum pertinentia cum inter ſe diſſeruiſſent, domo proficiſcuntur cum
lugubri veſtitu, oculis vi lachrymarum tabeſcentibus, & ad litus perueniunt. Mare,
cum ſtatus dies veniſſet, ſtatim deflexit: ſequuntur illi primi, & pedibus alij rurſus,
mariq; pro duce itineris vtuntur, atque in templũ illud fortuitu ædificatũ, imò verò
ſapientia tua domine effectũ, ingreſsi, puerũ cernunt, ô miraculum, viuũ ſaltantẽq;
in templo. Ac primum quidem de ijs quæ videbantur, ambigebant, reputantes num
puer eſſet id quod videretur. Poſtea verò quàm notis & figuris oris omni ex parte
puer impulit ad aſſentiendum, eumq; illum puerum eſſe crediderunt: ſtatim ad eum
accedunt, coniunctisque oculis & labris, diu fleuerunt, dulcibus illis præ gau-
dio

dio profuſis lachrymis, vehementerq́ue quaſi nudo animo in eius oſcula irruerunt. E
Deinde cùm paulum ſe collegiſsent, puerum accuratè de ſingulis rogarunt, quónam pacto ita contra omnium opinionem conſeruatus eſſet, quo cuſtode, quo altore, quo fotore, quo vitæ parente. Ille cum ſiniſtra ſepulchrum teneret, altera cum qui in illo ſitus eſſet, monſtraret, Hic mihi, inquit, & vitæ largitor fuit, & altor & cuſtos, meq́ue adhuc ſemper apud ſe ſaluum eſſe voluit, & præclarè lactauit atque educauit. Miraculo parentes nouo & inaudito cum voluptate deliniti, ſuperiores luctus triſtiaque illa de ſuo caſu verba, in lætitiam gratiarumq́ue actionem mutauerunt. Mirabilis, inquiunt, Deus in ſanctis ſuis, omniaque quæ ſequuntur addunt. Reuertuntur ergo domum beati quemq́ue vt mortuum lugebant, & cuius ſepulchrum belluæ marinæ aluum eſſe celebrabant, atque adeo cuius nihil reliqui ſe inuenturos ſperabant, eum cùm ſecum incedentem haberent, colloquentemq́ue cernerent, rem quandam patribus incredibili voluptati futuram, incredibilemq́ue ſuauitatem & dulcedinem ſuis ipſorum animis inſtillabant. Sic honorem habere ſolet communis omnium dominus Chriſtus ſeruis qui ipſius cauſa mortem tolerauerunt, & qui tantum periculum ſuſceperunt, eos tali miraculorũ pręſtantia, talibus ſplendoribus ornare, quos nobis etiam conſequi liceat, per gratiam atque humanitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſempiterna gloria tribuatur. Amen. F

CLEMENTINORVM OMNIVM FINIS.

MENDAE ſtudioſo lectori caſtigandæ.

A. 1. linea 22. lege, dictamni. A. 3. pagina priore, linea 31. pro Auſen, Anſen. & pro ſinomicus lege binominis. pag. poſteriore, pro ſinonimem, lege, binominem, lin. 7. & 13. ipſum ſe. A. 4. linea 9. in ſcholiolis lege, lectoribus. 66. pag. linea 5. pro malum, lege titulum. 80 pag. lin. 5 pro amplexiones, lege, amplecti onus, quod reſtitutum eſt ex 3. Clementis epiſtola, cùm exemplaria omnia legant eo loco, amplexiones, corruptè. Cæteras ſtudioſus lector induſtria ſua facilè reſtituet, ſi quas deprehenderit.

TIPOGRA-

TIPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI SALVTEM.

PRopoſueramus, candide Lector, hîc operi huic finem imponere, & Clementina omnia (quæ quidem habere potuimus) ſeorſim in lucem dare, propterea quod epiſtolæ ſequentes, ſimul & doctiſsimę & pientiſsimę, ferę in Tomis Conciliorum habeãtur: verum ne queri poſsis, aliqua hîc, quæ in prioribus editionibus adieceramus, deſiderari, deinde vt & lautioris & tenuioris fortunæ hominibus conſuleremus, his quidem, quod magnos illos Tomos non ita facilè coemere poſsint, ijs verò quod eoſdem non ſemper euoluere vacat: conſilij noſtri rationem mutauimus, & cætera vt in priori editione, adijcienda eſſe duximus. Porrò adiunximus etiam quamuis in priore noſtra editione, & poſtrema Pariſienſi Clementis operibus adiectæ non ſint perpulchras & inſignes illas D. Ignatij fortiſsimi athletæ & Martyris Chriſti epiſtolas, propterea quod eodem etiam tempore cum noſtro D. Clemente vixerit, id facile ex ipſius etiam Clementis ſcriptis liquet cum eius mentionem in epiſtola ad Philadelphios faciat. Quantum autem & eruditionis & pietatis contineant, ipſe amice Lector, ſi eas ſedulò & religiosè lectitaris percipies cum non fidem ſolum miſteria noſtræ religionis dum explicãt confirmare, verum etiam mores corrigere poſsint. Habes etiam & D. Polycarpi Martyris Smyrnæorũ Epiſcopi ad Philippenſes egregiam epiſtolam, qui & ipſe quemadmodum D. Ignatius, B. Ioannis Apoſtoli diſcipulus fuit. Deinde & Martialis B. Petri Apoſtoli epiſtolas duas, ad Burdegalenſes vnam, ad Toloſanos alteram. Nulli enim ſcriptores tam luculenti & pulchra ratione canam ac venerãdam fidem, quam ab Apoſtolis eorum inſtitutoribus receperunt, explicant, quapropter non inconſultum fore iudicauimus, ſi horũ epiſtolæ ſuperioribus coniungerentur. Præſertim cum nihil æque noſtram fidem cõfirmare poſsit, ac id, quod ex vetuſtiſsimus deſumitur. Petimus itaque amice Lector vt hunc noſtrum laborẽ æquiboniq; conſulas, quacunque in re tibi prodeſſe poterimus, nullum nec ſumptum nec laborem reformidabimus. Vale. Coloniæ Agrippinæ.

DIVI IGNATII QVI ET E
THEOPHORVS, ANTIOCHENAE ECCLESIAE EPISCOPI ET MARTYRIS, EPISTOLAE.

Ioanni Sancto ſeniori Ignatius & qui cum eo ſunt.

FRATER de tua mora dolemus grauiter, allocutionibus
& conſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia proten-
datur, multos de noſtris deſtituet, properes igitur venire,
quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus no F
ſtris Mariam Ieſu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos
diſcurrere volentes, vt eam contingant & hubera eius tra-
ctent, quæ Dominum Ieſum aluerunt, & quędam eius ſecre-
tiora percunctentur ipſam Mariam Ieſu. Eſt & Salome, quā
diligis, filia Annæ Hieroſolimis, & quinque menſibus apud eam commemorata.
Et quidam notificauêre eandem matrem Dei omnium gratiarum eſſe abundantem,
& omnium virtutum more virginis, virtutis, & gratiæ fœcundam. quæ (vt dicunt)
in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in pœnurijs & indigentijs non quæ-
rula, iniuriantibus grata, & modeſta in re læta. Miſeris & afflictis condolet coaffli-
cta, & ſubuenire non pigreſcit. Contra vitiorum autem peſtiferos conflictus in pu-
gna fidei diſceptans, eniteſcit. Noſtræ nouæ religionis & pœnitentiæ eſt magiſtra,
& apud fideles omnium operum pietatis miniſtra. Humilibus quidem eſt deuota,
& deuotis deuotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cum à ſcribis G
& phariſæis ei detrahat. Præterea multi multa referunt de eadem, tamen omnibus
per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed ſicut nobis à fide
dignis narratur, in Maria Ieſu humanæ naturæ, natura ſanctitatis angelicæ ſocia-
tur. Et hæc talia excitauerunt viſcera noſtra, & cogunt valdè deſiderare aſpectum
huius (ſi fas ſit fari) cœleſtis prodigij, & ſacratiſsimi ſpectaculi. Tu autem diligenti
modo diſponas ſuper deſiderio noſtro & valeas, Amen.

DIVI IGNATII AD EIVSDEM Epiſtola.

Ioanni Sancti ſeniori Ignatius.

MIHI ſi licitum eſt, à te ad Hieroſolymæ partes volo aſcendere, & videre H
fideles ſanctos qui ibi ſunt, præcipuè Mariam Ieſu, quam dicunt vniuer-
ſis admirandam, & cunctis deſiderabilem. Quem enim non delectet vi-
dere eam & alloqui, quæ verum Deum de ſe peperit, ſi noſtræ ſit fidei &
religionis amicus? Similiter & illum venerabilem Iacobum qui cognominatur Iu-
ſtus, quem referunt Chriſto Ieſu ſimillimum facie & vita, & modo conuerſationis,
ac ſi eiuſdem vteri frater eſſet gemellus. Quem dicunt ſi videro, video ipſum, ſecun-
dum omnia corporis eius lineamenta. Præterea cæteros ſanctos & ſanctas. Heu quid
moror? Cur detineor? Bonè præceptor properare me iubeas & valeas.

DIVI IGNATII EPISCOPI ET MARTYRIS, AD beatam Mariam Virginem, matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Epiſtolæ.

Chriſti-

A Chriſtiferæ Mariæ, Ignatius.

ME Neophytum Ioannisq; tui diſcipulum confortare & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo percepi innumera dictu, & ſtupefactus ſum ex auditu, à te autem quæ ſemper ei fuiſti familiaris coniuncta, & ſecretorum eius conſcia, deſidero animo fieri certior de auditis. Scripſi tibi etiam aliás & rogaui de eiſdem. Valeas, & Neophyti qui mecum ſunt ex te & per te & in te confortentur. Amen.

BEATAE MARIAE VIRGINIS, AD IGNAtium Epiſcopum & Martyrem, Epiſtola.

Ignatio dilecto diſcipulo humilis ancilla Chriſti Ieſu.

B DE Ieſu quæ à Ioanne audiſti & didiciſti vera ſunt. Illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto cõfirmes. Veniam autem vnà cum Ioanne te & qui tecum ſunt viſura, ſta, & in fide viriliter age, nec te commoueat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo, Amen.

DIVI IGNATII EPISTOLAE DVODEcim, quarum prima eſt ad Mariam Caſſobolitam.

Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiam conſequutus, & gratiam Dei patris altiſsimi & Domini noſtri Ieſu Chriſti, C qui pro nobis mortuus eſt, fideliſsimæ & Deo dignæ Chriſticolæ filiæ Mariæ plurimam in Deo Salutem.

Prima quidem figuratio literæ, velut pars chori ſenſus continens, non ſolum his quibus impertit affectum, honorat accipientem, ſed & in ipſis qui ſuſcipiunt amplius auget deſiderium. Et quomodo nauigantibus in tempeſtate gratus eſt portus, ita & nobis literarũ tuarum acceptabilis eſt modus. Quem tanquam tutiſsimũ ſolatium à tua fideliſsima mente de longinquo ſuſcepimus, conſpicientes in eo illud quod eſt bonum. Omnium namq; bonorum largitor eſt Deus. O ſapientiſſima mulierum, tuã animã puriſsimis fontibus aſsimulamus, illis videlicet, qui tranſeuntes etiam non ſitientes viſione ſui attrahũt, & potum haurire inuitant. Ita enim tuæ prudentiæ pollicitatio conſtringit nos, iubens de illis ſanctis liquoribus, qui in D anima tua reddundant, hauſtum ſumere. Ego autem potaui non in eis tantum nũc, quantum publicanorum contrarijs ſententijs exagitor. Quæ quidem ſunt fugæ & carceres ac vincula. Sed nihil horum recuſo. In iniuſtitijs autem eorum magis edoceor, vt Ieſum mœrear adipiſci, lucror ego periculis mihi præparatis. Quia non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram, quæ reuelabitur in nobis. Quæ autem per epiſtolam à te intimata ſunt, promptè adimpleui, de nullo eorum dubitans, quos tu benè habere probaſti. Agnoui enim te iudicio Dei teſtimonium memoratis viris perhibuiſſe, & non gratia carnali. Non valdè autem aſsidua fuerunt ſpacia, in quibus tua ſcripta perlegerem, neque adhuc in te negocium perceperam. Nec enim habui quomodo oculis percurrerem illam ineffabilem tuæ ſententiæ relationem, pro anima tua ego efficiar. Quia diligis Dominum Ieſum filium Dei viui, propterea & ipſe tibi dicit: Ego eos qui me diligunt diligo, & qui quærunt me inuenient pacem. Obuenit itaque mihi dicere, quia verus eſt ſermo, quem audiui de te cau

ſante

ſante Romæ apud beatum Papam Anacletum, cui ſucceſsit beatitudine dignus Clemens Petri & Pauli auditor. Et nunc adieciſti ſuper eum centupliciter, & abhuc adijcies teipſam. Valdè enim deſiderabam venire ad vos, & conquieſcere vobiſcum, ſed non mihi fuit opportunum, præpediebat enim propoſitum meum, non ſinens illo pergere miliaris cuſtodia. Quia nullus talia perfecit vel paſſus eſt, qualia ego. Quapropter ſecunda conſolatio eſt inter amicos, ſcriptis ſe inuicem reuelare. Saluto ſacratiſsimam animam tuam, rogans ſuper adijcere ad propoſitum tuũ. Præſens enim labor paruus eſt, merces verò quæ ſperatur multa eſt. Fuge eos qui negãt paſsionem Chriſti, & natiuitatem eius ſecundum carnem. Multi ſunt enim qui hanc ſanitatem infirmare conantur. Sed tu contra huiuſmodi conſueſce etiam alios monere. Quia in omni opere & verbo bono perfecta es, potens & alios erudire in domino. Salutãt te presbyteri & diaconi, præ omnibus verò ſanctus Hieronymus. Salutant te Caſsianus hoſpes meus, & ſoror mea coniunx eius, & dulciſsimi filij eorum. Incolumem & carnali & ſpirituali ſalute Dominus ſanctificet ſemper, & videam te domino cõſecutam coronam.

DIVI IGNATII AD TRALLIANOS ex Smyrna, Epiſtola II.

Trallis vrbs eſt Aſiatica, in vertice quodam plano, promontorium natura munitum habet, Aſiaticarum vrbium opulentiſsima. Vnde & dicuntur Tralliani.

Ignatius, qui & Theophorus, dilectæ à Deo patre, et Domino Ieſu Chriſto eccleſiæ ſanctæ, quæ eſt in Trallis, electæ et Deo dignæ, pacificatæ in carne et ſpiritu Ieſu Chriſti, ſpei noſtræ in paſsione per crucem et mortem, atq; reſurrectionem, G quam et ſaluto in plenitudine apoſtolicæ formæ, et opto plurimum in Deo gaudere.

IMmaculatum animum & ſine dolo in perſeuerantia cognoui vos, habere, non in hæſitatione, ſed in fidei poſſeſsione, prout ſignificauit mihi Polybius epiſcopus veſter, qui peruenit voluntate Dei patris, Ieſu Chriſti filij eius, cooperatione ſpiritus Smyrnam, & ſic mihi congratulatus eſt vincto in Chriſto Ieſu, vt omnem plenitudinem in ipſo conſpicerem. Suſcipiens ergò, eum ſecundum Deum, veſtram beneuolentiam per ipſum agnoui, inueniens vos imitatores eſſe Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri. Epiſcopo ſubiecti eſtote, ſicut Domino. Ipſe enim vigilat pro animabus veſtris, tanquam rationem redditurus Deo. Propter quod videmini mihi non ſecundum carnem viuere, ſed ſecundum Ieſum Chriſtum, H qui pro nobis mortuus eſt, vt credentes in mortem eius, per baptiſmũ participes reſurrectionis eius efficiamur. Neceſſarium eſt enim vos nihil præter epiſcopum facere, neque aliquid agere: Sed & præsbyteris ſubditi eſtote, vt Apoſtolis Ieſu Chriſti ſpei noſtræ, in quo perſeuerantes in ſeipſo inueniamur. Oportet ergo & diaconis qui ſunt in miniſterium Ieſu Chriſti omni modò placere. non enim in cibo & potu ſunt miniſtri, ſed miniſterij eccleſiæ Dei. Oportet igitur præcepta eorum obſeruare, ſicut ignem ardentem. Ipſi verò ſint tales, vos autem reuereamini eos tanquam Dominum Ieſum Chriſtum, quoniam cuſtodes ſunt loci eius, ſicut epiſcopus forma eſt patris omnium, præsbyteri verò ſicut confeſſus Dei & coniunctio Apoſtolorum Chriſti. Sine ipſis enim eccleſia electa non eſt, neque collectio ſanctorum, neq; congregatio ſancta. Confido enim & vos ſic conſiſtere. Exempla enim charitatis veſtræ accepi, & habeo penes meipſum in epiſcopo veſtro, quoniam ipſius conſtitutio magna

gna doctrina eſt. Nam & manſuetudo eius virtus eſt, quam arbitror etiam illos qui ſine Deo ſunt reuereri, quia autem diligo vos, parco frequentius vobis ſcribere, ne videar aliquibus contrarius aut tædioſus eſſe. Vinctus ſum enim pro Chriſto, ſed nondum Chriſto dignus ſum, ſi autem conſummauero, forſitan ero. Non ſicut Apoſtolus præcipio, ſed metior meipſum ne in gloriatione mea peream, bonum eſt enim in Domino gloriari. Etſi ſaluatus fuero apud Deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos qui magnificant me. Hi verò qui me laudant, potius flagellant. Eligo enim pati ſed neſcio an dignus ſum. Zelus enim inimici, multis non videtur, me autem impugnat. Debio ergo eſſe manſuetus, vt diſſoluatur princeps ſeculi huius diabolus. Nunquid non poteram vobis ſecretiora ſcribere? ſed timeo ne paruulis vobis conſtitutis, læſionem imponam. Et ignoſcite mihi, quia non valetis ferre vinculorum onera, quẽadmodum ego vinctus ſum. Et poſſum quidem intelligere cœleſtia, angelorum ſcilicet atq; archangelorum ordines, militiarum diuerſitates, virtu-
B tum & dominantionum differentias, ſedium atq; poteſtatum diſtantias, tronorum magnificentias, cherubim & ſeraphim excellentis ſpiritus ſublimitatem, Domini regnum, & ſuper hæc omnia omni tenentis Dei incorparabilitatem. Hæc igitur ego cognoſcens, nõ omnino perfectus ſum, aut diſcipulus eſſe poſſum, qualis Paulus, aut Petrus. Multum enim mihi reſtat, ne à Deo derelinquar. Rogo autem vos non ego, ſed dilectio Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis aũt perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia. Sunt enim quidam vaniloqui & mentis ſeductores, non Chriſtiani ſed Chriſtum mercantes ſeductione, circũferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbum euangelij, & venenum erroris commiſcentes dulci blandimẽto, ſicut puro melli virus admiſcentes, vt qui biberit illius potus ſenſuales illecebras, dulcedine captus inobſeruanter morti addicatur. Monet autem quidam antiquorum, vt nemo bonus dicatur, qui malum bono admiſcuerit. Nominãt enim Chriſtũ, non vt Chriſtum prædicent, ſed vt Chriſtũ ſpernant. Et le-
C gem proferunt, non vt legem ſtatuãt, ſed vt legi contraria adnuncient. Chriſtũ enim alienant à patre, legẽ verò Chriſti & natiuitatẽ ex virgine abijciunt, crucem erubeſcentes & paſsionẽ, & negantes reſurrectioni nõ credentes, Dominũ incognitũ profitentur, Chriſtum ingenitum putant, & neq; quia eſt Spiritus ſanctus confitentur. Quidam verò eorum filium hominẽ purum eſſe dicunt, alij aũt ipſum patrẽ eſſe dicunt, ipſum filiũ, ipſumq; Spiritum ſanctũ. Et creaturã non opera Dei eſſe per Chriſtum dicunt, ſed alterius cuiuſdã extraneæ virtutis. Cauete ergo à talibus, ne ſumatis laqueos animabus veſtris, & vitam veſtrã inexplorabilem opponite omnibus hominibus, ne efficiamini muſcipula explorationis, & ſicut retia extẽſa. Qui enim ſibi nõ parcit in operibus ſuis frater eſt polluentis ſemetipſum. Si ergo & vos deponatis naturalem ſuperbiã, inflatilem & tumidã extollentiã, poſsibile erit vobis inſeparabiles eſſe à Deo, propè eſt enim Dominus timentibus eũ. Et in quẽ (inquit) reſpiciã niſi in humilem & quietũ & trementẽ verba mea? Veneremini aũt & epiſcopum veſtrũ, ſe-
D cundũ quod vobis beati Apoſtoli præceperunt. Qui enim inter altare eſt cõſtitutus, mũdus eſt. Propter quod obedite epiſcopo veſtro præsbyteris. Qui enim extra altare conſtitutus eſt, extra epiſcopum, & præsbyteros, & diaconos aliquid agens, qui talis fuerit, pollutus eſt conſcientia, & eſt deterior infideli. Quid eſt enim epiſcopus, niſi oẽm principatum & poteſtatẽ omnium illorũ tenens quemadmodũ deceat hominẽ tenere imitationẽ Dei factum ſecundũ virtutem? Quid eſt presbyteriũ, niſi inſtitutio ſancta cõſiliarij & confeſſoris epiſcopi? quid etiã diaconi, niſi imitatores Chriſti miniſtrãtes epiſcopo, ſicut Chriſtus patri, & operantes illi operationẽ mundam & immaculatam? quomodo S. Stephanus beatiſsimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo, & Anacletus & Clemens, Petro. Qui igitur iſtis inobediens fuerit, hic ſine Deo omnino erit, & impius & contemnens Chriſtum, & ordinationẽ ipſius minorans. Ego verò hæc vobis mando, non quod aliquos inter uos tales agnouerim (nec permittat Deus aliquid huiuſmodi aliquãdo in aures meas introire, qui filio ſuo nõ pe-

percit

percipit propter ſanctam eccleſiam ſed præuidens ſeditiones iniqui præmonitione E conforto vos, ſicut filios meos chariſsimos & fideles in domino, præpotans vos medicamine præmuniente contra imminentem peſtilentiā, quam etiam vos tanquàm morbū fugite, beneplacentes in Chriſto Domino noſtro. Vos ergo ſuccincti manſuetudine, imitatores eſtote paſsionum Chriſti & dilectionis eius qua dilexit nos, dans ſemetipſum pro nobis redemptionem, vt nos ſanguine ſuo mundaret ab antiqua impietate, & vitam nobis præſtaret, incipientibus nobis, iam perire pro malitia quæ erat in nobis. Nemo ergo veſtrum aduerſus proximum aliquid habeat, dicente Domino: Dimittite & dimittetur vobis. Nolite occaſionem dare gentibus, ne propter aliquos paucos inſipientes, verbum Domini & doctrina blaſphemetur: ne in vobis compleatur, quod propheta ex perſona Dei ad huiuſmodi dicit: Quoniam per vos nomen meum blaſphematur in gentibus. Obturate autem aures veſtras, quando vobis quis ſine Ieſu Chriſto filio Dei loquitur, qui factus eſt per Mariam ex ſemine Dauid, qui verè natus ex Deo & ex virgine, quia hoc ipſum eſt, quod & Deus. Su- F ſcepit enim verè corpus, Verbum (inquit) caro factum eſt, & habitauit in nobis ſine peccato. Quis enim ex vobis arguet me de peccato? Manducauit enim verè & bibit. & crucifixus eſt & mortuus ſub Pontio Pilato, ſed & ſecundū placitum voluntatis ſuæ verè crucifixus eſt & verò mortuus, videntibus cœleſtibus & terreſtribus & infernis. Cœleſtibus quidem tanquam incorporalibus creaturis, terreſtribus verò vt Iudæis & Romanis, & cæteris hominibus, qui tunc eodem tempore præſto erant, quando crucifixus eſt Dominus. Infernis autem, vt multitudine eorum qui cum Domino reſurrexerunt. Multa (inquit) ſanctorum corpora dormientium reſurrexerunt de monumentis patefactis, Deſcendit autem in infernum ſolus, aſcendit verò cum multitudine, & dirupit maceriam quæ erat à ſeculo, & medium parietem eius diſſoluit, & reſurrexit tertia die reſuſcitante eum patre, & poſt dies quibus conuerſatus eſt cum apoſtolis aſſumptus eſt ad patrem, & ſedet ad dexteram eius, expectans donec ponātur omnes inimici eius ſcabellum pedum eius. Die ergo paraſceues ter- G tia hora accepit ſententiam à Pilato permittente patre, ſexta verò crucifixus eſt, nona autem emiſit ſpiritum. Ante verò ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumento nouo. Sabbato verò manſit ſub terra in ſepulchro, quo poſuit eum Ioſeph ab Arimathia. Dominica autem die reſurrexit à mortuis, ſecundum quod dictum eſt ab eo, ſicut fuit Ionas in ventre tribus diebus & tribus noctibus. Continet autem dies paraſceue paſsionem eius, Sabbatum verò ſepulturam & requiem. Dominica autem reſurrectionem. Quidam autem tanquam ſine Deo increduli & infideles, dicunt eum putatiuè tantum fuiſſe hominem, & non verum corpus ſuſcepiſſe, atque putatiuè paſſum & mortuum. Ego verò pro paſsione & morte Domini mei vinctus ſum, & opto ad beſtias pugnare. Si enim putatiuè & non verè paſſus eſt & mortuus, ergo ego gratis moriturus ſum, mendacia de cruce Domini confingens, ſed & propheta ſuperflue dixit: Videbunt in quem compunxerunt, & plangent inter ſeipſos tanquàm ſuper dilèctum, & dolebunt dolore tanquàm ſuper primoge- H nitum. Ergo infideles illi & incrèduli non minùs ſunt, quàm illi qui eum crucifixerunt. Ego ſic deuoui ſpem habere in eum, qui pro me verè mortuus eſt, qui alienum eſt ab eo mendaciū. Verè etenim peperit Maria corpus, Deo in eo habitante, & verè natus eſt Deus verbū ex virgine, corpus ſimile nobis paſsibile ſine peccato induens, verè conceptus eſt in vtero, & factus eſt in vtero, formans & faciens ſibi corpus ex virgine, ſine ſemine ſcilicet & colluctatione viri, portatusq; in vtero ſicut & nos, tēpore portati ſumus, & verè lactatus eſt & nutritus, ſicut & nos, & cibo & potu ſicuti & nos vſus eſt, & triginta annos agēs, baptizatus eſt à Ioanne in veritate & non in phantaſmate, & tribus annis prædicauit euangeliū, & fecit ſigna & prodigia coram falſis Iudæis, & à Pilato præſide iudex iudicatus eſt, flagellatus eſt, colaphis cæſus eſt, conſputus eſt, ſpineam coronam purpureamq; veſtem portauit, condemnatusq;, crucifixus eſt verè, voluntariè complacens, non imaginariè neque fallaciter

mortuus

A mortuus eſt,ſed verè, & ſepultus eſt & reſurrexit à mortuis, ſicut ipſe alicubi orans patrem dicebat: Tu autem Domine reſuſcita me & reddam illis.Et pater qui ſemper eum exaudit reſpondens ait, Exurge Deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Qui ergo reſuſcitauit eum pater, ipſe etiam nos per eum reſuſcitaturus eſt, non ſine vera vita, hoc eſt non ſine ipſo qui ait: Ego ſum vita, qui credit in me, licet moriatur, viuit, Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.Fugite illas ſine Deo hæreſes.Diaboli enim ſunt adinuentio, ſerpentis autoris malorum, qui per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri.Fugite verò & malas ſoboles eius. Simonem dico primogenitum generis ipſius, & Menandrum, Baſilidem & totam collectionem malignitatis ipſius, & illos hominis cultores Hebionitas, quos maledictos eſſe Hieremias propheta aſſeruit. Fugite quoque & illos immundiſsimos Nicolaitas amatores libidinis, malos calumniatores. Nam talis fuit Apoſtolorum miniſter Nicolaus. Fugite etiam ipſius nequiſsimos nepo-
B tes, Theodotum ſcilicet & Cleobolum, qui generant fructum mortiferum, de quo ſi quis deguſtauerit ſtatim morietur, non morte temporali, ſed æterna. Hi autem omnes non ſunt plantatio Dei patris, ſed progenies maledicti. Omnis autem plantatio (inquit Dominus) quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Quòd ſi fuiſſent rami patris, non vtique eſſent inimici crucis Chriſti, ſed ſunt rami illorũ, qui occiderunt dominum gloriæ, nunc autem crucem negantes & paſsionem erubeſcentes operantur Iudæorum iniquitates, illorum ſcilicet qui & Deo rebelles extiterunt, & Dominum occiderunt. Parum eſt enim eos dicere prophetarum eſſe interfectores. Vos ergo inuitat Chriſtus ad ſuam incorruptionem, per paſsionem ſuam & reſurrectionem, qui eſtis membra eius. Saluto vos ex Smyrna vnà cum compræſentibus mihi eccleſijs Dei, quæ & præſentes me id requiſierunt in omni carne & ſpiritu. Poſtulant vos vincula mea, quæ propter Ieſum Chriſtum porto, rogans Deum vt mereamini in conſenſu & oratione inuicem permanere. Decet enim vnũ-
C quemq; veſtrum benè obſequi presbyteris, epiſcopum in honorem Dei patris, & in honorem Ieſu Chriſti, atq; Apoſtolorum venerari. Deprecor vos ex affectu audire me, vt non ſit in teſtimonium quod vobis ſcripſi, & orate pro me indigente miſericordia Dei ac veſtra charitate, vt mœrear conſequi ſortem cui ſubiaceo, ne reprobus inueniar. Salutat vos dilectio Smyrneorum & Epheſiorum memores veſtri, eccleſiaq; quæ eſt in Syria, vnde non ſum dignus dici vltimus eorum qui ibi ſunt. Incolumes eſtote in Chriſto Ieſu, ſubiecti eſtote epiſcopo, ſimiliter & presbyteris atq; diaconis, omnes inuicem corde inſeparabili. Caſtificet vos Spiritus meus, non ſolum nunc, ſed & quando Deum meruero adipiſci. Adhuc enim in periculo ſum, ſed fidelis eſt pater Ieſu Chriſti adimplere petitionem meam & veſtram, in qua inueniamur immaculati, & acquiſiti in Domino, Amen.

D *AD MAGNESIANOS EX SMYRna Epiſtola III.*

Magneſia Aeolica ciuitas eſt, quæ ad Meandrum verſus dicitur. Nam, vt inquit, Strabo, ei proxima eſt, vnde Magnnſij & Magneſiani.

Ignatius qui & Theophorus, benedictæ eccleſiæ Magneſianæ.

GRatia Dei patris in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, in quo ſaluto eccleſiam quæ eſt in Magneſia iuxta Meandrum, & oro in Deo patre & Ieſu Chriſto Domino noſtro, in quo plurimũ vos gaudere opto. Cognoſcens veſtram ſecundũ Deum bene diſpoſitam dilectionem, exultãs aſſumpſi in fide Ieſu Chriſti alloqui vos, dignus effectus ſancti atq; deſideratiſsimi nominis, in his quæ geſto vinculis. Laudo eccleſias

cleſias in quibus iubilare opto carne & ſpiritu Chriſti Ieſu, qui eſt ſaluator omni- E
um hominum, maximè fidelium, cuius ſanguine redempti eſtis, per quem cogno-
uiſtis Deum, immò cogniti eſtis ab eo, in quo ſuſtinentes ſeculi huius tentatio-
nem effugite. Fidelis eſt autem, qui non permittit tentari vos ſuper id quod po-
teſtis ſufferre. Cæterum ego merui videre vos, per Deo dignum epiſcopum veſtrum
Damam, & Deo dignos presbyteros veſtros Baſſum ſcilicet & Apollinium & con-
uiuam meum Socionem quem ego nutriui, quoniam ſubditus eſt epiſcopo & preſ-
byteris in gratia Dei & lege Ieſu Chriſti. Et vos oportet non contemnere ætatem
epiſcopi, & ſecundum Dei patris omnem venerationem ei exhibere, & ſecundum
quod cognoui etiam ſanctos presbytos ei deferre, non propter iuuentutem (quæ
in eo videtur) arbitrantes contemnendum, ſed in ſapientia Dei ei obedire, quan-
doquidem non longi temporis ſunt ſapientes, neque ſenes ſciunt prudentiam, ſed
ſpiritus qui eſt in hominibus. Denique Daniel ſapientiſsimus duodecim anno-
rum effectus. Spiritu ſancto repletus eſt, & illos ſeniores canitiem vanam haben- F
tes, calumniatores & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. Samuel
etiam cum eſſet puſillus, nonagenarium Heli ſacerdotem per increpationem re-
darguit quod filios ſuos honorificaret ſuper Deum. Similiter & Hieremias audit
à Domino. Noli dicere quia iuuenis ſum ego, Salomon quoque & Ioſias in iu-
uentute mirifici & ſapientes in operibus ſuis apparuerunt. Salomon quidem duo-
decimo anno ætatis ſuæ regnare incipiens, arduam & interpretabilem mulie-
rum pro paruulis quæſtionem, terribili iudicio diſſoluit. Ioſias verò octo anno-
rum exiſtens, ara & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deijce-
re, quæ non Deo ſed dæmonibus fuerant conſecrata. Nam & falſos ſacerdotes in-
terfecit vt corruptores & seductores hominum, non diuinitati ſed diabolo ſeruien-
tes. Propter quod non eſt contemnenda iuuentus quum Deo adiacuerit atque ad-
hæſerit, ſed illa ætas quæ ex ſententia nocet. etiamſi inueterata fuerit dierum ma-
lorum. Iuuenis fuit etiam Chriſtophorus Timotheus, ſed audite quid ei ſcripſit ma- G
giſter: Nemo (inquit) iuuentem tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in ver-
bo, in conuerſatione. Dignum eſt ergo & vos obedire epiſcopo veſtro, & in nullo
ei contradicere. Terribile eſt enim tali contradicere. Non enim iſtum viſibilem quis
ſpernit, ſed illum inuiſibilem in eo contemnit, qui non poteſt à quoquam contem-
ni. Hic enim non ab homine, ſed à Deo habet promotionem, dicit enim Deus Sa-
mueli de contemptoribus eius. Non te ſpreuerunt, ſed me. Nam & Moyſes popu-
lo aduerſus ſe murmuranti ait: Non enim aduerſus nos murmuraſtis, ſed aduer-
ſus Dominum Deum. Nemo enim inultus remanſit, qui ſe contra potiores extulit.
Denique in lege, Dathan & Abiron Moſi reſiſtentes viui ad inferos depoſiti ſunt.
Sed Chore & qui conſpirauerunt cum eo, aduerſus Aaron ducenti quinquagin-
ta, igne conſumpti ſunt. Abſalon etiam parricida exiſtens diuino iudicio arbori ap-
penſus eſt, ſed & cor eius (quod mala cogitauerat) ſagittis tranfixum eſt. Nam &
Achab & Naman nihilominus propter ſimilē cauſam morte plexus eſt. Ozias quoq; H
leproſus factus eſt, qui contra ſacerdotes ſacerdotiū auſus eſt arrogare. Saul etiā ſa-
crificare præſumens regali dignitate dehonoratus eſt, nō exſpectans principē ſacer-
dotū Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores, & dignū eſt non ſolū voca-
ri nos Chriſtianos, ſed etiā eſſe. Nō enim dicere, ſed eſſe, facit beatum. Quidam au-
tem epiſcopum quidem vocant, & præter ipſum omnia faciunt. Talibus igitur etiam
ipſe Chriſtus dicit (qui & verus & primus eſt epiſcopus, & ſolus natura pontifex)
Quid me vocatis Domine Domine, & non facitis ea quę dico? Tales enim nō bonæ
ſcientiæ ſed deriſores eſſe mihi videntur. Quoniā verò negotia finem habēt, & adia-
cet quidem vita ex obſeruatione, mors verò ex obediētia, & neceſſe eſt vt vnuſquiſq;
in loco quem ſibi de præteritis elegerit, in futuro eſſe præcipiatur, fugiamus igitur
mortem, & eligamus vitam. Duos enim characteres dico in hominibus inueniri,
vnū quidem veræ monetæ ſignaculum, alterū verò adulterinæ. Pius enim homo &
religioſus,

A religioſus,vera moneta eſt,quæ à Deo formata vel expreſſa eſt,impius verò & irreli-
gioſus,falſa moneta eſt,noxia,adulterina,praua,quæ non à Deo ſed à diabolo facta
eſt.Hæc autem aſſerens non duas naturas hominum eſſe dico,ſed vnum eundemq;
hominem,qui aliquando quidem Dei,aliquando autem diaboli efficiuntur.Si quis
igitur pius fuerit homo,Dei eſt,ſi verò quis impius extiterit, diaboli eſt, non ex na-
tura,ſed ex ſententia factus.Infideles enim imaginem habent principis nequitiæ,fi-
deles autem formam habent autoris omnium Dei patris, & Chriſto Ieſu filij eius.
Propter quod ſi non elegerimus pro veritate mori in paſsione ipſius, vita eius non
eſt in nobis.Et quoniã in præſcriptis perſonis multitudinẽ veſtri contemplatus ſum,
in fide & dilectione moneo, vt vnanimes in Deo omnia facere feſtinetis, aſsidente
epiſcopo in loco Dei,& præsbyteris in loco conſiſtorij Apoſtolorũ,& diaconis dul-
ciſsimis mihi,quibus creditum eſt miniſteriũ Ieſu Chriſti qui ante ſecula genitus eſt
à patre Deus verbum,vnigenitus filius,& in conſummatione ſeculorũ ipſe perma-
B net.Regni eius nõ erit finis,inquit Daniel propheta.Omnes in cõcordia inuicẽ di-
ligamus,& ſecundum carnem nemo cõſideret propoſitum ſuũ,ſed ſecundum Chri
ſtũ Ieſum.Nihil ſit in vobis,quod vos,poſsit ſeparare,ſed adunamini epiſcopo, ſub-
iecti per ipſum Deo in Chriſto.Sicuti ergo Dominus ſine patre nihil facit (nõ enim
poſſum,inquit,à me ipſo facere quicquã) ſic etiã & vos ſine epiſcopo, ſiue præsbyte-
ri,ſeu diaconi,ſiue laicus. Non ergo aliquid rationabile vobis videatur extra ipſius
ſentẽtiam,tale enim iniquũ eſt,& ideò odioſum.Oẽs in idipſum ad rationem ſimul
conuenite,vna deprecatio ſit cõmunis, vnus animus, vna ſpes, dilectio immaculata
in fide Ieſu Chriſti,qua nihil aliud melius eſt.Oẽs adunati ad templũ Dei concurri-
te,ſicut ad vnũ altare,ſicut ad vnũ Ieſum Chriſtum pontificem ingeniti Dei patris.
Nolite errare in aliena gloria,neq; intendatis fabulis, & genealogijs interminatis,
& Iudaicis inflationibus.Vetera enim tranſierunt,& ecce facta ſunt omnia noua.Si
enim nunc vſq; ſecundũ legem Iudaicam & circunciſionẽ carnis viuamus,negamus
C nos gratiam accepiſſe.Sancti etenim prophetæ ſecundum Ieſum Chriſtũ vixerunt,
ideoq; & perſecutionẽ paſsi ſunt inſpirãte gratia ad manifeſtationẽ incredulis, quia
vnus eſt Deus omnipotens,qui manifeſtauit ſeipſum per Ieſum Chriſtũ filium ſuũ,
qui eſt verbũ ipſius,non prolatiuũ ſcilicet ſed ſubſtantiale, nõ locutio articulatæ vo
cis,ſed operatio Deitatis,ſubſtantia ſcilicet genita,in omnibus benè placens ſuo ge-
nitori.Si ergo ex antiquis ſcripturis conuerſi,ad vacuam ſpem venerunt expectantes
Chriſtum (ſicut ipſe Dominus docet dicens:Si crederetis Moſi,crederetis vtique &
mihi,de me enim ipſe ſcripſit.Nã & Abraham,inquit, pater veſter exultauit vt vide-
ret diem meũ,& gauiſus eſt.Ante Abrahã enim,inquit,ego ſum,quomodo nos po-
terimus viuere ſine ipſo,cui & prophetæ ſerui fuerunt,ſpiritu, præuidentes eum, &
tanquam magiſtrũ expectabant,& ſperabant vt Dominũ & Saluatorẽ,dicentes:ipſe
veniet & ſaluabit nos.Non ergo ſabbatizemus: Iudaicè,vt ferijs gaudẽtes.Qui enim
non operatur,non manducet.Et iterum:In ſudore vultus tui manducabis panẽ tu-
D um,dicunt eloquia.Sed vnuſquiſq; veſtrum ſabbatizet ſpiritaliter,meditationi legis
congaudens,non corporis dimiſsione fabricationẽ Dei admirans, velut Iudæus, nõ
omnia comedens & tepidũ bibens,& menſuratè ambulans;& ſaltationes atq; plau-
ſum manuum nunc habens.Sed pro ſabbatizatione diem feſtũ celebret omnis Chri
ſtianus,dominicam reſurrectionem,regalem,eminentiſsimam omnium dierum,de
qua propheta expectans dicebat,in finẽ pro octauo.In quo die & vita noſtra exorta
eſt,& mortis in Chriſto facta victoria,quam filij perditionis negant, inimici ſcilicet
ſaluatoris, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt, amatores voluptatum &
non Dei,ſpeciem quidem pietatis præſeferentes, virtutem autem eius abnegantes,
Chriſtum mercantes, verbum Dei in tabernis prædicantes, & Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum vendentes, mulierum corruptores, aliena concupiſcentes, & pe-
cuniarum amatores, à quibus eruamini, miſericordia faciente per Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum.Non enim ſentimus vtilitatem eius,niſi nos tentauerit. Se-

cundum autem quod agimus iam nõ erimus,niſi ipſe noſtri miſeratus fuerit, ſi enim E
iniquitates obſeruauerit,quis ſuſtinebit? Efficiamur ergo digni cognomento quod
accepimus.Qui enim alio nomine præter illud vocatur, hic non eſt Dei, non enim
ſuſcepit prophetiam dicentem de nobis,quoniam vocabitur nomine nouo,quo Do-
minus vocauit eum,& erit populus ſanctus. Quod & completum eſt primò in An-
tiochia Syriæ,vbi acquiſierunt diſcipuli nomen Chriſtianum,Paulo & Petro fun-
dantibus eccleſiam. Abijcite ergo malum vetus fermentum,quod corrupit & pu-
trefacit & percipite nouum gratiæ fermentum. Exultate in Chriſto,vt non alienus
dominetur veſtri.Ineptum eſt enim Ieſum Chriſtum lingua tantum proferre,& Iu-
daiſmum in animo habere.Non enim Chriſtianitas in Iudaiſmum credidit, ſed Iu-
daiſmus in Chriſtianitatem. Omnes denique gentiles æqualiter crediderunt.Om-
nis lingua Chriſtum confeſſa ad Dominum collecta eſt,& facti ſunt & lapidei cor-
de,filij amici Dei Abrahæ,& in ſemine eius benedicti ſunt omnes,qui in vitam æter-
nam deputati ſunt in Chriſto.Hæc autem dilectiſsimi mihi taliter ſcribens, non ag- F
noui aliquos ex vobis ſic haberi,ſed ſicut minimus veſtrum volo vos conſeruatos eſ-
ſe,vt non incidatis in hamos inanis gloriæ, ſed vt ad plenum inſtructi ſitis in Chri-
ſto,qui ante ſecula genitus eſt à patre, poſteà autem factus eſt ex Maria virgine ſine
collocutione viri,& nobiſcum conuerſatus ſanctè & ſine querela, omnem infirmi-
tatem omnemq́ue languorem curauit in populo,& ſigna atque prodigia pro bene-
ficijs hominum fecit,& illis qui longe erant,& illis qui propè,in multitudine vnum
& ſolum verum Deum patrem ſuum annunciauit,& paſsionem pertulit,& ab inter-
fectoribus ſuis Iudæis ſub Pontio Pilato præſide,& Herode rege,crucem ſuſtinuit,
& mortuus eſt,atque reſurrexit & in cœlos aſcendit ad illum qui miſit eum,& ſedet
ad dextram eius venturusq́; eſt in conſummationem ſeculi in gloria paterna iudica-
re viuos & mortuos, & reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Hæc qui in pleno
cognouerit & crediderit,beatus eſt,quomodo & vos amici Dei & amatores Chriſti
eſtis in plenitudine ſpei veſtræ,à qua nulli veſtrum auerti contingat. Acquiſiui vos G
in omnibus ſiquidem dignus ero. Si enim vinctus ſum, ſed ad ſolutionem omnium
veſtrum,non ſum vinctus. Scio enim quia non inflamini, quia Ieſum habetis in vo-
bis.Et magis cum laudauero vos,ſcio quia reueremini,ſicut ſcriptum eſt:Quoniam
iuſtus ſui accuſator eſt in primordio ſermonis.Et dic tu,inquit, primus peccata tua
vt iuſtificeris,Et cum feceritis (inquit) omnia quæ mandata ſunt vobis, dicite ſerui
inutiles ſumus.Quoniam in hominibus qui ſe exaltauerit delinquit ante Deum. Di-
cit enim Deus,Propitius factus ſum peccatori.Propter quod magni illi Abraham &
Iob terram & cinerem ſemetipſos ante Deum nominauerunt. Et Dauid: Quis ſum
ego (ait) coram te Domine quoniam gloriam glorificaſti me vſque nunc? Nam &
Moſes ſuper omnes homines manſuetiſsimus dicit ad Deum:Gracilis voce & tardus
lingua ſum ego.Humiles ergo eſtote & voſipſi vt exaltemini. Qui enim ſe humilia-
uerit,exaltabitur,& qui ſe exaltauerit,humiliabitur.Studete ergo confirmari in do-
gmatibus domini & Apoſtolorum,vt ex omnibus quæ facitis dirigamini in viam re- H
ctam carne & ſpiritu,fide,& dilectione,cum honore digno epiſcopo veſtro, & co-
rona digno atque ſpirituali Stephano presbytero veſtro,& ſecundum Deum diaco-
nis.Subiecti eſtote epiſcopis & inuicem,quomodo Ieſus patri,vt laus ſit in vobis ſe-
cundum Deum,videntes vos repletos omnibus bonis,Compendioſe rogaui vos in
dilexione Ieſu Chriſti,mementote mei in orationibus veſtris, vt Deum merear adi-
piſci,& eccleſiæ quæ eſt in Syria, cuius non ſum dignus vocare epiſcopus. Indigeo
enim illa laudabili veſtra oratione,vt dignus ſim illam quæ in Syria eſt eccleſiam per
bonam operationem veſtram paſcere in Chriſto. Salutant vos Epheſij de Smyrna
vndè ſcribo vobis, præſcientes quomodo in gloria Dei in omnibus refeciſtis me ſi-
mul cum Polycarpo.Et cæteræ eccleſiæ in honore Ieſu Chriſti ſalutant vos. Inco-
lumes eſtote,in vnanimitate poſsidentes inſeparabilem ſpiritum in Chriſto Ieſu per
voluntatem Dei,Amen.

AD TARSENSES EX PHILIPPIS.
Epiſtola IIII.

Tarſus ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ, Pauli Apoſtoli natalibus celeberrima, ab Argiuis, vt ſcribunt Geographi, condita, hinc Tarſenſes.

Ignatius, qui & Theophorus, ſalutem conſecutæ in Chriſto eccleſiæ: laude dignæ, & memoria dignæ, & dilectione dignæ, quæ eſt in Tarſo: miſericordia & pax à Deo patre & domino Ieſu Chriſto.

B SAuciatus ſum, in omnibus à Syria Romam vſque cum beſtijs depu-
gnans, non ab irrationabilibus ſcilicet beſtijs voratus, illæ enim vo-
luptate Dei pepercerunt Danieli, ſed humanam figuram habenti-
bus, quæ ſunt immanes beſtiæ, Obſident enim me noctè dieque, ac
deuorant. Sed nulli iniquorum iſtorum facio ſermonem, neque ha
beo naturam meam tàm honorabilem mihi vt plus eam quam do-
minum diligam, propter quod paratus ſum, ad ignem, ad beſtias, ad gladios, & cru-
cem, tantum vt Chriſtum videam ſaluatorem meum & Deum, qui pro me mortuus
eſt. Rogo ergo vos ego vinctus Chriſti qui per terram & mare exagitor, ſtate in fide
cõfirmati, quoniam iuſtus ex fide viuit. Eſtote inclinabiles & vnanimes in fide, quo-
niam Dominus habitare fecit vnanimes in domo. Agnoui enim quoniam quidam
ex miniſtris ſatanæ voluerunt vos conturbare, quorum quidam dicunt quia Ieſus
putatiuè natus eſt, & putatiuè crucrifixus. Quidam verò quia non eſt filius eius qui
fecit mundum. Alij autem quia ipſe eſt ille qui eſt ſuper omnia Deus. Alij quoque
C quia homo eſt purus. Quidam verò quia caro eius non reſurrexit, & quia oportet
terminabilem vitam haberi, atq; hanc eſſe finem bonorũ, quæ non multò poſt cor-
rumpitur. Quibus quidem multorum malorum agger cumulatus eſt. Sed vos nõ in-
tendatis mendacijs eorum. Pauli enim eſtis ciues & diſcipuli, qui ab Hieroſolymis
& in circuitu vſque ad Illyricum cuncta repleuit Euangelio, & ſtigmata Chriſti in
corpore ſuo portauit. Cuius memores eſtote omnibus modis, & cognoſcite quia DO
minus Ieſus Chriſtus verè natus eſt de Maria, factus ex muliere, & verè crucifixus
eſt. In qua cruce gloriatur Paulus dicens: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Do
mini noſtri Ieſu Chriſti. Et verè paſſus eſt & mortuus, & reſurrexit. Si enim paſsibi-
lis (inquit) Chriſtus, & ſi primus ex mortuis reſurrexit, & qui mortuus eſt peccato,
mortuus eſt ſemel. Quod autem viuit, viuit Deo. Inſuper quæ neceſsitas vinculorũ?
Chriſto non mortuo, quę neceſsitas tolerantię, aut quæ neceſsitas flagellorũ? Quid
quod Petrus crucifixus eſt? Paulus & Iacobus gladijs obtruncati ſunt. Ioannes in
D Pathmon relegatus eſt. Sed & Stephanus à Domini interfectoribus Iudæis, lapidi-
bus extinctus eſt. Sed nec in hoc quidem eſt victoria, verè enim crucifixus eſt Domi-
nus ab impijs. Et quia iſte qui natus eſt ex muliere filius eſt Dei, & qui crucifixus eſt
primogenitus eſt omnis creaturæ, & Deus verbum, & ipſe fecit omnia, iuſsione pa-
tris. Quod Apoſtolus corroborat dicens: Vnus Deus pater ex quo omnia, & vnus
Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Et iterum: Vnus enim Deus, vnus eſt me-
diator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui eſt imago Dei inuiſibilis, primo-
genitus vniuerſæ creaturæ, quoniam in ipſo creata ſunt omnia quæ ſunt in cœlo, &
in terra, viſibilia in inuiſibilia, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Et
quia non eſt ipſe ille qui eſt ſuper omnia Deus, ſed filius ipſius, qui & aſcendere ſe ad
eum profitetur dicens: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, & ad Deum
meum, & Deum veſtrum. Et quando ei fuerint omnia ſubiecta, tunc & ipſe ſubie-
ctus erit illi qui ei ſubdidit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ergo alius eſt ille

qui ſubiecit filio omnia,& qui eſt omnia in omnibus,& alius filius cui ſubiecta ſunt E
omnia,qui & poſt hæc omnia ſubiectus erit illi qui ſubdidit omnia;& non eſt homo purus ille per quem ei in quo facta ſunt omnia.Omnia enim,inquit,per ipſum facta ſunt.Et in libro ſapientiæ ipſe de ſe ipſo refert dicens:Cum faceret cœlum aderam illi.Et iterum: Ego eram apud eum cuncta componens,& congaudebat mihi quotidie.Quomodo autem homo purus audiret.Sede ad dextram meam? aut quomodo diceret.Antequàm Abraham fieret ego ſum? vel illud quod ait:Gloria illa glorifica me,quàm habui apud te priuſquam mundus fieret? Quis autem homo poſſet dicere,deſcendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me? Vel de quo homine diceretur:Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In hoc mundo erat,& mundus per ipſum factus eſt,& mundus eum non cognouit.In propria venit,& ſui eum non receperunt. Quomodo ergo huiuſmodi homo eſt purus, ex Maria demum habens initium vt
eſſet,& non potiùs Deus verbum & filius vnigenitus, de quo dictum eſt: In princi- F
pio erat verbum,& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ, omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factam eſt nihil?Et paulò poſt. Vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre,plenum gratia & veritate,Et iterum:Vnigenitus qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrabit.Qui & per Salomonem refert dicens:Creauit me Dominus principium viarum ſuarũ,in opera ſua ante ſecula fundauit me, ante autem omnes colles genuit me,Et reſuſcitaturus eſt corpora noſtra,dixit enim: Amen dico vobis, quoniam venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt,audiẽt vocem filij Dei, & qui audierunt viuent.Quod etiam Apoſtolus confirmat dicens: Oportet corruptibile hoc inducere incorruptionem,& mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet caſtè ac iuſtè viuere,Iterum dicit:Nolite errare,neq; fornicarij, neque molles,neq; maſculorum concubitores,neq; maledici,neq; ebrioſi,neq; fures,neq; rapaces,regnum Dei poſſidebunt.Etſi mortui non reſurgunt,neq; Chriſtus reſur-
rexit,vacua eſt ergò prædicatio noſtra,vacua eſt fides veſtra,& adhuc eſtis in peccatis G
veſtris,ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt.Si in hac vita tantum ſperantes ſumus in Chriſto,miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Si mortui non reſurgunt,manducemus & bibamus,craſtina enim die moriemur. Si autem ſic confidimus,quæ eſt differentia hominum,& canum,vel aſinorum,qui nihil de futuro cugitant,qui comeſtionis tantummòdo appetitores ſunt, & poſt comeſtionem inſcij ſunt quid interius moueatur? Acquiſiui vos in Domino,elaborate vnuſquiſq; omnem malitiam ponere & ferocem animum, & maliloquia, & calumniam,& turpiloquium,malam conuerſationem,ſuſurrationem, inflationem malignam, auaritiam,inanem gloriam,inuidiam,& omnia quæ his ſimilia ſunt.Induite autem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.Et carnis curam ne feceritis in cõcupiſcentijs. Preſbyteri,ſubditi eſtote epiſcopo,diaconi presbyteris,populus diaconis,Pro animabus hanc ordinationem cuſtodientibus,ego efficiar & Dominus ſit cum eis indeficien-
ter.Mando vobis ô viri diligite coniuges veſtras,filij honorate patres,& vos paren- H
tes nutrite filios in eruditione & diſciplina Domini,Eas quæ in virginitate ſunt honorate,ſicut ſacras Chriſti, viduas pudicas vt ſacrarium Dei veneremini. Domini cum parcitate eſtote,ſerui cum timore dominis ſeruite. Nemo ocioſus in vobis ſit. Mater enim egeſtatis eſt vacuitas. Hæc autem dicens, non impero quantum oportet,& ſi quidem vinctus ſum tanquàm fratres commoneo. Etſi Dominus eſt vobiſcum,acquiſiui vos. Orationibus veſtris incumbite vt Ieſum merear adipiſci. Commendo vobis eccleſiam,quæ eſt in Antiochia. Salutant vos & electæ Eccleſiæ Philippenſium, vnde & ſcribo vobis. Salutat vos Philon diaconus veſter, cui & ego gratias ago benè mihi ſeruienti in omnibus. Salutat vos Agathopus diaconus de Syria,qui me ſequitur in Chriſto. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Saluto vniuerſos & vniuerſas qui ſunt in Chriſto. Incolumes eſtote corpore,& animo,& ſpiritu,& mei ne obliuiſcamini. & ſit Deus vobiſcum, Amen.

AD

AD PHILIPPENSES DE BAPTISMO PER Euphanium lectorem, nauim iam aſcenſurum, Epiſtola V.

Philippi ciuitas eſt in prima parte Macedoniæ, & hinc quoque dicti Philippenſes.

Ignatius, qui et Theophorus, ex imperio Dei patris miſericordiam conſecutæ in fide et patientia et dilectione ſine dolo eccleſiæ quæ eſt Philippis, miſeriaordia et pax à Deo patre & Domino Ieſu Chriſto, qui eſt ſaluator omnium hominum maximeq; fidelium.

MEmores charitatis veſtræ & ſolicitudinis, quæ eſt in Chriſto, quam oſtenditis in vobis, dicens eſſe arbitrati ſumus ſcribere ad fraternam in Domino vnanimitatis veſtræ dilectionem. Commonitos vos faciens curſus noſtri, vt idipſum dicatis omnes vnum ſentientes, in hoc ipſo fidei regulas præceptaq; feci, ſicut & Paulus erudiens vos dicit: Vnus eſt enim omnium Deus pater Chriſti, ex quo omnia, & vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei vnigenitus, dominator vniuerſorum, per quem omnia. Vnus autem etiam Spiritus ſanctus qui operabatur in Moſe & Prophetis & Apoſtolis. Vnum quoque eſt baptiſmũ, quod datur in morte Chriſti. Vna itaque Eccleſia etiam eſſe debet & vna fides, quæ eſt in Chriſto, ſecundum dictum eiuſdem Apoſtoli dicentis: Vnus Deus, vna fides, & vnum baptiſma. Vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnes & in omnibus. Vnus eſt ergo Deus pater, & non duo vel tres. Vnus ſcilicet qui eſt, & non eſt præter eum ſolum verus. Dominus enim (inquit) Deus tuus, Deus vnus eſt, & iterũ: Nónne vnus Dominus creauit nos, & vnus pater eſt omnium noſtrũ? Vnus quoque & filius, Deus verbũ, vnigenitus (inquit) qui eſt in ſinu patris. Et rurſum. Vnus Dominus Ieſus Chriſtus. Et alibi. Quod eſt nomen eius, aut quod eſt nomẽ filij eius. Scitote autem quia vnus eſt etiam Spiritus ſanctus, paracletus. Sicut idem Paulus ait: Vnus ſpiritus ſicut vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ. Et iterum: Omnes, inquit, in vno ſpiritu parati ſumus. Manifeſtè autem omnia dona gratiarum ipſe vnus atque idem ſpiritus operatur. Ergo neque tres ſunt patres, neque tres filij, ſed neque tres paracleti, ſed vnus pater & vnus filius, & vnus paracletus. Propter quòd & Dominus mittens Apoſtolos docere omnes gentes, præcepit eis baptizare eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Non in vnum quendam trinomium neque in tres vnius eiuſdemque honoris, quia vnus eſt tantum qui homo factus eſt, non pater ſcilicet neque paracletus, ſed ſolus filius, non putatiuè, neque in phantaſmate, ſed certiſsima veritate. Verbum enim caro factum eſt, & inhabitauit eam. Sapientia namque ædificauit ſibi domum, & factus eſt ſicut homo Deus cum corpore, quòd ſuſcepit ex virgine, non ex collocutione ſcilicet aut ſemine viri. Virgo enim, inquit, in vtero concipiet & pariet filium. Vere natus eſt, & verè creuit, verè manducauit, & bibit, verè & crucifixus eſt, & mortuus, & reſurrexit. Qui hæc credit, vt vera eius continet natiuitas, beatus eſt, qui autem hæc non credit, nihil refert ab eis qui eum crucifixerunt. Princeps enim huius mundi in hoc gaudet, quando quis crucem negauerit. Interitum enim ſibiipſi eſſe cognouit confeſsionẽ crucis. Hoc enim trophæum eſt cõtra eius virtutẽ, quod videns expaueſcit & audiens timet. Nam & antequàm facta eſſet crux feſtinabat facere hoc, & operari in filijs diſſidentiæ, operatus autem inuidia in Phariſæis, in Saduceis, in ſenioribus, in iuuenibus, & in ſacerdotibus. Cũ aũt properaret vt fieret, conturbabatur, & poſtea deſperationem immiſit proditori, & laqueum & oſtendit,

& ſuſpendium eum docuit, & mulieri immiſit timorem in ſummo, ipſe conturbans E
& compeſcere tentans patibulum crucis, ipſe omnia euocans mouet in ſuam perni-
ciem, non recognoſcens. In tantum enim mala erant non omnia. Malignus autem
ſentiebat ſuam perditionem. Initium enim illi fuit ad damnationem crux Chriſti,
principium mortis, initium perditionis. Propter quod & in aliquibus quidem ope-
ratur negare crucem, paſsionem erubeſcere, qui vt funeſtum putant vocari de virgi-
ne generationem, circuncidere ipſam naturam, & diffamare quaſi odioſam. Iudæo-
rum auxiliator eſt ad negationem crucis, paganorum ad calumniam Mariæ, hæreti-
corum ad phantaſiam. Multiformis eſt enim malitię princeps, furens ſenſus, contra-
rius ſibimetipſi, & alia quidem ſuggerens, alia verò oſtentans. Sapiens eſt enim ad
malè faciendum, quod bonum eſt autem neſcit aliquando, ignorantia enim reple-
tus eſt per inobedientiam. Quomodo enim non ſit talis qui non ſibi proponit ſuum
ſermonem? Si enim homo purus eſt dominus ex anima & corpore, quid circuncidit
natiuitatem communem naturæ hominum? Quid tanquàm paruam gloriam in ho- F
mine factam paſsionem, ſimulationem vocas, & mortem immortalis gloriam exiſti-
mas? Si Deus eſt homo, quid vnicum vocas Dominum gloriæ, illum videlicet natura
immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorem, qui non humanam naturam ha-
buit? Verbo caro factum eſt, verbum homo, ſed non in homine. Quomodo igitur
magnus eſt ille, qui in principio omnem ſenſibilem & intelligibilem naturā volun-
tate patris præparauit, qui cum eſſet in carne, omnem infirmitatem atq; languorem
curauit? Quomodo autem non eſt Deus ille, qui mortuos reſuſcitauit, claudos ſa-
nauit, leproſos mundauit, cœcos illuminauit, aquam in vinum conuertit, tuumque
exercitum verbo tantum fugauit? Quid ergo deijcis naturam virginis, & membra
turpia vocas? Hæc ergo præſeminas, & nudari iubes maſculos in facie fœminarum,
fœminas verò in illicitum deſiderium maſculorum. Tunc omnia turpia videntur, &
pudicum teipſum facis, cum tu ſis fornicationis ſpiritus. Ignoras quia tūc ſit aliquid
turpè, quando illicitè perpetratur? Cæterum nihil turpè eſt, quod ſine peccato geri- G
tur, nihil prauum, ſed omnia bona valdè. Et tu non videns peſſundas eam. Quomo-
do rurſum non tibi videtur natus eſſe Chriſtus ex virgine, ſed ille qui eſt ſuper om-
nia Deus, ille ſcilicet omnia potens? Quis ergò eſt qui hunc miſit dicito, quiſve huic
dominatur, vel cuius ſententiæ ſubiectus fuit, aut cuius legem adimpleuit? Tu qui
nullius ſententiam vel poteſtatem habes, Chriſtum ſeparas à generatione, legiſlato-
rem ingenitum eſſe pronuncias, & cruci affixum illum qui eſt ſine principio. Cuius
ergo permiſſu hoc factum eſt, non eſt dicere. Non me latuit tuum antiquum conſi-
lium, neque ignoro, quoniam ſiue cura, & lubricè incedis, tu autem ignorans quis
eſt qui intus eſt qui omnia ſcire te fingis. Multa enim te latent, virginitas ſcilicet Ma
riæ, glorioſus partus, de cuius corpore Deus proceſsit. Stella orientis quæ apparuit
munera ferentibus Magis, archangeli ſalutatio ad virginem facta, virginis glorioſa
conceptio, deſponſatæ puellæ prædicatio, & virginis in vtero infantis præuiſio, an-
gelorum hymno gloriæ ad gentium paſtores annunciatio, Herodis timor in extol- H
lentia regni, præceptio ad paruulorum necem, in Aegyptum tranſmigratio, atq; ex-
inde reuerſio, cunabula infantilia, deſcriptio humana, lactis nutritio, nomen patris
nō ſeminantis, præſepe vbi poſitus eſt, eo quod non fuerit locus, nulla humana præ-
paratio, profectus ætatis, crementum corporis, humana loquæla. Sed & quod eſu-
rijt, ſitiuit, iter ambulauit, laborauit, ſacrificiorum oblatio, circunciſio, baptiſma.
Vox Dei deſuper ad baptizatum, quid vel fuerit, vel vndè fuerit, teſtificatio ſpiritus
& Dei vox, Ioannis prophetia ſignificantis paſsionē per agni appellationem, diuer-
ſorum ſignorum operatio, variæ curationes, imperium Domini quo mari impera-
uit, & ventos ſedauit, & ſpiritus iniquos fugauit. Teipſum torquens, & manifeſtati-
one virtutis ſuæ affligens, hæc omnia videns non habes, quid facias, niſi tenebroſas
vertigines. Et quod virgo peperit ignoras. Sed confundit te angelorum laudatio,
Magorum adoratio, ſtellæ apparitio. Ignorantiam igitur olim incurriſti per contu-
maciam

A maciam, parua tibi videntur cunabula, paſsiones, circoncifio, lactis nutritiò, indigna tibi Deo eſſe hæc videntur? Iterúmne vidiſti hominem quadraginta diebus & quadraginta noctibus, inguſtato cibo humano, & angelos ei miniſtrantes quos & tu timebas, videns primò quaſi communem hominem baptizatum, & cauſam ignorans? Poſt ieiunium verò eſurienti inſidiabaris, & tentabas quaſi communem hominem, ignorans quis eſſet. Dicebas enim, ſi filius Dei es, ignorantiæ id eſt, nam ſi verè cognoſceres. ſcires ſine dubio quia quæ impoſsibilia videntur ad faciendum, & difficilia ad conuertendum, factori omnia poſsibila ſunt. Et propter ventrem tentans eum, qui paſcit omnes eſca indigentes, audes tentare Dominum gloriæ, oblitus per tuam malitiam, quia non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit ex ore Dei? Si ſcires quia filius Dei erat, cognoſceres vtiq; quia in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nullo egens, reddens corruptibile corpus etiam in cótinuatione, hoc facere poterat. Sed idcirco eſurijt, vt oſtenderet quia verè ſuſcepit
B corpus paſsibile, ſimile hominibus. Propterea & primò oſtendit quia Deus erat, & & ſecundò quia & homo fuit. Tu ergo qui tanquam fulgur de ſublimi gloria cecidiſti, audes dicere Domino, mitte te deorſum, cui ea quæ ſunt æſtimantur, quaſi quæ non ſunt? & ad inanem gloriam prouocans eum qui non extollitur, & fingis te ſcripturas de eo legere, dicens: Scriptum eſt enim quoniam angelis ſuis mandauit de te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum, & fingis te ſequentia ignorare, auſſerens ea quæ de te ac tuis magiſtris prophetauit dicens. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Si ergo conculcatio es pedum Domini, quomodo tentas intentabilem? immemor legiſlatoris qui dixit: Non tentabis Dominum Deum tuum. Et audes impudentiſsime opera Dei aſſumere, & dicere quia tibi traditus eſt principatus eorum, & caſum tuum oſtendis contra Dominum Deum tuum, & promittens te ei dare quæ ſunt ipſius, dicens: hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in terram adoraueris me, Quomodo non ti-
C muiſti talem vocem contra Dominum emittere, tu qui omnium malignorum ſpirituum maligniſsimus es, & pro malitia ventre & pectore in terram repere iuſſus es, & per inanem gloriam inhonoratus es? Qui per auaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incenſor, draco, apoſtata, ſerpens perplexus à Deo diſcedens, à Chriſto ſeparatus, à ſancto ſpiritu alienus, & à choro angelorũ exulans. Iniuriator legis Dei, & legitimorum inimicus, qui ſuper protoplaſtos reſurrexiſti, & à mandato Dei auertiſti eos qui nihil te læſerunt, qui aduerſus Abel Caim paricidam excitaſti, qui in Iob mala exercuiſti. Tu ergo huiuſmodi dicis Domino, ſi cadens in terram adoraueris me. O audacia, ô puniende ſerue fugitiue, ſerue flagellande, exterminator bonorum, Domino dominorum perfecto Deo omnium intelligibilium atq; ſenſibilium dicis, ſi cadens adoraueris me? Dominus autem longanimis eſt, qui nó in præſenti & ilicò interficit eum, qui per ignorantiam & audaciam talia dicit, manſuetè reſpondet dicens Vade: Satana. Non dixit reuertere poſt me, non
D enim es reuerſurus aliquando, ſed vade, inquit, ſatana in eo quę tibi elegiſti loca, vade in ea quibus prouocatus es à tua malitia. Ego autem ſcio quis ſum, & à quo miſſus ſum, & ſcio quem debeo adorare. Dominũ enim (inquit) Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Scio eũ & noui vnũ ſolum, cui non denego ſeruire, à quo tu apoſtata factus es. Non ſum Antitheus, hoc eſt cótrarus Deo, ſed confiteor eius eminentiã, & non recuſo adorare eũ quem, noui natiuitatis meæ autorem & dominũ, atque meæ perſeuerantiæ cuſtodem. Ego enim viuo propter patrẽ. Hæc aũt fratres per diſpoſitionẽ Dei coactus ſum mittere ad vos, monens vos ad gloriã Dei, nó quaſi extraneus, ſed ſicut frater. Subiecti eſtote epiſcopo, & presbyteris, & diaconis. Diligite inuicem in domino ſicut Dei ſimulachra. Videte ergo viri, & diligatis vxores veſtras vt propria membra. Mulieres verò ſicut vnitatis tactu viros veſtros amate. Qui caſtus eſt vel continens non extollatur, ne perdat mercedẽ ſuã. Dies feſtos nolite inhonorare. Quadrageſimã verò nolite pro nihilo habere, imitationem enim cótinet Dei cóuerſationis.

ſationis.Hebdomadam etiam paſsionis nolite deſpicere. Quarta verò & ſexta feria ieiunate,reliquias pauperibus porrigentes. Quicunque dominicam aut ſabbatum non ieiunauerit præter vnum ſabbatum Paſchæ,ipſe eſt Chriſti interfector. Orationes veſtræ protendantur. ad eccleſiam Antiochiæ. Vnde & vinctus ducor Romam.Saluto ſanctum epiſcopum Policarpum.Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalem, & ſacroſanctum præbyterum,& conſeruos meos Diaconos,pro quorum animabus ego efficiar.Adhuc dico epiſcopo & præsbyteris in Domino,quicunque cum Iudæis paſcha egerit,aut ſolennia dierum feſtorum eorum ſuſceperit,comparticipabit eis qui Dominum & Apoſtolos eius occiderunt. Salutant vos Philon & Agathopus diaconi. Saluto congregationem virginum, legionem viduarum,à quibus adiutus ſum. Saluto populum domini à minimo vſque ad maximum. Tranſmiſi vobis hæc mea ſcripta per Euphanium lectorem,virum Deo honorabilem & fideliſsimum,qui mihi occurrit in regionem iam nauim aſcenſuro. Mementote vincolorũ meorum, vt conſummer in Domino. Incolumes eſtote carne & anima & ſpiritu perfecta ſentientes,deuitantes operarios iniquitatis,& corruptores verbi veritatis confortati in gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,Amen. E F

AD PHILADELPHIENSES EX Troia, Epiſtola VI.

Philadelphia Myſiæ vrbs, frequentibus terræ ſucceßionibus patens, frequentibusque agitata terræ tremoribus,idcirco maleſidos parietes habens vt qui (quod & Geographi tradunt) crebres concußionum iniurijs diſcutiantur rimisque pateant. Hinc Philadelphienſes.

Ignatius,qui & Theophorus, eccleſiæ & Dei patris & Domini noſtri Ieſu Chriſti quæ eſt in Philadelphia,miſericordiam conſecutæ in dilectione & confirmatione,in concordia & exultatione Dei,in paſsione domini indiuiſæ,& in reſurrectione eius,repletæ omni miſericordia,quam & ſaluto in ſanguine Ieſu Chriſti,quod eſt gaudium ſempiternum,& ſingulare,maximè ijs qui ſunt in vnum,cum epiſcopo, cũ presbyteris, & diaconis probatis in voluntate Dei patris, per dominum Ieſum Chriſtum,qui ſecundum ſuam voluntatem ſolidauit firmitèr eccleſiam eius ſuper petram ædificio ſpirituali nõ manufacto, quàm flumina inundantia et flantes venti non valuerunt ſubuertere, nec valebunt aliquando ſpiritus nequitiæ, ſed debilitantur virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti. G H

Videns autem epiſcopum veſtrum, cognoui quia non à ſemetipſo, neque ab hominibus promotus eſt in miniſterium ad communionem pertinens, neque per inanem gloriam, ſed in dilectione Ieſu Chriſti,& Dei patris,qui reſuſcitauit eum à mortuis, cuius expaueſco manſuetudinem, quomodo tacens amplius poteſt à loquente. Aptus eſt enim mandatis Domini, & iuſtitia eius ſicut chordæ citharæ,& eſt irreprehenſibilis non minus à Zacharia ſacerdote,propter quod beatificat anima mea illius ſecundum Deum diſpoſitionem, cognoſcens innocentia, & perfectam,& immobilem,& ſine ira circa omnes eius manſuetudinem tanquam Dei viui.Sicut ergo filij lucis fugite diuiſionem vnitatis,& malam doctrinam hæreticorum,ex quibus exit coinquinatio in omnem terram. Vbi ergo paſtor eſt, illuc ſicut oues congregemini,multi enim lupi pellibus ouium induti, voluntate mala captiuant

A uant decurrentes ad Deum, ſed in veritate veſtra non inueniunt locum. Abſtinete itaque vos à verbis malis, quæ Ieſus Chriſtus non ſeminauit, ſed hominum interfectrix beſtia, propter quod non ſunt plantatio patris, ſed ſeminarium nequiſsimi. Nō ergo ſeparationem inueniens apud vos hæc ſcribo, ſed vt muniens vos vt filios Dei. Quotquot ſunt Chriſti, ipſi ſunt epiſcopi. Qui autem declinant eum vel communionem eius, & ſociant ſe cum maledicis, ipſi cum illis ſimul abſcinduntur. Non enim ſunt agricolæ Chriſti, ſed inimici ſeminarium, à quibus eruamini ſemper precibus aſsidentis paſtoris veſtri fideliſsimi & mitiſsimi, Rogo itaque vos in Domino, quicunque pœnitentes venerint ad vnitatem eccleſiæ, ſuſcipite eos cum omni manſuetudine, vt per vtilitatem & bonam demonſtrationem, de luto & muſcipula diabolo eruti, & digni Ieſu Chriſto effecti, ſempiternam ſalutem percipiant in regno Chriſti. Nolite ergo errare fratres. Quicunque ergo ſeparatum à veritate fuerit ſecutus, regnum Dei non hæreditabit. Et qui non diſceſſerit à falſiloquo prædi- B catore, in gehennam damnabitur. Vnde nec à iuſtis diſcedere, neque iniuſtis appropinquare oportet. Quicunq; enim aliena ſententia ambulauerit, ipſe nō eſt Chriſti nec paſsionis eius particeps, ſed eſt fraudator & corruptor vineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini, ne ſimul cum eo pereatis, nec ſi pater ſit vel filius, aut frater aut domeſticus. Non enim (inquit) parcat oculus tuus ſuper eum. Qui ergo odio habent Deum, oportet etiam vos eos odire, & ſuper inimicos eius tabeſcere, non quidē perſequi eos, aut percutere eos oportet ſecundum gentes quæ non nouerunt Deum, ſed inimicos arbitrari, & ſeparari ab eis, & monere eos, & ad pœnitentiam prouocare, ſi forte audiant & acquieſcant. Amator enim hominum eſt Deus noſter, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, propter quod & ſolem oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Cuius vtilitatis etiam Dominus volens eſſe imitatores, dicit: Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ego confido in vobis quoniam in Domino nihil aliud ſapitis.

C Propterea fiducialiter ſcribo Deo dignæ dilectioni veſtræ, rogans vos vt inſtetis vni fidei, vni prædicationi, vna gratiarum actione vtentes. Vna eſt enim caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, vnus etiam panis, pro omnibus confractus, & vnus calix totius Eccleſiæ, vnus epiſcopus ſimul cum omnibus preſbyteris & diaconis cōſeruis meis, quia & vnus eſt ingenitus Deus pater, & vnus vnigenitus filius Deus verbum & homo, & vnus paracletus ſpiritus veritatis, vna etiam prædicatio, & fides vna, & vnum baptiſma, & vna Eccleſia, quam fundauerunt ſancti Apoſtoli à finibus vſq; ad fines in ſanguine Chriſti proprijs ſudoribus & laboribus. Et vos ergo oportet ſicut populum ſacerdotalem & gentem ſanctam, in concordiam omnes in Chriſto conſummari, Mulieres vero ſubditæ eſtote viris veſtris in timore Dei, virgines Chriſto in incorruptione, non execrantes nuptias, ſed meliora diligentes, non in criminatione contagij, ſed propter legis meditationem. Filij ſubditi eſtote parentibus, & diligite eos tanquam cooperarios Dei ad veſtram genera- D tionem. Serui ſubditi eſtote dominis veſtris in Deo, vt Chriſti liberti efficiamini. Viri diligite vxores veſtras ſicut conſeruas in Domino vt proprium corpus, ſicut ſocias vitæ & cooperatrices ad filiorum procreationem. Virgines ſolum Chriſtum præ oculis habete & eius patrem, in animabus veſtris illuminatæ à Spiritu ſancto, Memor ſum ſanctitatis veſtræ ſicut Heliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Heliſæi, ſicut Hieremiæ, ſicut Ioannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſsimi diſcipuli, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Euodij, ſicut Clementis, vel eorum qui in caſtitate de vita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis qui nuptijs copulati fuerunt, quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus ad veſtigia eorum, in regno ipſius inueniri, ſicut Abraham & Iſaac & Iacob, ſicut & Eſaias & cæteri Prophetæ, ſicut Petrus & Paulus & reliqui Apoſtoli, qui nuptijs fuerunt ſociati, qui non libidinis cauſa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia coniuges habuerunt. Patres nutrite filios veſtros eruditione & diſciplina Domini, & docete eos ſacras literas, & artes

honeſtas

honeſtas vt non ocio gaudeant. Benè enim (inquit) nutrit pater iuſtus, in filio au- E
tem ſapiente lætabitur cor eius. Domini benignè in domeſticos veſtros intendite,
ſicut ſanctus Iob docuit: Vna enim eſt natura, & vnum genus hominum. In Chriſto
autem neq; ſeruus neq; liber. Principes ſubditi eſtote Cæſari, milites principibus,
diaconi presbyteris vt ſacrorum adminiſtratoribus, presbyteri verò & diaconi atque
omnis clerus ſimul cum omni populo & militibus atque principibus, ſed & Cæſare
obediant epiſcopo, epiſcopus verò Chriſto, ſicut patri Chriſtus, & ita vnitas per om-
nia ſeruatur. Sint autem viduæ non vagæ neque guloſæ, neque proteruæ, ſed pudi-
cæ, & ſobriæ ſicut Iudith & Anna. Hæc autem non ſicut Apoſtolus præcipio, quis
enim ſum ego, aut & quæ domus eſt patris mei, vt æqualem me illis dicam: ſed ſicut
commilito veſter obedientiæ ordinem continens. Fratres mei valdè pronus ſum ad
dilectionem veſtram, ſuperexultans de vnanimitate veſtra. Moneo enim vos nõ ego,
ſed dominus Ieſus per me, in quo vinctus ſum. Adhuc magis timeo, quia nondum
perfectus ſum, ſed oratio veſtra faciet me perfectum apud Deum, vt eum in quo vo- F
catus ſum, merear adipiſci, confugiens ad Euangeliũ tanquàm ad corpus Ieſu Chri-
ſti, ad Apoſtolos tanquàm ad presbyteros Eccleſiæ. Et prophetas quidem diligo, vt
Chriſtum prænunciantes, continentes eius ſpiritum ſicuti & Apoſtoli. Sicut enim
pſeudoprophetæ & pſeudoapoſtoli vnum eundemq; malignum & ſeductorem, &
populum errare facientem ſpiritum aſſumpſerunt. ſic iterum veri prophetæ, & veri
apoſtoli vnum eundemq; ſanctum principalem bonum, & verum atque doctorem
per Chriſtum acceperunt ſpiritũ. Vnus enim Deus veteris & noui Teſtamenti, vnus
& mediator Dei & hominum. ac facturam intelligibilium & ſenſibilium, & proui-
dentiam gerens omnium, vnus quoque & Paracletus, qui operabatur in Moſe &
prophetis & Apoſtolis. Omnes enim ſancti cum Chriſto ſaluati ſunt per ipſum, in
ipſum ſperantes, atq; ipſum expectantes, & per ipſum ſalutem adepti ſunt, qui erant
digni dilectione & digni laude, ſanctificati à Chriſto Ieſu, teſtificantes in Euange-
lio ſpei communi. Si quis Deũ legis & prophetarum vnum prædicauerit. Chriſtum G
autem negauerit filium eſſe Dei, mendax eſt quomodo & pater eius diabolus, & eſt
huiuſmodi inferoris circunſionis Pſeudoiudæus. Si autem quis confitetur Chriſtũ
Ieſum dominum negat autem Deũ legis & prophetarum patrem eſſe Chriſti, hic in
veritate non ſtat, quomodo nec pater eius diabolus, & eſt huiuſmodi Simonis magi,
& non Sancti ſpiritus diſcipulus. Si quis autem dicit vnum Deum, cõfiteturq; Ieſum
Chriſtum, hominem verò purum putans dominum & non Deum vnigenitum, &
ſapientiam & verbum Dei, ſed ex anima & corpore eum ſolum eſſe exiſtimans, hu-
iuſmodi ſerpens eſt ſeductor, errorem prædicans ad perditionem hominum, huiuſ-
modi pauper eſt ſenſu, ſicuti vocatur & adinuctor erroris Hebion. Si quis enim hæc
confitetur, corruptionem autem & coinquinationẽ vocat legitimam commixtio-
nem & filiorum procreationem, aut aliquam eſcam execrabilem putat, huiuſmodi
habes cohabitatorem Draconem apoſtatam. Si quis enim patrem & filium & ſpiri-
tum ſanctum confitetur, & creaturam laudat, ſimulationem verò dicit incarnatio- H
nem, & paſsionem erubeſcit confiteri, huiuſmodi fidem abnegat nihilo minus quæ
interfectores Chriſti Iudæi. Si quis autem hæc confeſſus fuerit, & quia Deus verbũ
in humano corpore habitauit, ſicut & anima in corpore propter quod inhabitare
dicimus Deum in corpore, ſed non in humana anima, dicit autem quaſdam iniquas
mixtiones aliquid boni eſſe, & finem beatitudinis voluptatem ponit (qualis illa fal-
ſo nomine Nicolaita) hic neque Dei amicus, neque Chriſti amator eſſe poteſt ſed
corruptor propriæ carnis, & propterea à ſpiritu ſancto deſertus eſt, & à Chriſto alie-
nus. Huiuſmodi omnes ſtatuæ exanimes ſunt, & ſepulchra mortuorum, in quibus
ſcripta ſunt tantum nomina defunctorum. Fugite ergo malas artes, inſidias ſpiritus
qui operatur in filijs ſeculi huius, ne quando tribulati infirmemini in dilectione, ſed
omnes idipſum eſtote inſeparabiles corde, & in vnanimitate vnum ſemper ſentien-
tes in idipſum, de hoc ipſo glorificantes in requie, & in periculis, & in triſtitijs, & in
gaudijs.

A gaudijs.Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum, quia benè mihi conſcius ſum in vo-
bis,& non habet quis vnde gloriari neque clàm,neque palàm,& publicè,quod gra-
uauerim aliquem aut in modico,aut in magno. Et omnes quibus locutus ſum pre-
cor vt non in teſtimonium illud poſsideant.Si enim ſecundum carnem me voluerũt
quidam oberrare,ſed ſpiritus meus non oberrat, à Deo etenim eũ accepi,noui enim
vnde venerit,& quo eat,& occlta arguet. Clamaui enim voce magna inter eos qui-
bus loquebar,non meum ſermonẽ,ſed Dei proferens,Epiſcopo intendente,& preſ-
byteris & diaconis.Hi verò deſpexerunt me tanquàm prohibentẽ diuiſionem quo-
rundam fieri.Hoc autem dicenti teſtis ille eſt propter quem ego vinctus ſum,quia de
humano ore hæc non cognoui, ſed ſpiritus mihi præconizauit dicens: Hæc præter
epiſcopum ne feceritis. vnitatem diligite,diuiſionem fugite.Imitatores eſtote Pauli
& cæterorum Apoſtolorum,quomodo & ipſi Chriſti.Ego quidem quod meũ fuit,
feci vt homo in vanitate perfectus, adijciens etiam hoc, quia vbi diſſenſio mentis &
B iracundia & odium,illic Deus non habitat.Omnibus igitur pœnitentibus dimittit
Deus,ſi ad vnitatem Chriſti concurrunt,& ad conſenſum Epiſcopi. Credo gratiæ
Ieſu Chriſti,quia ſoluit à nobis omne vinculum iniuſtitiæ.Rogo autem vos vt nihil
ſecundum iracundiam agatis, ſed ſecundum Chriſti militiam. Audiui enim quoſ-
dam dicentes,ſi non inuenero Euangelium in antiquis non credam.Talibus autem
ego dico, quia mihi antiquitas Ieſus Chriſtus eſt, cui non obedire manifeſtus &
irremiſsibilis interitus eſt. Principatus enim eius eſt crux & mors ipſius,& reſurre-
ctio & fides,in omnibus ijs,in quibus volo vos & nos in orationibus veſtris iuſtifi-
cari.Qui non credit Euangelio,omnibus ſimul non credit,qui non præiudicat an-
tiquitati ſpiritus.Durum eſt enim contra ſtimulum calcitrare,durum etiam Chriſto
non credere,durum quoq; Apoſtolorum prædicationem ſpernere.Boni enim ſunt
ſacerdotes & ſermonis miniſtri,melior autem eſt põtifex,cui credita ſunt ſancta ſan-
ctorum,cui ſola commiſſa ſunt ſecreta Dei.Bona ſunt etiam officia virtutis Dei,bo-
C nus quoque ſpiritus, qui eſt ſuper omnia ſancta ſanctiſsimus, & verbi miniſter, ſed
ſuper omnes ſanctos ſanctiſsimus eſt Summus pontifex & princeps pontificum, qui
eſt legatus,& miniſter patris & princeps legionum militiæ cœleſtis, per quem pater
omnia fecit,atque omnem prouidentiam gerit.Ipſe enim eſt via quæ ducit ad patrẽ,
ipſe,petra,maceria,clauis,paſtor,ſacerdotiũ,ianua ſcientiæ & agnitionis, per quam
introiuit Abraham,& Iſaac,& Iacob,Moyſes quoque omnis chorus Prophetarum,
& columnæ mundi Apoſtoli,& ſponſa Domini eccleſia, pro qua ſanguinem ſuum
fudit, vt eam redimeret. Omnia igitur hæc in vnitate vnius & vnigeniti veri Dei.
Quid autem præcipuum habet Euangelium? pręſentiam aduentus ſaluatoris noſtri
Ieſu Chriſti,paſsionem,ſed & ipſam reſurrectionem. Quæ enim Prophetæ annun-
ciauerunt,dicentes: Donec veniat cui repoſitum eſt & ipſe erit expectatio gentium.
Hæc in Euangelio completa ſunt,dicente Domino:Pergite & docete omnes gentes,
baptizantes eos in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.Omnia ergo bona ſunt ſi-
D mul,Lex,Prophetæ & Apoſtoli,omnis congregatio quæ per ipſos credidit. Solùm
autem reſtat,vt nos inuicem diligamus, quoniam ſecundum orationem veſtram &
viſcera quæ habetis in Domino Ieſu, annunciatum eſt mihi pacificare Eccleſiam,
quæ eſt in Antiochia Syriæ. Decet enim vos tanquàm Eccleſiam Dei ordinare Epi-
ſcopum ad mittendum illuc viſitationem Dei, concedere eis in idipſum conſtitutis
glorificare nomen Dei.Beatus eſt in Chriſto Ieſu,qui dignus effectus fuerit tali mi-
niſterio.Et vos quidem feſtinantes glorificamini in Chriſto. Volunt autem vobis
quod non eſt omnibus impoſsibile pro nomine Dei,quomodo & ſemper vicinæ Ec-
cleſiæ conſueuerunt mittere vobis epiſcopos, presbyteros,& diaconos. De Philone
verò diacono viro religioſo à Cilicia,qui nũc mihi miniſtrat in verbo Domini, vnà
cum Gaio,& Agathopo, viro multùm electo,qui à Syria me ſequitur,teſtificor vo-
bis,quia renunciauerunt ſeculo,& martyrium conſummare elegerunt. Et ego gra-
tias ago pro vobis rogans,vt ſuſcipiatis eos in Domino,vt & vos ſuſcipiat Ieſus Chri-

ſtus. Qui enim eos diffamauerunt, redempti ſunt in gratia Ieſu Chriſti, qui non vult E mortem peccatoris, ſed pœnitétiam. Salutat vos dilectio fratrum qui ſunt in Troia, vnde & ſcribo vobis per Burgum, qui miſſus eſt ſimul ab Epheſijs & Smyrnæis ad verbum honoris, quos Ieſus Chriſtus redimat, in quem ſperant, carne & anima, ſpiritu & fide, dilectione & concordia. Incolmes eſtote in Domino Ieſu Chriſto cum omni ſpe noſtra in ſpiritu ſancto, Amen.

AD SMYRNENSES EX TROIA, Epiſtola VII.

Smyrna (vt ſcribit Hieronymus) ciuitas eſt Lyciæ prouinciæ in Aſia, eamq́; iuxta Epheſum inter Tracheam & Lepram actam ponit Strabo, vnde Smyrnæi. Troia inter Propontidos fluenta & monteu Idam ſita, memoratur monti vicinius adiacens, Aſiaticarum vrbium vatum poëtarumque monunmentis famatiſsima. F

Ignatius qui & Theophorus, Eccleſiæ patris altiſsimi filij eius Ieſu Chriſti miſericordiam conſecutæ, & gratia repletæ, in fide & dilectione fundatæ, & totius gratiæ Deo decentiſsime ſanctiſsimeq́ue ſanctificatæ, quæ eſt in Smyrna, imaculatæ ſpiritu & verbo Dei, plurimam ſalutem.

GLorifico Deũ & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui per ſeipſum vos tantum illuminauit. Agnoui enim vos perfectos eſſe in fide immobili, tanquam clauis affixos cruci domini noſtri Ieſu Chriſti carne & confirmatos in charitate in ſanguine Chriſti & verè, ad plenũ inſtructos in domino Ieſu Chriſti filio Dei primogenito totius creaturæ, Deo verbo vnigenito filio, qui eſt ex genere Dauid ſecundum G carnem ex Maria virgine, baptizatus à Ioanne, vt adimpleretur omnis iuſtitia, qui cõuerſatus ſanctè ſine peccato, ſub Pontio Pilato & Herode Tetracha verè clauis confixus eſt pro nobis in carne, à quo & nos redempti ſumus per diuinã & beatam eius paſsionem, vt tollat ſecum ſibi coniunctos in ſecula per reſurrectionem ad ſanctos & fideles ſuos, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus in vnũ corpus eccleſiæ ſuæ. Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis, & verè paſſus eſt, non putatiuè, ſed verè ſicuti & reſurrexit. Sed non vt quidam infidelium erubeſcentes, plaſmationem hominis & crucem & ipſam mortem dicunt, quaſi putatiuè & non verè ſuſcepit corpus ex virgine, & putatiuè paſſus eſt, immemores illius qui dixit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et iterum: Soluite templum hoc, & ego in triduo reſuſcitabo illud. Et in alio loco. Quum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Ergo Verbum habitauit in carne, ſapientia enim ædificauit ſibi domum. Verbum ergo templum ſui ipſius ab aduerſarijs diſſolutum reſuſcitauit tertia die, Verbum vtique exaltata H carne ſua veluti illo æneo ſerpente in eremo, attraxit ad ſe omnes ad ſalutem æternam. Ego autem non ſolum natum eum & crucifixum in corpore factum ſcio, ſed ſed etiam poſt reſurrectionem in carne eum noui, & credo eſſe. Nam quum ad eos qui cum Petro erant veniſſet, ait illis: Palpate me & videte, quia non ſum dæmonium incorporeum. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, & Thomæ dixit: Inijce digitum tuum in fixuram clauorum, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et ſtatim crediderunt quia ipſe erat Chriſtus. Propter quod & Thomas ait illi: Deus meus & Dominus meus. Propterea ergo mortem contemſerunt, paruum ducentes eſſe iniurias & plagas, & alia nonnulla propter ipſum ſuſtinere. Nam & poſtquàm oſtendit ſe eis quia verè & nõ putatiuè reſurrexiſſet, manducauit cum eis & bibit. Et ſic videntibus eis aſſumptus eſt cum carne ad eum qui miſerat illum, in qua & iterum venturus eſt cum gloria & virtute

A virtute, ſecundum quod dictum eſt ab angelis ad Apoſtolos: Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum. Si ergo ſine corpore dicunt eum venturum eſſe in conſummationem ſeculi, quomodo viſuri ſunt eum illi qui compunxerũt in eum, cognoſcentes plangent inter ſe? Nam incorporalium, neque ſpecies, neque figura, ſed neque effigies quidem aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua fixuræ clauorũ vel lanceæ foramen appareat propter ſimplicitatem naturæ. Hæc autem moneo vos chariſsimi, ſciens quia & vos ſic habetis, præcuſtodio autẽ vos à beſtijs hominũ figuras habentibus, quas non ſolum deuitare, ſed etiam fugere oportet vos. Tantum orate pro illis, vt fortè pœniteant. Si enim putatiuè in corpore fuit Dominus, & putatiuè crucifixus eſt, ergo & ei putatiuè ego vinctus ſum. Quare autem & meipſum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed non putatiuè, ſed verè omnia ſuſtineo propter Chriſtum, ad compatiendum ei, ipſo me confortante, quia non eſt mi-
B hi tanta virtus. Quem profectò quidam ignorantes negauerunt, & conſentiũt, magis mendacio quàm veritati, quibus nec perſuaſerunt prophetæ, neque Lex Moſi, ſed nec nunc vſque Euangelium, nec noſtræ ſpeciales paſsiones. Nam & de nobis hoc ipſum ſentiunt. Quid enim me iuuat, ſiue me quis laudauerit, Dominum autem meum blaſphemauerit, ſi non eum confeſſus fuerit incarnatum eſſe Deum? Hoc autem qui non dixerit, perfectè eum negat, ſicut mortuum baiulans. Nomina verò eorum infidelia non mihi eſt nunc viſum ſcribere, ſed neque contingat mihi vt mentionem eorum faciam donec pœniteat. Nemo ſeipſum ſeducat. Si enim non crediderit Chriſtum Ieſum in carne fuiſſe conuerſatum, & confeſſus fuerit crucem eius, & paſsionem & ſanguinem, quem effudit pro mundi ſalute vitam æternam non conſequetur, ſiue rex, ſiue ſacerdos, ſeu princeps, ſeu priuatus, ſeu dominus, ſiue ſeruus, ſeu vir, ſiue mulier, qui capit, capiat, & qui audit, audiat. Locus ergo & dignitas atque diuitiæ neminem inflent, ignobilitas & paupertas nullum hu-
C miliet. Sed cum his omnibus fides eius ſit in Deum & in Chriſtum, & ſpes fruitionis futurorum bonorum cum dilectione quæ eſt circa Deum & circa proximum. Dilige enim dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Sed & Dominus dicit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcat te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, & illud Ioan. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In his enim duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Dicite ergo eis qui taliter docent, quomodo legem ponunt, incognitum eſſe patrem Chriſti prædicantes? Quomodo etiam, quum infidelem inimicitiam inuicem habẽt, dilectionem autem futurorum negligunt, præſentiam diſsimulant, quæ ventura ſunt tanquàm præſentia eſſe putant, & tanquam ſomnia & phantaſiam exiſtimant, mandata contemnunt, viduam & orphanum deſpiciunt, vinctum derident, reſurrectionem negant? Huiuſmodi omnes nepotes ſunt illius inueterati malorum ſpiritus, qui & Adam per mulierem mandatum tranſgredi perſuaſit, qui & Abel per
D Cain occidit, qui & Iob decipere conatus eſt, qui & Iehu filio Ioſedech reſiſtere tẽtauit, qui & Apoſtolorum fidem ſubuertere voluit, & Iudęorum multitudinem aduerſus Dominum ſuſcitauit, qui & nunc operatur in filijs diffidẽtiæ, à quibus eruat nos dominus Ieſus Chriſtus, qui Patrem deprecatus eſt, vt non deficeret fides Apoſtolorum, non quòd non ſufficeret cuſtodire eam, ſed gaudens de Patris eminentia, ipſum deprecatus eſt pro eis. Dignum eſt ergo à talibus abſtinere, & neq; proprium cum his, neque commune colloquium habere, ſed intendere Legi & Prophetis, & euangelizantibus vobis ſalutare verbum. Nefandas verò hæreſes & ſchiſmata facientes fugite, ſicut principatum malorum. Omnes Epiſcopum ſequimini ſicut Chriſtus Ieſus Patrem, presbyteros ſicut Apoſtolos, diaconos autem veneramini ſicut Dei mandato miniſtrantes. Nemo præter Epiſcopum aliquid agat eorum, quæ ad Eccleſiam pertinent, firma Euchariſtia reputetur quæ ab Epiſcopo conceſſa fuerit, vbi epiſcopus præſens fuerit, illuc & plebs cõgregetur, ſicuti & vbi Chriſtus eſt, om-

nis cœleſtis militia adeſt,tanquam principi militiæ virtutis Domini,& ipſe eſt diſpẽ- E
ſator totius intelligibilis naturæ.Propterea nõ licet ſine epiſcopo neq; offerre, neq;
ſacrificium immolare,neq; miſſas celebrare.Sed ſi ei viſum fuerit ſecundũ benepla-
citũ Dei,tunc demũ tutum & firmũ erit. Ergo omnia quæcunq; agitis & facitis iam
mutabilia ſunt,vt corrigamus nos in Deo, quũ tempus habemus pœnitendi. Quod
enim incertũ eſt,non habet confeſsionẽ. Ecce enim homo (inquit) opera eius cum
eo.Sicut ſcriptũ eſt:Honora (inquit) fili Deũ & regem.Ego aũt dico,honorate qui-
dem Deũ,& autorem omniũ & Dominũ, Epiſcopum aũt tãquàm principem ſacer-
dotum, imaginem Dei ferentem, principatũ quidem ſecundũ Deum, ſacerdotium
verò ſecundum Chriſtũ,& poſt hunc honorare oportet etiam regẽ. Nemo enim po
tior eſt Deo,neq; ſimilis ei,neq; Epiſcopo honorabilior,in Eccleſia ſacerdotiũ Deo
gerenti pro mundi ſalute,neq; regi quis ſimilis eſt in exercitu,pacem & beneuolen-
tiam omnibus principibus cogitanti.Qui enim honorat Epiſcopum,honorabitur à
Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur.Si enim quis contra regem F
inſurgens,damnatione dignus eſt,quomodo vltionem euadere poterit, qui præter
Epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim ſumma eſt omniũ bonorũ,quæ in ho
minibus conſiſtunt,quod ſi quis inhonorauerit,Deum inhonorat & Dominum Ie-
ſum Chriſtum primogenitũ totius creaturæ, & ſolum natura principem ſacerdotẽ
Dei.Omnia benè vobis ordinate,quæ mandata ſunt in Chriſto.Layci diaconis ſub-
diti ſint,diaconi presbyteris, presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto,ſicut ipſe pa-
tri.Secundũ quod vos me refeciſtis fratres, & vos Dominus Ieſus Chriſtus. Abſentẽ
me & præſentem dilexiſtis, retribuat vobis Deus propter quem tanta in vincto eius
oſtendiſtis,& ſiquidem non ſufficiens,ſed tamen deuotio veſtra grandis eſt. Si quis
enim honorauerit Prophetam in nomine Prophetæ,mercedẽ prophetę accipiet.Ma
nifeſtè & qui honorat vinctũ Chriſti Ieſu,mercedem martyrum accipiet.Philoni &
Gaio & Agathopo,qui me ſequuntur in verbo Dei,qui ſunt miniſtri Chriſti, bene
feciſtis ſuſcipiendo eos ſicut miniſtros Dei, qui & maximas gratias agunt Domino G
pro vobis, quoniã refeciſtis eos omnibus modis.Nihil vobis reputabitur ad Peccatũ
de ijs, quę eis impendiſtis. Det vobis Dominus inuenire miſericordiã apud Deũ in
illa die, pro animabus veſtris ſpiritus meus & vincula mea ſint, quæ nõ ſpreuiſtis, &
nõ erubuiſtis.Hæc eſt perfecta ſpes in Chriſto Ieſu. Orationes veſtræ appropinqua-
uerunt ad Antiochenã Eccleſiam, cui & pacifici eſtis. Vnde & vinctus oẽs ſaluto,&
nõ ſum dignus eſſe vltimus eorũ.Sed ſecundũ Dei voluntatem dignus effectus ſum,
nõ ex mea prouidentia,ſed ex gratia Dei. Quam opto perfectam mihi tribui, vt per
veſtras orationes Deũ merear adipiſci, vt opus veſtrũm perfectum ſit in cœlo & in
terra. Decet ergo vos in honorem Dei curam agere Deo dignæ Eccleſiæ Dei quæ eſt
in Syria, & gratulari eis qui pacifici ſunt, & perceperunt ſuam magnificentiam, &
reſtituta eſt in corpore eorum. Sed mihi viſum eſt mittere illuc cum epiſtola, vt glo
rificent tranquillitatem quæ eis ſecundò contigit,& quietem. Ego verò merui por-
tum tutiſsimum orationibus veſtris, quum ſitis perfecti, perfecta cogitate, ſentite, H
ſapite, volentibus enim vobis benè agere, etiam Deus paratus eſt vobis præſtare. Sa-
lutat vos dilectio fratrũ veſtrorum quæ eſt in Troia, vnde & ſcribo vobis per Bur-
gum, quem miſiſtis mecum vnà cum Epheſijs fratribus veſtris,qui me refecit in om-
nibus,& debuerant quidem omnes imitari,quia exemplum eſt miniſterij Dei, retri-
buet ei Dominus gratiam in omnibus. Saluto Deo dignum epiſcopum veſtrum
Polycarpum, & Deo decentiſsimum presbyterum, & Chriſtophorus diaconus
meus, & conſeruus, & ſpecialiter, & generaliter, omnes in nomine Domini Ie-
ſu Chriſti, & in ſanguine ipſius, & in paſsione, & in reſurrectione carnali, & ſpi-
rituali, in vnitate Dei & veſtra. Gratia vobis, & miſericordia, & pax, & patien-
tia in omnibus in Chriſto. Saluto domos fratrum meorum cum vxoribus & fi-
lijs,ſed & virgines & viduas Incolumes eſtote in virtute Dei patris. Salutat vos Phi-
lon condiaconus,qui eſt mecum.Saluto domum Graniæ,quam opto firmari in fide

& deuo-

A & deuotione carnali & ſpirituali. Saluto Alcē deſiderabile nomen mihi, & Daphnium ſpiritualem & bonum filium. Et omnes nominatim incolumes eſtote in gratia Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti, repleti ſpiritu ſancto & ſapientia ſancta atque diuina, Amen.

AD POLYCARPVM EPISCOPVM SMYRnenſium de illuminatis, Epiſtola VIII.

Ignatius Epiſcopus Antiochiæ, qui & teſtis Ieſu Chriſti, Polycarpo Epiſcopo Smyrnenſium.

SVſcipiens autem tuam ſententiam tanquàm ſuper immobilem petram fundatam, quoniam deſiderio promereri faciem tuam immaculatam, quam acquiſiui in Domino, rogo te gratia Dei, qua inductus es, adijcere ad curſum tuum, & rogare omnes vt ſaluentur in Chriſto. Defende locum tuum in omni diligentia. Vnitatis curam habeto, qua nihil melius eſt. Omnes baiula, quomodo & te Chriſtus. Omnes ſuffer in dilectione, orationibus indeſinenter vaca, ampliorem prudentiam quam habes poſtula. Vigila inobdormibilem ſpiritum poſsidens. Secundum adiutorium Dei loquere. Omnium infirmitates porta vt perfectus athleta, quomodo & Dominus omnium. Ipſe enim (inquit) infirmitates noſtras portauit, & languores noſtros abſtulit. Vbi enim magnus fuerit labor, ibi etiam maius lucrum eſt. Si bonos diſcipulos amaueris, non eſt tibi gratia, magis peſtiferos ſubiuga in manſuetudinem. Non omne enim vulnus vno emplaſtro curatur, acredines atque vehementias, embrocha compeſce. Aſtutus eſto vt ſerpens, & ſimplex vt columba. Propheta enim ex anima, & corpore carnaliter & ſpiritaliter extas, vt omnia quæ oſtenſa fuerint, in facie corrigas. Quæ autem tibi inuiſibilia fuerint, pete vt tibi manifeſtentur, vt tibi nihil reſtet, ſed totius gratiæ abundans ſis. Tempus depoſcit te tanquàm gubernatorem proſperum petere, & ſicut naui periclitanti, portum aptum ad ſalutem requirere. Sic & te Dei athletam præſta, vt veſtem incorruptionis & vitam æternam percipias, pro qua & tu confidis in omnibus. Pro anima tua ego efficiar, & vincula mea quæ dilexiſti. Qui ſe arbitrantur fide dignos eſſe, & aliter docent, non te circunueniant, ſed ſta firmus ſicut incus quæ percutitur. Magni enim athletæ eſt vapulare & vincere, maximè autem pro Deo omnia oportet nos ſuſtinere, vt ipſe ſuſtineat nos in regno. Plurimum adde ad feſtinationem, continuanter curre, tempora cognoſce, vt in ipſis ſemper vincas. Hic eſt enim ſtadiũ, illic corona expectat Chriſtum filium Dei, intemporalem in tempore, inuiſibilem natura, viſibilem in carne, impalpabilem & intactum, vt corporeum verò propter nos & contrectabilem, impaſsibilem vt Deum, paſsibilem verò propter nos vt hominem, Amen.

AD ANTIOCHENSES EX PHIlippis, Epiſtola IX.

Antiochia ciuitas eſt Syriæ, prima Petri Apoſtoli ſedes, prima in qua Chriſtiani (qui baptiſma ſuſcepiſſent) à Chriſto nũcupari cœperunt, in qua Paulus & Barnabas ordinati ſunt, quæ & poſtea diui Ignatij moderationibus credita eſt, à qua Antiochenſes.

Ignatius qui & Theophorus, Eccleſiæ Antiochenſi miſericordiam à Chriſto conſecutæ, habitanti in Syria (quæ prima Chriſti cognomen accepit) quę eſt in Antiochia, in Deo patre, & domino Ieſu Chriſto ſalutem.

LEuia mihi & inonceroſa fecit Dominus vincula, quum didiciſſem E
pacificos vos eſſe, & in omni concordia carnali & ſpirituali vos
tranſigere. Rogo igitur vos ego vinctus in Domino, dignè am-
bulare in ea vocatione qua vocati eſtis, cuſtodientes vos ab intro-
euntibus hæreſibus malignis, ad ſeductionem & perditionem con-
ſentientium eis, intendere autem Apoſtolorum doctrinæ & legi,
atque Prophetis credere, omniumq; Iudæorum aut Paganorum errorem abijcere,
& neque Deorum multitudinem admittere, neque Chriſtum ad excuſationem vni-
us Dei negare, Moſe fideli famulo Dei ad populũ dicente: Dominus Deus tuus De-
us vnus eſt. Et vnum atque ſolum prædicans Deum, confeſſus eſt ſtatim etiam Do-
minum noſtrum dicens: Pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorram ignem &
ſulphur à Domino de cœlo. Et iterũ dixit: Deus: Faciamus hominem ad imaginem
& ſimilitudinem noſtram. Et rurſum: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fe-
cit illum. Et paulò pòſt: Ad imaginem Dei fecit hominem. Et quia naſciturus erat F
homo, ſic ait: Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter ſicut me. Nam &
Prophetæ ex perſona Dei dixerunt: Ego Deus primus & ego poſt hæc, & præter me
non eſt Deus. Hoc autem de patre omnium dixerunt. De Domino noſtro Ieſu Chri-
ſto rurſum Prophetæ proclamauerunt, dicentes: Ecce puer natus eſt nobis, & filius
datus eſt nobis, cuius imperium eſt deſuper, & vocabitur (inquiunt) nomẽ eius ma-
gni conſilij angelus, admirabilis conſiliarius, Deus fortis, poteſtatem habens, prin-
ceps pacis. Nam & de incarnatione eius ex virgine dicunt: Ecce virgo concipiet in
vtero. & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et de paſsione eius nihil-
ominus adiecerunt dicentes: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus co-
ram tondente ſine voce. Et iterum ipſe de ſeipſo referens dicit. Ego autẽ ſicut agnus
innocens ductus ſum ad immolandum. Nam euangeliſtæ vnum ſolum teſtantes ve-
rum Deum eſſe Patrem, etiam ea quæ ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum perti-
nent, non prætermiſerunt, ſed potiùs exactè ſcripſerunt dicentes: In principio erat G
verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud
Deum, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Sed & de incarna-
tione eius ſubiunxerunt, dicentes: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in no-
bis. Et iterum: Liber (inquiunt) generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abra-
hæ. Apoſtoli quoq; Chriſti aſſerentes quia Deus vnus eſt, adiecerunt dicentes: Vnus
Deus vnus & mediator Dei & hominum. Et de incarnatione eius ac paſsione eius
non erubuerunt, ſed potius fiducialiter ſubiunxerunt, dicentes: Homo Chriſtus Ie-
ſus, qui dedit ſemetipſum pro ſeculi vita. Omnis ergo qui vnum Deum annunciat,
intèrcipit autem Chriſti diuinitatam, filius eſt diaboli, & inimicus omnis iuſtitiæ.
Qui autem non confitetur Chriſtum filium eius eſſe, qui fecit mundum, ſed alteri-
us cuiuſdam, incogniti præter eum quem prædicat Lex & Prophetæ, hic organum
eſt ipſius diaboli. Quicunque autem incarnationem Chriſti recuſat, & crucem eius
erubeſcit, propter quam ego vinctus ſum, hic eſt Antichriſtus. Quicunque verò pu- H
rum hominem dicit eſſe Chriſtum, maledictus eſt ſecundum dictum Prophetę, non
in Deum fidens, ſed in hominem tãtum. Propterea & infructuoſus eſt quemadmo-
dum Thamariſcus quæ eſt in deſerto. Hæc ſcribo vobis, quũ ſim Chriſti nouella oli-
uæ, non ignorans vos taliter ſapere, ſed præcuſtodio vos ſicut pater filios ſuos. Vide-
te ergo malignos operarios, inimicos crucis Chriſti, quorum finis eſt interitus, quo-
rum Deus venter eſt, quorum gloria in confuſione eorum, videte canes rabidos, ſer-
pentes ſuper pectus repentes, dracones ſquamoſos, & aſpides, baſiliſcos, ſcorpiones.
Hi enim ſunt thoes, vulpes, & ſimiæ, humana imitantes. Pauli & Petri ſancti eſtis di-
ſcipuli, nolite perdere depoſitum quod vobis commendauerũt. Mementote dignè
beatiſſ. Enodij paſtoris veſtri, qui primus vobis ab Apoſtolis antiſtes ordinatus eſt.
Non confundamus patrem, ſed efficiamur certi filij & non adulterini. Scitis quali-
ter couerſatus ſum inter vos. Quæ ergo præſens dicebam vobis, hæc nunc & abſens
ſcribo

A ſcribo vobis. Si quis non diligit dominum Ieſum, ſit anathema. Imitatores mei eſtote, pro animabus veſtris ego efficiar quando Chriſtum meruero adipiſci. Memento te vinculorum meorum. Presbyteri paſcite gregem qui vobis commiſſus eſt, donec oſtendat Deus eum qui futurus eſt in vobis rector. Ego autem nunc feſtino vt Chriſtum lucrifaciam. Diaconi agnoſcant cuius ſint dignitatis, & ſtudeant eſſe inculpabiles, vt ſint Chriſti imitatores. Populus ſubditus ſit presbyteris & diaconis, virgines agnoſcat, cui ſe conſecrauerunt, viri diligant vxores memores quia vna vni in principio creaturæ datæ ſunt in poſſeſsionem. Mulieres honorificent viros ſuos ſicut carnem ſuam, & non audiant proprio nomine eos vocare. Sciant autem ſolos viros ſuos compares eſſe, quibus coniunctæ ſunt ſecundum ordinationem Dei. Parentes erudite filios eruditione ſancta, filij honorate parentes, vt bene ſit vobis, & ſitis longæui ſuper terram. Domini nolite ſuperbè ſeruis vti, imitantes patientiſsimum Iob, dicẽtem, ſi prauè iudicaui ſeruum aut ancillam meam, iudicer ego ab eis, quid enim B faciam, ſi interrogationem fecerit Dominus de me? & cætera quæ ſequuntur, bene noſtis. Serui nolite iracundiam in aliquos prouocare dominos, ne fortè aliqui malè faciant vobis, & voſipſi vobis eritis rei. Nemo ocioſus manducet, ne vagus fornicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inuidia, multiloquium, clamor, blaſphemia non nominentur in vobis. Viduæ non in delitijs agant, ne per luxuriam abijciant verbum. Cæſari ſubditi eſtote in ijs quibus ſine periculo eſt ipſa ſubiectio. Principes nolite exaſperare, ne detis occaſiones aduerſum vos quærentibus eas. De maleficijs autem & veneficijs vel homicidio ex abundanti eſt ſcribere vobiſcum, quando hæc etiam in gentibus abominabile ſit agere. Hæc autem non ſicut Apoſtolus præcipio, ſed ſicut veſter conſeruus, commemorans vobis. Saluto ſanctum presbytetum veſtrum. Saluto ſanctos diaconos, & deſiderabile mihi nomen eius, quem reſeruari poſt me in ſpiritu ſancto, quum Chriſtum meruero adipiſci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas, at-C que confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarũ diaconiſſas quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti virgines, quas ego nutriui in domino Ieſu. Saluto pudiciſsimas virgines. Saluto plebem Domini à minimo vſque ad maximum, & omnes ſorores meas in domino. Saluto Caſsianum hoſpitem meum, & coniugem eius, & amabiles natos eius. Salutat vos Polycarpus dignè decentiſsimus Epiſcopus, qui & curã veſtri gerit, cui & cõmendaui vos in Domino, & omnis Eccleſia Smyrnenſiũ memor eſt veſtri in oratione apud Deũ. Salutant vos Oneſimus Epheſiorum paſtor. Salutat vos Damas Magneſiæ Epiſcopus. Salutat vos Polybius Trallianorũ antiſtes. Salutant vos Philon & Agathopus diaconi, qui me ſequuntur. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Hæc aũt à Philippis ſcribo vobis. Incolumes vos ille qui eſt ſolus vnigenitus per illũ qui ante ſecula natus eſt, ſpiritu & carne cuſtodiat, & videam vos in Chriſti regno Saluto eum qui pro me futurus eſt princeps veſter, quem & acquiſiui in Chriſto. Incolumes eſtote Deo & Chriſto illuminati ſpiritu ſancto, Amen.

D

AD HERONEM ECCLESIAE ANTIOCHEnæ Diaconum, quem ei Dominus oſtendit ſeſſurum in ſede ipſius ex Philippis, Epiſtola X.

Ignatius qui & Theophorus, Deo honorabili, deſiderabili, pudico, Chriſtifero, ſpiritifero in fide & dilectione Heroni diacono Chriſti miniſtero Dei, gratia & miſericordia & pax ab omnipotente Deo & Chriſto Ieſu domino noſtro vnigenito filio eius, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt redimeret nos de hoc præſenti ſeculo in ligno, & ſaluos faceret in regnum ſuum cœleſte.

ROgo te in Domino adijcere ad curſum tuum, defendere dignitatem E
tuam, concordiæ quæ eſt ad ſanctos curam gerere. Infirmiores ſuf-
fer, vt adimpleas legem Chriſti. Ieiunijs & orationibus vaca, ſed nó
vltra menſuram, ne teipſum deijcias. Vino & carnibus non ex toto
abſtineas, non enim ex toto ſunt abominabiles. Bona (inquit) ter-
ræ comedetis, & carnes & holera manducabitis. Sed & vinum læti-
ficat cor hominis, & oleum exhilarat, & panis confirmat. Sed & menſuratè & ordi-
natè, tanquàm Deo concedente. Quis enim manducat, aut quis bibit præter eum?
Quoniam quicquid bonum eſt, & quicquid optimum eſt, eſt ipſius. Lectioni inten-
de, vt non ſolus ipſe ſcias leges, ſed etiam alijs eas expone, vt Dei athleta. Nemo mili-
tans Chriſto implicat ſe negocijs ſecularibus, vt placeat ei cui ſe probauit. Sed nec vi
athleta coronabitur, niſi legitimè certauerit. Pro anima tua ego vinctus ſum. Om-
nis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus ſit, tametſi ieiu-
net, tametſi virginitatem ſeruet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupus tibi ap F
pareat in grege ouium corruptionem operans. Si quis crucem negauerit, & paſsio-
nem erubuerit, ſit tibi tanquàm aduerſarius, tametſi ſubſtantiam ſuam pauperibus
diſtribuat, tametſi montes transferat, tametſi corpus ſuum combuſtioni tradat, ſit
tibi execrabilis & abominabilis. Si quis infalſauerit legem & prophetas, quos Chri-
ſtus præſens adimpleuit, ſit tibi tanquàm Antichriſtus. Si quis hominem tantum di-
xerit Dominũ, Iudæus eſt, Chriſti interfector. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.
Pupillos tuere. Deus eſt enim pater pupillorum, & iudex viduarum. Sine epiſcopis
nihil agas, ſacerdotes enim ſunt tu verò miniſter ſacerdotum. Illi enim baptizant, ſa-
cerdotium agunt, ordinant, manus imponunt, tu verò eis miniſtras, ſicut ſanctus
Stephanus Iacobo, & cæteris presbyteris in Hieroſolymis. Congregationem noli
negligere, nominatim omnes require. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed
forma eſt fidelium in verbo & conuerſatione. Domeſticos ne confundas, commu-
nis eſt enim nobis & ipſis natura. Mulieres noli execrari, ipſæ enim pariunt & nutri- G
unt. Diligi ergo oportet eas generationis cauſa tantum in Domino, quia ſine mulie-
re vir omnino generare non poteſt. Honorare ergo oportet eas, vt cooperarias ge-
nerationis, quia neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro aliquando originem
ſortiri poterit, niſi in ſolis illis protoplaſtis, quia corpus Adæ ex quatuor elementis
eſt factum, Eua verò de latere Adæ, glorioſum verò habitaculũ Domini de ſola vir-
gine. Execrabilis quidem videtur legitima commixtio, ſed Deo condecens eſt ipſius
generatio. Decebat enim opificem non ſecundum humanam conſuetudinem nati-
uitate vti, ſed gloriſè & nouè, vt decebat naſci factorem. Superbiam fuge. Superbis
enim Deus reſiſtit. Falſiloquium execrare, perdet enim omnes (inquit) qui loquun-
tur mendaciũ. Inuidiam caue, autor enim eius eſt Diabolus, & ſucceſſor ipſius Cain
fratri inuidens, & de inuidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone Deum di-
ligere, & ſolis viris ſuis ſufficere debere. Similiter fratres meos mone ſuis coniugibus
ſufficere debere. Virgines cuſtodi, tanquàm Chriſti ſacramenta. Longanimis eſto, H
& multus ſis prudẽtia. Pauperibus ſecundũ quod habueris, benefacere ne neglexe-
ris. Eleemoſyna enim & fide purgantur peccata. Teipſum caſtum cuſtodi tanquàm
Dei habitaculum. Templum Chriſti conſtitutus, & organum ſpiritus ſancti exiſtés,
ſcito quomodo te nutrierim. Et ſi minimus quidem ſum, æmulator meus eſto, &
imitare conuerſationem meam. Non enim glorior in mundo, ſed in Domino. Hero-
nem filium meum moneo, vt qui gloriatur, in Domino glorietur, cuius & memini
filij deſiderabilis cui cuſtos fiat ille vnigenitus Deus & Dominus Ieſus Chriſtus, nó
omnibus credere, neque de omnibus præſumere, ne quis te ſubintret. Multi enim
miniſtri ſunt Satanæ, & qui citò credit, leuis eſt corde. Memento Dei & nunquàm
peccabis. Noli eſſe duplex animo in oratione tua, beatus eſt enim qui non dubita-
uerit. Credo ergo in Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in vnigenitum filiũ eius,
quia oſtendit mihi Heronem in ſede mea. Ergo adde ad curſum tuum, præcipio tibi

coram

A coram Deo qui eſt ſuper omnia, & coram Chriſto præſente, & ſpiritu ſancto, & coram miniſtrantibus legionibus, cuſtodi depoſitum meum quod ego & Dominus Chriſtus commendauimus tibi. Et ne indignum te iudicaueris eorum, quæ oſtenſa ſunt mihi de te à Domino. Commendo ergo tibi Eccleſiam Antiochenſium. Commendaui vos Polycarpo in Domino Ieſu Chriſto. Salutant te epiſcopi Oneſimus, Vitus, Damas, Pilybius, & omnes à Philippis, vnde ſcripſi tibi. Saluta Deo decentes presbyteros. Saluta ſanctos condiaconos tuos, quos ego enutriui in Domino in carne & ſpiritu. Saluta populum Domini à minimo vſque ad maximum, ſecundum omnia quæ tibi commendo, ſicut Moyſes Ieſu duci exercitus, & non tibi videatur oneroſum quod dictum eſt de te, & ſi tales non ſumus quales illi fuerunt, ſed tamen oramus vt tales ſimus, quia filij Abrahæ ſumus. Confortare ergo Hero potenter, & age viriliter. Tu enim introduces, & educes ex hoc nunc populum Domini qui eſt in Antiochia, & non erit ſynagoga Domini ſicut oues non habentes
B paſtorem. Saluta Caſsianum hoſpitem meum, & illam pudiciſsimam eius coniugem, & dilectiſsimos filios eorum, quibus det Deus inuenire miſericordiam apud Deum in illa die miniſtrationis quæ eſt ad nos, quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta eos qui ſunt in Laodicia fideles omnes ſecundum nomina in Chriſto. Eos qui ſunt in Tarſo noli negligere, ſed aſsidue eis intende confirmans eos in Euangelio. Marium epiſcopum qui eſt Neapoli ſecus Zarbo ſaluto in Domino. Intende etiam pudiciſsimæ Mariæ filiæ meæ, quæ eſt abundè doctiſsima, & ei quæ in domo eius Eccleſiæ, quæ facta eſt mihi pro anima mea exemplum pijſsimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem pater Chriſti æuo longiore per ipſum vnigenitum ſuum cuſtodiat ad vtilitatem Eccleſiæ. Incolumi in Domino ora pro me, vt conſummem, Amen.

C *AD EPHESIOS DE VNITATE ex Smyrna, Epiſtola XI.*

Epheſus ciuitas in Aſia, ab Amazonibus olim condita, ſepulchro Ioannis Euangeliſtæ dilectiſsimi Apoſtoli celebris, à qua & Epheſij.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ magnitudine repletæ Dei patris, & prædeſtinatæ ante ſecula, vt ſit ſemper in ſingulari gloria inconuertibilis & adunata, & electa in paſsione vera, in volútate Dei patris & Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſaluatoris, Eccleſiæ beatitudine digne quę eſt Epheſi in Aſia plu
D rimam in Chriſto Ieſu & immaculato gaudio, Salutem.

SVſcepi veſtrum in Domino multum deſiderabile nomen quod poſſidetis natura iuſta ſecundum fidem & dilectionem in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, cum ſitis imitatores humanitatis Dei, vt viuificati in ſanguine Chriſti regenerationis. charitatis geminum opus conſummate, audientes me de Syria vinctum pro Chriſto ſpe communi confidentem orationibus veſtris vt merear Romæ beſtijs dimicare, vt per martyrium poſsim diſcipulus eius eſſe qui pro vobis ſeipſum obtulit Deo hoſtiam & oblationem in odorem bonæ ſuauitatis. Quoniam ergo ſuſcepi multitudinē in nomine Domini Chriſti in Oneſimo dilecto ſcriptore noſtro, veſtro autem Epiſcopo, obſecro eum ſecundum Ieſum Chriſtum diligere vos, & vos omnes

omnes in concordia eius in ipſo eſſe.Benedictus enim Deus qui vobis talibus talem E
Epiſcopum donauit habere in Chriſto. Pro conſeruo noſtro autem Burro ſecun-
dùm Deum diacono veſtro,& in omnibus benedicto,deprecor permanere eum im-
maculatum in honore Eccleſiæ,& beatiſsimi Epiſcopi veſtri. Crocus verò Deo di-
gnus,quem tanquàm exemplar dilectionis veſtræ ſuſcepi, in omnibus me refecit,&
cathenam meam nõ erubuit,ſimul cum Honeſiphoro & Burro & Euplo & Phron-
tone,quibus refrigeret pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem vos omnes in di-
lectione habui.Acquiſiui vos in omnibus ſiquidem dignus fuero.Dignum eſt enim
omnibus modis glorificare Ieſum Chriſtum qui vos glorificauit,vt in vna perfectio-
ne perfecti ſitis in eodem ſenſu & in eadem ſententia,vt idipſum dicatis omnes de eo
ipſo,vt ſubiecti Epiſcopo & presbyteris ſecundum omnia ſanctificati. Nõ præcipio
vobis quaſi aliquis ſim.Et ſiquidem vinctus ſum pro nomine Ieſu Chriſti,tamen nec
dum conſummaui. Nunc etiam initium habeo eruditionis,& alloquor vos tan-
quàm conſeruos.Me autem oportebat à vobis commoneri fide, monitione, patien- F
tia, longanimitate, quoniam dilectio non permittit me tacere de vobis, propterea
præueni vos vt concurratis diſpoſitioni Dei, quia & Ieſus Chriſtus omnia ſecun-
dùm diſpoſitionem patris agit, ſicut & ipſe in quodam loco dicit:Ego quæ placita
ſunt ei facio ſemper. Ergo & nos oportet ſecundùm diſpoſitionem Dei viuere in
Chriſto,& æmulari ſecundùm quod Paulus ait: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego
Chriſti. Vnde & vos docet diſpoſitionem paſtorum ſequi, qui ſecundùm Deum
vos paſcunt. Quod etiam ipſi facitis ſapienter à ſpiritu ſancto inſtructi. Illud er-
go dignè nominandum, & Deo dignum presbyterium ita coaptatum ſit Epiſco-
po, quomodo chordæ in cithara colligatæ. Ita & ipſi in concordia & conſona di-
lectione, cuius dux & cuſtos eſt Ieſus Chriſtus. Et qui ſunt ſigillatim omnes vnus
chorus fiant, vt conſonantes facti in vnitate, coniunctionem Domini in ſimili-
tudinem morum recipientes, in vnitate vnum effecti conſenſu, Deo patri & dile-
ctiſsimo filio eius Ieſus Chriſto Domino noſtro, ſecundùm quod ipſe patrem ro- G
gans dicit: Da illis pater ſancte, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & hi in nobis
vnum ſint, Vtile eſt enim vos ſine macula in vnitate eſſe coniunctos Deo, imitato-
res eſſe Chriſti, cuius & membra eſtis. Si ego in paruo tempore talem conſuetudi-
nem habui circa Epiſcopum veſtrum, quæ non humana ſed ſpiritualis fuit, quan-
to magis vos beatifico qui pendetis ad eum quomodo Eccleſia ad Dominum Ie-
ſum, & ipſe Dominus ad Deum patrem ſuum, vt in vnitate ſibi omnia conſonan-
tia ſint? Nemo oberret. Si quis non fuerit intra altare, fraudabitur pàne Dei. Si
enim vnius aut duorum oratio tantam habet virtutem vt Chriſtus in eis conſiſtat,
quanto magis ſacerdotis & ſancti populi ſupplicatio,conſonanter aſcendens ad De-
um, perſuadet præſtare eis omnes petitiones in Chriſto?Qui ergo à talibus ſepara-
tur, & non conuenerit in congregatione ſacrificiorum Eccleſiam primogenito-
rum deſcriptorum in cœlo, lupus eſt in grege ouium manſuetam demonſtrans figu-
ram. Feſtinate ergo dilectiſsimi, ſubditi eſſe Epiſcopo & presbyteris & diaconis. H
Qui enim iſtis ſubditus fuerit, Chriſto obedit, qui eis hoc conceſsit. Qui verò eis
non conſenſerit, Ieſu Chriſto non conſentit. Qui autem filio non cõſenſerit, non
videbit vitam, ſed ira Dei manebit ſuper eum. Huiuſmodi ergo temerarius & hor-
ribilis, & ſuperbus, qui non eſt ſubditus potioribus. Superbis enim (inquit) Deus
reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Et iterum: Superbi iniquè geſſerunt vſque-
quaque, Dicit etiam Dominus ſacerdotibus: Qui enim vos audit, & qui me audie-
rit,audiet illum qui me miſit,& qui vos ſpernit,me ſpernit,& qui me ſpernit, ſpernit
eum qui me miſit. Quando enim videtis tacere Epiſcopum,plus eum timete. Oẽm
itaq; quẽ mittit paterfamilias pro ſua diſpenſatione,ſic nos oportet ſuſcipere queád-
modũ ipſum qui mittit.Ergo Epiſcopum manifeſtè ſicut ipſum Dominũ oportet cõ-
templari,Domino aſsiſtentem,proſpectorem enim verũ & acutum in operibus ſuis

A regibus oportet aſsiſtere, & non aſsiſtere hominibus infirmis. Ipſe enim Oneſimus laudat veſtram diſpenſationem, quia omnes ſecundùm Deum viuitis, & quia nulla hæreſis inter vos habitat. Sed nec obeditis alicui, niſi Ieſu Chriſto vero paſtori & doctori, & eſtis quemadmodum Paulus vobis ſcripſit, vnum corpus & vnus ſpiritus, quoniam in vna ſpe fidei concluſi eſtis. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus. Vos ergo eſtote tales, qui à tali eruditi eſtis, hoc eſt à Paulo Chriſtifero, & Timotheo. Quidam autem fallaces conſueuerunt dolo maligno nomen Chriſti circumportare, ſed aliquanta indigna Deo agentes, & contra doctrinam Chriſti ſapientes, ad interitum ſuum ſibimetipſis conſentiunt, quos oportet vos tanquàm beſtias declinare. Iuſtus (inquit) declinans euadet interitum, extraneus etenim atque alienus erit ab impiorum perditione. Sunt igitur canes muti, non valentes latrare, rabidi occultè, quos obſeruare oportet, inſanabilem languorem habētes. Medicus autem no-
B ſter, eſt ſolus verus Deus vnigenitus, & inuiſibilis, Dominus omnium, vnigeniti pater & genitor. Habemus autem medicum etiam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū ante ſecula filium vnigenitum, & in principio verbum, poſtea verò & hominem ex Maria virgine. Verbum enim (inquit) caro factum eſt, incorporalis in corpore, impaſsibilis in corpore paſsibili, immortabilis in corpore mortali, vita in corruptione, vt de corruptione, & morte liberet animas noſtras, & ſanet eas infuſas morbo impietatis, & iniquis deſiderijs, Nullus ergo veſtrum ſeducatur, quod & de vobis cōfido, homines enim eſtis. Quando etenim nihil in vobis fuerit quod vos potuerit coinquinare, & tormentum ſuperinducere, ſecundùm Deum viuetis, & erit Chriſti ſubiectio veſtra, & Eccleſiæ Epheſiorum, quæ eſt auxiliatrix, & multum amabilis. Carnales enim ſpiritualia non poſſunt agere, neque ſpirituales carnalia, ſicut nec fides ea quæ ſunt infidelitatis, neq; infidelitas ea quæ ſunt fidei. Vos ergo repleti ſpiritu ſancto, nihil carnale, ſed omnia ſpiritualia agite. Vnuſquiſq; veſtrū perfectus ſit in Chri-
C ſto Ieſu qui eſt ſaluator omnium hominū, maximè fidelium. Agnoui enim aliquos ex vobis à via veritatis diſcedentes, malam doctrinam habere alieni & nequiſsimi ſpiritus. Quibus non tribuiſtis ſecus viam ſeminare zizania, obturantes aures ad non ſuſcipiendū errorem qui ab ipſis eſt prædicatus, ſcientes quia huiuſmodi ſpiritus eſt erroris, non ea quæ ſunt Chriſti, ſed ſua loquens, falſiloquus etenim eſt. Sanctus autem ſpiritus nō ſua propria loquitur, ſed ea quę ſunt Chriſti. Neq; Chriſtus ſua nunciat. Sermo (inquit) quem audiſtis nō eſt meus, ſed eius qui me miſit. De ſpiritu ſancto dicit: Non enim loquetur à ſe, ſed quæcunq; audierit à me. De ſe autem patri: Ego te glorificaui ſuper terram, opus perfeci quod dediſti mihi vt facerem, manifeſtaui nomen tuum hominibus. De ſpiritu ſancto ait: Ille me glorificabit ſuper terram, quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ergo vterq; eorum ipſum glorificat, à quo & accepit quod faceret, & ipſum prædicat atque eius verba pronuncia. Erroris autem ſpiritus ſeipſum prædicat, ſua prophetia dicens, ſibi placens etenim
D eſt, & ſeipſum glorificat. Acerbus nanq; eſt, plenus exiſtens falſiloquio, ſeductor, lubricus, ſuperbus, arrogans, verboſus, diſſonus, immenſuratus, nigriformis, tumidus, de cuius operationibus liberauit nos Ieſus Chriſtus, fundans nos ſuper petram tanquàm lapides electos (qui apti ſunt ad ædificium Dei patris, eleuari in altum à Chriſto qui pro nobis crucifixus eſt) confortatas ſpiritu ſancto, in fide introductos, in ſpe & dilectione eleuatos à terra in cælum, ambulantes immaculatè. Beati enim (inquit) immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Via enim ſine errore eſt Ieſus Chriſtus, ſicut ipſe ait: Ego ſum via, veritas & vita. Deducit autem hæc via ad Patrem. Nemo enim (inquit) veniet ad Patrem niſi per me. Beati ergo eſtis vos Deiferi, Chriſtiferi, ſpiritiferi, templiferi, in omnibus ornati in mandatis IESV Chriſti, regnum ſacerdotale, gens ſancta, populus in acquiſitionem. In quibus exultans, dignus effectus ſum, per quos ſcribo, alloqui ſanctos qui ſunt Epheſi, fideles in CHRISTO IESV. Gaudeo enim in vobis quia vanitati

non

non intenditis,neque ea quæ ſecundùm carnem ſunt diligitis,ſed ea quæ ſecundùm E
Deum ſunt.Sed pro alijs hominibus orate indeſinenter.Eſt enim in illis ſpes,vt Deũ
mereantur adipiſci. Nunquid qui cadit (inquit) non adijciet vt reſurgat?aut qui
auertitur,non conuertetur?Conuertemini ergo ad doctrinam,eſtote miniſtri Dei,
& os Chriſti.Dicit enim Deus:Si abduxeritis precioſum ab indigno,os meum eritis.
Eſtote ergo ad iracundias eorum humiles,renunciate blaſphemijs eorum, vos verò
orationi inſtante,illis errantibus vos ſtabilès eſtote radicati in fide. Vincite eorum
ferocem conſuetudinem per veſtram manſuetudinem,& iracundiam per lenitatem.
Beati euim (inquit) mites. Nam & Moyſes manſuetus ſupra omnes fuit, & Dauid
mitis valde.Propter quod Paulus monet dicens: Seruum autem Domini non oportet litigare,ſed mitem eſſe,ad omnes docibilem,patientem,cum omni modeſtia corripientem eos,qui reſiſtunt veritati.Nolite feſtinare,vlciſci volentes vos. Si reddidi
retribuentibus mihi mala, fratres eos faciamus per manſuetudinem. Dicite itaque
his qui oderunt vos,fratres noſtri eſtis,vt nomen Domini glorificetur.Imitemur ſci- F
licet Dominum,cui cum malediceretur non maledicebat,cum pateretur non comminabatur, cum crucifigeretur non contradicebat,ſed pro inimicis ſuis orabat dicens:Pater dimitte illis,quia neſciunt quid faciunt. Cui plus nocetur,ampliora ſuſtineat.Beatus qui abiectus & reprobatus fuerit propter nomen Domini, ipſe etenim verus eſt Chriſti.Videte ne herba Diaboli inueniatur in vobis,amara etenim eſt
& falſa.Ergo ſobrij eſtote & caſti in Chriſto Ieſu,iam enim nouiſsima tẽpora ſunt.
Reuertamur & timeamus longanimitatem Dei,& non ſimus diuitiarum aut vtilium
rerum appetitores. Futuram iracordiam plus timeamus quàm præſentem gratiam
diligamus,præſens enim gratia eſt vt inueniamur in Chriſto Ieſu,& in veritate viuamus.Extra hoc autem,nec reſpirare oportet aliquando. Hæc eſt enim ſpes mea, hæc
exultatio,hæ denique indeficientes diuitiæ. In quo & vincula mea à Syria Romam
vſque ſuffero ſpirituales margaritas,in quibus mihi contingat conſummari orationibus veſtris, participem paſsionum Chriſti communem & mortuis eius fieri & à G
mortuis reſurrectionis & vitæ,æternæ, quàm mihi contingat percipere, vt in ſorte
Epheſiorum Chriſtianorum inueniar. Qui & cum Apoſtolis ſemper conuerſati ſunt in virtute Ieſu Chriſti, Paulo, Ioanne, & Timotheo fideliſsimo. Scio qui
ſunt & quibus ſcribo. Ego itaque minimus ſum, & ſupplex ſub periculis & iudicijs & longè conſtitutus, vos verò conſecuti eſtis miſericordiam firmi in Chriſto.
Traditus ſum autem propter Deum generi interfectorum à ſanguine Abel iuſti ad
ſanguinem Ignatij minimi.Pauli enim ſancti eſtis comminiſtri, & teſtimonium conſummatis eius qui eſt vas electionis.Sub veſtigia eius merear inueniri & cæterorum
ſanctorum,quando Ieſum Chriſtum meruero adipiſci,qui ſemper in ſuis orationibus memor ſit veſtri. Feſtinate ergo frequẽter accedere, ad euchariſtiam & gloriam
Dei.Quãdo enim aſsiduè hoc ipſum agitur,expelluntur poteſtates Satanæ,qui actus
ſuos conuertit in ſagittas ignitas ad peccatum. Veſtra autem concordia & conſonans fides, ipſius eſt interitus, & conſentaneis eius tormentum. Nihil enim melius H
eſt quàm pacem habere,in qua omne telum euacuatur aëreorum & terreſtrium ſpirituum.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduerſus principatus & poteſtetes,aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.Ergo nolite vos vulnerare in aliqua contagione diaboli,
ſicuti & Paulus dicit. habẽtes in Chriſtum ſpem & dilectionem, quę eſt principium
vitæ & finis.Principium quidem eſt fides,finis verò eius eſt dilectio. Ambæ verò ſimul iunctæ in vnitate factæ hominem Dei perficiunt. Sed & reliqua omnia quæ in
beneuolentia ſequuntur conſummant. Nemo enim fidem annuncians, debet peccare,neque dilectionem poſsidens,debet fratrem ſuum odire. Qui enim dixt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,ipſe iterum ait,& proximum tuum ſicut teipſum.Qui enim annunciant eſſe Chriſtum, nõ ex ijs quæ dicunt tantummodo,ſed ex ijs quæ agunt agnoſcuntur.Ex fructu enim arbor cognoſcitur. Melius eſt

cum

A cum igitur tacere & eſſe, quàm dicere, & non eſſe, quia non in verbo eſt regnum Dei,
ſed in virtute. Corde enim creditur ad iuſtitiam, oris aut confeſsio fit ad ſalutem. Bo
nũ eſt igitur docere, ſed ſi fecerit ea quæ dixerit. Qui docuerit & fecerit, hic magnus
vocabitur in regno cælorum. Dominus autem noſter & Deus Ieſus Chriſtus qui eſt
filius Dei viui, primò videlicet fecit & ſic docuit, ſicut teſtatur Lucas, cuius laus eſt
in Euangelio per omnes Eccleſias. Nihil enim latet Dominum, ſed etiam occulta no
ſtra coram ipſo ſunt. Omnia ergo faciamus tanquam, ipſo in nobis habitante, vt ſi-
mus eius templa, & ipſe habitet in nobis. Dominus itaq; Chriſtus in vobis loquatur,
ſicut & in Paulo, ſpiritus ſanctus nos doceat quæ ſunt Chriſti reſpondere. Adiuncti
illi nolite errare fratres mei, & ne ſitis maſculorum concubitores, quia huiuſmodi
regnum Dei non poſsidebunt. Qui enim habitacula corrumpũt, morti condemna-
buntur. Quomodo non magis qui Chriſti doctrinam diſrumpere conantur, ſempi-
ternam damnationem percipient, propter crucem & mortem quam ſuſtinuit Do-
B minus Ieſus vnigenitus Dei filius? Cuius doctrinam quicunq; deprauauerit, abie-
ctus & pollutum in gehennam proijcietur. Similiter autẽ & omnis homo qui ſpre-
uerit quod à Deo accepit, cõdemnabitur. Qui imperitum paſtorẽ ſecutus fuerit, &
falſam gloriam tanquàm veram ſuſceperit, particeps Chriſti eſſe non poterit. Quæ
enim ſocietas luci cum tenebris? aut Chriſto cum Belial? aut quę pars fideli cum in-
fideli? aut templo Dei cum idolis? Dico aũt & ego, quæ communicatio veritati ad
mendacium? aut quæ ſocietas iuſtitiæ cum iniuſtitia? aut veræ gloriæ cum falſa glo-
ria? Propterea vnguentum accepit Deus in capite, ait Eccleſia, vt frangeret in corru-
ptione. Vnguentum enim exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dile-
xerunt te, attraxerunt te naribus, poſt te in odorem vnguentorum tuorũ curremus.
Ne vngatur quis fœtore huius ſeculi, ſancta Dei Eccleſia non captiuetur ab aſtutia
illius, ſicut mulier prima Eua. Quapropter cùm ſimus rationabiles, non efficiamur
ſtulti. Quare plantationem quàm à Deo per Chriſtum accepimus, non cuſtodimus
C ſed in iudicium per ignorãtiam incidimus: ignorantes gratiam quam accepimus, &
neſcientes perimus, quia Chriſti crux infidelibus quidem ſcandalum, fidelibus aũt
ſalus, & vita æterna? Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor, vbi exultatio dictorum?
Filius aũt Dei qui ante ſecula natus eſt, & omnia diſpoſitione patris conſtituit, ipſe
in vtero portatus eſt à Maria ſecundùm diſpoſitionem ex ſemine Dauid & ſpiritu
ſancto. Ecce enim (inquit) virgo in vtero concipiet & pariet filium, & vocabitur no
men eius Emanuel. Ipſe enim baptizatus eſt à Ioanne, vt fidelem faceret ordinatio-
nem quæ tradita eſt Prophetis, à Deo, & latuit principem huius ſeculi virginitas Ma-
riæ, & partus eius ſimiliter & mors Domini. Tria myſteria clamaui in ſilentio. Dei
enim opera nobis manifeſtata ſunt. Stella in cœlo fulſit ſuper omnes quę ante ipſam
erant. Et lux eius ineſtimabilis & noua atq; peregrina apparuit videntibus eam. Cæ-
tera verò ſydera ſimul cum ſole & luna, coruſca facta ſunt illi ſtellæ, illa verò ſupera-
bat oẽs ſplendore ſuo, & facta eſt perturbatio, vnde fuiſſet illa nouitas quæ apparu-
D erat. Hinc hebetata eſt ſapientia huius mundi, iniquitas & malitia exterminaban-
tur, maleficia adnullabantur, magica deridebãtur, tenebræ & ignorãtiæ diſsipaban-
tur, & tyranni principatus abolebantur, Deo vt homine apparente, & homine ſi-
cut Deo operante. Sed neque primò gloria, neque ſecundò puritas, ſed illa veritas
& conuerſatio principatum accepit à Deo, perfecta omnia in illo conſtabant, pro-
pter quod meditatus eſt mortis ſolutionem. State ergo fratres firmi in fide Ieſu
Chriſti, & dilectione eius atque reſurrectione omnes. In omnibus enim his gra-
tia: In eius nomine congregamini, communiter in vna fide Dei Patris & Chriſti fi-
lij eius vnigeniti & primogeniti totius creationis, ſecundùm carnem quidem ex ge-
nere Dauid. Eruditi à paracleto, obedientes Epiſcopo, & presbytero impreuarica-
bili ſenſu, frangentes panem qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non
moriendi, ſed viuendi per Ieſum Chriſtum in Deo, catharticum expellẽs malum, ſit
in vobis. Pro animabus veſtris ego efficiar, & eius quem miſiſtis in honorem Domini

ad Smyrnam,vnde & ſcribo vobis,gratias agens Domino, diligens Polycarpũ quo- E
modo & vos. Memores eſtote mei, ſicut & veſtri Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula. Orate pro Eccleſia Antiochenſium, quæ in Syria eſt,vnde & vinctus ducor Romam,qui ſum vltimus illorum fideliũ, vnde ſum vltimus ego, dignusq; effectus in honorem Dei has ſufferre catenas. Incolumes eſtote in Deo patre,& Domino Ieſu Chriſto,communi ſpe,in ſpiritu ſancto,Amen.

AD ROMANOS DE SMYRNA PER Epheſios, Epiſtola XII.

Roma (à qua & Romani) notior eſt quam vt hiſtoria lucem requirat, Italicarum vrbium præclariſſima,olim iam orbis caput,& vrbs per excellentiam dicta. Et hæc pro communi argumento abundè dicta putentur.

Ignatius,qui & Theopherus,miſericordiam conſecutæ in F
magnitudine Dei altiſsimi,patris Ieſu Chriſti vnigeniti eius filij, Eccleſiæ ſanctificatæ & illuminatæ in voluntate Dei (qui fecit omnia quæ ſunt ſecundum fidem & dilectionem Ieſu Chriſti Dei & ſaluatoris noſtri) quæ & præſidet in loco regionis Romanorum, Deo dignæ, eminentia dignæ, beatitudine dignæ,laude dignæ, fide dignæ, fundatæ in dilectione & fide Chriſti,paternum nomen habenti, ſpiritiferæ, quam & ſaluto in nomine Domini omnipotentis, & Ieſu Chriſti filij eius qui eſt ſecundùm carnem & ſpiritũ, adunatis in mãdatis eius, repletis gratia Dei inſeparabiliter, & ablutis ab omni alieno G
colore,atque immaculatis,plurimam in Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto, S.

DEprecans Deum obtinui vt videre merear dignos vultus veſtros, ſicut plurimum optabam,promerere. Vinctus enim in Chriſto Ieſu ſpero vos ſalutare, ſiquidem fuerit voluntas illius,qui dignũ me faciat vſq; in finem propoſitum meum cõſummare. Illa verò principia bonæ conuerſationis ſunt, ſiquidem per gratiã meruero ſortem meam vſq; in finem ſine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem veſtram,ne ipſa me ledat vobis enim facile eſt quod vultis facere,mihi autem difficile Deum promereri,tamèn potero, ſi vos peperceritis mihi occaſione amicitiæ carnalis.Nolo igitur vos homini placere, ſed Deo ſicuti & complacuiſtis, nec enim ego habui aliquando tale tempus, vt Deum promeruiſſem. Ergo ſi & vos H
tacueritis de me,ego efficior Dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forſitan abſoluar. Multum enim mihi præſtatis, ſi me offeratis Deo, cum iam altare paratum eſt vt in dilectione chorus effecti cantetis,Deo Patri in Chriſto Ieſu? quoniam Epiſcopum Syriæ dignum fecit Deus inueniri in occidente, ab oriente promittens ſuam paſsionem, martyrem bonum proficiſcentem de mundo ad Deum) vt in ipſo oriar.Nunquam læſiſtis aliquem. alios docuiſtis. Ego autem rogo vt ſecundùm illa firma quæ docti eſtis ex omni virture optetis mihi,vt nò ſolùm dicar, ſed etiam inueniar Chriſtianus.Si autem inuentus fuero,& dici poſſum & tunc eſſe fidelis, quãdo mundo non comparuero, nihil enim de ijs quæ videntur æternum eſt. Quæ enim videntur (inquit) temporalia ſunt,quæ autem non videntur æterna ſunt,non ſolùm in opere, ſed etiam in magnitudinem. Chriſtianitas enim eſt quæ oditur à mundo, amatur à Chriſto, quia non eſt ab hominibus ſed à Deo. Si enim eſſetis (inquit) de mundo, mundus quod ſuum erat diligeret. Nunc autem quia non eſtis

A eſtis de mundo, propterea odit vos mundus, ſed ego elegi vos, manete in me. Ego ſcribo omnibus Eccleſijs, & omnibus mando, quia voluntariè pro Deo morior, ſi nos non præpedieritis. Rogo itaq; vos vt non fruſtrà ſit in me dilectio veſtra. Sinite me beſtiarum eſca ſim, per quam poſſum Deum promereri. Triticum enim Dei ſum, dentibus beſtiarum molar, vt poſsim panis Dei mundus inueniri: Magis autem blãdiamini beſtijs, vt mihi ſepulchrum ſint, & nihil de meo corpore relinquant, vt non obdormiens grauis alicui inueniar. Non ſicut Petrus & Paulus præcipio vobis. Illi enim Apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti, ego autem vſq; nunc ſeruus, ſed ſi paſſus fuero, libertus ero Ieſu Chriſti & reſurgam in eo liber. Nunc diſco vinctus nihil mundi cõcupiſcere, aut aliquod vanum. A Syria Romam vſq; cum beſtijs depugno per terram & mare die ac nocte vinctus cum decem leopardis, hoc eſt cum militari cuſtodia, qui ex beneficijs peiores fiunt, in iniuſtitijs autem eorum magis edoceor, ſed ne in hoc quidem iuſtificor. Vtinam fruar beſtijs quæ mihi paratæ ſunt, quas & opto mi-

B hi veloces eſſe ad meum interitum, & allici vt celerius me comedant, ne ſicut in alijs territæ ſint, & non eos tetigerunt. Et ſi ipſæ noluerint, ego ipſis vim ingeram, ego vrgebo. Ignoſcite mihi, ego ſcio quid mihi expediat. Nũc incipio eſſe diſcipulus, nulli æmulor viſibilium & inuiſibilium, vt Ieſum Chriſtum merear adipiſci, ignis, crux, beſtiarumq; conſtantia, abſciſio, ſeparatio, confractio, diſsipatioq; membrorum, interitus totius corporis, & flagella diaboli omnia in me veniant vt Ieſum Chriſtum merear adipiſci. Nihil me iuuant quæ ſunt mundi huius, neq; regnũ temporale. Bonum enim mihi mori in Chriſto Ieſu, quàm regnare in finibus terræ. quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animam verò ſuam perdat? Dominum namq; deſidero filium veri Dei & patrem Ieſu Chriſti, ipſum vtiq; quæro, & illum qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres, ne mihi impedimenta opponatis ad vitam, Ieſus eſt enim vita fidelium, vt ne velitis me mori, quia vita mors eſt ſine Chriſto. Dei volens eſſe, mundo non placeam. Sinite me puram lucem

C percipere, illuc perueniens homo Dei ero. Concedite mihi vt ſim imitator paſsionũ Dei mei. Qui enim vult in ſeipſo habere, intelligat quod volo, & compatiatur mihi ſciens quid ſit in me. Princeps enim mundi huius diripere me vult, & in iudicio Dei mei dirumpere. Nemo ergo de præſentibus vobis auxilietur ei, magis autem mei adiutores eſtote, hoc eſt Dei. Nolite dicere Ieſum Chriſtum mundũ honorantes. Facinus in vobis non habitet, neq; ſi vos præſens rogauero cõſentiatis mihi, his aũt conſentite quæ ſcribo vobis. Viuus enim vobis ſcribo deſiderans mori pro Chriſto. Meus enim amor crucifixus eſt, & non eſt in me. Aqua aũt alia viua manet in me intrinſecus mihi dicens, veni ad patrem, non comedam eſcam corruptionis, neq; voluptates huius mundi deſidero, panẽ Dei volo, panẽ cœleſtem, panẽ vitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij Dei viui (qui natus eſt in nouiſsimo ex ſemine Dauid & Abrahæ) & potũ volo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptibilis, & vita æterna. Iam nolo ſecundùm homines viuere, hoc aũt erit, ſi vos volueritis, Chriſto crucifigor, quia iam

D ego non viuo, viuit verò in me Chriſtus. Per modica ſcripta rogo vos, ne mihi obſeruetis. Credite mihi quia Ieſum diligo, quoniã & ipſe dilexit me, & ſeipſum tradidit pro me. Quid retribuã ei pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipſe aũt Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ipſe Dominus Ieſus Chriſtus manifeſtauit nobis hæc omnia, quia verũ dico, & vos ſimul condeprecamini mecũ vt laborem conſequar in ſpiritu ſancto. Nõ ſecundùm carnẽ vobis ſcripſi, ſed ſecundùm diſpoſitionẽ Dei. Si aũt paſſus fuero, dilexiſtis me. Sed ſi reprobatus fuero, odio me habuiſtis. Mementote in orationibus veſtris illius, qui pro me recturus eſt Eccleſiã, quę eſt in Syria. Credite in Domino dicẽti: Ego ſum paſtor bonus, qui viſitauit eã, & ſit veſtra in eo dilectio: Ego aũt & erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus eſſe vltimus aut purgamentũ, ſed miſerabilis ſum nunc, donec Deũ merear adipiſci. Salutat vos ſpiritus meus, & dilectio Eccleſiarum, quæ me ſuſceperunt ſicut nomen Ieſu Chriſti. Habentes enim me non quaſi tranſeuntem viam meam aſpiciebant, & per ciuitatem me deducebãt.

Hæc igitur ſcribo vobis de Smyrna, per Epheſios beatitudine dignos. Eſt autem me- E
cum ſimul cum alijs Crocus deſiderabile mihi nomen ex ijs, qui aduenerunt mihi
de Syria ad Romam in gloria Dei. Credo vos agnoſcere quæ mihi mandaſtis adhuc
proximè conſtituto. Omnes enim digni ſunt Deo, & apud vos me oportet requieſ-
cere. Scripſi vobis hæc nono Calendas Septembris. Incolumes eſtote vſque in fi-
nem in patientia Ieſu Chriſti, Amen.

Epiſtolarum Diui Ignatij martyris finis.

POLYCARPI MARTY-RIS SMYRNAEORVM EPI-SCOPI, DISCIPVLI IOANNIS EVANGELISTAE, AD PHILIP-penſes, Epiſtola. F

Polycarpus & qui cum eo ſunt presbyteri, Eccleſiæ Dei quæ eſt Philippis, miſericordia vobis, & à Deo omnipotente, & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro abundet.

CONGRATVLATVS ſum vobis magnificè in Domino no-
ſtro Ieſu Chriſto, ſuſcipiens imitabilia verba dilectionis quã
oſtẽdiſtis in illis, qui præmiſsi ſunt viris ſanctis, decoris vin-
culis connexis, quæ ſunt coronæ electæ Deo, illius veri re-
gni, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & quia fir-
mitas fidei veſtræ à principio vſque nunc permanet, & ſan- G
ctificatur in Domino Ieſu Chriſto, qui ſuſtinuit pro pecca-
tis noſtris vſque ad mortem, quem reſuſcitauit Deus, diſſol-
uens dolores inferni, quem cum non videritis nunc diligitis, in quem nunc nõ aſpi-
cientes, creditis. Credentes autem, gaudebitis gaudio inenarrabili, & glorificato, in
quo multi deſiderant introire, ſcientes quia gratia facti eſtis, non ex operibus, ſed in
voluntate Dei per Ieſum Chriſtum. Propter quod ſuccincti lumbos veſtros, ſeruite
Domino cum timore & in veritate dimiſſo inani vaniloquio & multo errore. Cre-
dite ergo in illum qui reſuſcitauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis,
& dedit gloriam & ſedem in dextra ſua. Huic ſubiecta ſunt omnia, cœleſtia, & terre-
ſtria, & ſubterranea, cui omnis ſpiritus ſeruit, qui venturus eſt iudicare viuos & mor
tuos. Huius ſanguinem requirit Deus ab eis qui non crediderunt in eum qui & re-
ſuſcitauit eum à mortuis qui & nos reſuſcitaturus eſt ad vitam, ſi fecerimus volunta-
tẽ eius, & ambulauerimus in mandatis ipſius, & dilexerimus quæ & ipſe dilexit, auo- H
cantes nos ab omni iniuſtitia, hoc eſt à cõcupiſcentia, ab auaritia, à detractione, à fal-
ſo teſtimonio, non reddentes malum pro malo, aut iniuriam pro iniuria, aut cuntu-
meliam pro contumelia, aut maledictum pro maledicto. Mementote quòd Domi-
nus docẽs dixit: Nolite iudicare ne iudicemini: & dimittite & dimittetur vobis, mi-
ſeremini, & Dominus miſerebitur veſtri. Qua enim menſura menſi fueritis, remetie-
tur eadem & vobis. Mementote & illius quod dictum eſt: Beati pauperes ſpiritu, &
qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlo-
rum. Hæc aũt fratres mei nõ à meipſo imperans ſcribo vobis de iuſtitia, ſed quoniam
vos prouocaſtis. Propterea quia neq; ego, neq; ſimilis alius mei poterit ſequi ſapien-
tiam beati & glorioſi Pauli, qui fuit apud vos, & viſus eſt ſecundùm faciem illis qui
tunc erãt hominibus, qui docuit certiſsimè atq; firmiſsimè verbũ veritatis, & qui ab-
ſens ſcripſit vobis epiſtolas, ad quas deflectimini vt poſsitis ædificari in fide quæ data

A eſt vobis, quæ eſt mater omnium noſtrûm, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis iuſtitię, & habuerit dilectionē, longè ab omni peccato. Principiū omnium malorum eſt auaritia. Scitote aūt quia nihil intullimus in hunc mundum, neq; auferre poſsimus. Armemur armis iuſtitiæ, & doceamus noſmetipſos primum ambulare in mandatis Domini, & poſthæc mulieres veſtras in fide, quæ data eſt eis, & dilectione, & caſtitate, amantes ſuos viros in omni veritate & charitate, diligentes omnes æqualiter in omni continentia. Et filios erudite in omni diſciplina, & timore Dei. Viduæ verò pudicæ circa fidem Dei interpellent inceſſanter pro omnibus, elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus & falſo teſtimonio, & ab omni malo, cognoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium Dei, quoniam omnia Deus proſpicit, & nihil eum latet, neque cogitatio, neque conſcientia, neque aliquod abditum cordis. Scientes autem quia Deus non irridetur, debemus dignè in mandatis
B eius & gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles ſint in cōſpectu iuſtitiæ eius, ſicut Dei & Chriſti miniſtri & nō hominū, nō criminatores, neq; detractatores, neq; auari, ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omniū. Huic ſi placeamus in hoc ſeculo, percipiemus ea quę futura ſunt ſecundū quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis. Etſi dignè in eo cōuerſati fuerimus, & ſi crediderimus conregnabimus cum eo. Iuuenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus oēm ignorantiā præuidentes, refrenantes ab omni malo. Bonū eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentijs, quoniā omnis cōcupiſcentia aduerſus ſpiritū militat, quia neq; fornicarij, neq; molles, neq; maſculorū concubitores regnū Dei poſsidebūt, neq; illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subiecti eſtote presbyteris, & diaconis ſicut Deo & Chriſto. Virgines caſta cōſcientia ambulate. Presbyteri ſimplices ſint, in omnibus miſericordes, oēs ab errore conuertentes, oēs infirmos viſitantes, viduas. pupillos, &
C pauperes non negligentes, ſed ſemper prouidentes bona coram Deo & hominibus. Abſtinete vos ab omnia iracundia & iudicio iniuſto. Longè ab omni auaritia eſtote, non citò cōſentiatis aduerſus aliquem, ne præuaricemur in iudicio, ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum vt nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculorum Domini ſumus, & omnes oportet nos aſtare ante tribunal Chriſti, & vnumquenq; pro ſe rationē reddere. Seruiamus ergo ei cum timore & reuerentia ſecundū quod Euangelizauerunt nobis Apoſtoli Domini, & prophetæ annunciauerunt aduentū Domini noſtri Ieſu Chriſti. Zelantes bona, abſtinete à ſcandalis & falſis fratribus, qui in vanum portant nomen Domini, qui oberrare faciunt inanes homines. Omnis enim qui confitetur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt. Et qui non confitetur myſterium crucis, è diabolo eſt. Et qui deuiauerit eloquia Domini ad propria deſyderia, & dixerit neq; reſurrectionē neq; iudicium eſſe, hic primogenitus Satanæ eſt. Propter quod relin-
D quentes vanitates multorum, & falſas doctrinas, ad illud quod traditū nobis à principio verbum reuertamur. Sobrij ſimus in orationibus, ieiunia tolerantes, & ſupplicationibus petentes omniū proſperatorem Dominū, ne nos inducat in tentationē, ſecundū quod dicit Dominus: Spiritus quidē promptus eſt, caro aūt infirma. Indeficientur aūt tollemus propter ſpém noſtrā & pignus iuſtitiæ, quod eſt Chriſtus, qui iuſtulit peccata noſtra in corpore ſuper lignū, qui peccatum nō fecit, nec inuētus eſt dolus in ore eius, ſed propter nos omnia ſuſtinuit, vt viuamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ eius, & ſi paſsi fuerimus pro nomine eius, glorificemus eū, hoc enim iudiciū poſuit de ſeipſo, & nos hoc credimus. Rogo igitur oēs vos inſiſtere verbo iuſtitiæ & patientiæ, quam oculata fide vidiſtis, non ſolum in beatiſſ. illis Ignatio ſcilicet & Zozymo & Rufo, ſed in alijs qui ex vobis ſunt, & in Paulo & in cæteris apoſtolis confidentes, quia hi omnes qui non in vacuum cucurrerunt, ſed in fide & iuſtitia, & ad debitum ſibi locum cum Domino, cui & compaſsi ſunt,

abierunt. quia non hoc ſeculum dilexerunt,ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mor- E
tuus eſt,& à Deo reſuſcitatus.In his ergo ſtate,& Domini exemplar ſequemini, firmi in fide & immutabiles fraternitatis amatores, diligentes inuicem in veritate ſociati manſuetudinem Domini alterutri præſtantes,nullum deſpicentes. Quum poteſtis benefacere, nolite differre, quia eleemoſyna de morte liberat. Omnes vobis inuicem ſubiecti eſtote,conuerſationem veſtram conſiderantes irreprehenſibilem in gentibus,vt ex bonis operibus veſtris & vos laudem accipiatis,& dominus in vobis non blaſphemetur.Væ autem illi per quem nomen Domini blaſphematur. Sobrietatem ergo docete omnes in qua & vos conuerſamini. Nimis contriſtatus ſum pro Valente,qui presbyter factus eſt aliquando apud vos,quòd ſic ignoretis locum qui datus eſt ei.Moneo itaq; vos vt abſtineatis ab auaritia,& ſitis caſti,veraces.Abſtinete ab omni malo.Qui autem in his non poteſt ſe gubernare, quomodo alijs pronunciat hoc? Si quis non abſtinuerit ab auaritia, ab idololatria, coinquinabitur, &
tanquam inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudicium Domini? An neſcimus F
quia ſancti mundum iudicabunt? ſicut Paulus docet. Ego autem nihil tale ſenſi in vobis vel audiui,in quibus laborauit beatus Paulus, qui eſtis in principio epiſtolæ eius,de vobis etenim gloriatur in omnibus Eccleſijs, quæ Deũ ſolæ tunc cognouerant,nos autem nondum noueramus.Valde ergo fratres contriſtor pro illo & coniuge eius,quibus det Dominus pœnitentiam veſtram.Sobrij eſtote & vos in hoc, & non ſicut inimicos tales exiſtimetis,ſed ſicut paſsibilia membra & errantia eos reuocate,vt omnium veſtrum corpus ſaluetis,hoc enim agentes,voſipſos ædificatis. Cõfido enim vos bene exercitatos eſſe in ſacris literis,& nihil vos latet,mihi autem non eſt conceſſum modo,vt his ſcripturis dictum eſt: Iraſcimini & nolite peccare. Et ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.Beatus qui meminerit, quod ego credo eſſe in vobis. Deus autem & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,ipſe ſempiternus pontifex Dei filius Chriſtus Ieſus,ædificet vos in fide & veritate & omni manſuetudine,& ſi-
ne iracundia,in patientia & longanimitate, & tolerantia, & caſtitate, & det vobis G
ſortem & partem inter ſanctos ſuos,& nobis vobiſcum,& in omnibus qui ſunt ſub cœlo,qui credituri ſunt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& in ipſius patrem, qui reſuſcitauit eum à mortuis.Pro omnibus ſanctis orate. Orate etiam pro regibus & poteſtatibus & principibus,atque pro perſequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis,vt fructus veſter manifeſtus ſit in omnibus,vt ſitis in illo perfecti.Scripſiſtis mihi & vos & Ignatius,vt ſi quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas & dedero ad vos,ſi habuerimus tempus oportunum,ſiue ego,ſeu legatus quem miſero pro vobis.Epiſtolas ſanè Ignatij,quæ tranſmiſſæ ſunt vobis, habeo, & alias quãtaſcunque apud nos habuimus, tranſmiſimus vobis, ſecundum quod mandaſtis, quæ ſunt ſubiectæ huic Epiſtolæ,ex omnibus enim vobis magnus erit profectus. Continent enim fidem,patientiam,& omnem ædificationem,ad Dominum noſtrum pertinentem. Et de ipſo Ignatio,& de ipſis qui cum eo ſunt quod certius agnoueritis,
ſignificate. Hæc vobis ſcripſi per Creſcentem,quem in præſentem diem com- H
mendaui vobis,& nunc commendo. Conuerſatus eſt nobiſcum inculpabiliter,credo quia vobiſcum ſimiliter.Sororem autem eius habebitis commendatam,cum venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris,Amen.

EPISTOLA

A EPISTOLA BEATI MAR-TIALIS APOSTOLI AD BVRDEGALENSES.

CAPVT PRIMVM.

MARTIALIS ſeruus Dei & Apoſtolus Ieſu Chriſti cum ſan-
cto ſpiritu, qui repleuit corda noſtra, qui ſubdidit ſibi oēm
mundum, qui alligauit diabolum & peccatum, Burdegalen-
ſibus iam in Chriſto renatis per aquam & ſpiritum ſanctum
B filijs & filiabus: cū ſorte & hæreditate Dei, quæ data eſt per
orationem. Pax vobis & miſericordia: quia cognouiſtis veri-
tatem. Manifeſtaui enim vobis nomen creatoris: qui ſolus
eſt creator. Cœlum enim, & terram, mare, & omnia quæ in
eis ſunt, ipſe creauit & perfecit & benedixit. Vos autem ignorabatis ipſum genus ve-
ſtrum: nec vos de vno patre & vna matre creatos eſſe noueratis. Sed & vindictam,
quæ facta eſt per diluuiū neſciebatis: in quo omni mundo punito, quia contra crea-
torem ſe erexerat in omnem ſuperbiam, ille qui ſolus iuſtus inuentus eſt cum filijs in
ſpirituali eccleſia, quæ nunc in vobis apparet, reſeruatus eſt. Nam & in illo ſeculo,
ex quo primus homo cœpit à Deo formatus de limo, congregatio filiorum Dei, quæ
iam congregatur, proclamabatur, donec pater generis noſtri, & Hebręorum, qui vo
catus eſt Abraham, iuſtum filium ſuum dilectiſsimum Iſaac, quem vnicum ſuſcepe-
rat, Deo ſuper altare immolandum hoſtiam obtulit. Vnde & fortis Deus eum non
permiſit occidi: quia non delectatur, ſed valde magis offenditur effuſione ſanguinis
C hominum. Victima autem arietis, quæ debita erat in lege Hebræorum, pro homine
cæſa eſt: ſed Deus nō ſanguine arietis, ſed voluntate patris & filij iuſta delectatus eſt.

Caput II.

IPſa figura Fratres videntibus oculis noſtris in filio Dei noſtro tempore
perfecta eſt. Deus enim pater eſt omnium gentium, vnicum ſuum, quem
ſolum genuit & vnice dilexit, ad mortem venire iuſsit. Mori enim po-
tuit quia homo fuit: & quia de virgine Maria natus eſt homo. Filius Dei
ante principium fuit: & quia Deus erat, diu teneri in morte non potuit. Reſurrexit
enim ante lucem in die tertia de loco in quo eum ſepeliri vidimus: & apparuit no-
bis, & lætificauit nos. Teſtes enim ſumus: quia eum aſcendere in cœlū vidimus: nec
tamen à cœlis vnquam receſsit. Scitote autem, quia de cœlis contemplatur bonos
D & malos: & bonos quidem remunerabit ineffabiliter, malos autem puniet miſera-
biliter. Itaque nolite retro reſpicere ad idola quæ coluiſtis & fabricaſtis: ſed ipſum
ſolum quem vobis prædicaui Deum vnum, colite & adorate per omnem locum. Ip-
ſe enim eſt cuius oculos nemo poterit effugere, cuius poteſtatem nemo euadere po-
teſt. Sicut autem ſimulachra veſtra antiqua diruiſtis: ita ſubuerſa ſit infidelitas à cor-
dibus veſtris.

Caput III.

SAcerdotes honorabatis qui decipiebant vos ſacrificijs ſuis, qui mutis &
ſurdis ſtatuis offerebant, quæ nec ſe nec vos iuuare poterant: nunc autem
multô magis ſacerdotes Dei omnipotentis, qui vitam vobis tribuunt in
calice & viuo pane, honorare debetis. Quem enim vobis conſtitui Dei

iuſſu, iuſtum eſt à vobis conſeruari. Ipſe enim Sigibertus, qui ante conſulebat dæmonia ſeruus creaturæ: nunc in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti perfectus, ſoli Creatori ſeruiens, pro ſtercore reputat ipſa dæmonia quibus ante ſeruiebat. Ignotum vero Deum, quem non nouerat, modo cognitum non ſanguine beſtiarum, ſed fide ſyncera & iubilatione confeſsionis ſibi & vobis propitiabilem facit. Nam dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei, ad conſecrationem reſeruari iuſsimus: qua dedicata in nomine Domini Dei Iſrael, & ipſius teſtis Stephani, qui pro eo à Iudæis paſſus eſt, non hominis cultum, ſed Dei in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus, ſed amicus Dei fuit: qui pro teſtimonio eius animam ſuam poſuit: cuius ſanguine ipſa menſa eſt decorata: quia ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus comprobatus eſt eſſe Deus: & qui crediderit, ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificium enim Deo creatori offertur in ara, non homini, neque angelo. Nec ſolum in ara ſanctificata, ſed vbique offertur Deo oblatio munda, ſicut teſtatus eſt: cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ipſe enim corpus habens & immaculatum & ſine peccato, quia conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, in ara Crucis ipſum permiſit immolari. Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere: nos cauſſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam, & mortem effugandam. hoc enim ipſe dominus noſter iuſsit nos agere in ſui commemorationem. Nam de ſacrificijs idolorum notum vobis à me factum eſt: quia ea maxime de cauſa dominabatur vobis diabolus. Et ſicut communio viui Dei eſt vobis vita: ſic participatio menſæ ſimulacrorum erat vobis æterna mors, & infirmitates, & corruptiones. & nimiæ tribulationes huius ſeculi.

Caput IIII.

SEd etiam poſtquam baptizati eſtis, oportet vos caſtos eſſe à malitia, vt menſa diuina digni ſitis. Nolite autem vnum & idem putare eſcam humanam & diuinam, quæ vobis viſibilis eſt, ſed tamen in fide perfecta tota cœleſtis. Per vnam enim corpus: per alteram anima viuit. Cauete autem ab homicidijs: ne forte & vos occidamini. Eſt enim indignus menſa Domini, qui hominem occiderit. Nam ſi præſumit Euchariſtiam, reus eſt mortis animæ & corporis ſui. Reuiuiſcit enim, anima per baptiſmum: & moritur per homicidium Corpus vero, quod tanto peccato eſt ſubditum in impiorum pœnis æternaliter excruciabitur cum anima ſua: poſt illum diem, quando verus Deus & verus homo iudicabit omnes gentes. Nolite ergo concupiſcere terrena, qui iam acquiſiſtis cæleſtia: quia per cupiditates mundi huius exardeſcunt mentes in homicidia in inuicem. Vnde & animæ pereunt: & quas Chriſtus lauerat aqua ſanctificationis, hoſtis vitæ adquirit in perditionem ſuæ mortis: eo quod dum à Deo recedunt, peccatis mortis ſe inuolunt.

Caput V.

NEceſſarium autem ſcribere vobis duco, vt velut paruuli malitia, ſanctificatos vos domino præbeatis: attendentes quia gratiſsimum Deo hoſpitium eſt mens munda à cupiditatibus & ſimulatione. Nam ſicut perturbationes maris videtis ſic in vobiſmetipſis fluctus vitiorum ſentietis. Deo autem claritatem ſuæ miſericordiæ ſuper vos extendente, non conturbabimini: ſed exultabitis in tranquillitate poſiti. Beati vero eritis: ſi cum exultatione, Deo ſeruiẽtes, libidini reſtiteritis: vnde maxima corona remunerationis impertietur vobis. Nec beſtiales mores oportet vlterius eſſe in eis, qui vaſa Domini munda ſunt in adoptionem filiorum æternæ hæreditatis: ſed honeſtate rationabili omnes homines vti.

Avti. Hæc enim agentes ſecuri terram poſsidebitis: & omnia irrationabilia ſubiecta erunt vobis. Ipſa quoque elementa, quibus ante ſeruiebatis, ſeruient vobis tanquàm cultoribus & magnis amicis Dei. Prædicationem autem meam nolite in vanum ducere quaſi nouam: neque obliuiſcamini mirabilium Dei quæ per me vidiſtis: quia & vos multa gratia digni eritis, cum Euangelium Chriſti in laude & reuerentia habebitis. Itaque ſicut frequenter adorabatis opera manuum veſtrarum, ſic potius & multo frequentius vnum Deum qui vos creauit, qui vobis vitam tribuit, adorate: quia ab ipſo adiutorium habebitis, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et aſsiduè Deo gratias agite, qui de tenebris mortis vos adduxit, & iam cœli ciues fecit. Sed & ſpiritum Dei ſacrificate in cordibus veſtris: per ipſum enim vobis peccatorum remiſsio tribuitur. Itaque ſpinas cordis auellite: vt in ſuauitate Dei requieſcatis. Hæ ſunt enim ſpinæ quæ per multas amaritudines, & inuidias, & doloſitates non ſinũt gaudium & oleum Spiritus ſancti in vobis dominari.

B

Caput VI.

SEd neque metuatis eos, qui necdum receperint viam ſalutis. Obcæcauit enim illos diabolus tenebris ſuis, ne ſe facile eruant à morte. Mors namque eorum eſt delectatio ſeculi. In deſiderijs enim animæ ſuæ morientur: & in adinuentionibus ſuis peribunt, & iniquitas eorum in caput eorum deſcendet. Habentes enim naturalem ſenſum, Deum, qui illos creauit, qui eis vitam & intellectum dedit, abnegant: & dum ipſi male agunt, bene agentes impugnant. Linguas ſuas ſicut ſerpentes exacuunt, & venenum Aſpidum ſub labijs eorum. Cõtritio & infœlicitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. Propterea illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor: ſicut Spiritus ſanctus, hæc loquutus per os vaticinantis regis, proteſtatus eſt. Nec ſentiunt ſe iam in abyſſum demerſos: cum iam ſint iudicati. Qui enim non credit iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, qui nos ſaluauit, & illuminauit claritate diuinitatis ſuæ: apparens homo per carnem ſine peccato in ſimilitudine carnis peccati. Nolite ergo carnales timere: ſed magis vos ſpirituales eſtote, & creſcite in gratia Dei, & ſuſtinete patienter eos, qui in vobis Chriſtum perſequuntur: in quem credidiſtis, & cuius ſpiritu ſanctificati eſtis in æternam ſalutem.

C

Caput VII.

NVlla ſit in vobis inuidia: per hanc enim ſpiritusſanctus mentem derelinquit. Recedente autem Spiritu ſancto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine, nulliuſque locus ei eſt in cœlo: quia alienum ſe fecit à bonitate. Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum ſpirituum. Inde ab auaritia abſorbetur, & ab omni dulcedine infructuoſus, & ſterilis contabeſcit miſer & derelictus. Vos autem oculos veſtros aſsiduè ad miſericordiam diuinitatis eius erigite: & malitiam diaboli calcate: quia & iam per trophæum Chriſti deuictus eſt, & per crucem Domini ligatus eſt.

D

Caput VIII.

CRucem Domini, in quem credidiſtis Deum verum & Dei filium, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim Domini armatura veſtra inuicta contra Satanam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & angelicas inſidias peruerſæ poteſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. Hoc ſolo ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis: & per crucem baptiſma Dei ſanctificatum eſt. Neq; in veneficijs, neq; in furtis imitemini peſsimos: & ipſi enim tales à regno Dei excludentur.

dentur. In fide autem perfecti eſtote, pro certo ſcientes, quia Ieſus Chriſtus ipſe eſt E
filius Dei viui qui ſedet à dextris eius, & vos protegit vt regnum diaboli diſperdat. Sed tamen in ſua diſpenſatione occulta ab humano intellectu, permittit diabolum dominari in ſuos: & perſequi bonos in diuerſis tentationibus, quibus electi probātur, & examinantur. Examinati vero, poſtea coronabuntur. Qui vero eos tentant, vltionem non effugient: quia omnes oportet adſtare ante tribunal Chriſti, qui iudicabit in iuſtitia orbem. Beati autem eritis fratres mei in illo die: ſi conſcientiam veſtram puram coram Deo nunc exhibueritis. Et ſicut vnam fidem, vnum baptiſma tenetis à Deo in vobis: ſic angelis cohæredes eritis, naturam quidem humanam, claritatem vero angelicam habituri. Non quidem euacuabitur veritas corporis: ſed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam & tunc reſurgemus per Chriſtum. Nūc fragilitate circundamur: tunc virtute induemur. Et ſi enim morimur corpore: ſed tamen nunquam moriemur ſpiritu. Spiritus enim ſine morte F
citatus eſt à Deo.

Caput IX.

ET maxime viuimus per paſsionē agni incontaminati, qui à Iudæis in cruce pro ſalute mundi paſſus eſt. Ipſius ſanguis vulnera lauit noſtrarum animarum: quibus à morte fatigati, & per lignum vetitum vſq; ad paſsionem domini & mortificati & conſopiti, ineffabili dolore proſternebamur. Nunc autem, ex quo reſurrexit à mortuis, iam viui, iam fortes, iam immortales, iam in ſanitate plena & perpetua exultabimus. Superna enim Dei gratia, clarificauit corda noſtra, ad gloriam & illuminationem gentium. Gloria ſalus noſtra, & illuminatio noſtra De illuminatione noſtra, illuminatio veſtra manet: quia dum præſentia ſua Rex regum nos inſtruere curauit: per nos æternam vobis claritatem miſit. Quæ ergo eſt nebula peccatorum, quæ ſplendorem veſtrum obſcurare poſsit? Nam ſi ad G
horam obſcuret: cito tamen pertranſiet. Claritas autem Domini in æternum permanebit: quæ nunc in vobis paulatim accenditur. Virtute autem Dei & ſapientia, quæ manet in æternum vſque ad perfectum clareſcens, illuminabitur tanquàm lumen perpetuum angelorū. Ex hac enim claritate quæ illuxit in cordibus veſtris per fidem, qua in mortem domini credidiſtis, conſummabitur in vobis æterna beatitudo: quæ neque in Deo Patre, & domino Ieſu Chriſto, & Spiritu Dei initium, nec in vobis finem operabitur.

Caput X.

SAnè de myſterio trinitatis quàm bonus & beatus & ſuauis Deus Rex regum per noſtram adnunciationem reuelare dignatus eſt vobis, ſcitote intelligentes, quia vltra omnem ſenſum angelicarum poteſtatum & virtutum, vera diuinitas excellit: quam impoſsibile eſt etiam à ſpiritibus angelicis comprehendi. Sola enim trinitas in diuinitate vnitatis ſeipſam nouit. Hæc enim H
ante ſecula in claritate ſuæ æternitatis permanebat: nihil in ſe diminutum, vel quod augeri poſſet, intra ſe continens: ſed vnius æternitatis, vnius voluntatis, vnius eſſentiæ, vnius ſanctitatis, vnius puritatis, vltra omnem puritatem, vltra omnem gloriam in charitate, in veritate, in bonitate habitauit. Nunc vero in fine temporum propter nos ad quos bonitatis ſuæ magnitudinem extendit, gloriam tantæ maieſtatis reuelauit ſanctis ſuis: quibus & efficaciam ſuæ virtutis multoties dignāter præbuit. Vnde quidam ex noſtris in amore & intelligentia magnus proteſtabatur populo ſuo dicens, Audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Hoc enim vnus & ſolus Deus, dum mitteret quem elegit ad deducēdum populum ſuum de ſeruitute, dignatus eſt pandere, dicens: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, hoc nomen memoriale meum in æternū. Rurſum trinitatem in vnitate deſignauit dicēs, Ego ſum, qui ſum. Hæc aūt dices filijs Iſrael, Qui eſt, miſit me ad vos. Hæc fratres ſcitote: quia

verbum

A verbum in quod credidiſtis, filius eſt vnigenitus ante omnem ſubſtantiam, ante omne initium. Ipſe eſt enim principium: quia de principio ineffabiliter genitus eſt. In noſtro vero tempore mirabiliter ab angelo annunciatus, & in veritate incomprehẽſibili de virgine Maria natus eſt: nihil diminutus à diuinitate maieſtatis ſuæ, cuius nos teſtes ſumus. Spiritus vero Dei qui vos ſanctificauit credentes in ipſum, qui filiũ naturalem & ſibi ſecundum æternitatem coæqualem per omnia, reſuſcitauit tertia die à mortuis, non eſt genitus ſicut verbum: quia & ipſe ſpiritus in diuina æqualitate glorioſus proceſsit ineffabiliter ab eo qui genuit, & ab eo quoque qui genitus eſt. Itaque ſpiritus Domini non genitus, non factus, non creatus: ſed procedens eſt à patre & verbo. Verbo autem Domini cœli firmati: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaq; nihil diſcretum in diuinitate trinitatis ſentiatis: quia nobis vnus & idem Deus, qui cuncta creauit, Pater: & vnus & idem dominus, per quẽ omnia facta ſunt, filius eius Ieſus Chriſtus: & vnus idemq; Deus Spiritus ſanctus, in quo omnia ſubſi-
B ſtunt. Et hæc in perſonis tria diuiſa: in diuinitate, vnus Deus indiuiſus eſt.

Caput XI.

FRatres hoc etenim vobis ſcribere neceſſarium duxi, ſicut & præſens vos docui per Euãgelium Chriſti: volens vos confirmare in veritate fidei noſtræ, per quam ſanati eſtis ab infidelitate, vt firmam fidem veſtram cuſtodiatis, obſeruantem immaculatam tunicam veſtram in conſpectu æternæ claritatis Dei. quia in nouiſsimis temporibus (vt dum in cœlo cum Chriſto, quem Deum & hominem in terra adorauimus: quem ad cœlos aſcendentem vidimus, erimus ſoluti à corpore: venturi vero poſt vos, in hac terrena pugna conuerſabuntur) oportet multos diſcedere retro: dum Deum, qui illos creauit & vocauit abnegare non timebunt. Et inimicus qui nunc à cordibus veſtris proiectus eſt, venturus eſt: vt ſuperſeminet in populo Dei grana errorum. Sed firma Eccleſia Dei & Chriſti, nec
C cadere nec diſrumpi poterit vnquam. Venient autem præſumptores abſq; gratia Dei loquentes, quorum gloria labiorum procedit ex ſuperbia, ſimiles illi qui ſuperbia cœlum præſumens habitare, mox de cælo cum angelis ſuis ſequacibus ruit in æternam voraginem. Hi docebunt aliam doctrinam quæ aliena eſt à Deo, amica autem diabolo, per quam ipſe ſpiritus erroris animas poſt ſe trahere feſtinabit.

Caput XII.

VOs itaq; filij mei, quos in Chriſto per Euangelium genui, ſolum patrem cognoſcite Deum, & ſolum Dominum cognoſcite Ieſum Chriſtũ, & ſolum dominantem viuificatorem cognoſcite Spiritum ſanctum, & vnam fidem, vnum baptiſma, vnum Deum creatorem omnium diligite, ipſumq; ſolum timete, & in mandatis eius quæ à me audiſtis, vſq; ad mortem patienter perſeuerate, expectantes aduentũ eius. Seculares fabulas declinate, quæ corda veſtra poſ-
D ſint ſenſim à diuino amore deflectere.

Caput XIII.

ET vt verbum CHRISTI habitet in vobis cum gratia orate aſsiduè. Inuicem voſipſos in verbo exhortationis & conſolationis ædificate, alterutrũ diligentes, in ſynceritate ambulantes, in gratia Dei abundantes. Euigilate in operibus fructuoſis: & maxime laborate propter ſpem remunerationis, quæ magna promiſsio eſt vobis in cœlis. Solum autem Deum timentes: eum qui in fidelibus dominatur, ſatanam nolite timere. Nihil enim gregi Chriſti poterit nocere, quem fortem vidit in fide eius, qui eum emundauit vt non haberet immunditiam, ſed plenam & perpetuam gratiam. Gratia & pax vobis fratres, cum benedictione Dei æterna, Amen.

EPISTO-

EPISTOLA BEATI MAR- TIALIS APOSTOLI AD TOLOSANOS. E

CAPVT PRIMVM.

SERVVS Dei, Apoſtolus Ieſu Chriſti Martialis Cephas omnibus fratribus qui ſunt Toloſæ, cum ſacerdotibus & miniſtris ſpiritualibus eccleſiarum Dei: gratia vobis & veritas & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias agite Deo inceſſanter filij: qui eripuit vos à profunda caligi- F ne damnationis, æternæ: & circunſpicite diligentiſsime caput veſtrum, quod eſt Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen. Vos enim eſtis membra eius & corpus immaculatum, nec aliqua re coinquinatum, neque ſordibus obuolutum. Iam enim ſanctificati & mundati eſtis aqua regenerationis. Videbo autem vos in proximo, & viſitabo in Spiritu ſancto, in gratia & fide caſtitatis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit in veritate reſurrectionis: quem gens Hebræorum iudicans purum hominem, per inuidiam damnauit morte. Sanauerat enim videntibus oculis noſtris, ægrotos & languidos eorum, curauerat paralyticos, mundauerat leproſos, dæmoniacos liberauerat: &, quod maius eſt, mortuos eorum tanquam de ſomno reſuſcitauerat. Nam & quendam iam fœtentem quatriduanum, rogantibus ſororibus eius, ità de monumento facile reſuſcitauit: vt ad ſolum eius verbum continuo de monumento reſurgeret, ligatus ſudario mortuo- G rum. Cæcis etiam viſum reddebat. Vnde & nato cæco oculos præbuit. Et innumera alia magnalia operatus eſt in populo Iudæorum: ſicut prædico & annuncio vobis teſtificans vera eſſe quæ de eo à me per Euangelium veritatis audiſtis.

Caput II.

NOſtrum enim hunc Dominum & magiſtrum qui verè Chriſtus filius Dei eſt: poſt tanta & innumera beneficia, quæ in eis operatus erat, turbæ Iudæorum ſuadentibus principibus ſacerdotum & Scribis, ſine aliquo reatu mortis dum cauſſa non inueniretur in eo, poſtulauerunt interimi in ligno. Propter quod magnis vocibus acclamabant Iudæi, dicentes, Crucifige, crucifige. Mors autem eius lignum crucis eis extitit. Vnde triumphus crucis vita noſtra eſt in æternum. Per crucem enim vita nobis reſtaurata eſt: & mors mortua eſt. H

Caput III.

ECce vt vobis iam notum feci, & iterum vobis notum facio: quòd Chriſtus poſtquam reſurrexit de ſepulchro conuerſatus eſt nobiſcum per dies 40. & conueſci nobiſcum non eſt dedignatus, vt ſe in veritate carnis viuũ nobis demonſtraret. Et præcepit nobis prædicare & teſtificari gentibus pœnitentiam & remiſsionem peccatorum & regnum cœlorum. Aſcendit autem in cœlum, & ſedet à dextris Dei, æternus in maieſtate, in gloria Patris. Vnde iudex viuorũ & mortuorum apparebit in die nouiſsimo: ad cuius vocem omnis caro reſurget, & ſancti renouabuntur in incorruptione immortalitatis æternæ.

Caput IIII.

A ET nunc fratres, quem impij occidere putantes morti tradidere, immortalem vos adorate Deum & Saluatorem veſtrum Dominum Ieſum Chriſtum. In cuius nomine niſi quis baptizatus fuerit per aquam regenerationis, ſaluari non poteſt. Ipſe enim ad hoc venit in mundum, vt omnes homines vocaret in ſaluationem, quæ amiſſa erat per ſerpentem in primo Adam. Qui ergo iam Deo per dilectionem mandatorum, ac per myſteria ſacramentorum eius coniuncti eſtis, oculos mentis veſtræ attollite in gloriam maieſtatis & magnitudinis eius.

Caput V.

ANte omnia autem & ſuper omnia, cœleſtis ſit conuerſatio veſtra, nihilq́; B terrenum, nihil diabolicum, nihilq́; carnale ſapiatis. Gratia enim ſaluati eſtis. Nec vllo modo dubitetis promiſsiones Dei æternas, quas à me audiſtis, & quas per memetipſum olim tradidi vobis. Ijs autem, qui ſunt incre-duli, nec adquieſcunt veritati tribulatio & indignatio & ignis æternus: qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Amplitudo denique & altitudo charitatis per vos diffundantur, per quam alterutrum inuicem diligatis. Quia Deus & charitas & veritas eſt: nihilq́; in eo triſte vel mendacium. Incommutabilis enim eſt: & virtus Dei vltra omnem modum & omnem ſenſum inæſtimabilis.

Caput VI.

BEne igitur facietis ſi abominamini idola, quæ dudum deos eſſe credebatis. Hæc autem ſunt opera manuum hominum, non videntia neque audi- C entia: quia nec flatum habent, quæ nec ſe, nec vos quicquam iuuare poſſunt. Quin potius cultores ſuos in malitiam æternæ tribulationis ſubmerſerunt. quia in ipſis manu factis dæmones damnati ſpiritus erroris ſubintroierunt, qui hactenus per longa ſecula creaturam ad imaginem Dei factam in morte deceperunt, donec nouiſsimo tempore inſequente virtus crucis Dei viui eos diſperdidit, & ibi illuſionibus, quibus ante vos lædebant, coercuit.

Caput VII.

VIdiſtis enim per me in nomine domini quem Iudæi crucifixerunt, & qui tertia die reſurrexit à mortuis, dæmones exire coactos, de ſtatuis manu factis, in quibus reſponſa fallacia & plena deceptionum cultoribus ſuis da- D bant, & eas iuſſu meo in nomine Dei per virtutem Chriſti in puluerem redegiſſe. Ecce enim tempus quo dæmonibus ablata eſt poteſtas decipiendi & nocendi, vt non dominentur hominum fidelium, & vt nihil eos, qui in Deum viuum crediderint, vltra lædere præualeant. Liberati itaque à poteſtate Satanæ, gaudete in domino qui liberauit vos: & nolite extollere cornu veſtrum aduerſus veritatem maieſtatis quam ſemel per me cognouiſtis & in potentia ſignorum & curationum efficacem copioſe probaſtis. Non eſt enim alius Deus in cœlo & in terra in quo oportet vos ſaluos fieri: niſi dominus Ieſus Chriſtus, quem vobis oſtendi crucifixum à Iudæis, & tertia die reſurrexiſſe à mortuis cuius nomen glorioſum erit in ſæcula. Ecce autem ipſe rex veſter.

Caput VIII.

Stephanus qui iam cognouit veritatem Dei creatoris ſui & baptizatus eſt à me cum tyrannis & ſatellitibus ſuis, in gratia Dei quotidie creſcit noua germinis viui, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus vſque in finem ſæculi per eos quos nouit & prædeſtinauit, ſibi multiplicabit ſecundum diuitias gratiæ ſuæ. In cuius nomine ſicut multi veſtrum viderunt, tyrannum eius reſuſcitaui à mortuis: qui & ipſe cum ſatrapis baptizatus à morte duplici ſubtractus eſt. Virgo autem Valeria ſponſa regis terreſtris, ſed melius ſponſa regis cœleſtis, quæ per meam prædicationem virginitatem mẽtis & corporis Deo deuouerat, gladio decollata: dum vitam temporalem contempſit, æternam inuenit, & temporalem mortem pro Chriſto ſuſcipere non recuſans, æternam mortem deuicit. Hæc enim per orationem meam ſpiritu ſancto repleta, magna effecta eſt in gratia Dei. Et ideo prudens virgo ad cœleſtia regna peruenit, & diabolum triumphauit. Hæc porro ſpiritus Dei in illa eſt operatus, qui omne bonum operatur in nobis in Chriſto Ieſu: pro cuius amore & teſtimonio inuincibiles ſemper non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carnificum. Pro cuius teſtimonio grata fuerunt nobis vincula, tribulationes, carceres anguſtiæ, fames, diuerſæque paſsionum acerbitates. Ipſe enim locutus eſt nobis dicens. Confidite ego vici mundum. Cuius enim gratiæ debetur omnis plena victoria: niſi eius, qui de morte triumphator morte ſua mortem vicit, & Satanam ligans, infernum ſpolians, captiuum eſſe fecit? Sponſus autem virginis adeò eſt effectus teſtis paſsionum Chriſti: vt in corpore ſuo cœleſtem conuerſationem iam præbeat ſubditis, deſideria carnis ſuæ crucifigens, regnum diaboli minuens: nec ſolum Chriſto cui credidit, eccleſias per ſuum regnum ſecundum quod ſpiritui ſancto & nobis viſum eſt diſponere, & fabricare gaudeat: ſed antiqua templa dæmoniorũ & ſpurciſsima fana idolorum deſtruere perfectus in fide videatur. Ipſius enim iuſſu idola Cadurci oppidi ac Toloſanæ vrbis & confinis eius iam nuper diruta ſunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus: quia princeps à Deo vobis eſt conſtitutus: à quo omnis poteſtas & paternitas in cœlis & in terra originem ac fortitudinem ſumpſit. Quem principem bonum ad hoc tantum munus perduxit grauem & nouellæ fidei, per quam nouus homo factus nouo homini coniunctus eſt, vt pro ſuauitate quoque præmij futuri illectus, copulam carnalium nuptiarum deuitauerit per meam prædicationem: quatenus liberior Deo famulari poſsit, & multas cateruas populorum ſubdere fonti regenerationis.

Caput IX.

Nec ideo tamen prohibemus nubere legitimo connubio, cum & hoc cõiugium honeſtum conceſſum ſit & conſtitutum à Deo ab initio mundi in multiplicationem generis humani. In tantum enim dominus meus & magiſter Ieſus Chriſtus legitimum & immaculatum thorum connubij approbauit ijs qui in ſanctificatione & honore caſtitatis nubere volunt: vt ad quaſdam nuptias inuitatus eas præſentia ſuæ maieſtatis ſanctificauerit, & miraculo magnifice ſtupendo lætificauerit. Ibi enim ſex hydrias plenas aquæ factas, aqua in vinũ mutata, viniferas oſtendit: & cunctos qui aderant beneficio tanto valde lætificauit. Hebræos quoque eum interrogantibus, ſi liceat homini dimittere vxorem: reſpondit dicens. Non legiſtis quia qui creauit ab initio hominem, maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete terram: & terror veſter ſit ſuper cuncta animantia terræ? Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. Nã & pater noſter Adam primus factus ex limo, vxorem cepit ex coſta propria plaſmatam, de qua proteſtatus eſt dicens. Hoc nũc os ex oſsibus meis, caro de carne mea. Hæc vocabitur virago: quia de viro aſſumpta eſt. Quapropter relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Vnde dominus & magiſter meus Hebræis ſciſcitantibus hæc quoque ſubintulit dicens. Ego autem dico vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, mœchabitur. Et qui dimiſſam ab alio duxerit, mœchatur.

A Vltra hunc autem gradum homini licite conceſſum viduitatem in premio maiori conſtituit. Sed & tertium excellentem gradum honeſtatis in virginitate demonſtrauit nobis perfectum, & per omnia ſimilem angelicæ dignitati. Ad quem inuitabat nos dicens. Non omnes capiunt verbum hoc: ſed qui poteſt capere capiat.

Caput X.

Deo prædico vobis: quicunque in vobis viduitatem propter recompenſationem elegerint, non fraudabuntur munere claritatis Dei. Qui vero in ſublimitate excelſiori permanſerint virgines eſſe eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam conſequentur. Nam qui in virginitate ſingulari virginitatem matris ſuæ elegit, qui mortuus & reſurrexit primogenitus ex
B mortuis: magnificentius ſecum qui tales eſſe elegerint in benedictione & regno patris exaltabit. Omnis autem per eccleſiam Deo regeneratus incorruptionem fidei poſsideat, ne corrumpatur perfidia ſerpentis: quia eccleſia ſancta & virgo effecta eſt: quam Chriſtus reſurgens à mortuis ſanguine ſuo ſanctificauit: & per omnia immaculatam conſtituit.

Caput XI.

DE alijs vero admonere vos volo, vt cuſtodiatis vos ab immolatione & ſuffocatis, vt ſit omnis fornicatio longe à vobis. Immunditiam fugite: quia iam ſanctificati eſtis, & in ſanctitate Deo ſeruite. Cauete autem à furtis & rapinis, & ab omni auaritia, & nolite inuicem inſidiari. Certi eſtote, neminem effugere poſſe præſentiam Dei viui: qui de cœlo reſpicit ſuper filios hominum. Cui ſi attentius ſeruietis, omnem malitiam & venenum diaboli conculca-
C bitis.

Caput XII.

MEmentote vero ſermonis mei quem ſæpe dicebam vobis, quanta & qualia in cœlo præparata ſunt ſanctis & timentibus Deum. Omnis enim potentia & gloria in regno Dei indeſinenter permanent: quæ nec augeri nec minui poſſunt. Ibi enim ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ perennes: in eo qui nos vocauit in regnum & gloriam ſuam. Ibi ordines multitudinis laudantiū Deum angelorum & virtutum: quæ per ipſum verbum, per quod omnia facta ſunt, creatæ in laudibus creatoris ſui quieſcunt. Ipſe laus & requies eorum & ſpectatio noua: in quem ſemper deſiderant proſpicere. Vbi locum habet virginitas, continentia, caſtitas, longanimitas, expectatio, charitas. Quo fides & ſpes, timor & munditia ten-
D dunt. Ibi veritas & iuſtitia, & pax & obedientia mandatorum Dei, locum paratum habent ab origine mundi. Multa milia illic poteſtatum & archangelorum in intima luce gloriæ Dei creatoris ſui contemplari deſiderant. Hæc autem vobis communia erunt, ſi proximi Deo fueritis, ſi amatores eius, ſi imitatores. Ille enim paſtor paſtorum & rex regum vobis reliquit exemplum, quod decenter ornat conſcientiam veſtram.

Caput XIII.

AVdiſtis nanq; à me exemplum patientiæ ipſius: quia cum malediceretur non maledixit: qui, ſicut agnus innocens, ante tribunal corruptibilis iudicis ſe iudicari permiſit. Nā & diſcipulo ſuo à quo tradendū ſe nouerat dulcedine ſuę bonitatis, nobis trementibus & intuentibus ſæuitiam eorū

qui eum comprehendere venerunt, oſculum dedit. Qui autem eum tradidit condi- E
ſcipulus nobis erat, ſed merito auaritiæ ſuæ plenus iniquitate, qua precium mundi
vendit, obligatus in nequitia deſperationis ſuæ, vt etiam venia ſemetipſum indignũ
faceret, non ſuſtinuit pœnitentiam, donec laqueo mortis ſemetipſum conſumpſit.
Tantam ergo iniquitatem auaritiæ execramini filij mei amatiſsimi, gloria mea & co-
rona, & nolite iterum vos tradere in mortem æternam, quam iam per Dei electio-
nem euadere meruiſtis. Et nolite reuerti ad priſtina noxia, in quibus ſeducamini ſe-
cundum carnem, ſapientes tantum ea quæ carnis ſunt, nondum enim tunc noueratis ſapere ſecundum ſpiritum.

Caput XIIII.

DE cætero itaque gaudete, quia euaſiſtis laqueos auaritiæ, facti ſynceri & F
irrepræhenſibiles coram Deo & hominibus, & ſine offenſa. Veritatem ex
corde puriſsimam oſtendite: vt nunquam in ipſum mentiri inueniamini.
Habemus enim teſtem veritatis & conſcientiæ noſtræ Deum magnum
omnipotentem, & filium eius ſaluatorem noſtrum, & paraclitum ſpiritum, qui cha
ritatem Dei infudit cordibus noſtris. Cui per omnia ſemper placentes inueniamur
veritatis vt amici: ne timeamus vllo modo filios mendacij: qui inuidia & multis pec-
catis obcæcati indigni ſunt cognoſcere veritatem Dei: & ſi cognoſcunt non eam, di-
ligunt, quin potius perſequuntur quantum in ipſis eſt. Quorum vindicta in proxi-
mo inſtat, quia quod nolunt, recuſant: quod volunt, approbant: quorum taciturni-
tas (ſi non eam perſequerentur) ſufficeret illis ad damnationem gehennæ: nunc au-
tem quia cognitam perſequuntur, centuplicatam ſibi gehennam acquirunt. Ne er-
go timueritis neque formidetis, ſed neque admiremini eos. Vapor enim eſt nebulæ,
malitia eorum: quæ cito pertranſibit ſicut fumus noxius oculis. Deus autem & ve- G
ritas in ſempiternum permanet. Et veritate delectatur dominus Deus noſter: mẽ-
dacio autem irritatur. Non enim eſt mendacium ex Deo, ſed ex diabolo.

Caput XV.

ROgate tamen pro talibus obſecrationem ad dominũ facientes: vt ſi non
cognoſcũt claritatem veritatis quomodocunq;, ſaltem ab ignorantiæ no-
cte reſurgant: & aperiantur oculi eorum ad intelligenda diuina, & pieta-
tis plena myſteria. Qui vero puritatem veritatis cognoſcunt quidem, ſed
non diligunt: orate pro eis vt purgentur à malitia & nequitia cordis ſui. Pro vobis
ſine intermiſsione orate, vt nunquam veritas in intelligẽtia veſtra obnubilationem
aliquo modo capiat (quod abſit) ſed ſemper quotidie augmentetur ad ſalutem ve- H
ſtram in gloria Dei patris. Oratio ſiquidem vobis neceſſaria eſt. Inſtantes itaque ora-
tioni, inſtate quotidie: quia aduerſarius veſter in circuitu quærens, vt fera peſsima,
quam ex ouibus Dei dilaceret. Qui maxime per fidem ſtabilem & orationem puram
atque aſsiduam fugit ab ouili Dei. Orate autem in gloriam domini, & quicquid ex-
hibetis fratribus, per gloriam Dei exhibete, non per inanem gloriam, & vosmetipſos
in gloriam Dei continete. Petitiones in ſalutem æternam quærite: regnum Dei &
iuſtitiam eius petere maxime deſiderate, & cũcta neceſſaria vobis à Deo tribuentur.
Patrem omnium. Deum in cœlis regnantem, ſemper inuocate, vt veniat eius re-
gnum deprecantes: fiatque eius voluntas in nobis ſicut in angelis cœlorum.

Caput XVI.

Donate

A DOnate vobiſipſis inuicem vt ſine impedimento fiant orationes veſtræ, & odium fratribus nolite tenere, neque alicui detrahere inueniamini, & inſuper aures à detrectatoribus auertite. In hoc enim cognoſcent nos oēs verè oues Chriſti eſſe: ſi dilectionem ſimplicem & ſanctam habuerimus ad inuicem. Tunc autem amici Dei eritis, nec iam vos vocabit ſeruos: ſed amicos ſuos, quia in dilectionem conſummabitis.

Caput XVII.

CVm vero impietatem amantes qui ſunt longe à dilectione Dei & mandatorum eius, conuenticula contra veſtram, imò contra gloriam Dei, vt verum eius lucidiſsimum in æternum obſcurare in aliquo poſsint, inter ſe egerint, nolite dubitare in fide Dei: ſed voſmetipſos in ſpiritu
B ſancto cohortantes in laudes gratiſsimas DEO datori omnium bonorum credite, qui vos gloria ſua dignos efficiet, & ſub omni celeritate tanquam oriens ſol in ſerenitate lucidiſsima atque placidiſsima poſt tetram noctem ad vos dignabitur per gratiam venire, & caligines omnium inimicorum veſtrorum in momento ad nihilum rediget. Vobis autem dabit lætitiam angelorum & claritatem cœleſtem ſuperabundáter quam petitis aut intelligitis. Deo enim cura eſt de vobis & nouit nequitiam inſidiantium vobis vt puniat eam tempore congruenti. Vos autem ereptos à malitia diripientium ſuperiores illis faciet, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Vobis enim eſt teſtis ſcrutator renum & cordium, in eius obedientia nihil arroganter, nihil ſuperbè, nihil temerè præſumere, ſed tanquàm puſillus grex Dei, voluntatem eius adimplere ſtudete in verbis ſanctis & operibus bonis. Etenim frequens & aſsidua Dei cuſtodia ſuper vos, qui moderatur vos in bonitate clementiæ ſuæ, annuens vobis ſecundum dignitatem & omnipotentiam magnitudinis & maieſta-
C tis ſuæ.

Caput XVIII.

VAeh autem illis qui præſentibus intenti Deum non diligunt & vos perſequuntur, non enim vos, ſed Deum perſequuntur. Patitur enim Deus in vobis qui in eum creditis, & retributionem eius expectatis cum conſcientia & fide apud eū integra. Quando aūt patimini propter iuſtitiā, gaudete, & de ijs quæ in triſtitia cordis veſtri accidūt nolite mirari. Eſt enim permiſsio iuſta probans & examinans corda veſtra ſi eum verè diligitis. Aduenæ eſtis & incolæ huius mundi & velut peregrini: ideoq; expectate hæreditatem regni Dei, quod poſt exilium mali huius ſæculi à Deo cum gaudio poſsidendum percipietis: ſi quotidie peregrinamini in multis tentationibus & caſibus dolorum & ærumnarum, quas
D perferetis. Quid ad vos delectatio mundi? Mundus enim ſine fide infidelis: vos autem in fide & remuneratione gratiæ.

Caput XIX.

IN Domino autem cōfido de vobis quòd liberabimini velociter à ſerpentibus inſidioſis: & aduerſarijs qui vobis propter iuſtitiam Dei detrahunt, qui vos volunt habere in confuſionem, & in opprobrium, & in damna temporalia. De quibus etiam eripiat vos mirabiliter omnipotens Deus, qui nunc vobis habent in deriſum & in ſimilitudinem improperij: qui valde torquentur in veſtra bona fama, & glorioſa coram Deo & ſanctis eius fiducia, dicentes vos incaſſum laborare propter Deum: & tanta mundi huius delectamenta propter vim virtutis & præceptum Dei inane, contemnere. Eſt enim qui vobis fidem

 tribuit,

tribuit,& cui curatis placere, cuiuſque voluntati concordare maluiſtis: & recordatis,prout noſtis & poteſtis, protector & cornu ſalutis veſtræ, exaltatio atque refugium veſtrum in die viſitationis: quando cuncta diſcernet in veritate & æquitate: iudicaturus vnumquemque iuxta vias ſuas, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Vos autem in adinuentionibus veſtris nihil agitis nec ſapitis. Nec enim poſt cor veſtrum ambulare debetis,ſed potius in puritate Deo gratiſsima voluntate conſtitutionis Dei adimplere paratis. Eſtis enim populus Dei audientes eum, & in vijs eius ambulantes. Ideo inimici noſtri pro nihilo humiliabuntur à Deo: & ſuper tribulantes vos erit manus Domini in vindictam & vltionem debitam. Qui enim mentiti ſunt Deo,inimici eius ſunt,& erit tempus eorum in ſæcula in tormentis ſecundum rectitudinem iuſti iudicij Dei, quem expectamus vt conſoletur vos, ſicut & conſolari dignatus eſt nos.

Caput XX.

ECce per eum qui in me loquitur dominum meum & magiſtrum Ieſum Chriſtum adnuntio vobis.Iam inſtat regnum eius,iam fulget ſupra ſolem nomen eius: iam prædicantur per omnem terram opera magna & mirabilia. Iam ſubdidit ſibi principem harum prouinciarum: & futurum vt ſubdat ſibi principes totius orbis.Iam excuſsit iugum diaboli de ceruicibus ſuorum fidelium: iam ex integro confirmabit gloriam regni ſui in vobis.Vnde omnis eccleſia exultatione inenarrabili replebitur ſine vlla cunctatione feſtinanter, & gaudio quod nunquàm poſsit auferri à diligentibus & deſiderantibus charitatem, & veritatem, & gloriam Dei quæ eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter benedictus in ſæcula Amen. Confracta eſt denique catena diaboli,qua ligatos Dei ſeruos in incredulitate tenebat,cuius ſectatores maligni in ſuis iniquitatibus aſſumentur,& in ſupercilio ſuo deijcientur vſque ad profundum nouiſsimi,in quo non eſt aqua: ſed ariditas perpetua cum igne æterno, vnde nunquam extrahentur. Quod ſi reſipuerint à malitia ſua,liberabuntur ab eo cui nihil eſt impoſsibile. Deo enim omnia ſunt poſſibilia. Et ſi liberatio eorum peruenerit,& hoc donum,& victoria,& immenſa gratia erunt in eis ſicut & in vobis.

Caput XXI.

SCitis enim vos quomodò reſtitiſtis veritati, ſed gratias Deo ago qui liberauit vos à lege peccati, & mortis, qui inſpirauit cordibus veſtris ea velle, quæ & ipſe deſiderat,atque in vnitate ſuæ bonitatis per gratiam adoptionis vos adunauit. Nunquam ergo deficiatis ab oratione pura, nunquam de Dei noſtri largitate deſperetis,quia ſalubriter quæ deſideratis adhuc differt,vt accendantur multo magis deſideria veſtra in eum.Obſeruate autem eos qui in hypocriſi loquuntur mendacium,vt vos de via veritatis quam cum Deo elegiſtis auertant in ſemitas incongruas iniquitatum & negligentiæ.Et quanto magis per ipſos pulſat oſtium mentis veſtræ ſatanas volens irrumpere intro: & germen in vos pietatis obruere: eo magis ſolidi in charitate, & firmi in fide,& alacres in ſpe Dei gloriæ,talibus reſiſtite viriliter,ſcientes quod pertranſibunt ſub omni celeritate quæ vobis cõtraria ſunt,Deo pro vobis pugnante,permanebunt autem in æternum,quæ per gratiam ſpiritus Dei conſtituta ſunt vobis.Eſt autem hæc hora nouiſsima,in qua oportet ab infidelibus veritatem reprobari,fabulas autem,quæ ipſis placent,pro firmitate muri ſpiritualis extolli,cum ſit citiſsima caſura parietis eorum:quia linitus eſt abſque temperatura: nec ſunt veraces qui linunt eum,& prophetantes mendaciũ. Sed & plantatio eorũ,ſi aliquid etiam germinis emerſerit eradicabitur, vt non appareat veſtigium laborum eorum.Veſtra autem plantatio,quã in vobis pater cœleſtis plantauit,

A tauit, nullo modo eradicabitur: & vſq; ad cœlos cœlorum & ante conſpectum domini ſine fine coronanda, amplificabitur in augmentatione dexteræ virtutis Dei, qui humilia reſpicit & alta à longe cognoſcit.

Caput XXII.

VNde fratres mei vobis erit magna Dei retributio in bonis gloriæ ſuæ, qui ei obeditis, qui eum imitati fuiſtis, cuius voluntas requieuit in vobis, qui pro eius nomine tāta ab inuidia ſerpentis antiqui paſsi eſtis hucuſq;. Non autem vos eſtis qui vincitis inuidiam ſatanæ, ſed Deus & pater omnis gloriæ fortitudinem incredulorum & aduerſantium atque inſidiantium vobis in vobis deuincit. Nec enim vos eſtis victores, ſed Deus omnis gratiæ, in quem fideliter creditis & aſpiratis, quem verè diligitis. Ideoque nihil meritis veſtris aſcribatis, quaſi nō
B egentes Dei gratia: quia ſine Deo nihil poteſtis facere.

Caput XXIII.

COmmendo autem vos Deo in gratia eius in qua ſtatis, vt liberet & cuſtodiat vos à malis omnibus, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et valde congratulor fidei veſtræ in qua Deo ſeruientes attentius ei placere deſideratis. Porro à murmuratione cuſtodite corda veſtra, & timete tormenta æterna, tormenta amara & intolerabilia: quibus peccatores, & qui Deum non nouerunt punientur, & qui cognitum non dilexerunt. In quo exemplo cruciatuum gehennæ ſæpe videtis tribulationes quibuſdam imminere in corporibus ardentibus: quas tamē qui in grat arum actione ſuſtinent, coronam ſibi adquirunt. Non ergo admiremini videntes ignita in ferocitate cruciari innoxios. Quos
C enim diligit dominus, flagellat. Ipſos autem qui mei filij ſunt, ſi ſentimus in contumacia proteruitatis poſt baptiſmum, nullo modo perturbamur, ſed magis condolemus illis.

Caput XXIIII.

TAles autem veſtra oratione opus habent, vt oretis pro eis, quatinus diabolus à cordibus eorū auferatur: qui eos ad hoc incitat cōtra nos, vt in æternum demergat interitum. Quādo autem præſens fui vobis corpore vnanimi dilectione me habuiſtis in charitate Chriſti: ideoq; plurimum congratulatus ſum in domino veſtræ ſanctæ fidei & dilectioni. Et hac de re oratio noſtra continua pro vobis eſt ad Deum, vt hic & in futuro à malis omnibus vos eripiat. Abſens vero corpore erga vos eandem dilectionem poſsideo, & ideo maximè. quia ſcio eam vos erga memetipſum poſsidere. Talis enim dilectio amabilia ſpiritui ſan-
D cto eſt, per quam venietis ad gaudia claritatis Domini, vbi cūcta vobis gloria affluet, quæ nunquam minoratur in perſecutionibus. Deniq; quia ſuſtinetis eas: à ſuperbis huius ſæculi, nolite à fiducia domini deſperare, ſed ad eum corda veſtra conuertite, qui vos liberabit à præſenti & futura ira.

Caput XXV.

OBſeruationes aūt dierum & temporum atq; aſtrorum nolite attendere, quibus gentes idolis deditę intendunt, & tali obſeruatione à diabolo decipiuntur, & à veritate relinquuntur. Confidite ergo in potentia domini Ieſu Chriſti, cuius clementia immenſurabilis eſt, cuius poteſtas ineffabilis, cuius gloria ſemper & in æternum deſiderabilis: quia nunquam derelinquet vos: ſed in omnibus vbique vobis aderit, ſicūt ipſe nobis pollicitus eſt, dicens. Ecce

ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi. Ipſi enim om- E
nia abſcondita patent,& nihil ſine eius voluntate poterit vobis euenire. In illius cō-
templatione mentem veſtram aſsidue figite,& præter eum nihil diligatis: quoniam
ipſi cura eſt de vobis.

Caput XXVI.

QVod vero in veſtra poſtulatione à me petitis,ſcitote confidentes,quia à
Deo tribuetur vobis vltra quàm petitis & intelligitis. Ipſe enim pax, ipſe
omnia ſuperat bella,ipſe vobis victoriam de inimicis,pacem firmam & ſi-
ne ſanguine dabit.Hæc eſt enim voluntas eius & gloria: & de veſtro bo-
no deſiderio congaudet.Noſq; ei gratias referimus qui ſedet ad dexteram Dei patris
in gloria ſpiritus ſancti. F

Caput XXVII.

SAlutate in perfectione pacis qui diligunt dominum Ieſum Chriſtum.Pro
impijs vero aſsidue orate: vt ad veritatem Dei conuertantur: per quam glo-
riam & in qua permanemus: & cum qua ſine fine perpetuam Dei viſio-
nem contemplabimur. Pro qua etiam millies corpus noſtrum ſub omni-
bus tormentis morti dare optamus.Eſt enim viſio Dei qua ſola angeli perfruuntur,
& omnes perfecti in dilectione eius: ad quā peruenire deſideramus quotidie ſuſpi-
rantes ad illius inæſtimabilem gloriam.

Caput XXVIII.

FAtigari autem vos nolo vſque ad me, quouſque nuncium meum viden-
tes ſine aliqua hæſitatione ad præſentiam noſtram veniatis: vt præſentes G
inuicem in gloria Chriſti gaudeamus: qui abſentes eius dilectionem &
præſentiam omnipotentiæ ſuæ omni hora præ oculis habemus. Pax vero
& omne bonum omniſq; conſolatio, oro Deum vt iugiter maneat vobis, languo-
rem autem ac nequitiam & omne peccatum, & quicquid eſſe poteſt moleſtum
procul faciat dominus à vobis: vt animæ veſtræ in gloriam Dei ſine corruptio-
ne perueniant, & abſque metu diaboli: corpora autem veſtra ſi-
ne macula peccatorum pręſententur domino in re-
ſurrectione carnis ad diem vniuerſa-
lis iudicij Amen.

Hæ duæ Epiſtolæ ſuperioribus temporibus à Domino reuelatæ ſunt, & re- H
pertæ in ſacrario Baſilicæ ſancti Petri in vrbe Lemouica, vbi
hactenus latuerāt defoſſæ in arca ſaxea ſub terra, quæ
prænimia vetuſtate vix legi potuerunt.

IN CONSTANTINI IMPERAT. CONFESSIONEM ARGVMENTVM PER Ioannem Sichardum.

Superuacaneum eſt hîc, poſt tot egregios rerum ſacrarū ſcriptores, admonere cuiuſmodi antiquitùs fuerit confeßio: tamen quod huius loci eſt, obiter velut digito oſtendam. Solebant enim & Imperatores palàm teſtari ſententiam ſuam, id quod ex Euāgelijs agere iubemur. Qui enim, inquit Chriſtus, me confitebitur apud homines, & ego confitebor eum apud patrem meum, qui eſt in cœlis. Fiebant autem ab Imperatoribus maiore apparatu, vt quo longius illud emanaret, hoc eſſent plures, qui non dubitarent huic fidei nomen dare, quum vidiſſent iam Imperatorē ipſum amplexum. Et quia in alijs tales ferè ſumus, quales videmus principes, qui rebus præſunt, fecit hic quoque illa de fide Chriſtiana profeßio vulgo animū, vt eſſe principibus quàm ſimillimi vellent, autoritate præſertim iam data, & præeunte ipſo Imperatore. Ita paßim in antiquis bibliothecis videre confeßiones Iuſtiniani, Caroli Magni, & Frederici Tertij, quibus tanquam ſigno dato, ad fidem Chriſtianam vocarentur, quibus per principum tyrannidem hoc non ſatis tutò antea licebat.

Confeßio.

Carolus Magnus.

CONFESSIO CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris ſcilicet, & filij, & Spiritus ſancti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus, in Chriſto Ieſu, vno ex eadem ſancta trinitate, ſaluatore Domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Goticus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor, ac triumphator ſemper auguſtus, Sanctiſsimo ac beatiſsimo patri patrum Syluestro vrbs Romæ Epiſcopo, atq; omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede beati Petri vſque in finem ſeculi ſeſſuri ſunt Pontificibus, nec nō & omnibus Reuerend. & Deo amabilibus catholicis Epiſcopis eidem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, per hanc noſtram Imperialem cōſtitutionem ſubiectis, in vniuerſo orbe terrarum, nunc & in poſterum cunctis retrò temporibus conſtitutis, Gratia pax, charitas, gaudium, longanimitas, miſericordia à Deo patre omnipotente, & Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritu ſancto cum omnibus vobis. Ea quæ ſaluator & redemptor Dominus noſter Ieſus Chriſtus altiſsimi patris filius, per ſuos ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, interueniente patre noſtro Syluestro ſummo Pontifice, mirabiliter dignatus eſt, liquida narratione per huius noſtræ imperialis inſtitutionis paginam, ad indaginem omniū populorum, in vniuerſo orbe terrarum, noſtra ſtuduit propagare manſuetiſsima ſerenitas. Primùm quidem fidem noſtram, quam, à præfato beatiſsimo patre & oratore noſtro Syluestro vniuerſali Pontifice edocti ſumus, intima cordis confeſsione, ad inſtruendas omnium veſtrûm mentes, proferentes, & ita demum miſericordiam Dei ſuper nos diffuſam annunciantes. Nos enim vos ſcire volumus, ſicut per anteriorem noſtram ſacram pragmaticam iuſsionem ſignificauimus, nos à culturis idolorum, ſimulacris mutis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atque ab omnibus ſatanæ pompis receſsiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quæ eſt vera lux, & vita perpetua, perueniſſe: credentes, iuxta id quod nos idem almificus ſummus pater & doctor noſter Syluester inſtruit Pontifex, in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtum filium eius, vnicum Dominum noſtrū, per quem

omnia facta ſunt,& in Spiritum ſanctum Dominum & viuificatorem vniuerſæ crea- E
turræ: hoc eſt,patrem,& filium,& Spiritum ſanctum confitemur, ita vt in Trinitate perfecta,& plenitudo ſit diuinitatis,& vnitas poteſtatis, pater Deus, & Spiritus ſanctus Deus,& tres vnum ſunt in Chriſto Ieſu: tres itaque formæ,ſed vna poteſtas. Nã Deus ſemper ſapiens,edidit ex ſe per quod eſſent gignenda ſecula verbum. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ verbo, vniuerſam ex nihilo formauit creaturam, cum eo erat,cuncta ſuo arcano componens myſterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus,& vniuerſis terræ materijs, pio ſapientiæ ſuæ nutu,ad imaginem & ſimilitudinem ſuam primum de limo terræ fingens hominem,hunc in Paradiſo poſuit voluptatis,quem antiquus ſerpens, & hoſtis inuidens diabolus, per amariſsimum ligni vetiti guſtum,exulem ab eiſdem effecit gaudijs, eoq; expulſo non deſinit ſua venenoſa multis modis protelare iacula,aut à via veritatis humanum abſtrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ & non creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per hoc eos quos ſuis voluerit irretire inſidijs,ſecum æterno afficiat concremandos F
ſupplicio.Sed Deus noſter miſertus plaſmæ ſuæ,dirigens ſuos ſanctos Prophetas,per quos lumen futuræ vitæ ad aduentum videlicet filij ſui Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians,miſit eundem filium ſuũ vnigenitum, & ſapientiæ verbum,qui deſcendens de cœlis,propter noſtram ſalutem, natus de Spiritu ſancto, ex Maria virgine,verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis: non amiſit quod fuerat,ſed cœpit eſſe quod non erat.Deum perfectum,& hominem perfectum,vt Deus, mirabilia perficiens,& vt homo,humanas paſsiones ſuſtinens: ita verum hominem, & verum Deum,verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electiſq; duodecim Apoſtolis,miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit. Confitemur eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,& impleſſe legem & Prophetas, paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas,tertia die à mortuis reſurrexiſſe,aſſumptum in cœlos,atque ſedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos,cuius imperij non erit finis.Hæc eſt enim fides noſtra orthodo- G
xa,à beatiſsimo patre noſtro Syluestro ſummo Pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum,& diuerſas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere,ac prædicare,& in ſanctæ Trinitatis nomine baptiſmi gratiam conſequi, & Dominum Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita viuit & regnat ſecula quem Syluester beatiſsimus noſter Põtifex in vniuerſali prædicat,corde deuoto adorare. Ipſe enim Dominus Deus noſter miſertus mihi peccatori,miſit ſanctos ſuos Apoſtolos ad viſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis,& abſtractum à tenebris, ad veram lucem & agnitionem veritatis me peruenire gratulamini. Nã dum valida ſqualloris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem,& multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vnus quidem promerui ſalutem. Ad hæc aduenerunt ſacerdotes Capitolij, dicentes mihi debere fieri fontem in Capitolio,& compleri hunc innocentium ſanguine calente, & in eo loco me poſſe mundari, Et ſecundum eorum dicta aggregatis plurimis in- H
nocentibus infantibus,dum vellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes mactare, & ex eorũ ſanguine fontem repleri, cernens ſerenitas noſtra lacrymas matrũ eorum, illico exhorrui facinus,miſertuſq; eis, proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datiſq; vehiculis,& donis conceſsis,gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tempus aduenisſet, adſunt Apoſtoli, ſanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniam flagitijs poſuiſti terminum,& effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſsi ſumus à Chriſto Domino Deo noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunque indicamus tibi Syluester Epiſcopus ciuitatis ad montem Soracten perſequutiones tuas fugiens,in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebras fouet, hunc cùm ad te adduxeris,ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendat, in qua dum te tertiò merſerit,omnis te valetudo iſta deſerat lepræ: quod cùm factum fuerit,hanc viciſsitudinem

A tudinem tua ſaluatori compenſa. Te autẽ ipſum in hac parte purifica, vt relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum viuum, verum, qui ſolus eſt & verus, adores & excolas, & ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à ſomno, protinus iuxta id quod à ſanctis Apoſtolis admonitus ſum, peregi, aduocatoq; eodẽ præcipuo & magnifico patre, & illuminatore noſtro Sylueſtro, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præcepta dixi verba, percunctatiq; eum ſumus, qui iſti dij eſſent, Petrus & Paulus. Ille verò ait, non eos DEOS verè dici, ſed Apoſtolos ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et rurſus interrogare cœpimus eundem Sylueſtrum, vtrum ipſorum Apoſtolorum imaginem expreſſam haberet, vt ex pictura diſceremus, hoc eſſe quod reuelatio docuerat. Tũc idem venerabilis pater imagines eorum Apoſtolorum per diaconẽ ſuum exhiberi præcepit, quas dum aſpicerem, & eorum quos in ſomno videram figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem vultus, ingenti clamore coram omnibus ſatrapibus meis confeſſus ſum eos eſſe, quos in ſomno videram. Ad hæc beatiſſ. Sylueſter indi-
B xit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis impiè peracta, atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigilijs, ieiunijs, atque lacrymis, & orationibus apud ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum impetraremus. Deinde per manus impoſitionem clericorum vſque ad ipſum præſulem veni, ibique abrenuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli ac terræ, viſibilium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoque fonte illic me trina merſione vnda ſalutis purificauit. Leuatoq; me de venerabili fonte, indutus veſtibus candidis, ſeptiformis Spiritus ſancti conſignationem adhibuit, beati chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens. Signat te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti, in conſignationem fidei. Cunctusque clerus reſpondit, Amẽ.
C Et adiecit præſul: Pax tibi. Prima itaque die poſt præceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſqualiore, agnoui non eſſe alium Deum, niſi patrem, & filium, & Spiritum ſanctum, quem beatiſſ. Sylueſter prædicat, trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes dij gentium, quos vſque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam poteſtatem idem ſaluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſsimè nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in ſua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & Dominus ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens: Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Et dum hæc prædicãte beato Sylueſtro agnoſcerem, ex beneficijs ipſius beati Pe-
D tri integræ me ſanitati comperi redditum.

DE PRIMITIVA ECCLESIA EX Synodo Nicena.

NEMO qui ſcripturas diuinas legit, ignorat, quod in principio naſcentis Eccleſiæ, diſcipulis in vnum congregatis cum multitudine credentiũ, in quibus erat cor vnum, & anima vna, quique vendentes prædia & poſſeſsiones ſuas afferebãt, & diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Futuram nanque Eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant, maximeq; ie quia Dominus illis prædixerat, Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium. Vel quia expellendi erant à Iudæa, nouerant ſe in gentibus diſpergendos, Eccleſiamq; congregandam ex rudi populo.

Idcirco

Idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad ſouendos E
egentes. At verò cùm inter turbines & aduerſa mundi ſuccreſceret Eccleſia, eouſq;
peruenit, vt non ſolùm gentes, ſed etiam Romani principes (qui penè totius orbis
monarchiam tenebant) ad fidem Chriſti & baptiſmi ſacramenta concurrerent. Ex
quibus vir religioſiſsimus Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, li-
centiā dedit per vniuerſum orbem ſuo degentes imperio, non ſolùm fieri Chriſtia-
nos, ſed etiam ſabricandas Eccleſias, & prædia tribuenda conſtituit. Deniq; idem
præfatus princeps donaria immenſa, & ſabricam templi primæ ſedis beati principis
Apoſtolorum inſtituit, adeò vt ſedem imperialem, quam Romani principes poſſe-
derant, relinqueret, & beato Petro ſuisq; præſulibus profuturam concederet. Idem
verò præſidens in ſancta Synodo quæ apud Nicenum congregata eſt, cùm querelam
quorundam conſpiceret coram ſe deferendam, ait: Vos à nemine dijudicari poteſtis,
quia ſolius Dei iudicio reſeruamini, dij etenim vocati eſtis: idcirco non poteſtis ab
hominibus iudicari: ab illo etenim tempore & deinceps viri religioſiſsimi non ſo- F
lùm poſſeſsiones, & prædia quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſe-
crarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis in honore ſanctorum martyrum, per ci-
uitates ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret.
Deniq; reges & præſides ac magiſtratus non ſolùm hanc licentiam tribuêre, ſed eti-
am ipſi propria largiti ſunt per vniuerſa regna terrarum, vnde alerentur egentes, qui
nihil in mundo poſsidebant, Eccleſiæq; Dei fabricarentur atque reſtaurētur, Deoq;
& Eccleſiæ eius ritè famulantibus, ſeruisq; illius ſupplementa (vt abſque neceſsita-
te eſſent) tribuerentur, vt hæc accipientes poſſent ſecundum monita Apoſtoli ora-
tiones, poſtulationes, obſecrationes, gratiarum actiones facere pro omnibus homi-
nibus, pro Regibus, & qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam ha-
beant. Et hoc bonum & acceptum eſſe coram Deo, idem magiſter gentium prote-
ſtatur, cui ſolicitudo omnium Eccleſiarum incumbit, quiq; Epiſcopos regere per
ſpiritum ſanctum conſtituit Eccleſiam Dei. Quibus ait: Paſcite, qui in vobis eſt, gre- G
gem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſponte ſecundum Deum, neque turpis lucri
1.Pet.5. gratia, ſed voluntariè. Cùm enim dicat: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſe-
cularibus: quæ enim ſunt negotia ſecularia ſancti canones manifeſtant, & inhibent
2.Tim.2. perſpicuè, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia cōducto-
res alienarum poſſeſsionum fiant, & ſecularia negotia ſub cura ſua accipiant, Domi-
ni quidem miniſterium paruipendentes, ſecularium verò diſcurrētes domos, & pro-
pter auaritiam patrimoniorum ſolicitudinem ſumentes, decreuit ſancta ſynodus,
nullum deinceps clericum aut poſſeſsiones conducere, aut negotijs ſecularibus ſe
miſcere, præter pupillorum & orphanorum, aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis Eccleſi-
aſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat, vt liquidò patet, quia alia ſunt ne-
gotia ſecularia, alia Eccleſiaſtica. Nónne Moyſes in ſeculo erat cum crebo taberna-
culum intraret & exiret, qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium nego
tijs vrgebatur? intùs Dei arcanā conſiderans foris onera carnalium portabat? Cuius H
typum ſacerdotes in Eccleſia agere debēt, vt dum foras exeunt ad exequenda nego-
tia pro neceſsitatibus ſubditorum, intus ad ſe redeant per contemplationem man-
datorum: ſicut Paulus qui cœleſtibus ſecretis inſeritur, & tamen per condeſcenſio-
nis viſcera carnalium cubile perſcrutatur: Sic & Iacob aſcendentes & deſcendentes
Angelos vidit, quia videlicet rectores Eccleſiæ non ſolum Deo contemplando ſu-
perna appetunt, ſed deorſum quoque ad membra illius miſerando deſcendunt. Et
dum ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera
portant, videntur, tales eſſe, quales idem egregius prædicator di-
cit, vt qui vtuntur hoc modo tanquam non vtantur,
& qui gaudent tanquam non gauden-
tes, & qui emunt tanquam
non poſsidentes.

A

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris ſcilicet
& Filij, & Spiritus ſancti, Imperator Cęſar Flauius Conſtan-
tinus in Chriſto Ieſu vno ex eadem Trinitate ſancta ſaluato-
re Domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, beneficus, Ale-
manicus, Gothicus, Sarmaticus, germanicus, britannicus,
vnicus, pius, fœlix, victor, ac triumphator ſemper auguſtus,
B ſanctiſsimo ac beatiſsimo patri Syluestro vrbis Romæ Epiſco
po & Papæ, atque omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede
beati Petri vſque in finem ſeculi ſeſſuri ſunt, Pontificibus, nec non & omnibus re-
uerendiſsimis, & Deo amabilibus catholicis Epiſcopis, eidem ſacroſanctæ Romanæ
Eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubiectis, in vniuerſo orbe
terrarum nunc & in poſteris cunctis retrò temporibus conſtitutis, gratia, pax, cha-
ritas, gaudium, longanimitas, miſericordia à Deo patre omnipotente, & Ieſu Chri-
ſto filio eius, & ſpiritu ſancto, cum omnibus vobis. Ea quæ ſaluator & redemptor
noſter Dominus noſter Ieſus Chriſtus altiſsimi patris filius per ſuos ſanctos Apo-
ſtolos Petrum & Paulum, interueniente patre noſtro Syluestro ſummo Pontifice
& vniuerſali Papa, mirabiliter dignatus eſt operari, liquida narratione per huius no
ſtræ imperialis inſtitutionis paginam ad cogitationem omnium populorum in vni-
uerſo orbe terrarum ſtuduit propagare noſtra manſuetiſsima ſerenitas. Primum
quidem noſtram fidem quam à præfato beatiſsimo patre & oratore noſtro Sylue-
C ſtro vniuerſali Pontifice docti ſumus, intima cordis confeſsione ad inſtruendas om-
nium veſtrûm mentes proferentes, & ita demum Dei miſericordiam ſuper vos diffu-
ſam annunciantes. Noſſe enim vos volumus, ſicut per anteriorem noſtram ſacram
pragmaticam iuſsionem ſignificauimus, nos à culturis idolorum, ſimulacris mutis
& ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atque ab omnibus ſatanæ pom-
pis receſsiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quæ eſt vera lux & vita perpetua
perueniſſe, credentes, iuxta id quod nos idem almificus ſummus pater & doctor no
ſter Syluester Pontifex inſtruxit, in Deum patrem omnipotentem factorem cœli &
terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnige-
nitum Dominum noſtrum, per quem creata ſunt omnia. Et in ſpiritum ſanctum Do
minum & viuificatorem vniuerſæ creaturæ. Hos patrem & filium & ſanctum con-
fitemur ita, vt in Trinitate perfecta & plenitudo ſit diuinitatis & vnitas poteſtatis: pa
ter Deus, filius Deus, & ſpiritus ſanctus Deus, & tres vnum ſunt in Ieſu Chriſto.
D Tres itaque formæ, ſed vna poteſtas. Nam ſapiens retrò ſemper Deus, edidit ex ſe, per
quod ſemper erant gignenda ſecula verbum. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ
verbo vniuerſam ex nihilo formauit creaturam, cum eo erat, cuncta ſuo arcano cô-
ponens myſterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus, & vniuerſis terræ materijs,
pro ſapientiæ ſuæ nutu ad imaginem & ſimilitudinem ſuam primum de limo terræ
fingens hominem, hunc in Paradiſo poſuit voluptatis. Quem antiquus ſerpens &
hoſtis inuidens diabolus per amariſsimum ligni vetiti guſtum, exulem ab eijſdem fe-
cit gaudijs, eoque expulſo non deſinit ſua venenoſa multis modis protelare iacula,
vt à via veritatis humanum abſtrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturę,
& non creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per nos eos, quos ſuis voluerit irretire
inſidijs, ſecum æterno efficiat concremandos ſupplicio. Sed Deus noſter miſertus
plaſmatis ſui, dirigens ſanctos ſuos Prophetas, per quos lumen futuræ vitæ, aduen-
tum videlicet filij ſui Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians, mi-

ſit eundem vnigenitum filium ſuum & ſapientiæ verbum Qui deſcendens de cœlis E propter noſtram ſalutem, natus de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod nõ erat. Deum perfeſtum & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiens & vt homo humanas paſsiones ſuſtinens, ita verbum hominem & verbum Deum prædicante patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice intelligimus, vt verum Deum verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electiſq; duodecim Apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit. Confitemur eundem Dominum Ieſum Chriſtum adimpleſſe legem & Prophetas paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atque ſedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij nõ erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra catholica & orthodoxa, à beatiſsimo patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice nobis prolata. Exhortans idcirco oẽm populum & diuerſas gentium nationes hanc fidem tenere, colere, & prædicare, & in ſanctæ F Trinitatis nomine aptiſsimè gratiam conſequi, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita ſecula viuit, & regnat, quem Sylueſter beatiſsimus pater noſter vniuerſalis Pontifex prædicat, corde deuoto adorare. Ipſe enim Dominus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos Apoſtolos ad viſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, & abſtractum à tenebris ad veram lucem & agnitionem me veniſſe gratulamini. Nam dum valida ſqualloris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vllius quidem cura promeruiſſemus ſalutem. Ad hoc venerunt ſacerdotes Capitolij dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium ſanguine, & in eo calente loco me poſſe mũdari. Et ſecundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes eos mactari, & ex eorum ſanguine fontem repleri, cernens ſerenitas noſtra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, G miſeratuſque eas proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datiſque vehiculis & donis conceſsis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die, nocturna nobis facta ſilentia, dum ſomni tempus aduenisſet, aſſunt Apoſtoli ſanctus Petrus & Paulus dicentes mihi: Quoniam flagitijs poſuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis innocentis horruſti, miſsi ſumus à Chriſto Domino Deo noſtro dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunque indicamus tibi. Sylueſter Epiſcopus huius ciuitatis ad montem Soracten perſecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebram fouet, hunc ad te cum adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendet, in qua dum te tertiò merſerit, omnis te valetudo iſta deſeret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc viciſsitudinem tuo ſaluatori compenſa, vt omnes iuſſu tuo per totum orbem reſtaurẽtur Eccleſiæ. Te autem ipſum in hac parte purifica, vt relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum viuum & verum, qui ſolus eſt & verus, adores & excolas, vt ad voluntatem attin- H gas. Exurgens igitur à ſummo, protinus iuxta id quod à ſanctis Apoſtolis admonitus ſum, peregi: aduocatoq; eodem pręcipuo & magnifico patre & illuminatore noſtro Sylueſtro vniuerſali Papa, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præcepta dixi verba. Percontati ſumus ab eo qui iſti Dij eſſent Petrus & Paulus: Ille verò non eos Deos verè dici, ſed Apoſtolos ſaluatoris noſtri Domini Dei Ieſu Chriſti reſpondit. Et rurſum interrogare cœpimus eundem beatiſsimũ Papam, vtrum iſtorũ Apoſtolorum imagines expreſſas haberet, vt ex pictura diſceremus hos eſſe quos reuelatio docuerat. Tũc idem venerabilis pater imagines eorundem Apoſtolorũ per diaconũ ſuum exhiberi pręcepit: quas dum aſpicerem, & eorum quos in ſomno videram figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem vultus, ingenti clamore coram omnibus ſatrapis meis cõfeſſus ſum, eos eſſe quos in ſumno videram. Ad hæc beatiſsimus idem Sylueſter pater noſter vrbis Romæ Epiſcopus indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium

A latium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis impiè peracta atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigilijs, ieiunijs atq; lacrymis & orationibus apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem impetraremus. Deinde per manus impoſitionem clericorũ, vſq; ad ipſum præſulem veni, ibiq; renuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtũ filium eius vnicum Dominum noſtrũ, qui natus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoq; fonte, illic me trina merſione vnda ſalutis purificauit. Poſitoq; me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem proprijs oculis vidi: de qua mundus exurgens, ab omni me lepræ ſquallore mundatum agnoſcite, leuatoq; me de venerabili fonte, indutus veſtibus candidis ſeptiformis gratiæ ſancti ſpiritus conſignationẽ adhibuit beati chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit dicens: Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, in conſignatione fidei. B Cunctusq; clerus reſpondit, Amen. Et adiecit præſul, pax tibi. Prima itaq; die poſt perceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſquallore, agnoui non eſſe alium Deum niſi patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quem beatus Syluester Papa prædicat, trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes Dij gentium quos vſq; hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam poteſtatẽ idem Saluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſsimè nobis idem venerabilis pater edixit, dũ fidelem eum in ſua interrogatione inueniens ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & Dominus ſuo diſcipulo iniunxit, inquiens: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis. Mirũ eſt hoc valdè & glorioſum, in terra ligare & ſoluere, & in cœlo ligatum & ſolutum eſſe. Et dum hæc prædicante beato Syluestro agnoſcerem, & C beneficijs ipſius beati Petri integerrimè ſanitati me comperi reſtitutum, vtile iudicauimus vnà cum omnibus noſtris ſatrapis & vniuerſo ſenatu, optimatibus meis, etiam & cuncto populo Romano gloriæ imperij ſubiacenti, vt ſicut in terris vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus, etiam & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem amplius quàm terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis noſtroq; Imperio obtineat, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum vel eius vicarios firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena Imperialis potentia, eius ſacro ſanctam Romanam Eccleſiam decreuimus veneranter honorare & amplius quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſsimã beati Petri glorioſè exaltari, tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem atq; vigorem & honorificentiam Imperialem, atq; decernentes ſancimus, vt principatum teneat, tam ſuper quatuor præci- D puas ſedes, Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, & Hieroſolymitanam, quamq; etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum Dei Eccleſias. Et Pontifex qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps, cunctis ſacerdotibus totius mũdi exiſtat, & eius iudicio, quæq; ad cultum Dei vel fidei Chriſtianorũ ſtabilitatem procurandam fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, vt ibi lex ſancta caput teneat principatus, vbi ſanctarum legum inſtitutor ſaluator noſter beatum Petrum Apoſtolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum ſuſtinens, beatæ mortis ſumpſit poculum, ſuiq; magiſtri & Domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Chriſti nominis confeſsione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo martyrio coronatus eſt: illic vſque in finem quærant doctorem, vbi ſanctum doctoris quieſcit corpus: & ibi proni ac humiliati cœleſtis Regis Dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni Regis ſeruiebant imperio. Interea noſſe volu-

mus omnem populum vniuerſarum gentium ac nationum per totum orbem, con- E
ſtruxiſſe nos intra palatium noſtrum Lateranenſe eidem ſaluatori noſtro Domino
Ieſu Chriſto Eccleſiam à fundamentis,cum baptiſterio: & duodecim nos ſciatis de
eius fundamentis, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum, cophinos terræ
onuſtatos proprijs aſportâſſe humeris,quàm ſacroſanctam Eccleſiam caput & ver-
ticem omnium Eccleſiarum vniuerſo orbis terrarum dici,coli,venerari ac prædica-
ri ſancimus,ſicut per alia noſtra Imperalia decreta conſtituimus. Conſtruximus ita-
que Eccleſias beatorum Petri & Pauli primorum Apoſtolorum, quas auro & ar-
gento locupletauimus, vbi & ſacratiſsima eorum corpora cum magno honore re
condentes,thecas ipſorum ex electro, cui nulla fortitudo præualet elementorum,
conſtruximus: & crucem ex auro puriſsimo & gemmis precioſiſsimis per ſingulas
eorum thecas poſuimus,& clauis aureis confiximus.Quibus pro concinnatione lu-
minariorum,poſſeſsionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, &
per noſtram Imperialem iuſsionem ſacram, tam in oriente quam in occidente, vel F
etiam ſeptentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia,
Aphrica & Italia,vel diuerſis inſulis noſtra largitate eis conceſsimus,ea prorſus rati-
one,vt per manus beatiſsimi patris noſtri Syluestri Pontificis ſucceſſorumq; omnia
diſponantur.Gaudeat enim vnà nobiſcum omnis populus & gentiũ nationes vni-
uerſo orbe terrarũ,exhortantes oẽs,vt Deo noſtro & ſaluatori Ieſu Chriſto immen-
ſas vnà nobiſcum referatis gratias,quoniam ipſe Deus in cœlis deſuper & in terra de-
orſum,qui nos per ſuos ſanctos Apoſtolos viſitans,ſanctum baptiſmatis ſacramentũ
percipere,& corporis ſanitate dignos effecit,pro quo concedimus ipſis ſanctis Apo-
ſtolis Dominis meis beatiſsimis Petro & Paulo,& per eos etiam beato Syluestro pa-
tri noſtro ſummo Pontifici,& vniuerſalis vrbis Romę Papæ,& omnibus eius ſucceſ-
ſoribus Pontificibus,qui vſq; in finem mũdi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, atq; de
pręſenti cõcedimus palatiũ Imperij noſtri Lateranenſe,quod omnibus in toto orbe
terrarum profertur atque præcellit palatijs,deinde diadema,videlicet coronam ca- G
pitis noſtri,ſimulq; pallium,vel mitram phrygiam,nec non & ſuper humerale,vide-
licet lorum,quod imperiale circundare aſſolet collum, verumetiam & chlamydem
purpuream atq; tunicam coccineam,& omnia Imperialia indumenta, ſed & digni-
tatem Imperialium præſidentium equitum,conferentes etiam & Imperialia ſceptra,
ſimulq; & cuncta ſigna atq; banna etiam,& diuerſa ornamenta Imperialia, & oẽm
proceſsionem Imperialis culminis & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris enim reueren-
diſsimis,clericis diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruienti-
tibus,illud culmen,ſingularitatem, potentiam & præcellentiam habere ſancimus,
cuius ampliſsimus noſter ſenatus videtur gloria adornari,id eſt, patricios atq; conſu-
les effici,nec nõ & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgantibus decorari.
Et ſicut imperiales militia,ita & clerũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ornari decernimus.
Et quemadmodũ Imperialis potentia officijs diuerſis, cubiculariorũ nempe, oſtia-
riorum,atq; omniũ excubiarum ornatu,ita & ſanctam Romanam Eccleſiam deco- H
rari volumus. Et vt ampliſsimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc,vt
clerici eiuſdẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ manipulis & linteaminibus, id eſt, candidiſ-
mo colore decorari equos,& ita equitari.Et ſicut noſter ſenatus calciamentis vtitur
cum vdonibus,id eſt,candido linteamine illuſtrati,vt ſicut cœleſtia,ita & terrena ad
laudem Dei decorentur.Præ omnibus aũt licentiam tribuentes ipſi ſanctiſsimo pa-
tri noſtro Syluestro vrbis Romæ Epiſcopo & Papę,& omnibus qui poſt eum in ſuc-
ceſſum & perpetuis temporibus aduenerint beatiſsimis Pontificibus,pro honore &
gloria Chriſti Dei noſtri,in eadẽ Dei magna catholica & Apoſtolica Eccleſia,ex no
ſtro iudicio,quẽ placatus proprio concilio clericari voluerit,& in numero religio-
ſorum clericorum connumerare nullum ex omnibus præſumentem ſuperbè age-
re. Decreuimus itaque & hoc, vt idem venerabilis pater noſter Syluester ſummus
Pontifex,vel omnes eius ſucceſſores Pontifices diadema, videlicet coronam, quã ex
capite

A capite noſtro illi conceſsimus, ex auro puriſsimo & gemmis precioſis vti debeant, &
eorum capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſsimus
Papa ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omninò ipſa ex
auro non eſt paſſus vti corona. Phrygium quoque candido nitore ſplẽdidam reſur-
rectionem dominicam deſignans eius ſacratiſsimo vertici manibus noſtris impoſui-
mus, & tenentes frenum equi illius pro reuerentia beati Petri, ſtratoris officium illi
exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in
proceſsionibus, ad imitationem Imperij noſtri. Vnde vt pontificalis apex non vileſ-
cat, ſed magis amplius quàm terreni Imperij dignitas & gloriæ potentia decore-
tur, ecce tam palatium noſtrum, vt prædictum eſt, quamq; Romanæ vrbis, & omnes
Italiæ ſeu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates præfato beatiſsi-
mo Pontifici noſtro Syluestro vniuerſali Papæ concedimus atque relinquimus, &
ſucceſſorum ipſius Pontificum poteſtati & ditioni firma Imperiali cenſura per
B hanc diualem noſtram ſacram poteſtatem & pragmaticum conſtitutum decerni-
mus diſponendum, atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſu-
rum. Vnde congruum proſpeximus noſtrum Imperium & regni poteſtatem orien-
talibus transferri & tranſmutari regionibus, & in Byzantię prouincia in optimo lo-
co nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic cõſtitui Imperium, quoniam
vbi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab imperatore cœleſti
conſtitutum eſt, iuſtum non eſt vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc
verò omnia, quæ per hanc noſtram Imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſta
tuimus, atq; confirmauimus, vſq; in finem mundi illibata & inconcuſſa permanen-
da decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili
eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale conſtitutũ, omnes noſtros ſuc-
ceſſores, Imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſsimum ſenatum,
& vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cunctis retrò
C temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc,
quæ à nobis Imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel eius omnibus
Pontificibus conceſſa ſunt refragari, aut confringere, vel in quoquam conuellere.
Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut cõtemptor extiterit, æter-
nis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum
Petrum & Paulum ſibi in præſenti & futura vita ſentiat contrarios, atq; in inferno
inferiori cõcrematus cum diabolo & omnibus deficiat impijs. Huius verò imperia-
lis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus
beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus, ibiq; eidem cum Apoſtolo ſponden-
tes nos cuncta inuiolabiliter conſeruare, & noſtris ſucceſſoribus imperatoribus cõ-
ſeruanda in mandatis relinqui, patri noſtro Syluestro ſummo Pontifici & vniuerſa-
li Papæ, eiuſq; cunctis ſucceſſoribus Pontificibus, Domino Deo & ſaluatore noſtro
Ieſu Chriſto annuente, tradimus perenniter atq; fœliciter poſsidẽda. Et ſubſcriptio
D imperialis: diuinitas vos conſeruet per multos annos ſanctiſsimi patres. Datum Ro-
mæ ſub tertio die Calend. Aprilium, Domino noſtro Flauio Conſtantino Augu-
ſto quarto, Gallicano quarto, viris clariſsimis conſulibus.

Quo tempore actum ſit Nicenum Concilium.

CANONES generalium conciliorum à temporibus Conſtantini cœperunt. In præcedẽtibus nanque annis perſecutione feruente, docendarum plebium, niſi quæ à Romana proceſſerunt ſede, minimè dabatur facultas. Inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia Epiſcopis in vnum conuenire, niſi tempore ſuprà dicti Imperatoris: ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis liberè congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem Euangelicam & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos ſymbolum tradiderunt.

NICENI CONCILII E

PRAEFATIO.

BEATISSIMO Syluano in vrbe Roma Apoſtololicę ſedis antiſtite, Conſtantino Auguſto & Licinio Cæſare, conſulatu Paulini & Iuliani virorum clariſsimorum, ab Alexandro CCC. XXXVI. anno, menſe Iulio. XIII. Calend. Iulij, propter inſurgētes hæreſes fides catholica expoſita eſt apud Nicæam Bithyniæ, quam ſancta & reuerendiſsima Romana complectitur & veneratur Eccleſia, quippe quam trecenti decem & octo patres, mediantibus Victore atq; Vincentio religioſiſsimis Romanæ ſedis presbyteris, inſpirante Deo, ad obſtruenda Arrij venena, protulerunt. Nam & nonnullæ regulæ ſubnexæ ſunt, quas memorata ſuſcipiens F confirmauit Eccleſia. Sciendum eſt ſanè ab omnibus catholicis, quoniam ſancta eccleſia Romana nullis ſynodicis decretis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini, & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit, vbi dixit beato Petro Apoſtolo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcũq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſsimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die, vnoq; tempore glorioſa morte cum Petro ſub principe Nerone agonizans, coronatus eſt, & ambo pariter Eccleſiam ſanctam Romanam Chriſto Domino conſecrauerunt, alijsq; omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus aſsidua apud Dominum omnium ſanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatiſsimus Apoſtolus Romanis próprio chirographo pollicetur, dicens: Teſtis enim G mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio in orationibus meis. Prima ergo ſedes cœleſti beneficio Romanæ Eccleſiæ, quam beatiſsimi Petrus atq; Paulus ſuo martyrio dedicarũt. Secunda autem ſedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius diſcipulo atque Euangeliſta conſecrata eſt, quia & ipſe in Aegypto primus verbum veritatis directus à Petro prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium. Cui venerabilis ſucceſsit Abilius. Tertia verò ſedes apud Antiochiam eiuſdem beati Petri Apoſtoli habetur honorabilis, quia illic, priuſquam Romam veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopum conſtituit, & illic primum nomen Chriſtianorum nouellæ gentis exortum eſt. Nam & Hieroſolymitanus Epiſcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis, maximè quòd illic primus beatiſsimus Iacobus, qui dicebatur iuſtus, qui etiam ſecundum carnem frater Domini nuncupatus eſt, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis Epiſcopus ordinatus eſt. Itaque ſecundum antiquorũ patrum H definitionem ſedes prima in Hieroſolymis eſſe minimè dicitur, ne fortè ab infidelibus aut idiotis ſedes Domini noſtri Ieſu Chriſti (quæ in cœlo eſt) in terra eſſe putaretur. Etenim ſedes eius cœlum, terra autem ſcabellum pedum eius, quoniam ipſe eſt, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil, quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. Apud Epheſum verò beatiſsimus Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta multo tempore poſt Domini reſurrectionẽ & aſcenſionem in cœlos, diuina inſpiratione Euãgelium conſcripſit, atque requieuit. Et ob hoc Epiſcopus Epheſinus pro tanti Apoſtoli & Euangeliſtæ memoria, cæteris Epiſcopis metropolitanis in ſynodis honorabiliorẽ obtinet ſedẽ.

Rom. 1.

Sed quoniam de concilio Niceno diſſerendum eſt, quæ hæc fecit cauſa, vt poſt illam Apoſtolorum glorioſam prædicationem, quæ in omnem terram mirabiliter diffuſa eſt, ſub Conſtantino Auguſto, tanti congregarentur Epiſcopi? Rufini nobis decimus

A decimus liber, qui coniunctus eſt nouem libris Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quos vir eruditiſsimus Euſebius Cæſarienſis ædidit, neceſſariò profertur ad medium, vt pauca quæ eius inter initia de Arrij peruerſitate conſcripta ſunt, memorentur: quia dubiũ non eſt, ideo trecentos decem & octo ſanctiſsimos patres ex vniuerſo orientali orbe in Nicæa Bithyniæ congregatos, vt Arrij impium dogma Chriſti auxilio funditùs damnaretur, & ſalubri prouidentia conſtituerent, quid in ſancta catholica Eccleſia debeat obſeruari. Iam ad locum ex lib. 10. Rufini: Igitur cùm apud Alexandriam poſt Achillem qui Petri martyrio ſucceſsit, ſuſcepiſſet Alexander ſacerdotium, quia noſtris & quies à perſecutionibus erat, atq; Eccleſiarum gloria confeſſorũ meritis gaudebat, proſperitas rerum noſtrarũ domeſtica contentione turbabatur. Etenim preſbyter quidam apud Alexandriam nomine Arrius, vir ipſe & forma magis quàm virtute religioſus, ſed gloriæ laudiſq; & nouitatis improbè percupidus, praua quædam de Chriſti fide proferre, & quæ arte inquiſitionis inuenerat, cœpit. Abſcindere enim
B ac ſeparare ab illa æterna & ineffabili Dei patris ſubſtantia vel natura, filium conabatur. Quæ res in Eccleſia plurimos cõturbabat, & à dulci mentis tranquillitate dimouebat. Sed cum Alexander Epiſcopus natura lenis, & quietus, aſsiduè cõmonitionibus Arrium cuperet à prauo incœpto & aſſertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex ſententia procederet, & quod pleroſq; quodam cõtagio peſtiferæ aſſertionis infecerat, non ſolùm apud Alexandriam, verùm & per alias prouinciæ diſperſerat vrbes, pernicioſum fore credens, ſi diſsimularet à talibus, plurimis conſacerdotibus ſuis rem indicat. Quæſtio laicis innoteſcit. Sermo vſq; ad aures religioſi principis (quippe qui omni ſtudio & diligentia curaret quæ noſtra ſunt) peruenit. Tum ille ex ſententia ſacerdotum apud vrbem Nicæam Epiſcopale concilium conuocat, ibiq; Arrium trecentis decem & octo Epiſcopis reſidentibus adeſſe iubet, ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicare. Sed in eo concilio admirabile factũ principis nõ puto reticendũ. Etenim cùm ex omnibus penè locis Epiſcopi cõueniſſent,
C & (vt fieri ſolet) diuerſis ex cauſis inter ſe quædam iurgia detuliſſent, interpellabatur frequenter à ſingulis, offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc, quàm ad id pro quo fuerat ventum, animos dabant. At ille videns quod per huiuſmodi iurgia cauſa ſummi negocij fruſtraretur, diẽ certũ ſtatuit quo vnuſquiſq; Epiſcoporum, ſi quid querimoniæ habere videretur, deferret. Cùm reſediſſet, ſuſcepit à ſingulis libellos, quos ſimul oẽs in ſinu ſuo continens, nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad Epiſcopos: Deus vos cõſtituit ſacerdotes, & poteſtatẽ vobis dedit de nobis quoque iudicandi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudiciũ, vt & veſtra iurgia quæcunq; ſunt, ad illud diuinũ reſeruentur examen, vos etenim nobis à Deo dati eſtis dij. Conueniens nõ eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus de quo ſcriptũ eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorũ, in medio aũt Deos diſcernit. Et ideo his omiſ- *Pſal. 81.*
ſis alia quæ ad fidem Dei pertinent, abſq; vlla animorũ contentione diſcutite. Cùm
D hæc dixiſſet, oẽs querimoniarum libellos iuſsit exuri, ne innoteſceret illi odiũ & ſugillatio ſacerdotũ. Verùm cùm per dies multos in Epiſcoporũ concilio de fide quæſtio verteretur, & nõnulli diuerſa ſentirẽt, ac vehementer cœptis Arrij fauerent, plures tamen erant, qui impiũ execrarentur inceptũ. Cumq; in eodẽ concilio eſſet confeſſorum magnus numerus ſacerdotum, oẽs Arrij nouitatibus aduerſabantur. Fauebãt verò ei viri in quæſtionibus callidi, & ob id ſimplicitati fidei aduerſabantur. Quantam verò habeat virtutem fidei ſimplicitas, etiam ex his quæ ibi geſta ſunt, cognoſcimus. Etenim cùm pro ſtudio religioſi Imperatoris ex omni terra ſacerdotes Dei conueniſſent, opinione cõmoti Philoſophi quoq; & dialectici valde nobiles & opinatiſsimi conuenerunt. In quibus quidam inſignis in arte dialectica per dies ſingulos conflictum ſummi certaminis cum Epiſcopis noſtris viris æquè in dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat. Et fiebat ingens ſpectaculũ conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris, nec tamẽ vllo genere Philoſophus concludi à

quoquam poterat aut conſtringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæſtionibus E occurrebat,vt ibi maximè putaretur aſtrictus,velut anguis lubricus elaberetur. Sed vt oſtenderet Deus, quia non in ſermone regnum Dei, ſed in virtute conſiſtit,quidam ex confeſſoribus ſimpliciſsimæ naturæ vir, & nihil aliud ſciens niſi Chriſtum Ieſum,& hunc crucifixum,inter cæteros auditotes Epiſcopos aderat. Qui cùm vidiſſet Philoſophum inſultantem noſtris, & callida ſe diſputationis arte iactantem, poſcit ab omnibus locum,velle ſe paucis cum Philoſopho ſermocinari. Tum verò noſtri qui ſimplicitatem viri & imperitiam in ſermone duntaxat noſſent, pauere, & velut pudorem quendam pati,ne fortè apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas.Perſtitit tamē ſenior,& hinc mouit ſermonis exordium. In nomine, inquit,Ieſu Chriſti, Philoſophe audi quæ vera ſunt. Deus vnus eſt,qui fecit cœlum & terram, quiq; homini, quem de limo terræ formauerat, ſpiritum dedit,vniuerſa quæ videntur ſibi, virtute verbi ſui creauit, & ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit: hoc verbum ac ſapientia, quam nos filium dicimus, humanos miſeratus errores, ex F virgine naſcitur,& per paſsionem mortis à perpetua nos morte liberauit,ac reſurrectione ſua æternam nobis contulit vitam,quem expectamus iudicem omnium,quæ egerimus eſſe venturū.Credis hæc ita eſſe Philoſophe? At ille, ac ſi nunquam vllum ſermonem contradicendi didiciſſet,ita obſtupefactus, virtute dictorum mutus,ad omnia hoc ſolùm potuit reſpondere.Ita ſibi videri,nec aliud verum eſſe quàm dixerat.Tunc ſenior.Hæc,inquit,ſi ita eſſe credidiſti,ſurge & ſequere me ad Dominicū, & huius fidei ſignaculum ſuſcipe.Et ita Philoſophus Chriſtianus effectus, tandem ſe gratulatus eſt victum. In illo etiam concilio fuit Paphnutius homo Dei, Epiſcopus Aegypti,in quo tanta virtute inerat gratia,vt ſigna per eum nō minus, quàm dudum per Apoſtolos fierent.Quo etiam in tempore & Spyridion Cyprius Epiſcopus inſignis habebatur. Tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in Eccleſis Domini refulgebant,ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Intereà per dies ſingulos agitabatur conuentus,nec facilè aut temerè tanta ſtatuere audebant: & vo G cabatur Arrius frequenter in concilium,& aſsiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur,& quod aduerſum hæc tenere deberent ac ſtatui,ſumma cum deliberatione quærebant.Verùm poſt diutinum multumq; tractum,placuit omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur Homouſion conſcribi debere, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium confiteri,atque firmiſsima omnium ſententia pronunciatur.Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſſe dicuntur,quibus Arrij magis fides placeret,extrinſecus creatum Dei filium ex nullis ſubſtantibus,& non ex ipſa patris Deitate progenitum confirmantes.Defertur ad Conſtantinum ſacerdotalis concilij ſententia,ille tanquàm à Deo prolatam veneratur. Cui ſi quis tentâſſet obniti, velut contra diuina ſtatuta venientem,in exilium ſe proteſtatur acturum.

CANONES NICENI CONCILII, QVOD ACTVM EST SVB CONSTANTINO IMPERATORE, PAVLINO ET IVLIANO CONSVLIBVS FRATRIbus, CCCLXIII. III. Calendas Iulij. H

CVM conueniſſet hoc ſanctum & magnum concilium apud Nicæam ciuitatem prouinciæ Bithyniæ, ſtatuta ſunt ab eis hæc quæ infra ſcripta ſunt ex Græco in Latinum verſa ſermonem.

1 Si quis in ægritudine vel à medicis ſectus eſt,vel à barbaris caſtratus,placuit vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſe ipſum abſcindat, etiamſi eſt in clero, ceſſare debet, & ex hoc nullū

talem

A talem oportet ordinari. Sicut autem de his qui vel affectauerint hæc, vel auſi ſunt ſeipſos abſcindere, hæc quæ dicimus ſtatuta ſunt, ita ſi qui à barbaris vel à Dominis ſuis ſecti & probabilis vitæ ſint, tales ſuſcipit Eccleſiaſtica regula in clerum.

2 Quoniam multa, ſiue per neceſsitatem, ſiue ex quacunque cauſa contra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc cathechizati, vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent, & cõtinuò cùm baptizati ſunt, etiam ad Epiſcopatum, vel ad presbyterium prouecti ſunt. Rectè igitur viſum eſt de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus eſt vt ſit cathechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens nanque eſt Apoſtolicum præceptum dicens: Non neophytum, ne fortè elatus in iudicium incurrat & laqueum diaboli. Si verò procedente tempore aliquod peccatum admiſerit, & conuictus duobus vel tribus teſtibus fuerit, ceſſet à clero qui huiuſmodi eſt. Si quis verò præter hæc facit tanquam contraria ſtatutis ſancti concilij gerens, ipſe periclitabitur de ſtatu ſui cleri.

B 3 Omnibus modis interdixit ſancta ſynodus, neque Epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neq; vlli clericorum omninò licere habere ſecum mulierem extraneam, niſi fortè mater aut ſoror, aut auia, aut amita, vel matertera ſit: in his nanque ſolis perſonis, & harum ſimilibus, omnis quæ ex mulieribus eſt ſuſpicio declinatur: qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.

4 Epiſcopum oportet ab omnibus Epiſcopis, ſi fieri poteſt, qui ſunt in prouincia eius ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente neceſsitate, vel itineris longitudine, certè tres Epiſcopi debent in vnum eſſe congregati, ita vt etiam cæterorum qui abſentes ſunt, conſenſum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit per ſingulas prouincias ad metropolitanum Epiſcopum.

5 Seruetur iſta ſententia, vt hi qui ab alijs excommunicantur, ab alijs ad communionem non recipiantur. Requiratur ſanè ſi fortè aliqua indignatione, aut contentione,
C aut qualibet commotione Epiſcopi ſui excõmunicati ſint. Vt ergo digna hæc poſsint examinatione perquiri, rectè viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis prouincijs bis in anno Epiſcoporum concilium fieri, vt ſimul in vnum conuenientes, ex communi prouincia huiuſmodi examinent quęſtiones, vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſas merito contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque in communi vel ipſi Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam. Habeatur autem ſemel concilium ante dies quadrageſimæ, vt omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mũdum ſolenne Deo munus poſsit offerri. Secundũ verò agatur circa tẽpus Autumni.

6 Mos antiquus perduret in Aegypto, vel Libya, & Pentapoli, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quoniamquidem & Romano Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam cæteraſque prouincias honor ſuus vnicuique ſeruetur Eccleſiæ. Per omnia autem manifeſtum eſt, quod ſi
D quis præter voluntatem & conſcientiam metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & ſanctum cenſuit non debere eſſe Epiſcopum. Sanè ſi communi omnium conſenſu rationabiliter probato ſecundum Eccleſiaſticam regulam duo vel tres animoſitate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum ſententia ſacerdotum.

7 Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, vt Eliæ Hieroſolymorũ Epiſcopo primus honor deferatur, habeat conſequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

8 Si qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto concilio vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeãt confeſsionem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur ſe communi conſenſu catholicæ Eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos, id eſt communicaturos ſe & his qui fortè ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tẽpore lapſi ſunt, quibus

tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſſcriptum eſt, vt in omnibus ſequantur E ea, quæ in Eccleſia catholica obſeruantur. Et ſicubi ijdem ipſi fuerint inuenti, ſiue in vicis ſeu in vrbibus clerici ordinati à catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, vnuſquiſque tamen in ſuo ordine. Si verò Epiſcopus vel presbyter catholicæ Eccleſiæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum eſt, quòd Epiſcopus quidem Catholicus ſuam habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi verò qui ab iſtis veniunt, ſi fortè Epiſcopus fuerit, habeat ſacerdotij dignitatem, niſi forte placeat Epiſcopo catholico concedere ei etiam Epiſcopalis nominis honorẽ. Si verò non placuerit, inueniat ei locum, vt ſit in parœcia Coepiſcopus, aut in clero presbyter, & in ciuitate vna, non videantur duo Epiſcopi eſſe, & ille omnimodè in clero permanere videatur.

9 Si qui examinatione promoti presbyteri ſunt, & poſtea examinati confeſsi ſunt peccata ſua, & cùm confeſsi fuiſſent contra regulam venientes, homines manus eis temerè impoſuerunt, hos Eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim F quod irreprehenſibile eſt, defendit Eccleſia.

10 Quicunque ex lapſis per ignorantiam ſunt ordinati, vel contemptum eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ Eccleſiaſticæ, cùm enim cõpertum fuerit, deponantur.

11 Placuit ſanctæ ſynodo, licet indigni ſunt miſericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oſtendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles ſunt, ſeptem annis alijs inter pœnitentes ſint, duobus autem annis ijdem ſine oblatione in oratione ſola participent populo. Si qui verò per Dei gratiam vocati, primò quidem oſtenderunt fidem ſuam, diſpoſito militiæ cingulo, poſt hæc autem ad proprium vomitum reuerſi ſunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rurſum ad militiam, iſti decem annis ſint inter pœnitentes poſt primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus verò illud præcipuè obſeruetur, vt animus eorum & fructus pœnitentiæ obſeruetur. Quicunque enim G cum omni timore & lacrymis perſeuerantibus & operibus bonis conuerſationem ſuam non verbis ſolis, ſed opere & veritate demonſtrant, cum tempus ſtatutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperunt communicare, licebit etiam Epiſcopo humaniùs circa eos aliquid cogitare. Qui verò indifferenter habuerint, lapſum & ſufficere ſibi quod Eccleſiam introierunt, arbitrantur, iſti omnimodò tempora ſtatuta complebunt.

12 De his verò qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula obſeruabitur etiam nunc, ita vt ſi fortè quis recedit ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudatur. Quod ſi deſperatus aliquis recepta communione ſuperuixerit, ſit inter eos qui ſola oratione communicant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, in tradendo eius communionem, & cura & probatio ſit Epiſcopi.

13 Placuit hoc & ſancto & magno concilio de cathechumeis qui lapſi ſunt, vt tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo, poſt hæc verò orent cum H cathechumenis.

14 Peruenit ad ſanctum cõcilium, quod in locis quibuſdam & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta diaconi porrigant, hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij nõ habent poteſtatem, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diacones etiam ante Epiſcopos ſacrementa ſumunt. Hæc omnia amputentur, & accipiant ſecundum ordinem poſt presbyteros ab Epiſcopo vel à presbytero ſacram communionem. Quòd ſi non fuerit in præſenti vel Epiſcopus vel presbyter, tunc ipſi proferant & edant. Sed nec ſedere quidem in medio presbyterorum diacones. Si quis autem non vult his ſufficiens eſſe, poſt hanc definitionem ceſſet eſſe diaconus.

15 Propter multas perturbationes & frequentes tumultus ſeditionum, quæ fieri ſolent, placuit omnimodo iſtam abſcindi conſuetudinem, quæ contra regulam eſt, ſicubi

A ſicubi tamen ſit,id eſt,ne de ciuitate in ciuitatem tranſeat vel Epiſcopus, vel presbyter,vel diaconus.Si quis verò poſt hæc ſtatuta ſancti huius concilij tale aliquid agere tentauerit,infringetur omni genere huiuſcemodi conatus,& reſtituatur propriæ Eccleſiæ,in qua ordinatus eſt.

16 Si qui verò timorem Dei ante oculos non habentes,neque Eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes,receſſerint ab Eccleſia ſua,ſiue presbyter ſiue diaconus,vel in quocũque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint,non debent ſuſcipi in Eccleſia,ſed cum omni neceſsitate cogantur,vt redeant ad Eccleſiam ſuam: quòd ſi permanſerint, excommunicare eos oportet.

17 Si quis auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet,ordinare in ſua Eccleſia, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi ipſius à quo receſsit clericus,irrita erit huiuſmodi ordinatio.

18 Quoniam multi clerici auaritiæ cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diui-
B ni præcepti,quo dictum eſt. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram,fœnerantes centeſimas exigant: ſtatuit hoc ſanctum concilium, ſi quis inuentus fuerit poſt hãc definitionẽ vſuras accipere,vel ex quolibet tali negocio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſextuplum dare omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum,deijciatur à clero,& alienus ab Eccleſiaſtico habeatur gradu.

19 Si quis confugit ad Eccleſiam catholicam de Pauliniſtis & Cataphygis, ſtatutum eſt rebaptizari eos debere.Si qui verò clerici erant apud eos,ſi quidem inculpati fuerint,& irreprehenſibiles, rebaptizati rurſus etiam ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ catholicæ. Si verò examinati minus fuerint apti deprehenſi, deponi eos oportet.Similiter autem & circa diacones,& de omnibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma ſeruabitur. Commemorauimus autem diaconiſſas,quæ in hoc ordine inuentæ ſunt,quæ nec manus impoſitionem aliquam habeant,vt omnimodò inter laicas habeantur.Similiter autem diaconiſſæ quæ in catholico canone
C non habentur,ſimili loco,id eſt laicæ tanquam non conſecratæ, deputentur.

20 Quoniam ſunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes,& in diebus Pentecoſtes,propterea eſt itaq; ſtatutum à ſancta ſynodo,quoniam conſona & conueniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt,vt ſtantes ad orationem Domino vota reddamus.

SYMBOLVM EIVSDEM NIceni Concilij.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem,viſibilium & inuiſibilium conditorem.Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum de Deo,lumen de lumine,Deum verum de Deo vero, natum, non fa-
D ctum,conſubſtantialem patri,id eſt,vnius ſubſtantiæ cũ patre(quod Græci homouſion dicunt) per quẽ omnia facta ſunt,quæ in cœlo & in terra.Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, atq; homo factus eſt,paſſus,mortuus eſt,& reſurrexit tertia die, aſcendit ad cœlos,venturus iudicare viuos & mortuos.Et in Spiritum ſanctum.Eos autem qui dicunt, erat quando non erat,& antequam naſceretur non erat,& quod ex nullis exiſtentibus factus eſt,aut ex aliqua ſubſtantia vel natura,eum dicens eſſe mutabilem,& conuertibilem filium Dei perhibendo.hos anathematizat & condemnat catholica & Apoſtolica Eccleſi. Hæc eſt fides quam expoſuerunt partes primum quidem aduerſus Arrium blaſphemum,dicentem creaturam eſſe filium Dei,& aduerſus omnem hæreſim, Sabellij,Fotini,Pauli Samoſatheni,Manichæi,Valentini,Martionis,& aduerſus omnem omninò hæreſim,ſi qua inſurrexerit contra catholicam Eccleſiam, quam omnes condemnauerunt in Nicæa congregati Epiſcopi trecenti decem & octo.

CONCI-

CONCILIVM CONSTAN-TINOPOLITANVM, HABITVM AB CL. EPISCOPIS, SVB THEODOSIO MAIORE, SIAGRIO ET EVCHERIO conſ. era. CCCCXIX. aduerſus Macedonium. E

HAE regulæ ſiue definitiones ſunt expoſitæ ab Epiſcopis CL. qui in vnum Conſtantinopolim conuenerunt, quãdo beatus Nectarius Epiſcopus ordinatus eſt, damnato Maximo Cynico, quorum nomina & prouinciæ continentur in Græco. F

1 Canon primus: Non ſpernendam eſſe fidem patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ côuenerunt, ſed manere eam ratam oportet: & anathematizare omnem hæreſim, ſpecialiter autem Eunomianorum, imò Anomianorum, qui Latinè ſine lege dicuntur, & Arrianorum, ſiue Eudoxianorum ſemina Arrianorũ, nec non Pneumatomachorum, id eſt qui contra Spiritum ſanctum pugnant: & Sabellianorum & Marcellianorum & Fortinianorum & Apollinariſtarum.

2 Epiſcopi qui extra diœceſim ſunt, ad Eccleſias quę extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant & permiſceant Eccleſias ſecundum regulas conſtitutas. Alexandriæ quidem Epiſcopi ſolius Orientis curam gerant, ſeruatis honoribus primatus Eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ ſynodi continentur. Sed & Aſianę diœceſis Epiſcopi ea quæ ſunt in Aſia, & quę ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem Epiſcopi, Ponticæ tantum diœceſis habeant curam. Thraciæ verò, ipſius tantummodo Thraciæ. G

3 Non inuitati Epiſcopi vltra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcunq; diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula, quæ ſuprà ſcripta eſt, de vnaquaque diœceſi: manifeſtum namque eſt, quòd per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare & gubernare omnia debeat, ſecundum ea quæ ſunt in Nicæa definita.

4 Eccleſias autem Dei, quæ ſunt in barbaricis gentibus conſtitutæ, regere atque adminiſtrare oportet ſecundum conſuetudinem, quæ à patribus obtinuiſſe dinoſcitur.

5 Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propter quod ſit noua Roma.

6 Propter totius indiſciplinationis eius doctrinam quæ Conſtantinopoli orta eſt, vt neque maximus fuiſſe aut eſſe etiam putetur Epiſcopus ſtatutum eſt, neque hi H qui ab eo ſunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus ſcilicet quæ circa eum vel ab eo geſta ſunt, in irritum reuocatis.

SYMBOLVM EIVSDEM CONCILIJ Conſtantinopolitani.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, vnigenitum ex patre natum ante omnia ſecula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homouſion patri, hoc eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines

Amines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine homo factus eſt, paſſus ſub Pontio Pilato, ac ſepultus, & tertia die reſurrexit, aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram patris, indè venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in Spiritũ ſanctum Dominum & viuificatorem ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, qui locutus eſt per Prophetas, vnã Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi, Amen.

Nomina CL. Sectarius Conſtant. Thimotheus Alexandriæ, Dorotheus à Corintho, Cyrillus Hieroſolymitanus, Calaſius Cæſarien. Macer Hiericontius, Dionyſ. Dioſpolitanus, Priſcianus Nicopolitanus, Saturninus Sebaſtien. Auxentius Aſcalo. Elianus Ranienſis, Zenon Tyrius, Paulus Sydo. Deisbus à Ptolemaida, Phi-
B lippus Damaſc. Varachus Peneaclenſis, Timotheus, Baſilides,
Abibo, Mochinius Araclenſis, &c.

SYNODVS EPHESINA PRIMA DVCENTORUM Epiſcoporum, habita aduerſus Neſtorium Cõſtantinopolitanum Epiſcopum, qui purum hominẽ ex ſancta virgine Maria natũ aſſeruit, vt aliam perſonã carnis, aliam faceret deitatis, nec vnũ Chriſtũ in verbo Dei & carne ſentiret: ſed ſeparatim atq; ſeiunctim alterum filiũ Dei, alterũ hominis prædicaret. Conuenit aũt hæc ſynodus Theodoſio iuniore tertiodecimo, & Valentiniano tertio conſulibus, Era. CCCCLXVIII. Cui ſynodo præſedit beatiſs. quõ-
C dam Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus, qui cũ omni concilio ad eundem Neſtorium hæc ſynodalia decreta trãſmiſit.

EPISTOLA EPHESINI CONSILII AD NESTORIVM.

RELIGIOSO & Deo amabili conſacerdoti Neſtorio Cyrillus, vel quicunq; ſunt apud Epheſi ſynodum. Cùm ſaluator noſter apertè pronunciet, qui diligit patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus: & qui diligit filium aut filiam ſu-
D per me, non eſt me dignus: quid nos patiemur, qui depoſcimur à tua religione, vt te ſuper Chriſtum ſaluatorẽ omnium diligamus? Quid enim nobis in die iudicij proderit, aut quã ſatisfactionem reperire poterimus propter tam diuturnum ſilentium de prolatis à te contra eum blaſphemijs? Et ſi quidem te tantummodò læderes, docens iſta vel ſentiens, ſollicitudo nobis minor exiſteret. Cùm verò totam ſcandalizaueris Eccleſiam, & fermentũ inſolitæ prauitatis & nouæ hæreſis miſcueris in populis, nec tantùm ibidem poſitis, ſed vbiq; conſiſtentibus (nã tuarum expoſitionũ libri per cuncta vulgati ſunt) pro noſtro ſilentio quæ oratio vltra vel excuſationis ſermo ſufficiat? Aut quomodo nõ neceſſe ſit meminiſſe Chriſti Domini ſic dicentis? Nõ putetis quòd venerim pacẽ mittere in terram: nõ veni pacẽ mittere ſed gladiũ: veni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam. Nã cùm læditur fides, parentũ reuerentia velut inutilis & periculoſa deſpici-

 tur,

tur,& amor erga filios fratresq; vitatur,ad poſtremum etiam ſuper ipſam vita mors E
potiùs à pijs viris eligitur,vt meliorem reſurrectionẽ (ſicut ſcriptum eſt) cõſequantur.Ecce itaque te ſimul cum ſancta ſynodo,quæ apud amplam vrbem Romam cõgregata eſt, præſidente ſanctiſsimo & reuerendiſsimo patre conſacerdote noſtro Cœleſtino Epiſcopo,his ſcriptis ſynodicis te etiam tertiò conuenimus, conſilium dantes,vt à tam prauis abſtineas dogmatibus,quæ & ſentire cognoſceris & docere: recipias verò fidem rectam Eccleſijs per beatiſsimos Apoſtolos & Euangeliſtas ab initio traditam,qui & oculis inſpexerunt,& miniſtri verbi fuiſſe monſtrãtur.Quod ſi hoc religio tua facere diſtulerit,iuxta dilationem literis præfinitam ſanctiſsimi & reuerendiſsimi conſacerdotis noſtri Romanæ præſulis Eccleſiæ Cœleſtini,ſcias te nullam ſortem habere nobiſcum,nec locum aut conuiuium cum Dei ſacerdotibus & Epiſcopis obtinere.Non enim fas eſt conteri non ſolùm Eccleſias ita turbatas & ſcandalizatas populis,fidemq; rectiſsimam violatam diſsipatamq; quin etiam gregem quem cuſtodire debueras,ſi quidem iuxta nos amator recti dogmatis extitiſſes, F
ſanctorum patrum veſtigia pia conſectans. Omnes itaque quos propter fidem tua religio à communione remouit,aut ab ordine ſuo depoſuit laicos & clericos in noſtram communionem recipimus: non enim iuſtum eſt eos tuis decretis opprimi,qui nouerunt recta ſentire,qui etiam benefacientes tibi prudentiſsimè reſtiterunt, hoc idem nanq; in Epiſtola quam miſimus ad præſulem amplæ Romæ ſanctum & Coëpiſcopum noſtrum Cœleſtinum ſignificare curaſti.Non autem ſufficit vel tuæ religionis tantummodo fidei ſymbolum confiteri,quod expoſitum eſt per idem tempus,ſpiritu ſancto largiente, & venerando & magno concilio apud Nicæam congregato.Hoc enim non intellexiſti,nec rectè interpretatus es,quinimò peruersè, licet ſono vocis eadem verba protuleris.Sed conſequens eſt etiam iureiurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata,ſentias autem & doceas quæ nos vniuerſi per orientem ſeu per occidentem Epiſcopi & magiſtri,præſulesq; populorum credimus & docemus. Epiſtolis autem ab Alexandria tuæ reli- G
gionis directis Eccleſia conſenſum præbuit,tam ea quæ apud vrbem Romanam cõuenit ſancta ſynodus,quàm etiam nos omnes velut rectè irreprehenſibiliterq; conſcriptis.Subdidimus autem his noſtris, quæ ſentire oporteat & docere, & à quibus abſtinere conueniat: hæc eſt enim catholicæ Eccleſiæ,cui cũcti conſentiunt orthodoxi per orientem occidentemq; Pontifices.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium Dei,natum de patre vnigenitũ,hoc eſt,ex ſubſtantia patris,Deũ ex Deo,lumen ex lumine,Deum verũ ex Deo vero,natum nõ factum,homouſion patris,hoc eſt,vnius cũ patre ſubſtantiæ per quẽ omnia facta ſunt in cœlo & in terra: qui propter nos homines & propter noſtrã ſalutem deſcendit de cœlis.Et incarnatus eſt,& homo factus paſſus eſt,& reſurgens tertia die aſcendit in H
cœlos,inde venturus iudicare viuos & mortuos.Et in ſpiritũ ſanctum. Eos aũt qui dicunt,erat tempus quãdo non erat,& antequã naſceretur non erat,& quia ex nullis exiſtentibus factus eſt,aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia eſſe dicunt,aut cõuertibilem vel cõmutabilem Dei filiũ anathematizat catholica Eccleſia.Sequẽtes itaq; omnium ſanctorũ patrum cõfeſsiones,quas loquente in eis ſancto ſpiritu protulerunt, & intentioni quæ eſt in eorũ intellectibus æquis veſtigijs inhærentes, atq; iter ambulantes regium,profitemur quòd ipſum vnigenitũ Dei verbum natũ ex ipſa patris eſſentia,de Deo vero Deus verus,lumen de lumine,per quem omnia facta ſunt,ſiue in cœlis ſiue in terra,ſalutis noſtræ cauſa deſcendens ad exinationẽ ſeſe dignatus eſt inclinare, natus autem & homo factus, id eſt, carnem de virgine ſancta ſuſcipiens, eãq; propriam faciens,natiuitatem noſtram ea ex vulua ſuſtinuit, homo de muliere procedens,nec quod erat abijciens. Nam licet factus ſit in aſſumptione carnis & ſangui-

A ſanguinis,tamen etiam quod erat Deus natura ſcilicet & veritate perſiſtens.Nec car
nem itaque dicimus in naturam deitatis eſſe conuerſam, nec in ſubſtantiam carnis
inſeparabilem Dei verbi eſſentiam commutatam. Inconuertibilis eſt enim & incõ-
mutabilis,idemq; ipſe iuxta ſcripturas iugiter manens.Viſus eſt aũt & paruulus,po-
ſitusq; in cunabilis,& ſinibus genetricis virginis conſtitutus vniuerſam creaturam
replebat,vt Deus genitori ſuo indiuiſus exiſteret.Quod enim diuinũ eſt,ſine quan-
titate,& ſine mole cognoſcitur.Nec vllis terminis contineri verbum Dei ſecundum
ſubſiſtentiam confitentes, vnum adoramus filium & Dominum Ieſum Chriſtum,
non ſeorſum ponentes,& determinantes hominem Deum velut inuicem ſibi digni-
tatis & auctoritatis vnitati coniunctũ,hoc enim nouitas vocis eſt,& nihil aliud: nec
item Chriſtum ſpecialiter nominantes Dei verbũ,quod ex Deo eſt nec alterũ ſimili-
ter Chriſtum ſpecialiter,qui de muliere natus eſt, ſed vnum ſolummodo Chriſtum
Dei patris verbũ cum propria carne cognoſci.Tunc enim etiam iuxta nos vnctus eſt,
B quamuis ſpiritũ dignis ipſe contulerit,& nõ ad menſurã, ſicut beatus Ioannes Euã-
geliſta aſſeruit.Sed nec illud dicimus, quod Dei verbum velut hominem cõmunem
qui de ſancta virgine natus eſt habitauerit,nec Deum homo Chriſtus habitatorem
poſſidere credatur Quanuis enim habitauerit in nobis,& dictum ſit in Chriſto ha-
bitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus verbum
quod caro factum eſt,non ſicut in ſanctis habitare dicitur,nec talem in ipſo habita-
tionem factã definire tentabimus,ſed vnus iuxta natura nec in carnem penitus cõ-
mutatus talem ſibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur,
ad proprium corpus.Vnus igitur eſt Chriſtus & Dominus,non velut coniunctione
qualibet in vnitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum. Non enim
poteſt venire naturam ſola dignitatis æqualitas.Denique Petrus & Ioannes æqualis
ſunt ad alterutrum dignitatis, propter quod Apoſtoli & ſancti diſcipuli eſſe mon-
ſtrantur,veruntamen vterq; non vnus eſt. Nec iuxta collationẽ vel connextionem
C modum coniunctionis aduertimus, hoc enim ad vnitatem non ſufficit naturalem:
nec ſecundum participationis effectum nos etiam ſicut adhærentes Domino vnus
cum eo ſpiritus ſumus, imò potiùs coniunctionis nomen euitamus, tanquam non
exiſtens idoneum quod ſignificat vnitatis arcanum.Sed neq; Deum aut Dominum
Chriſti verbum Dei patris aſſerimus, ne iterum manifeſtius in duo diuidamus, vnũ
Chriſtũ filium & Dominũ & in crimen ſacrilegij recidamus,Deum illi ſeipſum fa-
cientes & Dominum.Vnitus quippe ſicut ſuperiùs diximus Deus verbũ carni ſecun-
dum ſubſtantiam,Deus quidem eſt omniũ & dominator vniuerſitatis. Veruntamẽ
nec ſeruus eſt ſibijpſi nec Dominus, quoniam ineptum eſt vel potiùs impium hoc
ſentire vel dicere.Quãuis enim dicat Deũ ſuum patrem,cum ſit Deus & de ſubſtan-
tia eius,tamen nullatenus ignoramus, quòd manens Deus,homo quoq; factus eſt,
qui ſub Deo debitam legẽ naturæ humanitatis aſſumeret. Ipſe verò ſibi quomodo
vel Deus poterit eſſe vel Dominus?ergo ſicut homo quantũ decenter exinanitionis
D menſuræ congruit ſub Deo eſſe,nobiſcum eſſe decreuit.Hoc etiam quomodo ſub le
ge factus eſt,quãuis ipſe promulgauerit legẽ,& legiſlator vt Deus exiſteret,cauemus
de Chriſto dicere.Propter aſſumentem veneror aſſumptum.Et propter inuiſibilem
adoro viſibilem. Horrendum verò ſuper hoc eſt etiam illud dicere,is qui ſuſceptus
eſt cum eo qui ſuſcipit,nuncupatur Deus.Qui enim hæc dicit,diuidit iterum in du-
os Chriſtos eum qui vnus eſt,hominẽ ſeorſum in parte,& Deũ ſimiliter in partè cõ-
ſtituens.Euidenter enim denegat vnitatẽ,ſecundum quã non alter cũ altero coad-
oratur,aut nuncupatur Deus, ſed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus filius Dei vnige-
nitus,vna ſeruitute cum propria carne venerandus.Confitemur etiam quod idẽ ip-
ſe qui ex Deo patre natus eſt filius vnigenitus Deus,licet iuxta naturam ſuam expers
paſſionis extiterit,pro nobis tamen ſecundũ ſcripturas carne percuſſus vel perpeſſus
ſit,& erat in crucifixo corpore propriæ carnis impaſſibiliter ad ſe referens paſſionẽ.
Gratia verò Dei pro omnibus guſtauit mortẽ, tradens & propriũ corpus, quãuis &

naturaliter ipſe vita ſit,& reſurrectio mortuorum.Nam vt mortē ineffabili potentia E
proculcaret,ac pius in ſua carne primogenitus Deus,licet iuxta naturam ſuā mortis
expers,ex mortuis fieret primitiæ dormientium,viamq́; faceret humanæ naturæ ad
incorruptionis recurſum,gratia Dei ſicut ſuprà dictum eſt, pro hominibus guſtauit
mortem,& tertia die reſurgens expoliauit infernū.Idcirco quamuis dicatur, quòd
per hominē facta ſit reſurrectio mortuorū,tamen intelligimus hominē factum ver-
bum quod ex Deo eſt,& per ipſum mortis imperiū fuiſſe deſtructū.Veniet aūt tem-
poribus præfinitis ſicut eſt vnus filius & Dominus in gloria patris,vt iudicet orbem
terrarū in æquitate,ſicut ſcriptura teſtatur. Neceſſariò igitur & hoc adijcimus: au-
nunciantes enim ſicut ſecundum carnem mortē vnigeniti filij Dei,id eſt, Ieſu Chri-
ſti & reſurrectionem eius,& in cœlis aſcenſionē pariter confitentes,incruentā cele-
bramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem: ſic etiā ad myſticas benedictiones accedi-
mus,& ſanctificamur participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omniū
noſtrū redemptoris effecti,non vt cōmunem carnē percipientes (quod abſit) nec vt F
viri ſanctificati & verbo coniuncti ſecundū dignitatis vnitatē,aut ſicut diuinā poſſi-
nā poſſidentes habitationē,ſed verè viuificatricem & ipſius verbi propriā factā. Vita
enim naturaliter vt Deus exiſtens,quia propriè carne vnitus eſt, viuificatricē cū eſſe
Ioan. 6. profeſſus eſt.Et ideo quāuis dicat ad nos,Amen amen dico vobis,niſi manducaueri-
tis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinē,nō tamē eam vt hominis vnius ex
nobis exiſtimare debemus: quomodo enim iuxta naturā ſuam viuificatrix eſſe caro
poterit hominis? ſed vt verè propriā eius factā,qui propter nos filius hominis eſt fa-
ctus & vocatus. Eas aūt voces, quas ſaluator in Euangelijs protulit non in duabus
ſubſtantijs aut perſonis omninò patimur.Nō enim duplex eſt vnus Chriſtus & De-
us ſolus,quamuis ex duabus diuerſiſq́; rebus ad vnitatē cognoſcitur indiuiduā con-
ueniſſe,ſicut homo quoq; ex anima conſtat & corpore,non duplex vnus,ſed potiùs
eſt ex vtroq;.Humanas ergo & diuinas inſuper voces ab vno Chriſto dictas adimad-
uertentes rectè ſentimus.Cùm enim de duobus digniſsimè loquitur de ſeipſo: Qui G
me videt, videt & patrem: & ego & pater vnum ſumus: diuinam eius intelligimus
ineffabilemq́; naturam,ſecundum quam vnus eſt cum patre ſuo propter vnam ean-
demq́; ſubſtantiam,imago & character,ſplendor gloriæ ei eius exiſtens. Cùm verò
humanæ naturæ menſuram nullatenus ignorans Iudæos alloquitur:Nunc me quæ-
ritis occidere hominem qui veritatem loquutus ſum vobis: item nō minus eum, qui
in ſimilitudinem & qualitatem patris eſt,Deum verum etiam in menſuris humani-
tatis eiut agnoſcimus.Si autem neceſſariò creditur, quòd natura Deus exiſtens, fa-
ctus ſit caro, imò potiùs homo animatus anima rationali,quæ cauſa eſt, vt in eius
quilibet vocibus erubeſcat, ſi eas homine dignas effatus eſt? Quòd ſi ſermones ho-
mini congruentes abijcit, iuxta nos hominem fieri quid coëgit? Cùm verò ſe pro-
pter nos ad exinanitionē ſpontaneam miſericorditer inclinauerit,quam ob cauſam
dignos examinationē ſermones effugerit? Vni igitur perſonæ cuncta eius in Euan-
gelio aſcribimus,vni ſobſtantiæ verbi ſcilicet incarnati,quia vnus eſt Dominus Ie- H
ſus Chriſtus,vt ſcriptum eſt. Appellatum verò ab Apoſtolo Pontificem confeſsio-
nis noſtræ tanquam ſacrificantem Deo & patri fidei noſtræ confeſsionem,quæ à no
Pſal. 93. biſipſis ipſi Deo patri inceſſanter offertur,iterum ipſum eſſe dicimus ex Deo ſecun-
dum Naturam filium vnigenitum,nec homini præter eū alteri ſacerdotij nomen &
officium deputamus, factus eſt enim mediator Dei & hominum, reconciliator ad
pacem,ſemetipſum Deo & patri pro nobis offerens in odorem ſuauitatis. Ideoque
dicebat: Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſta pro peccato non tibi pla-
cuerunt, corpus autem perfeciſti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri ſcri-
ptum eſt de me, vt facerem Deus voluntatem tuam. Obtulit enim proprium cor-
pus non pro ſe,ſed pro nobis in odorem ſuauitatis. Nam qua pro ſe, vel oblatione,
vel ſacrificio indigeret, omni peccato liber vt Deus exiſtens? Quòd ſi omnes
peccauerint,& egent gloria Dei, ſecundum hoc quod ſumus, ad mutabilitatis ex-
ceſſum

A ceſſum proniores effecti peccatis ægrotauit humana Natura. Ipſe verò non ita: ideoque nos gloria eius egemus. Cur erit vltra iam dubium, quod agnus verus pro nobis ſit immolatus? Qui autem dicit, quia ſeipſum tam pro ſe, quàm pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cùm nihil prorſus iſte deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione, nullo ſuo exiſtente facinore? pro quo ſi eſſet ſatis admodum conuenienter offerret.

De ſpiritu quoque cùm dicit, Ille me clarificabit, hoc rectiſsimè ſentientes, vnum Chriſtum Dominum & filium non velut alterius egentem gloria confitemur à ſpiritu ſancto gloriam conſecutum, quia eius ſpiritus, nec melior nec ſuperior ipſo eſt. Sed quia humana opera faciens ad demonſtrationem ſuæ deitatis, virtute proprij ſpiritus vtebatur, ab ipſo glorificari dicitur, quod virtus ſua vel diſciplina quęlibet vnũquenque clarificet. Quamuis enim in ſua ſit ſubſtantia ſpiritus eius, & intelligatur in perſona proprietas, iuxta id quod ſpiritus eſt, & non filius, attamen alienus ab illo B non eſt. Nam ſpiritus appellatus eſt veritatis, & veritas Chriſtus eſt, vnde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Deo patre procedit. Denique hic & ipſe ſpiritus etiam per ſanctorum manus Apoſtolorum miracula glorioſa perficiens Dominum glorificauit Ieſum Chriſtum, poſtquam aſcendit in cœlum. Nam creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtens, per ſuum ſpiritum virtutes efficiens: ideoq; dicebat, de meo accipiet, & annunciabit vobis. Nequaquam verò participatione alterius idem ſpiritus ſapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus eſt, & nullo prorſus indigens bono. Nam paternæ virtutis & ſapientiæ, id eſt, filij ſpiritus creditur, & ideo ipſe re & ſubſiſtente virtute virtus & ſapientia comprobatur. Igitur quia Deum carne vnitum iuxta ſubſiſtentiam ſancta virgo corporaliter peperit: idcirco eam Dei genetricem eſſe profitemur, non quod verbi Natura exiſtendi principium de carne ſortita ſit. Erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipſe conditor ſeculorum patri coæternus & vniuerſitatis conditor: ſed quod ſu- C periùs diximus, iuxta ſubſiſtentiam ſibimet vniens humanam naturam, natiuitatem ſuſtineret ex ipſa vulua corporea. Non quod eguerit neceſſariò propter ſuam naturam natiuitate quæ eſt in extremis ſeculi facta temporibus, ſed vt ipſas benediceret ſubſtantiæ noſtræ primitias. Et dum Deum carne vnitum mulier ædidiſſet, illa quæ aduerſus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, deſineret nec iam morti noſtra corpora deſtinaret. Illud quoque quod dictum eſt. In triſtitia paries filios, ipſe diſſoluens verum eſſe monſtraret, quod Prophetæ voce prædixerat: Abſorpta eſt mors in victoria. Et iterum: Abſtulit Deus omnem lacrymã ab omni facie. Propter hanc enim cauſam dicimus eum diſpenſatoriè, & ipſis tunc benedixiſſe nuptijs, cùm in Cana Galilææ cum ſanctis vocatus fuit Apoſtolis. Hæc ſapere edocti ſumus tam à ſanctis Apoſtolis quàm Euangeliſtis, & ab omni ſcriptura diuinitùs inſpirata, necnon & à beatis patrum confeſsionibus veritate ſubnixis. His omnibus etiam religionem tuam cõcordare, & præter aliquẽ dolum conſentire conuenit. Quæ verò D huic religioni tuæ anathematizare neceſſe eſt, huic Epiſtolæ noſtræ ſubiecta ſunt.

CONCILII EPHESINI

DECRETA I.

SI quis non confitetur Deum eſſe veraciter Emmanuel, & propterea Dei genetricem ſanctam virginem peperit enim ſecundum carnem, carnem Dei factum verbum, ſecundum quod ſcriptum eſt, verbum caro factum eſt, anathema ſit.

2 Si quis non confitetur carni ſecundum ſubſtantiam vnitum Dei patris verbum, vnumq; eſſe Chriſtum cum propria carne eundem, ſcilicet Deum ſimul & hominem, anathema ſit.

3 Si quis in vno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt vnitatem, ſola eas connexione

iungens ea, quæ ſecundum carnis dignitatem fit, vel etiam auctoritatem & poteſtatem, ac non potiùs conuentu, qui per vnitatem factus eſt, naturalem, anathema ſit. E

4 Si quis perſonis duabus vel ſubſiſtentijs eas voces, quæ in Apoſtolicis ſcriptis continentur & Euangelicis diuidit, vel quæ de Chriſto dicuntur à ſanctis vel ab ipſo, & aliquas quidem ex his velut homini, qui præter Dei verbum ſpecialiter intelligatur, aptauerit, illas autem tanquam dignas Deo ſoli Dei patris verbo deputauerit, anathema ſit.

5 Si quis audeat dicere hominem Chriſtum theophoron, id eſt, Deiferum, ac nō potiùs Deum eſſe veraciter dixerit, tanquam filium per naturam ſecundum quod verbum factum eſt caro, & communicauit ſimiliter vt nos carni & ſanguini, anathema ſit.

6 Si quis dicit Deum eſſe vel Dominum Chriſti Dei patris verbum, & non magis eundem ipſum confitetur Deum ſimul & hominem, propterea quod verbum caro factum eſt ſecundum ſcripturas, anathema ſit. F

7 Si quis velut hominem Ieſum operante Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriam tanquam alteri præter ipſum exiſtenti tribuit, anathema ſit.

8 Si quis audet dicere, aſſumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum & connuncupaudum Deum taquam alterum cum altero: nam cum ſyllaba ſuperadiecta hæc cogit intelligi: ac non potiùs vna ſupplicatione veneratur Emmanuel, vnamq; ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum eſt, anathema ſit.

9 Si quis vnum Dominum Ieſum Chriſtum glorificatum dicit à ſpiritu ſancto, tanquam qui aliena virtute per eum vſus fuerit, & ab eo acceperit efficatiam contra immundos ſpiritus, poſſe & coram hominibus diuina ſigna perficere, ac non potius proprium fatetur eius ſpiritum per quem dinina ſigna expleuit, anathema ſit.

10 Pontificem Apoſtolum confeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum diuina ſcriptura commemorat. Obtulit enim ſemetipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apoſtolum noſtrum dicit factum non ipſum Dei verbum, quando caro factum eſt, & homo iuxta nos homines, ſed velut alterum præter ipſum ſpecialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, quòd pro ſe obtuliſſet ſemetipſum oblationem, & non potiùs pro nobis ſolis, non enim eguit oblatione qui peccatum omninò neſciuit, anathema ſit. G

11 Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem eſſe, & propriam ipſius verbi Dei patris, ſed velut alterius præter ipſum coniuncti eidem per dignitatem, aut quaſi diuinam habentis habitationem, ac non potiùs viuificatricem eſſe, quia facta eſt propria verbi viuificare valentis, anathema ſit.

12 Si quis non confitetur Dei verbum paſſum carne, & crucifixum carne, & mortem carne guſtâſſe, factum primogenitum ex mortuis ſecundum quod vita eſt, & viuificator vt Deus, anathema ſit.

13 Ait igitur magna & ſancta ſynodus, ipſum qui eſt ex Deo patre naturaliter natus, filium vnigenitum Deum de Deo veto, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit pater, hunc deſcendiſſe, incarnatum eſſe, & hominem factum, paſſum eſſe, & reſurrexiſſe tertia die, aſcendiſſe rurſus in cœlos. Hæc nos ſequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, conſiderantes quid ſit incarnatū eſſe, & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus quòd Dei natura conuerſa vel immutata ſit, ſed magis quòd carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit, verbumq; ſubſtantialiter ineffabiliter & incomprehenſibiliter factus ſit homo, & nuncupatus ſit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, ſed nec aſſumptione ſola perſonæ, ſed quòd diuerſæ quidem naturæ in vnum conuenerunt, vnus tamen ex ambobus Chriſtus & filius non euacuata vel ſublata diuerſitate naturarum per coniunctiones, ſed quia ſimul nobis effecerunt, vt vnum Deum & Chriſtum & filium, id eſt, diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemq; H

copula-

A copulationem ad humanitatem. Itaque is qui ante ſecula omnia eſt natus ex patre,
etiam ex muliere carnaliter eſt procreatus. Non quia diuina ipſius natura de ſacra
virgine ſumpſit exordium, nec propter ſeipſum opus habuit ſecundo naſci poſt il-
lam natiuitatem, quam habebat ex patre. Eſt enim ineptum & ſtultum hoc dicere,
quòd is qui ante omnia ſecula & conſempiternus patri, ſecundæ generationis egue-
rit, vt eſſe inciperet: ſed quia propter noſtram ſalutem naturam ſibi copulauit hu-
manam, & proceſsit ex muliere, idcirco dicitur eſſe natus carnaliter. Neque enim
primùm natus eſt homo communis de ſancta virgine, & tunc demum inhabitauit
in eo verbum, ſed in ipſa vulua vteroque virginali ſecum carnem coniunxit & ſuſti-
nuit generationem carnalem, carnis ſuæ natiuitatem faciens. Sic illum diximus paſ-
ſum eſſe & reſurrexiſſe, non quia Deus verbum in ſua natura paſſus ſit aut plagas,
aut clauos, & tranſfixiones, aut alia vulnera ſuſceperit: Deus nanque incorporalis &
extra paſsionem eſt: ſed quia corpus illud quod ipſius proprium factum eſt, hoc ſu-
B ſtinuit. Ideo hæc omnia pro nobiſipſis dicitur paſſus: inerat enim in eo corpore
quod patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipſius intelli-
gimus: immortale enim & incorruptibile eſt naturaliter & vita & viuificans Deus
verbum. ſed quia corpus ipſius proprium gratia Dei, iuxta Pauli vocem, pro omni-
bus mortem guſtauit, idcirco ipſe dicitur mortem paſſus pro nobis. Non quòd ipſe
mortem eſſet expertus, quantum ad ipſius naturam pertinet (inſania enim eſt hoc
vel ſentire vel dicere) ſed quòd (vt diximus) vera caro ipſius mortem guſtauit. Ita &
reſurgente carne ipſius rurſus reſurrectionem dicimus, non quia in corruptionem
ceciderat (quod abſit) ſed quia eius reſurrexit corpus. Ita Chriſtum vnum, & Do-
minum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, vt diuiſionis
quædam ſpecies inducatur, ſed vnum iam & eundem adorantes, quia non eſt alie-
num à verbo corpus ſuum, cum quo ipſe etiam aſsidet patri. Nec hoc ita dicimus
quaſi duobus filijs aſsidentibus, ſed vnà cum carne per vnitatem: quia ſi talem copu
C lationem factam per ſubſtantiam, aut quaſi præpaſsibilem, aut quaſi parum deco-
ram voluerimus accipere, in id incidemus, vt duos filios eſſe dicamns. Neceſſe eſt
enim diſcernere, & dicere hominem ſeparatim fuiſſe, ſola filij appellatione hono**ra**-
tum, & rurſus verbum quod eſt ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed diſcer-
nere in duos filios non debemus vnum Dominum Ieſum Chriſtum. Neque enim
adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem, neſcio quam perhibe-
ant perſonarum. Non enim dicit ſcriptura, verbum Dei perſonam ſibi hominis aſ-
ſumpſiſſe, ſed carnem factum eſſe. Id autem eſt oſtendere Dei verbum ſimiliter ac
nos principium habuiſſe carnis & ſanguinis, & corpus noſtrum propriè ſuum feciſ-
ſe, & hominem ex muliere proceſsiſſe, non abiecta vel depoſita deitate, vt generatio
nem illam amitteret, quam habebat ex patre, ſed manſiſſe etiam in aſſumptione car-
nis Deum quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio proteſtatur. In tali ſenſu ſanctos
patres fuiſſe comperimus, ideoque illi non dubitauerunt ſanctam virginem dicere
D theotocon, non quia verbi natura deitasque in ſancta virgine ſumpſit exordium, ſed
quòd ex ea natum ſit ſacrum illud corpus animatum anima rationali, cui ſubſtãtia-
liter adunatum Dei verbum, carnaliter natũ eſſe dicitur. Hæc igitur pro cha-
ritate in Chriſto ſcribo tibi, quærens tanquam fratrem & conte-
ſtans coram Deo & electis eius Angelis, vt hæc nobiſcum
ſentias ſimul & doceas, vt Eccleſiarum pax ſaluetur,
& concordiæ charitatiſq; vinculum indiſſo-
lubile maneat ſacerdo-
tibus.

CONCILIVM CHALCE- E
DONENSE D.C.XXX. EPISCOPO-
RVM VALETINIANO VI. ET AHINO
CONSVLIBVS, ERAS. CCCCLXIX. ADVER-
ſus Euticen & Dioſcotum.

CONSVLATV pijſsimi & amatoris Chriſti, Flauij Martiani
perpetui Auguſti, die Idus Octobris, ſynodus facta in Cal-
cedonenſi ciuitate metropoli prouinciæ Bithyniæ, ex de-
creto ſynodorum & fidelisſimorum verborum Imperato-
rum Valentiniani & Martiani, conuenientibus in Eccleſia
ſanctæ ac triumphatricis martyris Leufemiæ, glorioſiſsimis F
principibus, id eſt, magnificentiſsimo & glorioſiſsimo ma-
giſtro militum, ex præfecto & ex conſule patritio Anatho-
lio, & magnificentiſsimo & glorioſiſsimo præfecto ſacri prætorij præfecturæ Palla-
dio, & magnificentiſsimo præfecto vrbis Tatiano, & magnificentiſsimo & glorio-
ſiſsimo magiſtro diuini officij Vincemalo, & magnificentiſsimo, & glorioſiſsimo
magiſtro Martiali, & glorioſiſsimo & magnificentiſsimo comite domeſticorũ Spo-
ratio, & magno comite rerum priuatarum Genetholio, appoſitis etiam ex glorioſo
ſenatu, id eſt, magnificentiſsimo & glorioſiſsimo ex præfecto prætorij ſexties ex con
ſule ordinario & patritio Florentio, & magnificentiſsimo & glorioſiſsimo ex con-
ſule ordinario & patritio ſenatore, & magnificentiſsimo & glorioſiſsimo magiſtro
ex conſule ordinario patritio Nomo, & magnificentiſsimo & glorioſiſsimo ex præ-
fecto & ex conſule ordinario & patritio Protogenio, & magnificentiſsimo & glo-
rioſiſsimo magiſtro ex pręfecto Zoilo, & magno & glorioſo ex præfecto vrbis Apol G
lonio, & magnificentiſsimo ex præpoſito vrbis Artaxerxe. Concilio autem totius
orbis ſecundum diuinum præceptum in Chalcedona ciuitate congregato, id eſt,
Paſchaſino & Lucentio Epiſcopis, & Bonifacio presbytero, conuenientibus legatis
venerabilis & ſancti Archiepiſcopi antiquæ Romæ Leonis, conueniente & ſancto
Anatholio Archiepiſcopo magnificentiſsimo Conſtantinopolitano nouæ Romæ,
& reliquis ſanctiſsimis & reuerendiſsimis ſexcentis triginta Epiſcopis. Ecce adue-
nientibus omnibus ante cancellos ſancti altaris cum magnificentiſsimo & eximio
ſenatu, adueniente etiã pijſsimo Imperatore Martiano in ſupradicta ſanctiſsima Ba
ſilica, præſente etiam zelo diuino, calore fidei accenſa, pijſsima & fideliſsima regina
Auguſta pulcherrima, ſanctam ſynodum allocutus eſt ſic: Cùmprimùm per electio-
nem in regnum de ſecreto Dei prouecti ſumus, inter tantas publicas vtilitates nul-
lum magis vos conſtrinximus ad negotium, quàm rectam & veram fidem Chriſtia-
norum, quæ ſancta & veneranda conſiſtit, indubitatã omnibus declarare. Manife- H
ſtum eſt enim quòd ex auaritia vel vano ſtudio, hi qui præſedentibus tẽporibus di-
uerſa ſapuerunt, & docuerunt populum prout eis placuit, non prout conuenit, ne-
que quod veritas, aut doctrina patrum exquirit, multi ad errorem ſeducti ſunt: vnde
ſanctam ſynodum ſcilicet ad iſtam fieri perfectionem properamus, & laborem vo-
bis arbitrati ſumus imponere, vt omni errore caliginis deterſo, ſecundum quod ipſa
diuinitas hominibus ſe fieri manifeſtam eſſe voluit, & patrum demonſtrauit doctri-
na, ſic fides noſtra quæ pura & ſancta conſiſtit, in omnium ingrediens animas, pro-
priæ veritatis effulgeat luce. De cætero audeat nemo, de natiuitate Domini & ſalua-
toris noſtri Ieſu Chriſti aliud diſputare, præter quod Apoſtolicum procemium.
CCCXVIII. ſanctorum patrũ coſonans huic doctrinæ, tradidiſſe noſcitur, ſicut
ſanctiſsimi Papæ Leonis, qui Apoſtolicum gubernat thronum, ad ſanctæ memoriæ
Flauianum regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ quondam Epiſcopum teſtantur lite-
ræ:

Aræ: Nos enim ad confirmandam fidem, non ad oſtendendam virtutem, exemplo Imperatoris Conſtantini, adeſſe ſynodo excogitauimus, ne in poſterum multitudo populi inſtitutionibus prauis attracta inueniatur diſſentiens: facile enim ſimplicitas quorundam cõmentis ceu locuti ſumus vſq; nunc deluſa eſt, quoniam manifeſtè diuerſorum prauis doctrinis diſcordiæ & hæredes oſtenſæ ſunt. Nobis aũt omne ſtudium adhibendum eſt, populum propter veram ſanctamq; doctrinam idipſum ſentientem vni rectæ applicare Eccleſiæ. Et ideo veram fidem catholicamq; etiam exponere ſecundum patrũ doctrinam, concordantibus animis veſtris, veſtra properet reuerentia, vt qualiter in Nicæna ſynodo vſq; in hoc tempore abſciſſo errore vera fides eſt hominibus cognita, ſic & nunc per hanc ſanctam ſynodum depoſita nebula, quę in eis paucis annis (vt ſuperiùs diximus) ex prauitate & auaritia quorundam viſa eſt exoriri, ſemper ſeruentur quæ ſtatuta ſunt. Erit quidem diuinæ prouidentiæ, quod piè fieri volumus in ſecula hoc conſeruare firmiſsimè. Et poſt Regis hæc verba, om-
B nes Epiſcopi clamauerunt Martiano nouo Conſtantino, multi anni Regi, multi anni reginæ, orthodoxis multi anni, Martiani amatoris Chriſti regnum in ſecula permaneat, digni orthodoxæ fidei amatoris Chriſti. Sit à nobis procul inuidia. Et poſt hæc Etius Archidiaconus Conſtantinopolis nouæ Romæ, & primicerius notariorum dixit: Nutu ſupernæ gratiæ, zelo diuino ſerenitatis veſtræ, pijſsimi, quibus à Deo omne regnum conceſſum eſt, Imperatores, circa ſanctionem veſtram congregata hæc ſancta & magna totius mundi ſynodus, ſicut cùm plurima multorum dierum vacatione & diuina diligentia omnem quidem in præterito, quomodo exorta eſt, contra rectam & inuiolabilem catholicam noſtram fidem verbo veritatis diſcordiam effugauit, omnem abigendo innouationem, ſicut in ſcriptis per ſecula quæ ſubſequuntur acta demonſtrant. Terminum verò ſimplicem ſtatuit diuinarum ſcripturarum virtute munitum, & ſanctorum ac beatiſsimorum in ipſo conſeruat ſententiam, ad veram quidem ſcientiam ſyncerè legentium, ad longæuam
C coronam veſtri Imperij. Et habeo ipſum præ manibus, & ſi videtur nutui veſtræ ſerenitatis perlegam. Pijſsimus & fideliſsimus Imperator dixit. Perlege. Etius Archidiaconus perlegit. Sancta & magna & venerabilis ſynodus, quæ ſecundum gratiam Dei ex decreto pijſsimorum Imperatorum Valentiniani & Martiani Auguſtorum congregata eſt in Chalcedonenſi ciuitate metropoli prouinciæ Bithyniæ, in Baſilica ſanctæ ac triumphatricis martyris Eufemiæ ſtatuit, quæ ſubter comprehenſa ſunt.

DOminus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus fidei agnitione proprios confirmans diſcipulos ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, vt nulla fidei diſſenſio in proximos oriatur, ſed ex æquo veritatis prædicatio oſtendatur. Sed quia non deſinit malignus in ipſis pietatis ſeminibus zizania ſua inſerere, & noui aliquid aduerſus veritatem ſemper excogitare, id- *Ioan.14.*
D circò Dominus noſter humano generi ſolito cupiens prouidere, pijſsimum hunc & fideliſsimum imperatorem erexit ad zelum, qui vndique ſacerdotum Pontifices ad ſe conuocauit, vt gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cooperante, omnem mendacij peſtilentiam ab ouibus Chriſti remoueat, easq; veritatis germinibus reficiat, quod ex communi decreto peregrinas erroris quidem ſectas abijcientes, & patrum rectam fidem renouantes, trecentorum decem & octo ſymbolum omnibus prædicantes. Et velut horum domeſticos centum quinquaginta patres, qui Conſtantinopolim conuenerunt, huic pijſsimo titulo adſcribimus, quoniam & ipſi eandem fidem ſubſignauerunt. Statuimus igitur ordinem, & omnes fidei formulas cuſtodientes, etiam ſanctam ſynodum Epheſi factam, cuius auctores fuerunt, venerabilis memoriæ Cœleſtinus Romanæ vrbis, & Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ ſacerdotes, vt præfulgeat quidem rectæ & inculpabilis fidei expoſitio trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, qui in Nicæa ſub Conſtantino

piæ

piæ memoriæ Imperatore conuenerunt, contineatur & centum quinquaginta ſan- E
ctorum patrum in vrbe Conſtantinopolitana decretum ad peremptionem quidem
ſectarum tunc pullulantium, confirmationem verò ipſius catholicæ atque Apoſto-
licæ noſtræ fidei.

SYMBOLVM NICENI CONCILII.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium
& inuiſibilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum
filium Dei, de patre natum vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris,
Deum verum de Deo vero, natum non factũ, Homouſion patris, hoc
eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ
in terra, qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt.
Homo factus paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcẽdit in cælos, inde venturus eſt F
iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritũ ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat quan-
do non erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis exiſtentibus factus
eſt, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia dicunt eſſe, aut conuertibilem filium Dei,
anathematizat catholica & Apoſtolica Eccleſia, & idipſum centum quinquaginta
patrum ſymbolum: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœ
li & terræ, viſibilium & inuiſilium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chri
ſtum filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lu-
men de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, Homiuſion Patri, id
eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos &
propter noſtram ſalutem deſcendit. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria vir-
gine, & homo factus, paſſus eſt ſub Pontio Pilato, ſepultus eſt, tertia die reſurrexit à
mortuis, aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris, iterum venturus iudicare
viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum & G
viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandũ,
qui loquutus eſt per Prophetas. Vnam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Cõ-
fitemur vnum baptiſma in remiſsionem omnium peccatorum. Expectamus reſur-
rectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi, Amen. Sufficeret quidem ad ple-
niſsimam pietatis agnitionem & confirmationem, cautiſsimum & ſalutare diuinæ
gratiæ ſymbolum: de patre enim & filio, & Spiritu ſancto doctrinam perfectam edo
cet, & incarnationem Dominicam fideliter ſuſcipientibus manifeſtat. Sed quoni-
am hi qui prædicationem veritatis deſtruere conantur, quaſdam propriæ hæreſeos
nouitates parturiunt: quidam enim myſterium pro nobis actum diuinæ diſpenſa-
tionis audent corrumpere, & vocem illam diuini patris factam ad virginẽ denegant:
alij temperamentum confuſionemq; inducentes, & vnam eſſe naturam carnis &
deitatis inſenſatæ componentes, paſsibilem vnigeniti diuinam naturam tali confu-
ſione prodigioſè diuulgant. Idcircò omnẽ aduerſus veritatem opponendam ab ip- H
ſis machinationem, volens excludere ſancta & magna vniuerſalis ſynodus, hãc præ-
dicationem immobilem docens, ſtatuit præcipuè trecentorum decem & octo ſan-
ctorum patrum fidem incontaminatam manere. Et propter eos qui Spiritui ſancto
aduerſantur, centum quinquaginta patrum paulò poſteriore tempore in vrbe Cõ-
ſtantinopolitana conuenientium, de ſubſtantia Spiritus ſancti traditam doctrinam
corroborat, quam etiam illi omnibus inſinuauerunt, non quòd in præcedentibus
aliquid deeſſet adijcientes, ſed de ſpiritu eorundẽ intellectum, aduerſus eos qui dei-
tatis eius dominationem nituntur demergere, ſcripturarũ teſtimonijs plenius ma-
nifeſtantes. Propter eos ſanè qui diſpenſationis myſterium tentant corrumpere, &
purum hominem eſſe, qui ex ſancta Maria virgine natus eſt, imprudenter diuulgãt,
beatiſsimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ ſacerdotis ſynodicas epiſtolas,
tam ad Neſtorium quam ad cæteros per orientem congruas & ſibi conſentientes,
ſuſcepit,

A ſuſcepit, ad confutationem quidem Neſtorianæ amentiæ, & ad interpretationem
eorum qui religioſo zelo ſalutaris ſymboli cupiunt intellectum. Quibus & epiſto-
lam ſancti ac beatiſsimi primæ ſedis Archiepiſcopi Leonis ſcriptam ad Flauianũ ſan-
ctæ recordationis Archiepiſcopum, ad perimendam Euticetis malignitatem, quæq;
magni Petri confeſsioni concordantem, communem quandam pugnam conſiſten-
tem contra, eos qui non rectè glorificant, ad confirmationem catholicæ religionis
euidenter ſubiunxit. Nam eos qui in duos filios diſpenſationis dominicæ myſteriũ
ſcindere moliuntur execrati, & eos qui paſsibilem diuinitatem vnigeniti filij audét
aſſerere, de concilio ſacerdotum repellit, & eis qui in duabus naturis Chriſti per-
mixtionem, vel confuſionem argumentantur, aduerſatur. Et qui cœleſtem aut alte-
rius cuiusq; ſubſtantiam exiſtere formam ſerui, quam ex nobis aſſumpſit, inſanien-
do aſſerunt, procul abijcit. Et eos qui duas ante adunationem naturas Domini de-
lirant, vnam verò poſt adunationem confingunt, anathematizat. Conſentientien-
B tes ſanctis patribus, vnum eundemq; filium confiteri Dominum noſtrũ Ieſum Chri
ſtum conſona voce edocemus, pariter perfectum eundem in deitate Deum, & ho-
minem verum eundem ex anima rationali & corpore, ſecundum diuinitatem vnius
cum patre naturæ, ſecundum humanitatem eundem vnius naturæ nobiſcum, per
omnia ſimilem nobis abſq; peccato, ante ſecula quidem ex patre natum ſecundum
diuinitatem: in nouiſsimis verò diebus eundem propter nos & propter noſtram ſa-
lutem hominem factum, hunc vnum eundemq; Chriſtum filium Dominum vnige-
nitum in duas naturas, inconfuſè, immutabiliter, indiuiſè, inſeparabiliter cognoſ-
cendum, in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas: magis au-
tem ſalua vtriuſq; naturæ proprietate & in vna coëunte perſona, vnoq; ſtatu con-
currente, non in duabus perſonis partiendum, vel diuidendum, ſed vnum eundéq;
filium vnigenitum Deum verbum Dominum Ieſum Chriſtũ, ſicut ab exordio Pro-
phetæ de eo, & ipſe nos erudiuit, & nobis tradidit ſymbolum. His itaq; cum omni
C vndiq; ſubtilitate & diligentia à nobis ordinatis, ſtatuit ſancta & vniuerſalis ſyno-
dus aliam fidem nulli licere profiteri, aut ſcribere, aut docere, aut dicere aliter. Qui
autem audent exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere aliud ſymbolum, vo-
lentibus conuerti ad ſcientiam veritatis, ex Gentilibus, ex Iudæis, vel hæreticis qui-
buſcunq;, ſi quidem Epiſcopi aut clerici fuerint, alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcpa-
tu, & clericos à clero. Si verò monachi vel laici fuerint, anathema fieri.

CONCILII CHALCEDONENSIS.

DECRETA. I.

REgulas ſanctis patribus in vnaquaq; ſynodo vſq; nũc prolatas, pro-
prium robur obtinere ſtatuimus.

D 2 Si quis Epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit, &
ſub pretium deduxerit impretiabilem gratiam, atq; ordinauerit per
pecunias Epiſcopũm, ſiue Coëpiſcopum, ſiue presbyterũ, ſiue diaco
num, aut quemcũq; alium qui connumeratur inter clericos, aut ac-
cepta pecunia ordinauerit œconomũ, id eſt, defenſorem ſiue paramonariũ: quicũq;
ergo hęc meditatus fuerit, ſiue cõuictus fuerit, ipſe quidẽ ſubeat gradus ſui periculũ:
& qui ſic ordinatus fuerit, nullũ habeat fructũ ex huiuſmodi mercimonio & creati-
one proboſa, ſed ſit alienus & dignitatis & ſolicitudinis eius, quam per pecunias in-
trauit: ſed & ille qui tam turpibus & illicitis interceſſor apparuit, ſi quidem cle-
ricus fuerit, de proprio diſcedat gradu, ſi verò laicus, ſiue monachus fuerit, anathe-
ma ſit.

3 Peruenit in ſanctam ſynodũ, quia de his qui in clero connumerantur, quidam
propter turpis lucri gratiam maiorum poſſeſsionum conductiones & cauſas ſecu-
lares ſuſcipiunt, & ſeipſos quidem à miniſterijs ſanctis per deſidiam ſeparant, ad

domos autem ſecularium cócurrunt,& ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ cauſa ſuſcipiunt. Decreuit ergo ſancta & magna ſynodus, neminem deinceps eorum,hoc eſt,non Epiſcopum, ſiue clericum, aut monachum códucere poſſeſsiones,aut miſceri ſecularibus procurationibus,niſi fortè qui legibus ad minorum tutelas ætatum,ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur,aut cui ipſius ciuitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula,vel orphanorũ, aut viduarum quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum, quæ maximè Eccleſiaſtico indigent adminiculo,propter timorem Dei.Si quis verò tranſgreſſus fuerit ſtatuta, correptioni Eccleſiaſticæ ſubiaceat. E

4 Qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore. Quia tamen quidam monachi habitu vtentes indifferenter, per ciuitates,nec non & monaſteria, ſeipſos propria præſumptione commendant,placuit, neminem, aut ædificare,aut conſtituere monaſteria,aut oratorij domum ſine conſcientia ipſius ciuitatis Epiſcopi.Eos verò,qui per ſingulas ciuitates ſeu poſſeſsiones in monaſterijs ſunt,ſubiectos eſſe debere Epiſcopo, & quieti operam dare,atq; obſeruare ieiunia & orationes in locis,in quibus ſemel Deo ſe deuouerunt permanentes, & neq; cómunicare Eccleſiaſticas neq; ſeculares aliquas attrectare actiones relinquentes propria monaſteria,niſi fortè iubeantur propter vrgentes neceſsitates ab ipſius ciuitatis Epiſcopo: & neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium, vt ſit cum eis monachus,niſi cum Domini proprij conſcientia.Prætereuntem verò hæc,decreuimus extra communionem eſſe,ne nomen Domini blaſphemetur. Conuenit ergo ciuitatis Epiſcopo,curam ſolicitudinemq; neceſſariam monaſterijs exhibere. F

5 Propter eos Epiſcopos ſiue clericos qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

6 Neminem abſolutè ordinari presbyterum vel diaconum, nec quemlibet in Eccleſiaſtica ordinatinatione conſtitutum, niſi manifeſtè in Eccleſia ciuitati: ſiue poſſeſsionis,aut in martyrio,aut in monaſterio hic qui ordinatur,mereatur ordinationis publicare vocabulum.Eorum qui abſolutè ordinantur,decreuit ſancta ſynodus vacuam habere manus impoſitionem,& nullum tale factum valere ad iniuriam eius qui eum ordinauit. G

7 Eos qui ſemel in clero taxati fuerunt,ſiue in monaſterijs deputati,decreuimus neque ad militiam,neque ad honores ſeculares venire. Eos autem qui hoc auſi fuerint facere,& non actum rei pœnitere maluerint,vt ad hoc idem reuertantur,quod ante obtentum Dei propoſuerunt ſibi, anathematizari.

8 Clerici in parœcijs,monaſterijs,aut martyrijs cóſtituti,ſub poteſtate ſint eius, qui in ea eſt ciuitate Epiſcopus,ſecundum traditionem ſanctorum patrum, nec per præſumptionem recedant à ſuo Epiſcopo.Eos verò qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionem quocunque modo,vel ſi noluerint ſubiacere proprio Epiſcopo, ſi quidem fuerint clerici,pro perſonarum ordinatione ſubiaceant condemnationibus canonum: ſi verò monachi ſeu laici fuerint,communione priuentur. H

9 Si clericus aduerſus clericum habeat negotium,nó relinquat ſuum Epiſcopũ, & ad ſecularia iudicia concurrat,ſed priùs negotium agitetur apud proprium Epiſcupum: vel certè,ſi fuerit iudicium ipſius Epiſcopi, apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur negotium.Si quis verò contra hæc fecerit,canonum ſubiaceat correptionibusEt ſi clericus aduerſus ſuum vel alium Epiſcopum habeat cauſam,apud audientiam ſynodi prouinciæ conqueratur.Si verò contra ipſius prouinciæ metropolitanum Epiſcopum,Epiſcopus ſiue clericus habeat coutrouerſiam,pergat ad ipſius diœceſis primatem,aut certè ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

10 Non licere clericum in Eccleſijs duarum ciuitatum ordinari,ſed in ea in qua ab initio ordinatus eſt, & cuius expetitio erat ante profugium. Et ſi propter vanæ gloriæ deſiderium contigerit,vt pòſt ad maiorem Eccleſiam confugerit,cum indu-

bitanter

A bitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus eſt, & ibi tantummo-
do miniſtrare. Si quis verò iam tranſlatus eſt ab alia in aliam Eccleſiam, nihil ha-
beat commune cum priore Eccleſia, ſiue ſub Eccleſia conſtitutis martyrijs, ſiue in
parœcijs vel zenodochijs, aut eorũ negotijs. Eos verò qui auſi fuerint poſt ordina-
tionem huius magnæ & vniuerſalis ſynodi agere quæ prohibita ſunt, ſtatuit ſancta
ſynodus cadere de proprio gradu.

11 Omnes pauperes & indigentes Eccleſiaſticis auxilijs, cum proficiſcuntur, ſub
probatione epiſtolij, ſiue pacis, quæ dicuntur Eccleſiaſticæ, tantummodo commẽ-
dari ſtatuimus, & non commendatitijs epiſtolis, quia cõmendatitias epiſtolas quas
dicimus, eos tantum accipere conuenit, qui in opere ſunt clariores, vt eis tantum-
modo præbeantur.

12 Peruenit ad nos, eò quòd quidam præter Eccleſiaſticos ordines affectantes po
tentiam, per pragmaticam formam vnam prouinciam in duas diuidant: ita vt ex hoc
B inueniantur duo metropolitani Epiſcopi in eadem vna eſſe prouincia. Statuit ergo
ſancta ſynodus deinceps nihil tale attentari à quolibet Epiſcopo. Eos verò qui tale
aliquid tentauerint, de proprio gradu cadere. Si quę verò ante ciuitates per pragma-
ticam imperialem metropolitani nominis honore decoratæ ſunt, nomine ſolo per-
fruantur: & qui Eccleſiam eius regit Epiſcopus, priuilegio metropolitano, Epiſco-
po iure proprio reſeruato.

13 Extraneum clericum & lectorem extra ciuitatem ſuam ſine commendatitijs
literis proprij Epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare.

14 Quia in Quibuſdam prouincijs conceditur pſalmiſtis & lectoribus vxores
accipere, ſtatuit ſancta ſynodus prorſus non licere cuiquam ex his alterius ſectæ ac-
cipere vxorem. Si quis verò præuenit, & habet iam de tali connubio filios, ſi fortè
præuenerit eos iam apud hæreticos baptizari, debet eos offerre ſanctæ Eccleſiæ ca-
tholicæ, vt ibi communicent. Qui verò adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non
C poſſe eos in hæretica Eccleſia baptizari, nec in matrimonio iungi hæretico, Iudæo
vel Pagano, niſi fortè ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fidem, dum coniungi-
tur ſponſæ orthodoxæ. Si quis verò hanc definitionem ſanctæ ſynodi prætererit,
regularum condemnationibus ſubiaceat.

15 Diaconiſſam nõ debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cum diligẽ-
ti probatione. Si verò ſuſceperit ordinationem, & quantocunq; tempore obſerua-
uerit miniſterium, & poſtea ſe nuptijs tradiderit, iniuriam faciens Dei gratiæ, hæc
anathema ſit, cum ſit, cum eo qui in illius nuptijs conuenit.

16 Si qua virgo ſe dedicauerit Deo, ſimiliter monachus, non licere eis iungi nu-
ptijs. Si verò inuenti fuerũt hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus verò
poſſe in eis facere humanitatem, ſi ita probauerit loci Epiſcopus.

17 Per ſingulas Eccleſias ruſticanas parœcias, ſiue poſſeſsiones, manere immobi-
les apud eos, qui eas retinent Epiſcopos, & maximè qui eas ſine violentia iam per tri-
D ginta annos tenẽtes gubernauerũt. Si verò intra triginta annos iam facta fuerit, aut
fiat de his altercatio, licere eis qui ſe dixerũt læſos propter eas mouere apud ſynodũ
prouinciæ certamẽ. Si quis verò putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud
primatem diœceſeos, aut apud Conſtantinopolitanę ciuitatis ſedem agat iudicium,
ſicut dictum eſt. Si verò quælibet ciuitas per auctoritatem imperialem renouata eſt,
aut ſi renouetur in poſterum ciuilibus & publicis ordinationibus, etiam Eccleſia-
rum parœcianorum ſequatur ordinatio.

18 Coniurationum & conſpirationum crimen (quod apud Græcos dicitur fra-
tria) publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi: hoc multò magis in ſancta
Dei Eccleſia ne fiat, conuenit abdicari. Si qui verò clerici vel monachi inuenti fue-
rint coniurantes, aut fratrias vel factiones componentes aliquas ſuis Epiſcopis, aut
alijs clericis, omninò cadant de proprio gradu.

19 Peruenit ad aures noſtras, quod in prouincijs conſtituta Epiſcoporum concilia minimè celebrentur. Ex hoc probatur, quòd multæ quæ correctione opus habeant Eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit igitur ſancta ſynodus, hæc ſecundum patrum regulas, bis in anno in vnum conuenire per ſingulas prouincias Epiſcopos, vbi ſingula quæ emerſerint, corrigantur. Qui verò noluerint conuenire Epiſcopi, conſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maximè cum ſui corporis ſanitate conſiſtentes, etiam omnibus alijs vrgentibus & inexcuſabilibus negotijs liberi ſunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi. E

20 Clericos in ſuis Eccleſijs conſtitutos, ſicut iam definiuimus, non licere in alterius ciuitatis Eccleſijs ordinari, ſed adquieſcere in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex neceſsitate ad alias Eccleſias migrauerunt. Si verò quicunque Epiſcopus poſt definitionem iſtam ad alium Epiſcopum pertinentem clericum ſuſceperit, placuit ſanctæ ſynodo, & hunc qui ſuſcipitur & eum qui ſuſceptus eſt, tandiu excõmunicatos manere, quandiu ipſe clericus ad propriam reuertatur Eccleſiam. F

21 Clericos ſiue laicos qui accuſauerint Epiſcopum aut clericos temerè, atq; indifferenter, non debere ſuſcipi in accuſationem, niſi priùs eorum opinio fuerit perſcrutata.

22 Non licere clericis poſt mortem Epiſcopi rapere pertinentes ad eum res, ſicut iam præcedentibus regulis ſtatutum habetur. Si verò hæc fecerint, periclitari ſe nouerint à proprio gradu.

23 Peruenit ad aures ſanctæ ſynodi, quia clerici quidam & monachi nihil ſibi habentes iniunctum à proprio Epiſcopo, interdum verò etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad regiam ciuitatem Conſtantinopolitanam, & multis tẽporibus in ea conſiſtentes, perturbationes tranquillitati eccleſiaſticæ ferant, & diuerſorum domos corrumpant. Statuit ſancta ſynodus hos quidem primùm commouere per defenſorem Conſtantinopolitanæ ſanctæ Eccleſiæ, vt exeant de regia ciuitate. Si autem in eodem propoſito improbè perdurauerint, etiam inuitos eos ipſe expellat defenſor, vt ad ſua loca perueniant. G

24 Quæ ſemel conſecrata fuerint monaſteria, cum iudicio ſui Epiſcopi maneant perpetua, & pertinentes ad ea res conſeruari ipſis monaſterijs decreuimus, nec vlteriùs poſſe ea fieri ſecularia habitacula. Qui verò permiſerint hæc fieri, ſubiaceant his condemnationibus, quæ per canones conſtitutæ ſunt.

25 Quoniam quidam metropolitanorum, ſicut ad nos perlatum eſt, negligunt creditum ſibi gregem, & differunt ordinationes facere Epiſcoporum, placuit ſanctæ ſynodo intra tres menſes fieri ordinationes Epiſcoporum, niſi fortè inexcuſabilis neceſsitas coëgerit tempus ordinationis ampliùs prorogari. Si autem quis Epiſcoporum hæc non obſeruauerit, ipſum debere Eccleſiaſticæ condemnationi ſubiacere, redditus verò eiuſdẽ viduatæ Eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum eiuſdem Eccleſiæ placuit.

26 Quia in quibuſdam Eccleſijs, ſicut ad nos peruenit, ſine œconomo Epiſcopi res Eccleſiaſticas tractant, placuit omnes Eccleſias Epiſcopos habentes, habere œconomos de proprio clero, qui gubernent Eccleſiæ res cum arbitrio ſui Epiſcopi, vt non ſine teſtimonio ſit gubernatio ipſarum rerum Eccleſiaſticarum, & ex hoc deueniat diſpergi eiuſdem res Eccleſiæ, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si verò quis non obſeruauerit hæc, diuinis ſubiaceat regulis. H

27 Eos qui ſibi rapiunt vxores, vel eos qui eis auxilium præſtiterint, ſtatuit ſancta ſynodus, ſi quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu. Si verò laici fuerint, anathema ſint.

SVBSCRI-

A
SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

PAſchaſius Epiſcopus ciuitatis Lilibitanæ,vicem agens beatiſsimi Epiſcopi Leonis,definiens ſubſcripſit. Lucentius Epiſcopus ciuitatis Auſculiranæ,id eſt,vicem agens ſanctiſsimi Leonis Epiſcopi, definiens ſubſcripſit. Bonifacius presbyter vrbis Romæ, vicem agens Apoſtolicæ ſedis, definiēs ſubſcripſit. Anatholius Epiſcopus Conſtantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ definiens ſubſcripſit. Iuuenculus Epiſcopus Hieroſolymitanus definiens ſubſcripſit. Maximus Epiſcopus Antiochenus definiens ſubſcripſit. Quintilius Epiſcopus Capadociæ Cæſarienſis definiens ſubſcripſit. Palaſindus Epiſcopus Eracleæ Macedonienſis,vicem agens ſanctiſsimi viri Anaſtaſij definiēs ſubſcripſit. Stephanus Epiſcopus Epheſinus definiens ſubſcripſit. Lucianus Epiſcopus Bizenſis, vicem agens ſanctiſsimi Epiſcopi Quiriaci Eracliæ Tracienſis, definiens ſubſcripſit. Euſebius
B Epiſcopus Galatiæ Anquirienſis definiens ſubſcripſit. Diogenes Epiſcopus Quirenſis definiens ſubſcripſit. Petrus Epiſcopus Corinthienſis definiens ſubſcripſit. Florus Epiſcopus Sardinienſis definiens ſubſcripſit. Eunomius Epiſcopus Nicomedienſis definiens ſubſcripſit. Anaſtaſius Epiſcopus Nicenſis definiens ſubſcripſit. Eleutherius Epiſcopus Chalcedonenſis definiens ſubſcripſit. Idem omnes Epiſcopi D. C. XXX. definientes ſubſcripſerunt.

POſtquam recitata eſt, pijſsimus Imperator ad ſanctum concilium dixit: Dicat ſanctum concilium,ſi ex conſenſu omnium Epiſcoporum definitio, quæ nunc lecta eſt,prolata ſit. Omnes reuerendiſsimi Epiſcopi reſponderunt: Omnes ſic credimus,vna fides,vna ſententia,omninò idem faciamus. Omnes conſentientes ſubſcripſimus. Omnes orthodoxi ſumus,hæc fides patrum, hæc fides Apoſtolorū, hæc rectè credentium,hæc eſt fides quæ orbem terrarum ſaluat. Martiano, nouo Conſtantino,nouo Paulo,nouo Dauid,Imperatori pijſsimo DOMINO Auguſto vita eius.
C Et poſt has voces pijſsimus & fideliſsimus Imperator ad ſanctam ſynodum dixit: Veneranda catholica fides à ſancta & vniuerſali ſynodo ſecundum patrum expoſitionem manifeſtata eſt. Et ſi laborem reuerētiæ veſtræ & conuitium fecimus, maximas agimus gratias omnipotenti Deo ſaluatori noſtro,quia multorum errantium circa fidem amputata diſcordia, in vnam eandēq; fidem oēs nunc conuenimus,ſperantes celebrem veſtris precibus,& meliorem ſuper omnes partem à Deo donari. Sancta ſynodus iterū exclamauit: Hæc digna veſtri imperij,hæc propria veſtri imperij, hæc correctio veſtri imperij,digna Chriſto,digna imperij fide,propterea pacificatur orbis terræ. Et poſt has voces pijſsimus & fideliſsimus Imperator ad ſanctam ſynodum dixit: Venerandam catholicam fidem ſanctæ vniuerſalis ſynodi ſecundum patrum expoſitionem manifeſtam,iuxta legem & conuenientē eſſe veſtra tranquillitas probet,& omnem in poſterum contentionis occaſionem circa ſuam fidem amputari. Si quis igitur idiota,vel militaris,ſeu clericus,publicè turbam congregans ſub obten-
D tu diſpoſitionis tumultū fecerit,ſi quidē idiota, proſcriptus expellatur à regia vrbe, militaris verò ſeu clericus gradus ſui periculum ſuſtinebit, & alijs pœnis ſubiacebit.

EDICTVM MARTIANI IMPERATORIS in confirmatione Concilij Chalcedonenſis.

IMPERATORES Valentinianus,Martianus Auguſti,vniverſis populis. Tandem aliquando quod ſummis votis atque ſtudijs optabamus,euenit: remota eſt de orthodoxa Chriſtianorum lege contentio: tandem remedia culpabilis erroris inuenta ſunt,& diſcors populorum ſententia in vnum conſenſum concordiamque conuenit: ab vniuerſis etiam prouincijs religioſiſsimi ſacerdotes Chalce-

donam venerunt,iuxta noſtra præcepta, & quid obſeruari in religione debeat, per- E
ſpicua definitione docuerunt. Diſceſſit igitur iam prophana contentio. Nam verè
impius atq; ſacrilegus eſt, qui poſt tot ſacerdotum ſententiam opinioni ſuæ aliquid
tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ eſt, in medio & perſpicuo die cõ-
mentitium lumen quærere. Quiſquis enim poſt veritatẽ repertam aliquid vlteriùs
diſcutit,mendacium quærit. Nemo itaq; vel clericus,vel militans, & alterius cuiuſ-
ſibet conditionis, de fide Chriſtiana publicè terminata, coadunatis & audientibus
tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens.
Nam iniuriam facit iudicio religioſiſsimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata,rectè diſpo-
ſita reuoluere, & publice diſputare contendit: cùm ea quæ nunc de Chriſtiana fide
ſtatuta ſunt iuxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorũ patrum CCC.X.
octo & CL.definita eſse noſcũtur. Nam in contemptoribus huius legis pœna non
deerit, quia non ſolùm contra fidem bene cõpoſitam veniũt, ſed etiam Iudæi & Pa-
gani & huiuſcemodi certamine prophanant venerãda myſteria. Igitur ſi clericus e- F
rit, qui publicè tractare de religione auſus fuerit, à cõſortio clericorum remouebi-
tur. Si verò militia præditus ſit, cingulo expoliabitur. Cæteri etiam huius criminis
rei de hac ſanctiſsima vrbe pellentur pro vigore iudiciario, etiam cõpetentibus ſup-
plicijs ſubiugandi: Conſtat enim hæreticæ inſaniæ exordia fomitemq; nutriri, dum
publicè quidã diſputant atq; contendunt. Vniuerſa ergo quę à ſancta ſynodo Chal-
cedonia conſtituta ſunt, cuſtodire debebunt nihil poſtea dubitaturi. Hoc itaque
commoniti noſtræ ſinceritatis edicto, obſiſtite prophanis vocibus, vlteriùs definite
de diuinis diſputare quod nephas eſt,quia non ſolùm diuino iudicio peccatum hoc
(prout credimus) punietur, verumetiã legum & iudicum auctoritate coërcebitur.
Propoſita VII. Calend. Februarij Conſtantinopoli Patritio conſule.

SANCTIO SACRA VALENTINIANI ET MAR- G tiani Auguſtorum poſt Concilium Chalcedonenſe, in confirmatione eiuſdem Concilij & damnatione hæreticorum.

IMPERATORES Valẽtinianus & Martianus Auguſti,Palladio pręfecto prætorij. Diuinæ ſemper potentiæ referendæ atque agendæ
ſunt gratiæ,quæ auctores hæreſis, quæ occulta nec latêre concedit,
nec durare impunita permittit. Quorum vnum malorum legendi
habet plenam facultatem, alterum præcauendi cæteris præſtat exé-
plum: Curæ igitur eſſe diuinitati hominum actus,& maximè reue-
rentiam religionis proximè in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cum
nec Euticen ſceleratorum dogmatũ ſectatorem negligere,quod diu latuerat ſciuit,
nec patefacto ſcelere paſſa eſt pœnam ſceleris euitare.Sententijs itaq; diuinis huma- H
niſq; damnatus,ſynodicum decretum (vt merebatur) accepit,reus diuinitati,cui fa
ciebat iniuriam,reus hominibus,quos decipere conabatur. Proximè etenim innu-
merabiles ex toto orbe beatiſsimi Epiſcopi Chalcedone congregati, improba præ-
dicti Euticetis vnà cum ſonodo eius cauſa habita, expulére cõmenta, ſicut ſanctorũ
definita maiorum,quæ vel apud Nicæam à trecentis decem & octo conſtituta ſunt,
vel in hac poſtea alma vrbe à centum quinquaginta ſunt Epiſcopis declarata, vel
apud Epheſum,cùm Neſtorij eſt error excluſus,præſidentibus Romanæ vrbis Cœ-
leſtino,& Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopis:Ea igitur quæ ſunt iuxta priſti-
nam diſciplinam à venerabili ſynodo Chalcedonenſi definita, illa fide, qua Deum
colimus,per omnia ſeruanda cenſuimus atq; cenſemus: quia valde conſequens eſt,
vt ſacerdotum pura mente Deum colentium definita,quæ pro orthodoxorum fide
ſacroſancta ſecundũ patrum regulas præceſſerunt,vna cum veneratione cõſeruare.

Quoniam

A Quoniam principalis prouidentiæ eſt, omne malum inter initia opprimere, & ſer-
pentem morbum legum medicina reſecare. Hac lege decernimus eos qui Eutice-
tis errore decipiuntur, ad exemplum Apollinariorum, quos Eutices ſecutus eſt,
quos venerabiles patrum regulæ, id eſt, Eccleſiaſtici canones & diuorum principũ
ſacratiſsimæ ſanctiones condemnant, nullum Epiſcopum, nullum presbyterũ, nul-
los creare vel appellare clericos, ipſumque Euticen nomine presbyteri quo indignè
vtens expoliatus eſt, in totum carere. Si qui tamen contra definita noſtra Epiſcopos,
bresbyteros, cæterosq; clericos auſi fuerint ex his creare, tam factos quàm facientes
vel præſumentes ſibi cunctorũ bonorũ amiſsioni periculoq; ſubiacere exilij perpe-
tui præcipimus. Congregandi autem monachos, aut ædificandi monaſteria, nullum
eorum iubemus habere licentiam, loca fortè in quæ auſi conuenire, aliquando ten-
tauerint confiſcari, ſi tamen Domino loci ſciente conuenerint. Quòd ſi ignorante
auctore conuenerint, conductores loci fuſtibus cæſos deportationem ſubire cenſe-
B mus. Ipſos præterea nihil ex teſtamento cuiuſcunq; capere, nihil eis qui eiuſdem er-
roris ſint, relinquere per teſtamenta, ad nullam eos patimur ſpirare militiam, niſi for
tè ad cohortalinam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inuen-
tus fuerit militare, vel quia eius in religione ignorabatur peruerſitas, vel quia poſt
adeptum cingulum ad hunc deuenit errorem, ſolutus militia infidelitatis ſuæ fru-
ctum hunc habeat, vt optimorum & palatij communione priuetur, nec alibi quàm
in quo natus eſt vico vel ciuitate verſetur. Quòd ſi qui eorũ in hac alma vrbe, quod
credi nephas eſt, geniti ſunt, tam de hac ciuitate venerabili quàm ſacratiſsimo co-
mitatu, & ex omni excludantur metropolitana ciuitate. Et hoc quidem generaliter
circa omnes conſtituimus, qui hac clade pollutionis polluti ſunt, vel polluuntur.
Eos autem qui antè clerici orthodoxorum fidei, & monachi quidam qui Euticis ha
buêre diuerſorium, quod neque monaſterium dicendum eſt, eo quòd in ſe religio-
nis habuit inimicos, qui adhuc vſque in tantam inſaniam receſſerunt, vt relicto ve-
C nerabilis cultu religionis in ſynodico decreto Chalcedonico, quod totius penè or-
bis adunati definiêre ſacerdotes, infauſtam Euticetis ſecuti ſunt aſſectionem, qui ve-
ra luce deſerta tenebras eligendas eſſe crediderũt, omnibus pœnis, quæ præceden-
tibus legibus aduerſus hæreticos definitæ ſunt, iubemus teneri, imò extra Romanũ
expelli ſolium, ſicut præcedentes religioſiſsimæ conſtitutiones de Manichæis con-
ſtituêre, ne eorum venenatis fraudibus ſceleratiſq; commentis innocentum vel in-
firmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam
religionis & inuiduam venerabilis ſynodicæ definitionis fuiſſe mentitos, conſcri-
ptiſq; libris & chartarum tomis plura finxiſſe, quæ eorum inſaniam aduerſus veram
fidem apertè ſignarent atque ideo præcipimus vbicunq; huiuſmodi ſcriptura reper-
ta fuerit, ignibus concremari. Eos verò qui ſequendi ſtudio audierint ſic ſcelerata
diſſerẽtem, denarum librarum auri mulctatione cõpeſcimus. Eos verò qui vel ſcri-
pſerint, vel alijs legenda tradiderint docendi ſtudio vel diſcendi, cenſemus depor-
D tatione puniri: delenda eſt enim hæc infauſta hæreſis, ſicut pridem edictis ſerenita-
tis noſtræ continetur. Omnibus autem adimimus facultatem, quia vltimo ſupplitio
coërcebuntur, qui illicita docere tentauerint: ita enim materia ſubtrahetur erro-
ris, ſi peccatorum & doctor deſuerit & auditor. Palladi parens chariſsime atque
amantiſsime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua edictis propoſitis omnibus
faciat nota quæ iuſsimus, vt cognoſcentibus moderatoribus prouinciarum eorum-
que officiarijs, defenſoribus etiam ciuitatum, quod ſanctam veramq; fidem ſancto
propoſito cuſtodiendam eſſe cenſemus. Quam ſi neglexerint aut permiſerint teme-
rari, denarum librarum auri mulctatione percuſsi, vt religionis legumq;
proditores, etiam de æſtimatione laborabunt. Data XV. Ca-
lend. Auguſti Conſtantinopoli, Aſpirato, & qui
fuerit nunciatus, conſulibus.

ALIA SANCTIO MARTIANI IMPERAtoris contra eoſdem Hæreticos. E

IMPERATOR Martianus Auguſtus Palladio prætori. Licet iam ſacratiſsima conſtitutione manſuetudinis meæ cautum ac definitum ſit, quia in eos ſeueritas exercenda ſit, qui Euticetis vel Apollinaris hæreticam peruerſitatem ſecuti à religione & fide catholica deuiarunt: Alexandrinæ tamẽ vrbis ciues atque habitatores tantis Apollinaris infecti ſunt venenis, vt neceſſarium fuerit ea quæ antè ſanximus, repetita etiam lege, nunc decernere. Quicunque ergò vel in hac ſacra vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, vel in omni Aegyptiaca diœceſi & diuerſis alijs prouincijs, Euticetis profanam peruerſitatem ſequuntur, & ita non credunt vt trecenti & octo ſancti patres tradiderunt, catholicam ſanctam fidem in Nicæa ciuitate fundantes, vel ita vt CL. alij venerabiles Epiſcopi, qui in hac alma vrbe Conſtantinopolitana F poſtea conuenerunt, ſicut Athanaſius & Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ ciuitatis crediderunt, quos etiam Epheſina ſynodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit) in qua Neſtorij error expulſus eſt, vniuerſos ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedone ſynodus eſt ſecuta, prioribus cõcilijs ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentientibus, nihilque adimens à ſacroſancto ſymbolo, neque adijciens, ſed Euticetis dogmata funeſta condemnãs, ſciant ſe eſſe hæreticos. Apollinaris enim facinoroſiſsimam ſectam Eutices & Dioſcorus ſunt ſecuti. Ideoq; omnes hi qui Apollinaris vel Euticetis peruerſitatem ſequuntur, illis pœnis quas diui retrò principes contra Apollinariſtas vel ſerenitas noſtra poſtmodum contra Euticianiſtas ſanxit, nouerint ſe eſſe plectendos. Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt Euticianiſtas, quibus etſi eſt in appellatione diuerſitas, eſt tamẽ in hæreſi coniunctio, & diſpar quidem nomen, ſed idem ſacrilegium, ſiue in hac alma vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, ſeu intra Aegyptum ſunt, neque ita credunt, ſicut G prædicti venerabiles credebant, neq; viro Reuerendiſsimo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti Proterio fidem orthodoxam tenenti communicant, ſecundum diuorum retrò principum conſtitutiones, quæ de Apollinariſtis promulgatæ ſunt, nõ habeant poteſtatem faciendi teſtamentum, neque id acquirant quod ipſis ex teſtamento cuiuſquam fuerit relictum, nihil etiam ex donatione aliqua conſequantur, ſed ſi quid ipſis vel liberalitate acciderit, vel viuentis vel morientis fuerit voluntate collatum, id protinus fiſco noſtro addicatur: ipſi verò in nullos aliquid ex rebus ſuis donare poſsint. Epiſcopos quoque vel presbyteros aliosq; clericos illis creare & habere non liceat: ſcientes tam Euticianiſtæ quàm Apollinariſtæ, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quàm hi qui conati fuerint impoſitum nomen ſacerdotale retinere, exilio, rerumque ſuarum amiſsione plectendos. Eos verò qui de hac catholica Roma Eccleſiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi fuerunt, derelicto vero Dei cultu, Apollinaris vel Euticetis hæreſim ſectati ſunt, vel poſt hæc ſectabuntur, omnibus pœnis, quæ vel prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtitutæ ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum H quoque Romani imperij ſolum pelli. Vniuerſi præterea Apollinariſtæ vel Euticianiſtæ non Eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant, neque ſynaxes, * neque conuenticula contrahant, neque ad poſſeſsionem cuiuſcunque, neque ad monaſteriũ, neque ad quemcunque alterius locum operatores ſectæ funeſtiſsimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe Domino volente conſtiterit, * poſtremo iudicialiter notum, domus vel poſſeſsio in qua conuenerint, fiſco ſocietur, monaſterium verò eius ciuitatis orthodoxæ Eccleſiæ in cuius territorio eſt, iubemus addici. Si verò ignorante Domino, ſciente verò qui diſpenſationes * domus exigit, vel conductore vel procuratore, vel prædij paraſynaxis conuenticula interdicta conuenerint, conductor vel procurator ſiue auctor, vel quicunque in domum vel poſſeſſionem

**al. paraſynaxes.*

**al. poſt rem iam in examine iudicis approbatam.*

**al. penſiones.*

A ſionem vel monaſterium receperint, vel paſsi fuerint illicitas paraſynaxes, conuentusq́; celebrari, ſi vilis & abiectæ conditionis ſint, fuſtibus publicè & in pœnam ſuam, & aliorum exerceantur exemplum. Si honeſtæ verò perſonæ ſunt, decem libras auri fiſco noſtro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinariſtam vel Euticianiſtam ad aliquam iubemus aſpirare militiam, niſi ad cohortalem vel limitaneam: ſi qui verò *cōtrà fecerint, ſoluto cingulo honeſtorum hominum & pallatij communione priuentur, nec in aliqua, niſi in ea, qua nati ſunt ciuitate vel vico ac regione verſentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati ſunt, tam ſacratiſsimo comitatu, quàm omni per prouinciam metropolitana ciuitate pellantur. Nulli inſuper Euticianiſtæ vel Apollinariſtæ publicè vel priuatim aduocandi cœtus, aut peruerſitatem facinoroſi dogmatibus aſſerendi ſit facultas. Nulli etiam cōtra venerabilē Chalcedonenſem ſynodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel legere, atque emittere: nemo huiuſmodi habere libros audeat. Quod ſi in his criminibus fuerint inuenti, per-

B petua deportatione damnentur. Hi verò * qui diſcendi ſtudio audierint, de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri quæ fiſco noſtro applicabuntur, ſubeant diſpendium. Omnes verò huiuſmodi chartæ ac libri, qui funeſtum Eutichetis cogina fuerint cōplexi, concrementur, vt facinoroſæ ſemper peruerſitatis veſtigia ipſa flammis ambuſta depereant. Aequum nanque eſt vt immaniſsima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi pater chariſsime atque amantiſsime parens. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua quæ hac ſacratiſsima cōſtitutione decreuimus in hac alma vrbe, diuerſisq́; prouincijs, ac præcipuè in Alexandrina ciuitate, & per vniuerſam Aegyptiacam diœceſim, edictis ex more propoſitis, ad omnium notitiam faciat peruenire, vt cuncta quæ ſtatuimus, in eos qui rei fuerint deprehenſi, ſeueritas protinus exerceatur, ſcientibus moderatoribus prouinciarum, eorumq́; apparitoribus, qui legis huius, quæ religioſiſsima ſanctione cuſtodienda decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari, denarum librarum auri mul-

C ctam fiſco noſtro cogantur inferre, inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Ea quoque quæ de paganis per omne Romanum Imperium æqualiter valitura * elegerimus, inſtantiſsimè in eos exerceantur, quos conſtiterit prophanos ritus celebrare. Data ſub die Calend. Auguſti, Conſtantinopoli, Diuo VIII. & Antemio IIII. C C. Conceſſ.

*aliàs extra prædictam militiam nulli fuerit militare.

*al. Eos verò.

*al. ... n... ſta... decr... mus.

ATTICVS EPISCOPVS, QVALIter formata epiſtola fiat.

D GRæca elementa literarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temerè præſumeretur, hoc à patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis ſaluberrimè inuentum eſt, & conſtitutum, vt formatæ Epiſtolæ hāc calculationis ſeu ſupputationis habeant rationem, id eſt, vt aſſumantur in ſupputationem prima græca elementa, patris & filij & ſpiritus ſancti, hoc eſt, π υ α quæ elementa & octogenarium & quadringenteſimum & primum ſignificant numerum. Petri quoque Apoſtoli prima litera, id eſt, π, quæ numerū octuageſimum ſignificat. Eius quoque qui ſcripſit epiſtolam prima litera, cui ſcribitur ſecunda litera, accipientis tertia litera, ciuitatis quoque de qua ſcribitur quarta, & indictionis quæcunque eſt temporis, idem qui fuit numerus aſſumatur, atque ita his omnibus græcis literis, quæ (vt diximus) numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam quæcunque fuerit collecta ſummam epiſtola teneat: hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſſè, addat præterea ſeparatim in epiſtola nonagenarium & nouum numerum, qui ſecundum græca elementa ſignificant. Valete in Domino.

MARCELINI PAPAE EPISTOLA PRIMA AD SALOMONEM COEPISCOPVM, IN QVA FILIVM AEQVALEM PATRI OSTENDIT. E

MARCELLINVS Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ catholicæ vrbis
Romanæ, Salomoni Coëpiſcopo in Domino ſalutē. Quàm
laudabiliter pro catholicæ fidei veritate mouearis, & quam
ſolicitè dominico gregi deuotionem officij paſtoris impen-
das, tradita nobis per diaconum tuum, fraternitatis tuæ ſcri-
pta demonſtrant, quibus notitiæ noſtræ inſinuare curâſti,
qui errorum morbi in regionibus veſtris modò exorti ſunt. F
Nam epiſtolæ ſermo, & commonitorij ſeries, & libelli tui
textus eloquitur, quod quidam errore decepti dicunt ideo patrem maiorē filio eſſe,
quia illi ſoli ſacrificium immolatur, & quòd filius nullam cum patre communionis
operam habeat, & quòd illud propheticum de ſolo patre dictum ſit: Sciant gentes,
quoniam nomē tibi Deus, tu ſolus altiſsimus ſuper omnem terram. Siue quod ideo
minor eſt filius, quia ipſe in cruce pendens dixit: Deus meus quare me dereliquiſti.
Quibus competens & congruum reddatur reſponſum, quia ſicut patri, ita etiam fi-
lio non ſolùm Chriſtianis temporibus, verumetiam à priſcis temporibus ſacerdoti-
bus varijs multiſq; modis probamus ſacrificium fuiſſe oblatum, Daniele Propheta
dicente. Non eſt locus (inquiunt tres pueri) ad ſacrificandum nomini tuo, & inue-
niri miſericordiam, ſed in anima contrita & in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Et
ſicut holocauſtomata arietum & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat ſacrifi-
cium noſtrum in conſpectu tuo hodie vt placeat tibi. Et vt filium fuiſſe agnoſcas, G
cui hi tres pueri ſacrificium ſe confeſsi ſunt obtuliſſe, ex ipſius Regis ac tyranni, qui
eos in fornacem ignis mitti præceperat, cōfeſsione addiſce, qui ſe cum tribus, quar-
tum in ipſo æſtuantis camini incendio ſociatum prodidit conſpexiſſe. Nónne, in-
quit, tres viros miſimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei. Verè Rex. Et dixit: Ec-
ce ego video quatuor viros ſolutos, & deambulātes in medio ignis, & aſpectus quar-
ti ſimilis filio Dei eſt. Idem Dei filius per Prophetam loquitur, dicens: Tibi offerent
Reges munera. Et vt hæc de filio Dei ſe dixiſſe doceret, dixit: Reges Tharſis & inſulæ
munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes
Reges, oēs gentes ſeruient ei. Et vt hæc omnia ſuperiùs deſignata Chriſto filio Dei
doceamus fuiſſe oblata, in natiuitate eiuſdem Dei, quæ ſecundū carnem facta eſt,
probamus fuiſſe completa, Euāgelio comprobante. Cum natus eſſet Ieſus in Beth-
leem Iudæ in diebus Regis Herodis, ecce Magi ab oriente venerūt Hieroſolymam,
dicentes: Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Et infra: Et intrantes domum inue- H
nerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis
theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Sacrificium itaque
quod à Chriſtianis ſacris altaribus admouetur, non ſolùm Deo patri, ſed etiam filio
communi deuotione offertur, quoniam nec patri ſine filio poteſt offerri, neque à fi-
lio ſine patre ſentiri. Quod autem communem operam habeant pater & filius, hoc
modo docetur, Dum primi hominis plaſma Deus ad imaginem Dei communi ope-
rationis virtute feciſſe fertur, ſcriptura dicente: Faciamus hominem ad imaginem
& ſimilitudinem noſtram. Item ibi, Deſcendamus & confundamus ibi linguam eo-
rum. Et: Pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur ſuper Sodomam. Et in Euan-
gelio. Pater meus vſque modò operatur & ego operor. Similiter & opera quæ ego
facio, non ſunt mea, ſed eius qui miſit me patris. Quæ omnia non diſcretam patris
& filij potentiam monſtrant, ſed vnam diuinitatis operationem annunciant. Et his
qui

A qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus eſſe non creditur. Si autem ex Euangelio filium Dei cognoſceres altiſsimum nuncupatum, nunquam filio derogans hoc de ſolo Deo patre dictum poneres teſtimonium, cùm ſcriptum ſit: Tu puer Propheta altiſsimi vocaberis. Et vt filius cum patre indiſcretè in altiſſimis habitaſſe credatur, Salomonis teſtimonio comprobatur: Ego (ſapientia inquit) habitáui in altiſsimis, & thronus meus in columna nubis. Et in Pſalm. 92. Tu autem altiſsimus es in æternum Domine, quoniam ecce inimici tui peribũt. Nã cum diabolus thronum ſuum contra creatoris ſui thronum in altiſsimis collocaret elatus ſuperbia, hæc auſus eſt nephando ore depromere: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, inquit, aſcendam ſuper ſidera cœli, ſedebo ſuper montes excelſos, & ero ſimilis altiſsimo. Item in Salomone: Ne dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triſte? Altiſsimus enim patiens eſt redditorum. Si auditum cordis tui ſcripturis non vis accommodare diuinis, quæ filium doceant altiſsimum nuncupatum, vel diabo-
B lo crede, qui contra opificis ſui thronum ſedem ſibi voluit collocare. Vt eum agnoſcatis filium à patre (vt vos ſuſpicamini) non fuiſſe penitus derelictam, hoc de ſe in Euangelio poſuit teſtimonium: Pater qui me miſit mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia quæ placita ſunt ei facio ſemper. Vnde pro ſurreptione mandamus, vt omnis cura atque ſolicitudo inuigilet, ne fides temeretur aut violetur. Iam nullus eſt ignorantiæ locus, nullus vtatur ſimplicitatis excuſatione præterita. Scienti peccare neceſſaria eſt confuſio, & quod errore contraxit ſcientia reformetur. Iſta frater tene & hæc doce. Vtinam ad plenioris affatus ſatietatem præſentiæ tuæ nobis gaudia contigiſſent, vt gratularemur nos & colloquio & præſentia tui frui, quam ſumus ante ſcripta complexi. Veruntamen probaſti dilectiſsime frater quo Chriſtianam fidem veneraris affectu, dum ea quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, ſine aliqua culpæ tranſgreſsione ſeruare, & ſpreta erratica & nociua doctrina, catholica & Apoſtolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere at-
C que ſeruare ſatagis. Hæc frater charíſsime & alia quæ patrum regulis continentur, in labijs & concordibus noſtris inuiſa retractatione meditemur, & ſicut ſcriptum eſt, narremus ea filijs noſtris, vt ea meditentur in cordibus ſuis, ſedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque ſurgentes, quia beatus in Domino qui in lege eius meditabitur die ac nocte. Hoc & magiſter gentium ſecutus, diſcipulum ſuum inſtruens admonet, hæc meditare, in his eſto, ſubijciens plenitudinem attende tibi & doctrinæ, quoniam ſi fidelibus ſine intermiſsione incumbimus inſtitutis, ſeparamur à vitijs, dum impenſa cura diuino operi, humano locum relinquit errori. Quòd ſi ea quæ prædicta ſunt validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, & conſtanter quæſtionibus obuiatur, ac prauorum intentio caſſatur, bonorumque fides & conſtantia robo-
D ratur.

Data VIII. Idus Septemb. Diocletiano & Conſtantino conſulibus.

ALTERA

ALTERA MARCELLINI E
AD ORIENTALES FRATRES EPISTOLA ADHORTATORIA, DOCENS NVLLI PRESBYTERO LICERE IN FORO PVBLICO CONTRA fratrem litigare, ſed potiùs omnia iuxta charitatis regulam inter Chriſtianos eſſe componenda.

DILECTISSIMIS fratribus vniuerſis Epiſcopis per orienta-
les prouincias cõſtitutis, Marcellinus Epiſcopus. Quid tam
dulce ſolicito, quàm quòd mihi de vobis innoteſcunt illa
quæ cupio? Quid tam religioſis conueniens inſtitutis, quàm
vt inter ſe ſacerdotes pacem (quam neceſſe eſt alijs pro offi- F
cio ánnunciare) conſeruent? Plena fateor gratulatione ſuſ-
cepi, quod votiua mihi de charitate, quæ inter vos eſt Eccle-
ſiarum pacem in literis indicáſtis: ſponte mihi quicquid hor
tari poteram, quicquid monere, delatum eſt: confirmet hoc Deus quod eſt opera-
tus in nobis, & quæ præcepit pro animarum ſalute facienda, hæc ipſe qui præcepit
pro ea qua nos redemit pietate faciat. Et his tam bonis nuncijs nos quoque religio-
ſam ſanctorum vicem reddimus nunciorum. Quicquid cum orientalibus quos ad
Eccleſiæ corpus vnitatemq́; reuocatos, dudum Dei noſtri ope literis ſignificauimus
deſtinatis, denuò cùm apertum fuerit repetitis vobiſcũ participamus indicijs. Mox
pro noſtro edicto ab orientalibus miſſa legatio eſt, certa ſperauit, certa conſuluit:
ſed facimus de his quæ fuerunt dicenda compendia, ipſius potiùs ad inſtruendam
notitiam veſtram, quæ à nobis ſunt reſponſa dirigentes, ne quid ſibi ſub ſpacio pro-
lixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error aſſumat, cùm ad rerum fidem ipſam G
teneri ſufficiat veritatem. Quid autem ad continentiam noſtrarum pertinet litera-
rum, oportuit quidem deſideria pleniùs expedire. Quapropter ſcitote vos à perſecu-
tione fratrum & ab omni litigio abſtinere debere, dicente ſcriptura. Seruum Dei nõ
oportet litigare, nec quicquam nocere, ſed omnes perſecutores Eccleſiæ ſeruorũq́;
eius, veſtris redargutionibus corrigere, teſtante Apoſtolo, argue, obſecra, increpa.
Quæcunq; ergo contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad Eccleſiam defe-
rantur, & ab Eccleſiaſticis viris terminentur. Maior autem non poteſt à minore iu-
dicari, nec Epiſcopi Pontifici à quo conſecrari probantur, præiudiciũ inferre vllum
poſſunt. Quòd ſi præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere nõ dubium eſt, nec
poſſe inter Eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri. Clericus verò cuiuſlibet ordinis
abſq; Pontificis ſui permiſſu nullum præſumat ad ſeculare iudicium attrahere, nec
laico quemlibet clericum liceat accuſare detractiones tamen & accuſationes atque
perſecutiones inter Chriſtianos oppidò vitandæ ſunt, quia licet pauci ſimus in com H
paratione aliorum, ſi tamen vnanimes fuerimus, faciliùs aduerſarijs reſiſtemus. San-
ctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, ſed Ieſus ſuſcipiebat plagas ideò vni-
cuiq; prouidendum eſt, ne aliquem iniuſtè iudicet aut puniat, ne Ieſum iudicet aut
puniat. Et Dominus in Euangelio ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo
enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Vnde & doctor gentium loquitur dicens:
Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut gentes ambu-
lant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita
Dei per ignorantiam, quæ eſt illis propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperan-
tes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omniſq́; aua-
ritiæ. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edo-
cti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, deponere vos ſecundum priſtinam conuerſationem
veterem hominem, qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris. Renouamini autem

ſpiritu

A ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: nolite locum dare diabolo: qui ſurabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſsitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Sed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare ſpiritũ ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, & miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo

B in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio: hoc enim ſcitote intelligẽtes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ: nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia, & veritate, probates quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt, ab ipſis, turpe eſt dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt, propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaq; fratres quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipien-

C tes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris, Domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri, ſubiecti inuicem in timore Chriſti. Omne enim quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia. Non licet ergo Imperatori vel cuiquã pietatem cuſtodienti aliquid contra mandata diuina præſumere, nec quicquam quod Euangelicis Propheticiſq; & Apoſtolicis regulis obuiat agere. Iniuſtum enim iudicium & definitio iniuſta Regis metu vel iuſſu à iudicibus ordinata non valeat, nec quicquam quod contra Euangelicæ, vel Propheticæ, aut Apoſtolicæ doctrinæ conſtitutionem ſucceſſorumúe eorum ſiue ſanctorum patrum actum fuerit, ſtabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit omninò ceſſabitur. Vos autem ſtate in fide, viriliter agite, & omnia ve-

D ſtra cum charitate fiant: huius rei gretia (vt ait Apoſtolus) flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiore homine, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati, vt poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo, longitudo & profundum & altitudo, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia & in Chriſto Ieſu in omnibus generationibus ſeculi, ſeculorum, Amen.

Data V. Idus Decemb. Diocletiano VI. & Maximo VIII.
IIII. C C. Conceſſ.

DIVI

DIVI MARCELLI EPISCOPI CONTRA MAXENTIVM TYRANNVM EPISTOLA IVVECTIVA, QVA BONI REGIS OFFIVM PRAESCRIBITVR, ET OMNES ſub multa æternæ pœnæ admonentur, ne Chriſtianos ſimplicitate ſumma præditos à vera fide abducant. E

MARCELLVS Epiſcopus ſanctæ & Apoſtolicæ & catholicæ vrbis Romæ Maxentio. Magiſtra bonorum omnium charitas, quæ nihil rapit extraneum, nihil agit aſperum, nihil confuſum, nihil factioſum, nihil quòd honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita ſui, non quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei vel proximi quærens, nemini inuidens, omnibus conſulens, non ſæuiens, ſed compatiens, non rapiens, ſed largiens, non murmurans, ſed omnia æquanimiter tolerans: ſi in te perfectè habitaret, temperares animum à malis, ſæuire deſineres in Dei Eccleſiam, ac ſanctos eius perſequi ceſſares, tyranni modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modeſtiam amplectereris, & bonis potioribus frui ſatageres. Charitas enim exercet corda, ſenſus corroborat, vt nihil graue, nil difficile, ſed totũ fiat dulce quod agitur, dum eius ſit proprium nutrire pacifica, ſeruare compoſita, diſſociata côiungere, praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis ſuæ munimine ſolidare. De ipſa ergo omnes monens Apoſtolus, ita loquitur dicens: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniens: & ſi habuero omnem prophetiam, & nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeam, charitatẽ aut non habeã, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas nõ æmulatur, nõ agit perperam, nõ inflatur, non eſt ambitioſa, nõ quęrit quæ ſua ſunt, nõ irritatur, nõ cogitat malũ, nõ gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunquã excidit. Quiſquis ergo in eius ſe radice inſerit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inaneſcit, quia amore fœcũditatis opus efficax non admittit. Licet modo charitas in perſecutoribus Eccleſiæ ſuorũq; Dei areſacta ſit, viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iuſtitiam, de quibus ipſa per ſe veritas teſtatur dicens: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et alibi: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur: potiùs enim nos & omnes Domini ſacerdotes, qui eius videlicet ſunt veri ſacerdotes, elegimus propter iuſtitiam, & veram fidem perſequi, & pro Chriſti nomine pati, quàm multis diuitijs ditari, honoribusq; copioſiſsimis abundare, & cœleſti regno carere. Iſta enim temporalia ſunt, illa æterna: iſta caduca, & ad horũ tranſeuntia, illa verò perpetua & ſine fine manſura. Tu ergo qui nos ſuades cultum dimittere diuinum, & à recta fide recedere, dijsq; immolare, meliùs tibi foret, vt tu priùs mutabilem te præberes, omneſq; exhortareris fidei documenta & diuini cultus miniſteria ita tenere, ſicut patres noſtri ſancti Apoſtoli ſibi tradita prædicauerunt & docuernt. Boni enim principis ac Regis eſt Eccleſias contritas atque ſciſſas reſtaurare, nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare atque tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos eorumq; ſucceſſores diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neq; expellere

A lere æterni Regis diſpenſatores, ſed ſi qui expulſi fuerint, aut ſuis rebus expoliati, primò omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis aut à perſecutoribus ablata ſunt, & ſedes proprias cum omnibus ad ſe pertinentibus regulariter reſtitui, & poſtea tempore congruo vocari ad ſynodum regulariter congregatam: nec licet ei, priuſquam fiant hæc de ſe iuxta ſtatuta prædictorum reſpondere, aut de ſuis impetitionibus, ſi ſe viderit prægrauari, reddere rationem. Sed his ritè peractis, ſuiſq; omnibus liberè diſpoſitis, ſi tum iuſtè videtur ſuis reſpondeat accuſatoribus, & inducias ſi ei neceſſe fuerit, accipiat non modicas, vt explorare valeat ea quæ obijciuntur ei, ne aliqua deluſus fraude, innocenter ruat, quoniam non oportet quenquam iudicare vel damnare, priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde ait Propheta: Priuſquam agnoſcas, non iudices quenquam. In hoc ergo quòd Epiſcopi & reliqui ſerui Dei perſequuntur, non tantum ipſi perſequuntur, quantum ille cuius vice funguntur, ſicut ſcriptum
B eſt: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, & alibi: Qui vos contriſtauit, me cõtriſtauit: & qui facit iniuriam, recipiet id quod iniquè geſsit. Vos ergo, licet corpora noſtra poſsitis occidere, animas tamen non poteſtis occidere, nec gradus nobis diuinitus collatos poteſtis auferre. Synodum ergo abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate Epiſcoporum, quanquam quoſdam Epiſcopos poſsitis congregare, non poteſtis regulariter facere, neque vllum Epiſcopum, qui hanc appellauerit apoſtolicam ſedem, damnare, antequàm hinc ſententia finitiua procedat. Nam ſi ſeculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quantò magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? de quibus dictum eſt: Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes: & ideo nullus Epiſcopus niſi in legitima ſynodo ſuo tempore, apoſtolica aut regulari auctoritate conuocata, ſuper quibuſlibet pulſatus criminibus audiatur vel iudicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Quod laici aut ſuſpecti Epiſcopos non debeant accuſare, neque accuſatoribus de
C inimici domo prodeuntibus credendum ſit, & à beato Clemente, ipſis eum inſtruentibus Apoſtolis, legimus definitum: & nos eadẽ firmamus, quoniam ijdem odio multotiens incenſi, rectè viuentes atque credentes perturbare nituntur. Propterea perſona, fides, vita, & conuerſatio atque ſuſpitio accuſantium enucleatim primò inquirenda eſt, deinde quæ obijciuntur fideliter pertractanda, quia nihil antè fieri debet quàm impetitorum vita & ſuſpitio, atque odium inquiratur. Et ſi bonæ conuerſationis non fuerint, aut laici, vel manifeſti inimici, aut odio reſperſi fuerint, nequaquàm in Epiſcoporum recipiantur accuſatione. Hæc vobis à quibus minis infeſtè perſequimur ſcienda mandamus, vt ab his vos caueatis, & ceſſetis perſequi eos qui Deo miniſtrant, quorum orationibus & terrena bella ſedantur, & Deus peccatoribus conciliatur: & ſi amplius nos elegeritis perſequi quàm Deo placere, & nos magis eligimus ſuſtinere perſecutionem quàm regulam confundi Eccleſiaſticam, hortante nos ipſa veritatis voce, atque ita teſtante. Nolite timerè eos qui
D occîdunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Et iterum: Si quis vult venire poſt me, abneget ſeipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum eius opus. Iſta vobis valde timenda & cauenda ſunt, à quibus Eccleſia Dei eiuſque miniſtri vexantur & perſequuntur, quibus Dominus per Prophetam minando loquitur, dicens: Homo in honore non commorabitur, aſsimilatus iumentis exæquatus eſt. Hæc eſt via eorum, inſipientia eorum & poſt eos iuxta os eorum curret: quaſi oues in inferno poſiti ſunt, mors paſcet eos, & ſubijcient eos recti in matutino, & figura eorum contereturin inferno poſt habitaculum ſuum: veruntamen Deus redimet animam meam

de manu inferi cum aſſumpſerit me. Noli timere cum multiplicata fuerit gloria domus eius: neque enim moriens tollet omnia, nec deſcendet poſt eum gloria eius. Quia animæ ſuæ in vita ſua benedicet. Laudabunt te cum bene fuerit tibi. Intrabit vſque ad generationem patrum ſuorum, vſque in finem non videbit lumen. Homo cum in honore eſſet, non commouebitur, aſsimilatus iumentis exequatus eſt. Et alibi: Quid glorialis in malitia, potens in iniquitate? Tota die inſidias cogitauit lingua tua, quaſi nouacula acuta faciens dolum. Dilexiſti malitiam magis quàm bonum, mendacium magis quam loqui iuſtitiam. Dilexiſti omnia verba ad deuorandum, lingua doloſa, Sed Deus deſtruet te in ſempiternum, terrebit & euellet te de tabernaculo, & eradicabit te de terra viuentium. Et videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt. Ecce vir, qui non poſuit Deum fortitudinem ſuam, ſed ſperabit in multitudine diuitiarum ſuarum, confortatus eſt inſidijs ſuis. Ego autem ſicut oliua virens in domo Dei ſperaui in miſericordia Dei in ſeculum, & in æternum confitebor tibi in ſeculum, quoniam feciſti, & expectabo nomen tuũ quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum. Iſta vobis omnia ad interitum, nobis autem ad confortationem, ne pereamus, dicta ſunt. Vobis ergo ideo hæc ſcribimus, quia debitores vobis ſumus, dicente domino, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt. Et alibi ſcriptuta loquitur dicens. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potũ da illi: hoc enim faciens carbones ignis congregas ſuper caput eius. His fulti authoritatibus, bellũ quod aduerſum nos excitatis, adeò fœliciciter dextera Domini proregente nos atq; pro nobis pugnãte, pacificè portare cupimus, vt triũphante Chriſto omniũ verorum fiat vna victoria ſacerdotum, & choruſcante lumine, veritatis Sole, erroris tenebræ cum ſuis authoribus pellantur quia non eſt in hominis poteſtate conſiliũ Dei. Iuſtus eſt enim dominus, & omnia iudicia eius iuſta ſunt atq; omnes viæ eius miſericordia & veritas & iudiciũ. In manu domini poteſtas terræ, cui execrabilis eſt omnis iniquitas, in manu Dei poteſtas hominis & ſuper faciem ſcribæ imponent honorem ſuum. Perdidit Deus memoriam ſuperborum, & inique agentium, & non dereliquit memoriam humilium, & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui rectè colit deum, quia ſi vita eius in probatione fuerit, corroborabitur, & ſi in tribulatione, liberabitur. Si vero in correptione fuerit ad miſericordiã perueniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus noſtris quia poſt tempeſtatẽ facit Deus tranquillitatẽ, & poſt lachrimationem & fletum exultationem infundit. Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum qui cum iratus fuerit, miſericordiam faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit Magnus eſt Dominus in æternum, & ipſe reget nos in ſecula, quoniam regnum eius permanet in ſecula ſeculorum, Amen. Data XVI. Calend. Februarij, Maxentio & Maximo IIII. CC. Conceſſ.

EVSE-

A EVSEBII PAPAE EPISTOLA PRIMA AD GALLICANAS ECCLESIAS, VBI DE HAERETICIS SVSCIPIENDIS, ET ACCVSATIONE Epiſcoporum à Laicis, & vera charitate, multa aguntur.

CHARISSIMIS fratribus Domino & Deo dilectis Epiſcopis omnibus per Gallicanas prouincias conſtitutis, Euſebius. Scripta ſanctitatis veſtræ cum magna gratiarum actione ſuſcepi, gauiſus ſcilicet de veſtra ſoſpitate, ſed con-
B triſtatus nimis de veſtra oppreſsione. Quòd ſignificâſtis enim quid de conuerſis hæreticis fieri debuiſſet, ſcitote nos eos qui in ſanctæ Trinitatis fide baptizati ſunt, per impoſitionem manus ſuſcipere. De accuſationibus verò clericorum ſuper quibus mandâſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores & accuſationes quas exteræ conſuetudinum leges non adſciſcunt, à clericorum accuſatione ſubmotas. Similiter laicos non accuſâſſe Epiſcopos hactenus obſeruatum & conſtitutum eſt, quia eiuſdem non ſunt conuerſationis. Et oppidò eis quidem infeſti exiſtunt, quippe cùm vita & ſecreta eorum, à laicorum actibus debeant eſſe remota, nec ab his impeti debeant, quorum caſtitatem & grauitatem nolunt imitari, maximè cum nec hi eos in ſuis volunt recipere accuſationibus. De ipſis verò ſuis, videlicet agricultoribus atque miniſtris, Dominus, laicis, & cunctis eos perſequentibus ait: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis
C meis nolite malignari. Et ipſa ſacra ſcriptura dicit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Talia enim & his ſimilia ſancti patres prouidentes pericula, laicos ſeculo militantes ab accuſatione ſacerdotum prohibuêre, ſimiliter ſeruos & liberos, atque cenſibus publicis vel priuatis ſubiugatos, omneſque infames ab eadem accuſatione vel tergiuerſatione ſubmouerunt. Non enim oportet vt permittantur carnales, ſpirituales perſequi: nec ſceleribus irretiti, vel ſeculo militantes, Epiſcopos infamare, vel lacerare, aut crimen opponere. Nam ſi hoc Apoſtoli aut ſucceſſores eorum permitterent, perpauci remanſiſſent, qui Domino in ſacerdotali ordine militâſſent. Idcirco & nos ſequentes patrum veſtigia, pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcunque ad accuſationem perſonas, leges publicæ non admittunt: his impugnandi alterum, & nos licentiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur Eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur. Quapropter illi, quibus indita eſt ad vnguem polita perfectio, talia ſilere debent, ita vt nec mutilentur, nec præponantur:
D illi qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem prædictorum admittantur, quia veritatis profeſſores infidelitas & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina confitentur: & ideo replicanda eſt ſolicitè veritas, quam ſponte prolata in illis vox habere non poteſt, hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora ſoluuntur, quæ geſta ſunt fideliter & veraciter exquirantur. Vnde quæſo primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui poſſunt & volunt defenſione omnium iuſtè loqui. Nos enim quos Dei ſeruitium poſt iſtarum rerum abiectionem fecit ingenuos, qui talium inſultationes, aut contumelias, aut deſpicimus, aut deridemus, quibus ſcriptum eſt de famulis, & vulgi hominibus per Apoſtolum: Mementote quia veſter & aliorum Dominus in cœlis eſt: ad hæc ſeculi mala reuocabimur? Faciendum à nobis eſt, quod facientem alterum profanum eſſe cōtendimus? Quod per miniſterium iuſsionis & manus alienum inceſtaret aſpe-

ctum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc per vniuerſas Eccleſias mentem rapa- E
cium luporum more & natura ſeruare, quia poſtquam nos maculat, forte pro deſi-
derijs eorum cruenta diſcuſsio effectum in his, quò tendunt, non habebunt, dicen-
te nobis Propheta: Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labijs, & re-
ducamus eos in viam rectam. Quia eodem Propheta aſſerente impugnantur qui di-
cunt, erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt nobis. Infames enim
ſunt proculdubio impugnatores Epiſcoporum, omnesq́; qui aduerſus patres armã-
tur, & conculcatores Eccleſiarum ſacerdotumque eius, & qui de publicis fugiunt
prælijs, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ aſperguntur ma-
culis. Omnibus impugnandi Epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos licenti-
am ſubmouemus, quia odit Deus eos qui patres perſequuntur, vt patrum inuaſores,
qui in omni mundo infamia notantur, & ideo iuſtè & regulariter reſpuuntur. Nũc
longa non opus eſt admonitione, iam perditis odium debemus aperire, de quibus
iam non ſupereſt quod damnetur auctoribus, de quibus Dominus per Prophetam F
loquitur, dicens: Reprobantes verbum ſperâſtis in calumniam, & in tumultum, &
eſtis in eo: propterea erit vobis iniquitas hęc ſicut interruptio. Rurſus etiã de talibus
Propheta clamat, dicens: Accedite huc ſemen adulterij & fornicarij. Super quem lu
ſiſtis, ſuper quem dilataſtis os & eieciſtis linguam? Num quid non vos filij ſceleſti
eſtis ſemen mendax? Ceſſent impij commentitia aduerſus ſimplices iam fraude mé-
tiri. Cuſtodi (inquit Propheta) linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur do
lum. Recede à malo, & fac bonum, quære pacem & perſequere eam. Oculi Domini
ad iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem Domini ſuper facientes
mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Et paulò poſt: Interficiet impium mali-
tia, & odientes iuſtum culpabuntur. Nos quanquam multa patiamur à talibus, dili-
gamus nos chariſsimi inuicem, quoniam charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit,
ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus
charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuũ vnigenitum G
miſit Deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dile-
xerimus Deum, ſed quoniã ipſe dilexit nos, & miſit filiũ ſuũ propitiationẽ pro pecca
tis noſtris. Chariſsimi, ſi Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deũ
nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicẽ, Deus in nobis manet, & charitas eius in no
bis perfecta eſt: in hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quo-
niam de ſpiritu ſuo dedit nobis, & nos vidimus, & teſtificamur, quoniam pater miſit
filium ſuum ſaluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius
Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos agnouimus & credimus veritati, quam
habet Deus in nobis. Deus charitas eſt & qui manet in charitate in Deo manet, &
Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudi-
cij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed
perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autem timet,
non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniã Deus prior dilexit H
nos. Si quis dixerit, quoniã diligo Deũ, & fratrẽ ſuũ oderit, mendax eſt. Qui aũt non
diligit fratrem ſuũ quem videt, Deũ, quem nõ videt, quomodo poteſt diligere? Et
hoc mandatum à Deo habemus, vt qui diligit Deũ, diligat & fratrẽ ſuũ. Omnis qui
credit, quoniã Ieſus Chriſtus ex Deo natus, & omnis qui diligit eũ qui genuit, dili-
git eũ qui natus eſt ex eo. In hoc cognouimus, quoniam diligimus natos Dei, cum
Deũ diligamus, & mandata eius faciamus: hæc eſt enim charitas Dei, vt mãdata eius
cuſtodiamus. Et mandata eius grauia nõ ſunt, quia omne quod natũ eſt ex Deo, vin-
cit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt qui vin-
cit mundum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt qui venit per aquã
& ſanguinem Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiri-
tus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas, quoniam tres ſunt qui teſtimo-
nium dant, ſpiritus, ſanguis, & aqua, & hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum
accipi-

A accepimus,teſtimonium Dei maius eſt,quia teſtificatus eſt de filio ſuo.Qui credit in filium Dei,habet teſtimonium Dei in ſe.Qui non credit filio,mendacem facit eum, quia nõ credit in teſtimonio,quod teſtificatus eſt de filio ſuo Deus.Et hoc teſtimonium eſt,quoniam vitam æternam dedit nobis Deus.Et hæc vita in eius filio.Qui habet filium,habet vitam: qui non habet filium Dei,non habet vitam.Hæc ſcribo vobis,vt ſciatis,quoniam vitam nõ habebitis æternam,qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc eſt fiducia,quam habemus ad eum,quia quodcunq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius,audiet nos.Et ſcimus quia audit nos,quicquid petierimus.Scimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo.Qui ſcit fratrẽ ſuum peccare,peccatum non ad mortẽ petat,& dabitur ei vita peccanti nõ ad mortẽ. Eſt peccatum ad mortem,nõ pro illo dico,vt roget quis.Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem.Scimus,quia omnis qui natus ex Deo, nõ peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum,& malignus non tangit eum.Scimus enim quoniam ex Deo ſumus,
B & mundus totus in maligno poſitus eſt.Et ſcimus quoniam filius Dei venit,& dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus Deum verum,& ſimus in vero filio eius: hic eſt verus Deus,& vita æterna.Propter mala ſua multi potentes oppreſsi ſunt valde,& glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore boni proceſſus illius fructificat. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo,& non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.Scitote chariſsimi,pro ea pietate quæ vobis Dei famulis impendenda eſt,omnes ſuggeſtiones veſtras fidei catholicæ profuturas,me dignanter ſuſcepiſſe,vt ipſarum quoq; opere,& pax Chriſtiana reparari, & error impius poſsit aboleri. Et ſi amplius de talibus aut his ſimilibus aliquid fuerit deliberandum,celeriter ad nos relatio dirigatur,vt pertractata qualitate horum, noſtra quid obſeruari debeat ſolicitudo,conſtituat. Data VI. Calend. Auguſt. Conſtante Cos.

C
ALTERA EVSEBII EPISTOLA ADMONITORIA, AD FRATRES PER ALEXANDRIAM ET AEGYPTVM CHRISTVM SYNCERE PRAEDICANTIBVS, ne ſe à vera fide per aſtutias falſorum Prophetarum auellere patiantur.

EVSEBIVS Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopus, dilectiſsimis,in charitate Chriſti vnanimis,charitatis glutino connexis,fratribus per Alexandriam & Aegyptum Domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in Domino
D ſalutem.

Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,pater miſericordiarum,& Deus totius conſolationis,qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra,vt poſsimus & ipſi conſolari eos,qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur ipſi à Deo: quoniam ſicut abundant paſsiones Chriſti in nobis,ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.Siue autem tribulamur,pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue exhortamur,pro veſtra exhortatione & ſalute,quæ operatur in tolerantiam earundem paſsionum quas & nos patimur, & ſpes noſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quoniam ſicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Vetera dilectiſsimi tranſierunt,& ecce facta ſunt noua.Omnia autem ex Deo,qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum,& dedit nobis miniſterium reconciliationis,quoniam quidem Deus erat in Chriſto,mundum reconcilians ſibi,non reputans illis delicta ipſorum, &

poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur tan- E
quam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis. Ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, & ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti, quaſi morientes, & ecce viuimus, vt caſtigati & non mortificati, quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil F
habentes, & omnia poſsidentes. Os noſtrum patet ad vos chariſsimi, cor noſtrum dilatatum eſt. Non auguſtiamini in carnalibus, anguſtiamini autem in ſpiritualibus. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filius dico dilatamini & vos nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ autem participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quę autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus, propter quod exite in medio eorum, & ſeparamini de medio eorum dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur habentes promiſsiones chariſsimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. Errorem veſtrum corrigite fratres, & ab omni erroris macula vos G
cuſtodite, vt purum Dei munus offerre valeatis. Seruos Dei nolite perſequi. Epiſcopos nolite infamare neque accuſare, quia Deus eos ſuo iudicio voluit reſeruari. Quod enim non ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus eos deprauari, aut accuſari voluit, ipſe dedit exemplum, quando per ſeipſum & non per alium, negotiantes eiecit ſacerdotes de templo, & menſas numilariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo: & ſicut alibi ait, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit. Dei ergo ordinationem accuſat, qui Epiſcopos accuſat vel condemnat, dum minùs ſpiritualia quàm terrena ſectatur. Cauſa enim fidei & dilectionis quibus ſalus Chriſtiana conſiſtit, multa me ſollicitudine laborare compellit, metuentem ne prauitas quæ in ſuis fuerat amputanda principijs, proceſſu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis eſt atque incongruum, eos qui Epiſcopos vel reliquos veros ſacerdotes ſua perſecutione vexant, catholicorum nominibus ſine diſcretione miſceri, cum iam natam impietatem non deſerentes, ipſi ſua H
prauitate condemnantur, quos conuenit percelli pro perfidia, aut liberari pro venia: quia ſicut plenum pietatis eſt oppreſsis charitatem dominicam reddi, ita iuſtum eſt omnia perturbantis auctoritatem amputari. Miror chariſsimi, quare tam cito mouemini, atque à veſtro ſenſu transferimi, cum ſcriptum ſit: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis: adeſt enim commiſsio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non eſt tibi nihil in ſeculo: eris enim inuidus tuæ vitæ. Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica paulatim decidet, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos, & qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam, putredo & vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde eſt, & minorabitur, & qui delinquit

A quit in animam ſuã inſuper habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita, & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam pœnitebit, & qui iocundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum, noli denudare: audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatum, odiet te, & ſic adhærebit tibi ſemper. Audiſti verbum aduerſus proximum, commoriatur in te fidens, quoniam non te diſrumpet, à facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partis infantis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti. Corripe amicum ne fortè cum fecerit iniuriam, & non intellexerit, dicat, non feci, aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne fortè non dixerit. Et ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, ſæpe enim fit commiſsio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua?
B Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori altiſsimi, quia omnis ſapientia & ſcientia timor Dei, & in illa eſt timere Deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Nõ eſt ſapientia, neque ſcientia & non eſt cogitatus bonus, niſi in illa. Peccatorum prudentia eſt nequitia, & in ipſa execratio, & eſt inſipiens, imminuitur ſapientia. Melior eſt homo qui defecit ſapientia, & deficiens ſenſu in timore, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſsimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua, & eſt qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Et eſt iuſtus, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate, & eſt iuſtus qui inclinat faciem, & fingit non videre ſe quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi malefaciet. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciat de illo. Eſt correptio mendax in ore contumelioſi, & eſt iudicium quod non probatur eſſe
C bonum, & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci, & confitentem in oratione non prohibere. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam, ſic qui facit per vim iudicium iniquum. Quàm bonum eſt correptio manifeſtare pœnitentiam, ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquẽdum. Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ: eſt & tacens, tempus ſciens apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, lædit animam ſuam, & qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſte, odietur. Eſt proceſsio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt datum quod nõ eſt vtile, & eſt datum, cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio, & eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico precio, & eſt reſtituens ea ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Datum inſipientis non erit vtile tibi, ocu-
D li enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit & multa improperabit, & apertio oris illius inflamatio eſt. Hodie fœnerat quis, & cras expetit, & odibilis homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gloria bonis illius. Qui enim educunt panem illius, falſæ linguæ ſunt: quotiens & quanti irridebunt eum? neque enim quod habendum erat directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & quod non erat habendum. Lapſus falſæ quaſi qui à pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter venient. Homo ingratus quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſsidiua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt qui vetatur peccare ab inopia, & in requie ſua ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſonæ autem acceptione perdet ſe. Eſt qui præ confuſione promittit pro amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. Opprobrium enim nequã in homine mendaciũ, & in ore indiſciplinatorũ aſsiduè erit. Laudat furem aſsiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabũt.

Mores hominũ mendacium ſine honore,& confuſio illorũ cum ipſis ſine intermiſ- E
ſione. Vos fratres admonemus pro futura hominibus inuicem indeſinenter ſectari in charitate Chriſti. Similiter obſecramus vos in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cũ omni humilitate, & manſuetudine, cũ patientia inuicem ſupportantes in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis, vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnũ baptiſma, vnus Deus, & pater omniũ, qui ſuper oẽs & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; aũt noſtrum data eſt gratia ſecundum menſurã donationis Chriſti, propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Quòd aũt aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt, qui aſcendit ſuper oẽs cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam aũt Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores ad cõſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus oẽs in vnita- F
tem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circuuferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris: de occultis enim cordis alieni temerè iudicare iniquum eſt, & eum cuius non videntur niſi opera bona, peccatum eſt ex ſuſpitione reprehendere: Oues ergo quæ paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt, quanquam rectè reprehendenda videantur. Ideo iſta dicimus, quia in ſcripturis veſtris reperimus quoſdam Epiſcopos noſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione. Et idcirco quoſdam eſſe rebus ſuis expoliatos, quoſdam verò à propria ſede pulſos. Quos ſcias, nec ad ſynodũ comprouincialem, nec ad generalem poſſe vocare, nec in aliquid iudicare, antequã cuncta quæ eis ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur. Priùs ergo oportet omnia G
illis legibus redintegrari, & Eccleſias quæ ei ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio ſuo reſtitui, & poſtmodũ non ſub anguſti temporis ſpacio, ſed tantum temporis ſpaciũ eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulſi eſſe videntur antè, quàm ad ſynodũ conuocentur, & ab omnibus quibuſq; ſuæ prouinciæ Epiſcopis audiantur. Nã nec cõuocari ad cauſam, nec dijudicari poteſt expoliatus vel expulſus, quia nõ eſt priuilegium quo expoliari poſſit iam nudatus. Vnde & antiquitùs decretũ eſt, vt omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atq; fructus cũctos ante litem cõteſtatam præceptor vel primas poſſeſſori reſtituat. Et alibi ſcriptũ habetur: Ille qui violentiam pertulit, vniuerſa in ſtatu quo fuerant, recipiat, & quæ poſſidet ſecurus teneat. Et alibi in ſynodalibus patrũ decretis, & Regũ edictis legitur ſtatutũ. Redintegranda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eorũ vnde abſceſſerũt loca funditus reuocanda, quacunq; conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorũ, aut per quaſcunq; iniuſtas cauſas res Eccle- H
ſiæ, vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur, ante accuſationẽ aut regularem ad ſynodũ vocationem eorũ, & reliqua. Eſt etiam in antiquis Eccleſiæ ſtatutis decretũ, vt qui aliena inuadit, nõ exeat impunitus, ſed cũ multiplicatione omnia reſtituat. Vnde & in Euangelio ſcriptũ eſt: Quod ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplũ. Et in legibus ſeculi cautũ habetur: Qui rem ſubripit alienã, illi cuius res direpta eſt, in decuplum quæ ſublata ſunt, reſtituat. Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. Talia ergo nõ præſumantur abſq; vltione, nec exerceantur abſq; ſua damnatione. Pacem & non damnũ, aut iniuſtitiã alicuius ſectamini inuicem & in oẽs. Veritatem aũt facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, ex quo totũ corpus compactum & connexum per omnẽ iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundũ oparationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædifica-

A ædificationem ſui in charitate. De cætero chariſsimi gaudete, & perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Dominus cuſtodiat vos & nunc, & in die æternitatis Amen. Data IX. Calend. Octobris, Conſtante. C C. Conceſſ.

TERTIA EVSEBII EPISTOLA AD EPISCOPOS ET DIACONES THVSCIAE ET CAMPANIAE, VT NON SOLVM DILIGENTIORES SINT CIRCA EA GERENda, quæ adminiſtratio religioſa deſiderat, ſed etiam bonis operibus in hoc ſeculo ſint diuites, ne æterno gaudio priuentur. Et nonnulla alia de feſto inuentionis crucis, de hæreticis ſuſcipiendis, de impoſitione manuum habebitis.

B

DILECTISSIMI fratribus vniuerſis Epiſcopis per Campaniam & Thuſciam conſtitutis, Euſebius. Benedictus Dominus Deus noſter, qui per miſericordiam ſuam Romanã Eccleſiam beati Petri Apoſtolorum principis ſacerdotio ditauit, nobiſq; viam monſtrandam circa nos propter vniuerſalem curam, quæ nobis propter priuilegium eiuſdem Eccleſiæ charitas indulſit, qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoq; votiua iocunditate colloquij, quo faciliùs, dum per literarum miniſteria ad vos vſq; pertendimus, etiam corda veſtra ad religioſum
C cultum Apoſtolicis admonitionibus incitemus, & dum dilectionis noſtræ ſpei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monſtremus affectum. Iungamus ergo dilectiſsimi fratres, continuas & humiles preces, & Deum noſtrum oris & cordis lacrymis ſupplicantes iugi deprecatione poſcamus, vt inſtitutione & opere illi, cuius eſſe membra cupimus, hæreamus, nec vnquam ab illa via, quæ Chriſtus, eſt deuio tramite declinemus, ne ab eo iuſtè quem nos impiè relinquimus, deſeramur infideles. Quod cùm ſuperni fauoris auxilio ea nobis poteſt ratione contingere, ſi Apoſtolica dogmata, ſi patrum mandata ſeruamus. Dicit enim Dominus noſter: Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Et licet hæc poſsint generaliter dicta ſufficere, vt vel declinemus errata, vel cuſtodiamus catholica, ab Apoſtolis tamen eorumq; ſucceſſoribus nouimus conſtitutum, criminationes aduerſus doctores non debere ſuſcipere, nec peregrina iudicia fieri, nec quenquam alterius iudicis, quàm
D ſui ſententia debere conſtringi. Caput enim Eccleſiæ Chriſtus eſt, Chriſti autem vicarij ſacerdotes ſunt, qui vice Chriſti legatione funguntur in Eccleſia. Idcirco quicquid ad eorum fit iniuriam, ad Chriſtũ pertinet qui dixit: Qui vos audit, me audit. & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui ſpernit me, ſpernit eum qui miſit me. Iſta fratres terribilia ſunt, & oppidò diligenter cõſideranda & cauenda, & tam propter eos qui ſeipſos aut aut cupiditate, aut auaritia, aut inuidia perdere moliuntur, ne in profunda labantur, aut in talia incidãt mala, quàm propter perſecutores Eccleſię ſeruorũq; eius, qui iuxta veritatis vocem oculos habentes, non vident, & aures habentes non audiunt, nec intelligunt quæ placent Deo, ſequentes in omnibus Apoſtolicã regulam, & prædicantes eius omnia conſtituta ob cuſtodiam Epiſcoporũ, qui columnæ Eccleſiæ à Deo dicti ſunt, & cæterorum verorũ ſacerdotum firmantes cana patrum ſtatuta: ſtatuimus iterum cum omnibus qui nobiſcum ſunt Epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, vt homicidę, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici,

venefici,ſuſpecti,criminoſi,doloſi,periuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt,ſeu qui ad ſacrilegos diuinosq; concurrerunt, ſimileſque eorum nullatenus ad accuſationem vel ad teſtimonium erũt admittendi,quia infames ſunt & iuſtè repellendi,quia funeſta eſt vox eorum. Vocem enim funeſtam in omnibus interdici potiùs quàm audiri oportet. Periculum ergo quod doctoribus imminet, ſummoperè ſemper cauendum eſt & declinandum,& illi ſunt à cunctis portandi & cuſtodiendi,dicente Domino:Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.Prima enim ſalus eſt rectæ fidei regulas cuſtodire,& à conſtitutis patrum nullatenus deuiare. Nec poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.Et hæc quæ dicta ſunt,rerum probantur effectibus, quia in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſeruata religio.Ideo chariſsimi &vos iuxta ſanctam ſcripturam diſcite bene facere & mala declinare,& patrum regulis imbui,ſicut ſcriptum eſt: Fili ſi habes bene fac tecum,& Deo dignas oblationes offer.Memor eſto quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum,quia demonſtratum eſt tibi. Teſtamentũ huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bona,& particula boni doni non te prætereat. Nónne alijs relinquis dolores & labores tuos? In diuiſione ſortis da & accipe,iuſtifica animam tuam.Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quia non eſt apud inferos inuenire cibum.Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet,& ſicut folium fructificans in arbore viridi.Alia generantur,& alia deijciuntur.Sic generatio carnis & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur,ibit cum ipſo.Et omne opus electum iuſtificabitur, & qui operatur illud honorabitur in illo.Beatus vir qui in ſapientia ſua morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur,& in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.Qui excogitabit vias illius in corde ſuo & in abſconſis illius intelligens erit,vadens poſt illam quaſi inueſtigator,& in vijs illius conſiſtens.Qui reſpicit per feneſtram eius,& in ianuam illius audiens.Qui requieſcit iuxta domum illius,& in parietibus illis figens palum. Statuit caſulam ſuam ad manus illius,& requieſcunt in caſula illius dona per æuum.Statuet filios ſuos ſub tegmine illius,& ſub ramis illius morabitur, protegitur ſub ramis illius à feruore,& in gloria eius requieſcet. Qui timet Dominum faciet illud, & qui continens eſt iuſtitiæ,apprehendet illam,& obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum,& non confundetur,& exaltabit eum apud proximos ſuos, & in medio Eccleſiæ aperiet os eius, & implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum,iocunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi,homines ſtulti non videbunt illam.Longè enim abeſt à ſuperbia & dolo.Viri mendaces non erunt illius,& viri veraces inuenientur in illa,& acceſſum habebunt vſque ad inſpectionem Dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,quoniam à Deo perfecta eſt ſapientia.Sapientia enim Dei ſtabit laus, & in ore fideli abundabit,& dominator dabit eam illi.Non dixeris per Dominum abeſt,quæ odit non feceris,non dices,ille me implantauit.Non enim neceſſarij ſunt illi homines impij. Omne execramentum erroris odit Deus,& non erit amabile timentibus eum.Deus ab initio conſtituit hominem,&reliquit illum in manu conſilij ſui,adiecit mandata & præcepta ſua. Si volueris mandata, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare.Appoſui tibi aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum,ante hominem vita & mors,bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi,quoniam multa patientia Dei, & fortis in patientia, videns omnes ſine intermiſsione. Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe cognoſcit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpacium peccandi. Non enim

A enim concupiſcit multitudines filiorum infideliũ & inutilium. Ne iocunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur, non oblecteris ſuper ipſos, ſi nõ eſt timor Dei cũ illis. Non credas vitæ illorum, & non reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim vnus timens Deum, quã mille filij impij. Et vtile mori ſine filijs, quã relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deſeretur. Multa alia vidit oculus meus, & fortiora horum audiuit auris mea. In ſinagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardeſcet ira. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtruxerunt confidentes ſuæ virtuti, & nõ pepercit peregrinationi illorũ, ſed percuſsit eos, & execratus eſt illos præ ſuperbia verbi illorũ. Non miſertus eſt illis totã gentẽ perdẽs extollẽtes ſe in ſuis peccatis. Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui. Et ſi vnus fuiſſet ceruicatus mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cũ illo potens exoratio, & effundens iram ſecundum miſericordiã ſuam. Sic correptio illius homines ſe-
B cundum opera ſua iudicabit. Non effugiet in rapina ſua peccator, & non retardabit ſufferentiã facientis miſericordiam. Omnis miſericordia faciet locum vnicuiq; ſecundũ meritũ operũ ſuorum & ſecundũ intellectum peregrinationis, Non dicas à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus, vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, montes ſimul & colles & fundamenta terræ. Et cum conſpexerit illa Deus tremore concutientur, & in omnibus his inſenſatum eſt cor. Et omne cor intellgitur ab illo, & vias illius quis intelligit? Et procellam quam nec oculus vidit hominis Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis, ſed opera iuſtitiæ illius quis enarabit, aut quis ſuſtinebit? Large enim eſt teſtamentum à quibuſdam & interrogatio hominum in conſumatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat mala, & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Omnis ergo fratres ſermo malus de ore veſtro nõ procedat,
C ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite cõtriſtare ſpiritũ ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redẽptionis. Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omnĩ malitia. Eſtote aũt inuicem beningni, miſericordes, donantes inuicẽ ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos aut turpido, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidẽtiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquãdo tenebræ, nunc aũt lux in Domino
D vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in bonitate, & iuſtitia, & veritate, probantes quid ſit beneplacitum Deo, & nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autem redauguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt dicere. Omnia autem quæ arguũtur à lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto loquentes vobismetipſis in pſalmis & hymnis in cordibus veſtris, Domino gratias agẽtes ſemper pro omnibus in nomine Domni noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri, ſubiecti inuicem in timore Chriſti. Crucis ergo Domini noſtri Ieſu Chriſti quæ nuper nobis gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenentibus quinto nonas Maij inuenta eſt, in præ-

in prædicto calendarum die inuentionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus. Similiter & hæreticos omnes quicunque Dei gratia conuertuntur, in ſanctæ trinitatis nomine credentes baptizati ſunt, Romanæ Eccleſiæ regulam tenentes per manus impoſitionem reconciliari præcipimus. Manus impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quæ ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus. Nec tempore Apoſtolorum ab alijs quàm ab ipſis Apoſtolis legitur aut ſcitur peracta eſſe, neque ab alijs (ſicut iam dictum eſt) quàm ab illis qui eorum locum tenent, vnquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Eccleſiaſtica vnquam reputabitur ſacramenta. De cætero fratres gaudete & exultate in Domino, vt ſancti ſpiritus gratia illuminati & confortati, vos veſtroſq; ad paſcua æternæ vitæ peruenire atque perducere adminiculante Domino valeatis. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas Dei & communicatio ſpiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus nobis, Amen: Data VIII. Calend. Septemb. Conſtante C. conſule. E F

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFICVM, AD MARCVM PAPAM PRO EXEMPLARIBVS NICENI CONCILII, QVIA ARRIANI EOrum exemplaria incenderant.

SANCTO & Apoſtoli culminis venerando Domino Marco ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis atque vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Athanaſius & vniuerſi Aegyptiorum Epiſcopi. G Ad vos perueniſſe non dubitamus, quanta & qualia ab hæreticis, & maximè ab Arrianis quotidie patimur, quoniam in tantum ab eis perſequimur, vt etiam viuere nos tædeat. Nam inſtanti tempore ſubito & inſpiratè in nos irruentes, nosq; iuxta præceptum Domini, qui ait, ſi vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam fugiendo propter cladem populi declinantes, nos comprehendere non valuerunt, ſed omnia noſtra depopulati ſunt: in tantum enim noſtra vaſtauerunt, vt nec libros nec veſtimenta Eccleſiaſtica, aliaque ornamenta, nec reliqua vtenſilia nobis dimitterent. Libros verò noſtros vſque ad minimum incendentes, nec iota vnum relinquentes propter veritatis fidem Nicenam ſynodum, qua clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam noſtram, & omnium Chriſtianorum, incenderunt. Quapropter precamur pater beatiſsime, quia non dubitamus apud vos plenaria eſſe Niceni Concilij H exemplaria, vt nobis illa quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris veſtri Syluestri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione. Nam quando prædictæ ſynodo cum beatæ memoriæ Alexandro digno Deo Pontifice noſtro, id eſt, Alexandrinæ magnæ ciuitatis Epiſcopo in diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentiæ teſtimonio per beatos viros Victorem, Vincentium presbyteros Apoſtolicæ ſedis apocriſarios miſſa ſunt prædicto papæ Syluestro cum adſtipulatione ſubnexa capitula 70. Sanè præſentibus nobis 80. capitula in memorata tractata ſunt ſynodo, 40. à Græcis græca lingua ædita, & 40. à Latinis ſimiliter latina ædita lingua: ſed viſum eſt trecentis decem & octo patribus in prædicto ſancto ſpiritu repletis concilio cõgregatus, & maximè iam dicto Alexandro, & apoſtolicæ ſedis apocriſarijs, vt 10. capitula adunarentur, alijs atque congruis in locis insererentur, & ad formam 60. diſcipulorum vel totius orbis terræ linguarum, 60. tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ

A quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem, & omnes ſub ſecerdotali & Chriſtiano nomine degentes vna fides, & vna ſacerdotalis atq; clericalis regeret norma, nec quiſquam à ſuo diffideret capite. Nunc ergo, vt prædictum eſt, inimici ſanctæ Dei Eccleſiæ, & maximè Ariani à quibus quotidiæ expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata 70. Niceni Concilij capitula, quæ de præfata ſynodo iam facta, iubente Domino meo Alexandro, decreto omnium Epiſcoporum attuli, quæ etiã corã omnibus recitaui atq; transſcripſi, ſunt igne cõbuſta, optamus vt à veſtræ ſanctæ ſedis Eccleſiæ auctoritate quæ eſt mater & caput omnium Eccleſiarum, ea ad correptionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præſentes legatos mereamur. Vere nouimus Apoſtulatus veſtri cor gratia ſancti Spiritus in tãtum eſſe accenſum, vt omnibus oppreſsis ſuccurratis, quãto magis nobis qui licet exigui ordinis, tamen veſtri ſumus, vobiſq; obedientes, cum omnibus nobis cõmiſsis, & eſſe ſemper volumus. Ideo decet & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia
B quæ neceſſaria iuxta ſapientiã quã vobis præſtitit, altiſsimus eſſe cognoueritis, abſq; tarditate præſtare, vt tantæ miſeriæ ſqualores, à fidelium mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixum aditu tantæ miſeriæ obſerato, ſalutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, veſtraque authoritate atq; auxilio roborati, aduerſantium tergiuerſationes euadere valeamus, atque in confuſo vultu non fraude cuiuſquã perculſi aſsiſtere æterno iudici mereamur, & vocem audire Chriſti, Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

RESCRIPTIO MARCI PAPAE DE MISSIONE CAPITVLORVM NICENI CONCILII ATHANASIO ET OMNIBVS AEGYPTIORUM Epiſcopis.

C

Dominis venerabilibus fratribus, Athanaſio, & vniuerſis Aegyptiorũ Epiſcopis. Marcus S. Ro. Eccleſiæ Epiſcopus.

DOLEO fratres & nimium contriſtor ſuper afflictione veſtra, ſed oppido conſulor, quod vento agitata non eſtis harundo, ſed recti in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes inceſſanter perduratis. Lectis ergo frat. veſtræ literis, vigorem conſtantiæ quem olim noueramus, agnouimus congratulantes vobis quòd ad cuſtodiendum gregem paſtoralem, curam vigilanter inſequimini, ne lupi
D qui ſub ſpecie ouium ſubintrãrunt, beſtiali ſæuitia ſupplices quaſque delacerent, qui non ad hoc ſubintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, ſed vt ea quæ ſunt ſana corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectionem veſtram, vt bonum quod incepiſtis adminiculante diuina gratia vſque in finem perducere ſatagatis, veritatis voce monente: Beatus qui perſeuerauerit vſque in finem, vnde enim beata perſeuerãtia niſi de viriute patiẽtiæ? Nam iuxta apoſtolũ omnes qui voluerint pie viuere in chriſto, perſecutionẽ patiẽtur: quæ non in eo tantũ cõputanda eſt, quod cõtra Chriſtianã pietatẽ, aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuſcunq; ſupplicijs, cũ perſecutionũ ſæuitiã ſuppleant, ſed diſsimilitudines morũ & contumaciæ inobedientiũ, & malignarũ, quibuſq; conflictationibus cõmunia ſemper mẽbra pulſantur, ita vt nulla piorũ portio à conflictatione ſit libera, periculis nec otio careant nec labore: nã hæc & omnia incremẽta, ad chriſti gratiã ſemper ſunt referẽda, vt in omnibus quæ agimus Deus omni perfectè laudetur tẽpore. De capitulorum

nãq; verorũ Niceni cõcilij nos interfuiſſe literis veſtræ fraternitatis ſignificaſtis,à no E
ſtris qui vna nobiſcũ interfuerũt diligentioribus requiſiuimus collocutionibus,qui
ita vt veſtræ teſtate ſunt literæ, omnẽ nobis ordinẽ expoſuerũt,& veſtrã epiſtolã per
omnia veram eſſe teſtificati ſunt,non vt nos aliquid ſiniſtrum veſtra ex parte arbitra
remur,ſed nos & vos illoſque abſq; vlla in poſterum titubatione vnum ſentire opta-
remus & ſancta Romana Eccleſia quæ ſemper immaculata permanſit & Domino
præuidente,& beato Petro Apoſtolo opem ferente in futuro manebit ſine vlla hæ-
reticorum inſulatione firma & immobilis omni tempore perſiſteret. His ita peractis
diligenter requirentes in ſancto noſtræ & apoſtolicæ ſedis ſcrinio eadem, quæ ſan-
ctæ recordationis prædeceſſori meo Syluestro ſunt directa, ſeptuaginta (vt ſignifi-
caſtis) capitula illæſa inuenimus. Ipſa enim vobis propter authoritatem & ſubſcri-
ptionem tantorum patrum & eius magni concilij minime miſimus,ſed per eadẽ co-
ram apocriſarijs veſtris alia ſimilia eundem numerum eademq; verba, & ipſam ſub-
ſcriptionem continẽtia,vobis reſcribere & ſub certa ſtipulatione & confirmatione F
mittere curauimus.Et quis eſt qui fratribus ſuis talia negare audeat? Nam non neg-
ligenda nobis hæc per ſancti Spiritus gratiam Dominus docuit,ſed fideliter exercen
da & fratribus contradenda & docenda diſtribuit. Hæc Apoſtolorũ viua traditio,
hæc eſt vera charitas quæ prædicanda eſt,& præcipuè diligenda ac fouenda, atq; fi-
ducialiter ab omnibus tenenda:hæc ſancta & apoſtolica mater omnium Eccleſiarũ
Chriſti Eccleſia,quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite apoſtolicæ traditionis
nunquam erraſſe probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauanda ſuccubuit,
ſed vt in exordio normã fidei Chriſtianæ percepit ab auctoribus ſuis Apoſtolorum
Chriſti principibus,illibata fine tenus manet, ſecundum ipſius Domini ſaluatoris
diuinam pollicitationem,qui diſcipulorum ſuorum principi in ſuis fatus eſt Euan-
gelijs:Petre inquiens,ecce Satan expetiuit vt cribraret vos,ſicut qui cribrat triticum
ego autem pro te rogaui vt non deficiat fides tua,& tu aliquando confirma fratres
tuos.Conſideret itaq; veſtra excellens prudentia quam bonum ſit ſuperſiſtere in diſ G
penſatione vobis credita,& in fide recta,atque hæreticis & æmulis Chriſti repugna
re,& nunquam à veritatis tramite declinare quoniam Dominus & ſaluator omni-
um cuius fides eſt,qui pro nobis mori nõ dubitauit,& proprio nos ſuo redemit ſan-
guine,qui fidem beati Petri non defecturam promiſit,& cõfirmare eum fratres ſu-
os admonuit,quod apoſtolicos pontifices meæ exiguitatis prædeceſſores confiden-
ter feciſſe ſemper cunctis eſt cognitum,quorum & puſillitas mea licet impar ſit & in
firma,pro ſuſcepto tamen diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſtere:
væ enim erit nobis qui huius miniſterij onus ſuſceptum habemus,ſi veritatem ſalua
toris noſtri Ieſu Chriſti,quam Apoſtoli prædicauerunt,prædicare neglexerimus:væ
erit nobis ſi ſilentio veritatem oppreſſerimus, qui erogare nummularijs iubemur,
id eſt Chriſtianos populos imbuere & docere,quid in ipſius Chriſti futuro dicturi
ſumus examine,ſi ſermonis eius veritatem confundimur prædicare?quid erit de no-
bis cum de commiſsis nobis animabus,& de officio ſuſcepto rationem iuſtus iudex H
Chriſtus Deus noſter diſtrictam exegerit? Ideo fratres hortor dilectionem veſtram
obteſtor & moneo,vt qua debetis & poteſtis ſollicitudine vigiletis ad inueſtigan-
dos hæreticos & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ,& à ſuis mentibus ne peſtis hæc lati-
us diuulgetur ſeueritate qua poteſtis pro viribus extirpetis:quoniã vt habebit à Deo
dignæ remunerationis præmiũ qui diligentius quod ad ſalutem commiſſæ
ſibi plebis proficiat,fuerit executus,ita ante tribunal Domini de
reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare quicunq; ple
bem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis
auctores noluerit custo-
dire. Data
XX. Calendas Nouembris Nepotiano & Secun-
do viris clariſsimis conſulibus.

A
EPISTOLA ATHANASII ET AEGYPTIORVM EPISCOPORVM AD LIBERIVM PAPAM, DE OPPRESSIONIBVS ARRIANORVM.

Domino beatiſs. & honorabili ſancto patri Liberio Papæ Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorum Epiſcopi, in vnum ſynodicè apud Alexandriam congregati.

VESTRAE beatiſsimę paternitatis iura penes Deum ſunt manifeſta, dum prædicationibus ſcilicet apoſtolicis, & doctrinis veræ fidei cultura vniuerſa repleta ſit terra: per diuinorũ
B tamen eruditionem eloquiorum veſtra inſtruente admonitione exhortatoria ſuperædificatur orthodoxa Chriſti Eccleſia, apoſtolica inſtitutione fundata, & à fidelibus patribus firmiſsimè roborata, ad quam omnes beatiſsimi Apoſtoli pari honoris & poteſtatis conſortio præditi populorum agmina conuertentes, piè ſanctéq; de tenebris ad lumen, de lapſu ad veram fidem, de morte ad vitã homines diuinæ prædeſtinationis gratia præceptis ac monitis perduxerunt, quorum ſanctorum Apoſtolorum veſtra fraternitas honoranda ſequens merita, & perfectiùs implens exempla, Eccleſiam Dei morum probitate, & actuum ſanctitate condecorat, & fide ſacra Chriſtianis moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcepit ſtudijs pontificalibus indeſinenter operatur & perficit, ſeruans legis diuinæ mandata, quia non legis auditores iuſti ſunt apud Deum, ſicut narrat Apoſtolus, ſed factores legis iuſtificabuntur. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea
C quæ à ſancta ſede veſtra Apoſtolorum, eorumq́; ſucceſſorum prædicatione ſuſcepimus, atque quæ in Nicena ſynodo roborata cognouimus prædicare, & Arrianorũ blaſphemias, atque aliorum hæreticorum repellere cupientes, quotidie ab his perſequimur, & damnationi tradimur, atque morti deſtinamur. Qua de re precamur, vt veſtris exhortationibus, tam per vos quàm & per apocriſarios veſtros adiuuemur, ne dum illi creſcunt & nos minuimur, vera fides deſtruatur, & eorum hæreſis vltra fidem noſtram creſcat, quoniam timemus, vt poſtquam abundauerit iniquitas, refrigeſcat charitas multorum. Pro qua re multa veſtræ ſacræ doctrinæ tam apud Deum quàm apud cunctos fideles merces & laus repoſita eſt, ſi veſtra hæc recenſetur auctoritate: noſtram enim fidem quam à ſanctis patribus accepimus & tenemus atque docemus ſubter inſeruimus, vt ſi aliquis vobis aliter nos credere aut docere, aut accuſando, aut muſsitando retulerit, vel detrahendo ſcriptis mandauerit, per hanc manifeſtè nos ita credere & docere agnoſcatis. Credimus nanque in vnum Deum pa-
D trem omnipotentem, omnium viſibilium nec non inuiſibiliũ factorem, & in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, natum ex patre vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo verò, natum, non creatum, homouſion, hoc eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, cœleſtia, terreſtria. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlum, venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus quando non erat, & priuſquam naſceretur non erat, & quia ex nullis ſubſiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia vel eſſentia, dicunt eſſe trepton, hoc eſt, conuertibilem atque mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerunt, & amplexi ſunt, & conſonantes & vnanimes ſcriptis explanauerunt. Sed modò, quoniam contra hæc (vt noſtis) talia exur-

gunt,qualia non debent: venite & nos dilectiſsimi fratres,cum Deo deſcendamus E ad viſitationem, id eſt, inquiſitionem ſermonum eorum, & confundamus per approbationem veriſsimam ibidem linguas eorum eleuatas contra ſcientiam vnigeniti filij Dei,& iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes,diſrumpamus vincula eorum per gladium ſpiritualem,quod eſt verbum Dei,& proijciamus à nobis iugum ipſorum per expugnationem prophani ſenſus illorum. Tunc enim ipſe quoq; Dominus irridebit eos,& ſubſannabit,& tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos,ſecundum beatum Hieremiam dicens: Falsò Prophetæ iſti vaticinantur in nomine meo,non enim miſi eos, & non præcepi eis, neq; locutus ſum ad eos viſionem mendacem, & diuinationem & fraudulentiam & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.Ideò hæc dicit Dominus de Prophetis,qui prophetant in nomine meo mendaciũ:Erunt proiecti in vijs Hieruſalem,& conculcatio omniũ piè confitentium me,& non erit qui ſepeliat eos.Nemo enim abſcondere poteſt quibuſdam ſubreptionem cõmentitijs, ſicut nec folijs fici antiquis tranſ- F greſſor præcepti Adam potuit,qui per propriam linguam inuerecundè nudatur,laqueus enim fortis viro labia eius,& captus proprijs ſermonibus, & opera manuum eius retributio aũt labiorum eius dabitur ei & impietatis reprehenſio. Arguam te, inquit,& ſtatuam contra faciem tuã,exiſtimâſti iniquè,quòd eſſem tibi ſimilis. Proptereà ſicut dicit Dominus ad Gedeon,deponamus eos ad aquam verę diſcretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione,in idipſum pronos corruẽtes per oſtenſionem praui intellectus eorum,vtrúmne ſint apud eos ſapientes diuini verbi ſcientiam ignorantes,quoniam dicentes eſſe ſe ſapientes ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam catholicæ Eccleſiæ propria nouitate & voluntate,ſiue per ea quæ illicitè in eius defenſione geſta ſunt,hæreticam turbulentiam introducentes,illud competẽter ad nos retinentes,quod bene ad Ieſum filium Sirach dictum eſt: Vſq; ad mortem certa pro veritate,& Dominus pugnabit pro te.Huius rei gratia vniuerſalis vobis in G Chriſto Ieſu commiſſa eſt Eccleſia,vt pro omnibus laboretis,& cunctis opem ferre non negligatis,quia dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſsidet.Ideoq; tanta vrgente neceſsitate ſummoperè comprimite veſtra ſumma auctoritate infeſtos,releuate oppreſſos,vt abſq; graui damno, opitulante facultate,ipſi gratanter omni tempore ſacrificare mereamur illæſi.Et ſubſcriptio: Aeterna te ſeruet diuinitas per multos annos ſanctiſsime patrum pater, Amen.

LIBERII PAPAE AD ATHANASIVM ET AEGYPTIORVM EPISCOPOS EPISTOLA, IN QVA FIDEM EORVM COMMENDAT, ET SACRAE ſcripturæ teſtimonijs innixus,aduerſus Arrianos hæreticos animat. H

Dilectiſsimo filio Athanaſio, & omnibus in vnum congregatis,& de Trinitatis fide rectè ſentientibus Aegyptiorum Epiſcopis,Liberius Papa.

OLIM & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apoſtolorum principe fiduciam,vt habeamus auctoritatem pro vniuerſali Eccleſia ad rectam defendendam fidem,quatenùs nulli liceat ſtatum ſanctæ Eccleſiæ commouere ad læſionem rectè credentium abſq; ſui periculo honoris.Epiſtolam ſiquidem veſtram nobiſque directam ante nos recitari fecimus, tribulationes & perſecutiones quas pro

A recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos vna vobiſcum condolemus, & laborare pro vobis vt pater pro filijs parati ſumus. Fidemvero niceni concilij in eadem epiſtola rectam reperimus, ſuper qua & Deo gratias vberrimas retulimus, pro qua non ſolummodo perſecutiones & paſsiones ſuſtinere vobiſcũ parati ſumus ſed etiam ſi neceſſe fuerit, mori pro Chriſti nomine, in quantum noſtra ſinit fragilitas, non reſpuimus. Igitur prædictum ſanctum concilium (vt legimus) definiuit Nicenum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conſcribere, vel componere, aut ſapere vel docere aliter, nec quicquam in fide ſentire, aut proferre, quod his patrum regulis poſsit obuiare. Qui autem præſumpſerit componere aliam fidem, aut proferre, docere, vel tradere aliud ſymbolum ad viam veritatis conuerti deſiderantibus de quacunq; hæreſi, vel ex Iudæis, vel ex Paganis Chriſtianos ſe fieri volentibus, hi, ſi Epiſcopi fuerint, aut clerici, alienari quidẽ Epiſcopos ab Epiſcopatu, clericos à clero. Si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate fieri. Proteſtatur etenim beatus Apoſtolus

B dicens: Si quis certat, non coronatur, niſi legitime certauerit. Et iterũ Dominus ait. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis pro defenſione catholicæ Eccleſiæ magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore Deo. Non deficiant manus noſtræ dilectiſsimi fratres per occaſionem cuiuſlibet, deſidia diſſolutæ, ſed fortes efficiamur per gratiam Domini atque virtutem potentiæ eius quoniam perfecit pedes noſtros tanquam ceruorum, & ſuper eccleſia firmius ſtatuit intellectus ſummæ eius humanitatis propter noſtram ſalutem, maxime tantam habentes impoſitam ſanctorum teſtium nubem. Deponentes ergo omne pondus &, circumſtantem aduerſariorum nouitatem, per patientiam curramus, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum qui in propoſito nobis propter eũ negotio, Spiritũ nobis ſuæ veritatis cõdonet loquentem in nobis atque perhibentẽ magnalia fidei per doctrinam ſanctorum patrum, quos aduerſarij calumniãtur quotidie. In Prophetis nanque habetur: Pro-

C pter Sion non tacebo, & propter Sion non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Profecto Catholica Eccleſia quæ vera conſiſtit Sion, & ciuitas Chriſti cælorum Regis per tot annorum ſpatia expugnata ab auerſantibus verba fidei, qui neque Deum timent, neque hominem reuerentur, ſed incaſſum perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum aduerſus tantiſque ſcripto & ſine ſcripto conteſtationibus inuitati fuiſſent corrigere propriam, & ſepelire hæreſim, ſicuti & per anterionem cognitionem luculentius demonſtratum eſt, tam per libellos quam per ſuggeſtiones reuerendiſsimorum ſacerdotum & venerabilium Abbatum, Apoſtolo proteſtante nobis, vt hominem hæreticum poſt primam & ſecundam correptionem euitare debeamus, ſcientes quia huiuſmodi ſubuerſus eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quieſcere, ne quomodo iniqui iudicemur, odibilem Deo pacem amplectentes: quoniam ſcriptum eſt: Zelauĩ in peccatoribus pacẽ

D peccatorum videns: & dicatur etiam de nobis: Sacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſanctum & prophanum non habuere diſtantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt ſed conſurgite in Deo & conſiſtere prompte ei, & induentes arma ſpiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt approbemus ſpiritus ſapienter, id eſt, verba eorum ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Hieremia. Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, ſcies & probabis viam eorum. Multa nanque nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tanta diuinæ ſapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, vixque comprehenditur, doloſa exiſtens malitia, pro eo quod ſibi pietatem callide blandiatur vt valeat ſcrutantium mentem latere. Quod vtique ſciens beatus Apoſtolus ait. Nam huiuſmodi pſeudo Apoſtoli, & operarij ſubdoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed non mirum, quoniam & ipſe Satanas transfigurat ſe velut Angelus lucis: &

ideo non mirum, ſi miniſtri eius transfigurantur velut miniſtri iuſtitiæ, quoniam finis ſecundum opera eorum, ſed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait: Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Ergo in idipſum ex toto corde referentes ante omnia ſuper tali quæſtione deprecationem, & dicentes cum Dauid: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: lucerna enim pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen ſemitis meis: quoniam ipſius eſt (ſicut ait beatus Daniel Propheta) ſapientia, fortitudo: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Quia ſapientiam, inquit, & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te. Cum opera diuina vniuſcuiuſq; perſonę deſcripta, eorum qui pro nouitatis commento accuſati ſunt de venerabili noſtro ſcrinio obſecundantibus, & nobis ordinabiliter offerentibus, ſolertiùs intendamus, ita vt hæc præſumpſerint præuaricari, primum quidem ſubiaceant iudicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam quidem ſi Epiſcopi aut clerici ſunt, à ſui ſacerdotij, ſiue à ſui cleri ordine modis omnibus excedant. Si autem monachi ſunt, ſegregentur & alieni ſint de ſuis locis. Si autem dignitatem aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de eis: Sin autem ſunt priuati, ſi quidem nobiles exiſtunt ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur. Sin autem ignobiles conſiſtunt, non ſolùm in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur, vt omnes timore Dei compreſſi, & comminata eis digna ſupplicia reuerentes, immobilē & ſine turbatione pacem ſanctarū Dei Eccleſiarū cuſtodiant. Data octaua Calendarū Iunij, Aſclepio & Deodato IIII. CC. cōſu.

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFICVM AD FELICEM PAPAM, DE INFESTATONIBVS ARRIANORVM.

Domino beatiſsimo & honorabili ſancto patri Felici, ſanctæ ſedis apoſtolicæ vrbis Romæ Papæ, Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorum Thebaidorum & Libyorum Epiſcopi in ſancta Alexandrina ſynodo gratia Dei congregati.

VEstro ſancto ſuggerimus apoſtulatui, vt noſtri more ſolito ſollicitudinem gerere dignemini, iuxta veſtram prudētiſsimam ſapientiā, quæ omnibus luce clarius manifeſta eſt: quia apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota, per tribulationem noſtram nos omnes hortata eſt ad tuitionem catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ in vnum conuenire, & de noſtra canonicè oppreſsione, & vnanimiter tractare, dum conſtat nos vnà cum beato Paulo Apoſtolo eadem compaſsibiliter dicere. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? ſatagentes ne aliqua de eis quæ nobis creditæ ſunt rationalibus ouibus à beſtijs capiatur. Ideo Pater beatiſsime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra apoſtolica ſancta ſede auxilium hauſimus, & noſtri vos curam habere agnouimus, præfatam apoſtolicam & ſummam expetimus, iuxta canonum decreta, ſedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes & dogmata atq; ſubleuationes cœperunt: ad eam quoq; quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam nō poteſt mater obliuiſci infantem ſuū:

ſic &

A ſic & vos nolite obliuiſci nos vobis commiſſos, quoniam non leuibus nos inimici noſtri implicauerunt, & quotidie facere moliuntur afflictionibus, & apprehendere aut ferro nos conſtringi minantur, niſi eorũ conſentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere Pontifice: ideoq; ad propoſitum recurrentes & ad brachium properantes, veſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium: quia vt credimus, non deſpexit Deus preces cum lacrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos prædeceſſoresq; veſtros apoſtolicos videlicet præſules in ſummitatis arce conſtituit, omniumque Eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, noſque tuentes, cui omne Epiſcoporum iudicium eſt commiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis: nam ſcimus in Nicena magna ſynodo trecentorum XVIII. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia concilia celebrari, nec B Epiſcopos damnari: licet hæc alia quamplura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nituntur, vt facilius nos capere poſsint, ſint ſynodica capitula incenſa nobiſque ſublata. Qua de re hac inuenta occaſione indifferenter omni canonica & apoſtolica poſtpoſita authoritate, nos vi à proprijs, vobis inconſultis, illicite expellunt ſedibus, ouesque nobis à Chriſto Domino apoſtolica commiſſas gratia inuadunt, gradibus priuant, & quod peſsimum eſt & omnibus Chriſtianis legibus inimicum perficere decertant. Vos ergo, vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ cõſuetudo fuit, periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliaq; prohibite, & leges imponite, vt apoſtolica doctrina quæ in Deo eſt, cito ad victoriam iudicium perducere valeat noſtrum, noſque Apoſtolorum principe ſuffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare. Nouimus nãque in iam præfata Nicena ſynodo generaliter eſſe decretum, vt nullus paſsim vageque Epiſcopos aut præſumptiue lacerare, aut accuſare, & qui non eſt rectæ fidei C vel bonæ vitæ vel claræ conuerſationis, aut infamaræ præſumat: ſed prius, ſi erga Epiſcopos vel auctores Eccleſiæ quiſquã cauſam habuerit, eos cum charitate manſuetè conueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur, rectè ſanetur, aut ipſe ſi ſecus egerit accuſator, excommunicetur. Quod ſi ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo ſummos adeat primates, & ipſi tempore congruo canonicè eos conuocare debebunt: qui ſi aut ſuis rebus expoliati, aut à proprijs ſedibus eiecti, aut exulantes, vel oppreſsi aut inique tractati fuerint, primo eruentur, & canonice riſtituãtur, atque omnia ſibi ſublata, integerrime eis legibus reddantur, quoniam prius, quam hæc fiant, vt in prædicto conſtitutum eſt concilio, nec canonice conuocari, nec ſtringi à quoquam poſſunt quoniam nec ſeculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis Eccleſiaſticæ. Similiter & à ſupradictis patribus eſt definitum conſonanter, vt ſi quiſquam Epiſcoporum aut metropolitanorum, aut comprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit veſtram ſanctam Romanam interpellet ſedem, cui ab ipſo Domino poteſtas li-D gandi ac ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa enim firmamentum à Deo fixum & immobile percepit: quoniam ipſam formam vniuerſorum titulorum lucidiſsimam Dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicã conſtituit ſedem ipſa eſt enim ſacer vertex in quo omnes vertuntur, ſuſtentantur releuantur: & ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in petra, id eſt Chriſto, Petrus, renouantur Eccleſiæ. Tu es (ſicut diuinum veraciter teſtatur eloquium) Petrus & ſuper fundamentũ tuum Eccleſiæ columnæ, id eſt Epiſcopi qui Ecceleſiam ſuſtinere, & proprijs humeris portare debent tibi ſunt confirmatæ: tibiq; claues regni cœlorum commiſit, atq; ligare & ſoluere poteſtatiue, quæ in terra & quæ in cœlis ſunt, promulgauit. Tu prophanarum hæreſium & impetitorum atque omnium infeſtantium depoſitor, vt princeps & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ immaculatæ fidei exiſtis. Igitur ne deſpicias pater tuorum patrum pietatem, bonamque intentionẽ, & ſicut illi patres & prædeceſſores noſtros à multis liberauerunt oppreſsionibus &

anguſtijs,ita nos liberare digneris.Nam fuit ſemper veſtræ ſanctæ & apoſtolicæ ſe- E
di licentia,iniuſtè damnatos vel excommunicatos,poteſtatiuè ſua auctoritate reſti-
tuere,& ſua eis omnia reddere,& illos qui eos condemnauerunt, aut excommuni-
cauerunt,apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiam noſtris, & anterioribus cogno-
uimus actum temporibus.Porrò & ipſi primates, qui Epiſcoporum & ſummorum
Eccleſiaſticorum negotiorum cauſas ſuſcipere debent, in præfixa Nicena ſynodo
ſunt dinumerati,ne in poſterum cōtentio ex hoc oriretur. O ſanctiſsime pater pa-
trum,abſcinde blaſphemias, & iactantiam vaniloquorum, & inſidiantium infeſta-
tiones,nos & fratres noſtros opprimentiū,atq; perdere volentium,qui ad vos quaſi
ad caput confugimus,vt veſtro ſuffulti auxilio liberemur, & vobis nobiſq; cōmiſſas
Chriſti oues à luporum ore Domino adminiculante,antè, quàm deglutiantur, eri-
piamus. Nec enim phas eſt ſupplicium apoſtolicæ ſedis ſcripto,aut ſine ſcripto pre-
ces oblatas deſpicere,ſed vt condecet & priuilegium veſtræ ſedis eſt,& nos & illi ca-
nonicaliter conuocemur,& ante vos de noſtris obiectionibus canonicè cum omni F
probitate concertemus,ſicut prædeceſſores noſtri penes veſtros fecerunt anteceſſo-
res,& ſicut canonica in prædicta ſancta ſynodo docēt inſtituta,& veluti paleati ver-
bi per ventilabrum canonicæ examinationis,plenam purgationem in cōmuni con-
ſiſtentes auditorio,de maturis & nutrientibus catholicæ Eccleſiæ dogmatibus,quę
confirmant cor hominis,participationem paternarum conſequamur inſtitionum.
Antiquis enim regulis cenſitum eſt,vt quicquid,quanuis in remotis aut longinquis
poſitis prouincijs,ſuper Epiſcoporū querelis,aut accuſationibus ageretur, non pri-
ùs tractandum vel accipiendū eſſet,quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet pro-
nunciatio prolata,quæ infirmaret,aut firmaret,indeq; ſumerent normam,vnde Ec-
cleſiæ ſumpſére prædicationis exordiū, ne paſsim ab inſidiatoribus columnæ euer-
terentur Eccleſiæ. Certum eſt enim eidem ſanctæ ſedi veſtræ in honorem beatiſsi-
mi Petri, patrum decreta peculiarem decreuiſſe reuerentiam Dei pro rebus inqui-
rendis atque determinandis,quas ſollicitè decet,iuſteque ab ipſo præſulum exami- G
nare vertice apoſtolico, cuius ſollicitudo ſemper fuit & eſt, tam mala damnare,
quàm probare laudanda.Quocirca humillimum veſtro apoſtolico culmini perſol-
uentes obſequium,vt ipſe Dominus præcepit,& ſanctorum decreta patrum ſtatue-
runt,cum lacrymis ſuggerimus,quod ſine gemitu cordis reticere non valemus. Nā
in tantum à perſecutoribus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque inimicis perſequimur,
vt magis nos tædeat viuere quàm mori. Vnde præ omnibus fatemur in tantum cor
eſſe noſtrum vulneratum, vt Propheticum illum planctum exoptemus, dicentes:
Quis dabit capiti noſtro aquam, aut oculis noſtris fontem lacrymarum, vt ſeden-
tes ploremus die ac nocte? Ecce enim Eccleſia Dei non leuiter perturbatur, co-
lumnæque eius nimis infeſtantur, atque à prauis amoueri hominibus nituntur.
Chriſtianorum verò voces ac gemitus Epiſcoporum longè lateque reſonant, noui-
tates inſurgunt, calumniæ creſcunt,perſecutio graſſatur, perditio fit populorum:
veſtrum eſt enim nobis manum porrigere,quia vobis commiſsi ſumus: veſtrum eſt H
nos defendere atque liberare,noſtrumque eſt à vobis auxilium expetere, veſtris pa-
rēre iuſsionibus.Præ nimio ergo dolore & gēmitu omnia quæ nobis inſtant, & nos
infeſtant,neceſſaria recordari,vobiſque ſignificare nequimus.Ideo almum veſtrum
exoramus Apoſtolatum, vt ſuperiùs, legem quæ in memorata Nicena ſynodo eſt
promulgata,licet prædictorum inſidiatorum & aliorum malorum hominum,vt fa-
ciliùs Epiſcopos, Deique miniſtros valeant illaqueare, deprauatione ſit ſuffocata,
reparetis,& quæ neceſſaria fore cognoſcitis veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate, nos cun-
ctoſque fratres informetis, vt malorum inſidias hominum veſtra fulti auctoritate
illæſi Domino opitulante euadere valeamus, quia non eſt inſidias luporum præ-
uidere ouium , ſed paſtorum. Scimus enim vt ſemper veſtræ ſedis præſules pri-
mò Apoſtoli,deinde ſucceſſores eorum fecerūt vos vniuerſalis Eccleſiæ, & maximè
Epiſcoporum,qui oculi propter contemplationem & ſpeculationem vocantur Do-
mini

A mini, curam gerere, ac de releuatione & lege noſtra aſsiduè cogitare debere, ſicut
ſcriptum eſt: Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte, quæ medita-
tio non lectione per figuram literarum tantum conſpecta, ſed exuberante in vo-
bis Chriſti gratia in veſtra cognoſcitur conſcientia immobiliter inſita, & nullate-
nus de veſtro corde recedente lege Chriſti Dei Domini ſacroſancta, ſicut in pſal-
mo dicit Propheta: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudi-
cium, lex Dei eius in corde ipſius, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui veſtra in ar-
cana mente conſcripta, neque in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus,
ſicut beatiſsimi Apoſtoli Pauli ad Corinthios miſſa nos docet Epiſtola. Quibus
præmiſsis ſignificamus Deo placitæ paternitati veſtræ, die VII. Calendarum Au-
guſtarum indictionis quartæ noſtram humilitatem diuina gratia ſuo, vt præce-
pit, munere præueniente, veſtris ſanctis ac Deo dignis precibus in ſancta Romana
Eccleſia pontificalis honoris accepiſſe conſecrationem & ſtolam, in quo dignitatis
B faſtigio, vt à Deo omnipotente regamur altiſsimo, & à malis omnibus liberemur, vt
non ſacerdotale nomen tantum, ſed Chriſti Domini Dei noſtri protegente auxilio,
& meritum habeamus, veſtris ſanctis ac Deo acceptabilibus nos commẽdantes ora-
tionibus poſcimus, quatenus & veſtris deprecationibus pro nobis ad Deum effuſis
muniti, & eruditionibus bonis inſtructi, digni efficiamur cum omni nobis populo
Chriſtiano commiſſo illæſi protegi velamẽto diuino. Ad ſalutationem ergo veſtræ
ſanctæ & honorandæ paternitatis, vice noſtra Benedictum humilem noſtrum fra-
trem, veſtrum Epiſcopum, & Alexandrum presbyterum, Criſpinum quoq; diaco-
nem veſtros famulos deſtinauimus, quos poſtulamus celeriùs nobis à veſtra beatitu
dine perſolui, vt veſtris cohortationibus roborati, & veſtris regulis inſormati, im-
micis videlicet compreſsis, ad proprias prudenter conſolati valeamus Eccleſias ante
hyemem Deo propitio remeare. Veſtrum eſt quippe pater ſanctiſsime canonica di-
ſtrictione ſollicitè Eccleſiaſticę regulæ aduerſantibus, & fratrum inſidiatoribus ob-
C uiare, nec permittere nouiter dici, quod patrum venerabilium auctoritas omninò
non cenſuit. Nos enim humiles corde, quæ recta ſunt adiuuante Domino ſapien-
tes, vno vinculo charitatis vobiſcum ſumus conſtricti, veram fidem ac religionem
catholicam in omnibus fortiter defenſantes. Studioſiùs itaq; à catholicis improbis
probè reſiſtere innitendum eſt, ne torpentes deſidia oppreſsi culpæ taciturnitatis
teneamur obnoxij, & quaſi fauorem impendẽtes iudicemur, dum aduerſa catholi-
cæ fidei propulſare negligimus: vnde dictum eſt: Negligere quippe dum poſsis con-
turbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm, fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occul-
tæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: Liquet doctor ſanctiſsime venenoſa ſer-
pentium ſine ſimplicitate aſtutia, dum manifeſta eſt doloſa inimicorum fallacia.
Succurrite quæſumus oppreſsis, liberate nos de manu perſequentium, vt cum bea-
to Iob cantetis: Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduę cõſolatus ſum,
iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimẽto & diademate iudicio meo: oculus
D fui cæco & pes claudo, pater eram pauperũ, & cauſam quã neſciebam diligentiſsimè
inueſtigabam. Conterebam malas iniqui, & de dentibus earum auferebam prædã,
& reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id eſt, oẽs Epiſcopi, præcipuè
tuum mereri debemus iudicium, & non ab alijs deuorari. Meritò ergo nos Domini
cauſa reſpicit ſacerdotes, ſi ſilentio faueamus errori: ſiquidem corripiantur huiuſ-
modi, nec ſit liberũ eis pro voluntate facere iudicium: deſinat nouitas inceſſere ve-
tuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare: nam vt omnes metro-
politani vel reliqui Epiſcopi ſua odia, aut vindictas in reliquos Epiſcopos exercere
non valeãt, ideo nominatim in Nicena ſynodo expreſsi ſunt primates, qui reliquos
Epiſcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio Epiſcoporũ poſsit ir-
ruere. Vos ergo qui in ſummo ſpeculo gratia Dei eſtis poſiti, attendere eos & op-
primere oportet, qui in fratres ſeditiones, & ſcandala excitant: ideoque exoramus,
vt minimè deſpiciatis humilitatis noſtræ & omnium orientalium orthodoxo-
rum

rum ſacerdotum & populorum afflictiones & deprecationes cum lacrymis obla- E
tas,ſed ſicut luminaria vniuerſo mundo verbum vitæ retinentes,introductas extinguite tenebras nephandiſsimorum inſidiatorum, temporibus etiam noſtris procaciter germinatas,quatenus funditùs extincta huiuſmodi caligine. Lucifer nobis reſplendeat per vos ſanctiſsime pater,& dogmatum definitio omnes lætificans,quam glorioſæ Eccleſiæ ſancti patres per propria pijſsimè dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicâſſe noſcuntur. Subſcriptio. Incolumem te & beneplacitum Deo ſanctiſsime pater patrum orantem pro nobis Dominus cuſtodiat in æuum, Amen.

FELICIS PAPAE EPISTOLA DE OPPRESSIONE ARRIANORVM. F

FELIX ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Papa,atque per gratiam Dei catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vrbis Romæ Epiſcopus,vnà cum ſancto concilio noſtro reuerendiſsimorum ſacerdotum huc nobiſcum conuenientium in confirmatione pijſsimorum catholicæ Eccleſiæ dogmatum, & releuatione oppreſſorum fratrum coëpiſcoporum videlicet noſtrorum, qui rectam Niceni concilij tenent fidem, & fratres non infeſtant, vniuerſis ſpiritualibus fratribus noſtris, & reliquis in ſecerdotali collegio Domino conſecratis,atque omni plenitudini Eccleſiæ catho G
licæ,gratia vobis & pax multiplicetur in confortatione & ſancti ſpiritus communione,quatenus in eo proficientes à gloria in gloriam,virtutes annunciemus eius qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum,apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Portate fratres hortamur perſecutiones & tribulationes patienter,vt eius inueniamini filij,quem quotidie patrem vocatis Deum in cœlis,& in eo vincatis omnia,qui propter nos vicit omnia,qui etiam proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Imitatores quoq; Dei conuenit in omni verbo & opere imitari Deum,ideoq; illud oportet nos dicere, quod ipſe de ſe perhibuit Dominus: Veniet princeps huius mundi,& in me nihil inueniet. Venerunt & illi qui vos & nos perſequũtur, quia vos ſine nobis perſequi non poſſunt: quoniam vnius Dei membra ſumus, & vnum illius ſacerdotium per eius ſanctificationem retinemus,& in nobis de ſuis nihil inuenerunt, qui quia quid ſumus gratia Dei ſumus: licet propterea calumniari nos irrationabiliter ſtuduerint H
quod facere ſolent inimici,ſuam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripſi enim vobis,inquit,Apoſtolus,per multas lacrymas, vt non contriſtemini,ſed vt ſciatis quam charitatem abundantius habeo in vobis: etenim detrahentibus detrahere non eſt bonum,vt non ad ea quæ ſcripta ſunt,commoti iniuriæ certamine deficiamus. Non debemus omninò timere opprobrium hominum,neq; eorum exprobationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam Prophetam dicens: Audite me qui ſcitis iudicium populus meus, in quorum cordibus lex mea eſt,nolite timere opprobrium hominum & blaſpemias eorum ne timeatis.Conſiderantes etiam quod in pſalmo ſcriptum eſt: Nonne Deus requiret. iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis & cogitationes talium hominum,quoniam vanæ ſunt: vana autam locutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum & labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala: ſed diſperdet

A det Dominus vniuerſa labia doloſa,& linguam magniloquam. Qui dixerunt,labia noſtra à nobis ſunt,quis noſter Domninus eſt? Nam ſi hæc in memoria retinerent, minimè ad tantam proſilirent iniquitatem: non enim probabili & paterna doctrina hoc faciunt,ſed vt ſuam exerceant in ſeruos Dei vindictam, ſcriptum nanq; eſt: Via ſtulti recta in oculis eius,& ſunt viæ quæ videntur homini iuſtæ, nouiſsima autem eorum deducunt ad mortem. Nos enim qui hoc patimur, iudici reſeruare debemus qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua, qui etiam per miniſtros ſuos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuam. Vos enim in recta fide,& pura ac bona ſuccurite voluntate viciſsim,nec aliquis à ſupplemento fratris ſubtrahat manum quoniam in hoc ait Dominus:cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionem habueritis ad inuicem:vnde & ipſe per Prophetã loquitur dicens. Ecce quam bonũ & quã iocundum habitare fratres in vnum:ſpirituali dico habitaculo,& concordia quæ in Deo eſt,& vnitate fidei huius delectabilis,ſecundũ veritatem in habi-
B taculi,quæ videlicet in Aron magis decorabitur atq; ſacerdotalẽ induentibus dignitatem,ſicut vnguentum ſuper caput,principalem intellectum irrigans,& vſq; ad ipſam extremam ſcientiã deducens: in hoc habiitculo benedictionẽ & æternam vitam promiſit Dominus. Huius ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes,fraternam preſentem ſyllabam expoſuimus,noſtra propter charitatem minimè quærentes aut quæſituri. Non enim detrahentibus bonum eſt detrahere, aut palo ſecundũ vulgarem fabulã excutere palũ,abſit: non ſunt noſtra iſta,quapropter hoc auertat diuinitas. Non ſunt edocti habitus noſtri ita vincere,ſed in patientia longanimitatis & ſpititu humilitatis:quia ſicut per duritiam minimè (vt prophetice dicamus)purgatur nigella,ita nec pacis ſoporatus fructus intelligẽtiæ per aſperitatatem exprimitur: propter hoc enim verborum ſupportauimus colaphos, vt aut paulatim valeamus eum imitari,qui propter nos ſe humiliare dignatus eſt,& extremæ illius vltionis per hanc plagam verba declinemus. Audiamus ergo & conſentiamus Eccle-
C ſiæ oratori,qui per linguã ſpiritus clara voce exclamat dicens:õnia vobis in charitate fiant.Ergo ſiue quærimus ſiue tãtũmodo dicimius & tantũmodo audimur,charitas intercedat aliqua exiſtat ad cõpoſitionẽ concordiæ boni & coniunctionẽ. oportet enim de Deo quærentibus nobis ſpiritu rectitudinis mentis noſtræ dinumerãtes intentiones templũ pacificè inhabitare propter Deum,qui per Prophetã loquutus eſt: Quærens quære & apud me habita. ſpeculũ enim dedit nos Deus populo ſuo, & oportet eos qui à Deo ſunt deputati,ſacerdotium adipiſci, ita in humilitate greſsum mentis ad inuicem tendere,vt in melius ædificentur hi, qui ad nos reſpiciunt, quam (quod dicere piget) per noſtram diſcordiã,ſemitã pedum eorũ concutere, Ad concordiã iudicemus nos ipſos,& vnum in charitate ſapiamus,humilitatem veneremur per quã apprehendi ſolet altitudo ſpiritus.Si enim verborũ amplius vſq; nunc taciturnitatẽ quam garrulitatẽ dilexerimus,hoc quidem bene habere arbitrati ſumus, ne ſcriptis veſtris reciprocè reſpondentibus iniuriæ fomitẽ excitemus,& puſillanimi-
D tate diiudicemur ab eo, qui omnia ad charitatẽ dirigere promulgauit. Orauimus vero & tunc oſtiũ circũſtantiæ labijs noſtris imponi,verbum inſonitũ concipere potius quam verbũ ſonabile: & hoc tamẽ mihi donũ eſt à Domino, & factus ſum ſicut homo nõ audiens & non habens in ore ſuo,redargutiones.Sed quia tẽpus eſt loquẽdi & tempus tacẽdi,operio verbũ,& claudo oſtiũ per taciturnitatẽ competenter exorans:Domine labia mea aperies,& reſpondeã exprobrãtibus mihi verbũ:licet enim tacuiſſemus,non ſemper tacebimus aperiente nobis Domino claues verbi.Igitur directis in præſenti beatitudini fraternitatis veſtræ apocriſarijs,qui poſt multas inter nos de Eccleſiaſtica requiſitione diſſonantes ſermocinationes,in fine ad hoc peruenerunt, admonentes nos atq; hortantes interpretari vnius veri Dei noſtri voluntatis intellectũ,aq; huiuſmodi interpretationem deſtinare veſtræ ſacratiſsimæ venerationi:nos acceptam habentes bonæ conſcientiæ prædictorũ venerabilium virorũ admonitionem:cognoſcentes autẽ quæ principatus Apoſtolorum ſummitas decet, pera-

paratos eſſe ad ſatisfactionem, omni poſcenti verbum de ſpe quæ in nobis eſt ſecundum Dei timorem, manſuetudinemque ad bonam ſcientiam temperantes, ſuper tali tantummodo requiſitione mentem noſtrã per has ſyllabas exponimus, ſuperfluam exercitationem & altercationem verborum propter ſatietatem, & præſentis temporis incongruitatem declinantes, ac præcauentes, nihil omninò aliud intelligentes ac proferentes vel dicentes quam quod audiuimus & cognouimus à ſanctis vniuerſalibus magnis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus & patres noſtri enarauerunt nobis, & audientes prædicauimus ad ſupernam tendentes vocationem. Noſtrum eſt ſtudium vbi pacis conſtitutio manet his qui in ſtadio pietatis ſunt. Bene vnica gloria interceſſori tribuitur & corona: Deo manifeſtati ſumus qui iudicat omnia & comprobat. Non iurgialiter ſtamus, non ad contradictionẽ reſpicimus, nec fauorẽ inanẽ amplectimur, ſed in verbo Dei propoſiti huiuſmodi requiſitionis reſolutionem feciſſe dignoſcimur, confitentes, quoniam pacis Dominus Deus ad alterũ noſtrorum vnitatem & dilectionẽ conſeruauit in gloria eius benigniſsimæ maieſtatis. Omnem cum veſtra beatitudine in Chriſto exiſtentem fraternitatem tam nos quam qui nobiſcum ſunt multum ſalutauimus. Data XIII. Cal. Nouemb. Philemone & Attico viris clariſsimis conſulibus.

LIBERII PAPAE EPISTOLA VT NVLLVS PROSECVTIONIBVS DVM DVRARE POTEST SVAM relinquat Eccleſiam.

Dominis ſanctiſsimis & Deo amãtiſsimis vniuerſis Epiſcopis Liberius Epiſcopus ſalutem.

NIHIL eſt quod diu ſtare poſsit niſi Dei gratia. Cæterum nequitia diaboli contemptibile malum, plenum veneno mortifero ſæuit, qui ſurſum atque deorſum circuit quærẽs quem deuoret. Vnde vigilare & ſobrij eſſe ad orationes, & Deo propinquare debemus, & fatuas Domino auxiliante hominum inſidias, prout Dominus poſſe dederit, reſpuere & patres ſequi, & non tranſgredi terminos patrum, nõ vt noſtras relinquamus, dum in eis perſiſtere aliquo modo valebimus, Eccleſias vt ad alias properemus, aut populos commiſſos negligere, vt quietem amplius quam pro eis elaborare, pro quibus etiam animas ponere debemus, ſtudeamus quanquam multi nos perſequantur, & oues Chriſti dilacerare deſiderant, qui quaſi veſtibus ouium apparent, intus aũt ſunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoſcimus. Iſti primo quidẽ videntur ex nobis eſſe, ſed non ſunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Quando vero ſuam euomuerint impietatem dolum qui in eis eſt erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina ſenſus inexercitatos habent, ſecum eos contrahunt ad perditionem ſubuertentes quos oportet præſcientes cauere, ne malitia eorum quidam ſeducti aſcindantur à propria firmitate Exacuunt enim linguas ſuas, iuxta Prophetæ vocẽ, ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Nec vos pigeat per temporales cruciatus pro Chriſti nomine laborare, ſed emolumenta futuræ remunerationis huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeant. Scriptum nanque eſt: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum poſſumus famulatus noſtri obſequio commodare. Vnde quidam tanto nobis neceſſe eſt inportunis prædicationi-

A tionibus inſiſtere, quanto nobis perfecte negotiationis creditur duplicata talento-
rum aſsignatio, atq; dominica nobis ad ſuſcipiendã eius requiẽ perſuadet aſſertio.
Suggeſtum nanque nobis eſt, quod pro præteritis laboribus & infeſtinationibus
nonnulli veſtrum aſsignatas ſibimet & à Deo commiſſas relinquunt plebes, & in fu-
turo plures relinquere velint eas quas tueri debent Eccleſias, & pro ouibus ſibi com-
miſsis laborare negligũt, & monaſteriorũ ſe quieti contradere feſtinent, & vacatio-
nem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atq; ocio vitam degere magis appe-
tant, quam in his quæ ſibi commiſſa ſunt permanere, dicente Domino: Beatus Qui
perſeuerauerit vſque in finem. Vnde nanq; eſt beata perſeuerantia niſi de virtute pa-
tientiæ? quoniam ſecundum apoſtolicam prædicationem omnes qui voluerint in
chriſto pie viuere perſecutionẽ patiuntur. Ideoq; fratres chariſsimi non vos afflictio
nũ amaritudo à pio mẽtis veſtræ propoſito coartet recedere. Conſiderate nanq; quã
ta pro abſolutione noſtri & liberatione, creator dominuſq; & redemptor noſter
B pertulerit, quibuſue ſe contumelijs afficiendũ tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis
diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis & omni gregi, in quo vos Spiri-
tus ſanctus conſtituit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſan
guine, vt non ſit, qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt vobis plebes
commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominũ quieti vos
tradatis, vt vos ſolũmodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis. Apertiſsime enim
Spiritus ſanctus per Apoſtolum dicit quia in nouiſsimis temporibus recedent qui-
dam à fide & charitate, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorũ
hypocriſi mendaciloquorum, cauteriatã habentiũ ſuã conſcientiã. Propter quod
hortamur veſtram charitatem exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos
in cunctis eius permanere ſeruitijs, nec quidem quoquo modo à commiſſa cura re-
cedere, ſed totis viribus in commiſsis vobis negotijs fortiter vſque in finem perdura-
re: quoniam beatus eſt, qui perſeuerauerit vſque in finem: nec laudatur initium, ſed
C finis. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei in filios diſ-
fidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatum, neq; communicetis
infructuoſis verbis illorum, magis aũt & redarguite, quoniam cœtus præuaricato-
rum ſunt, & extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mendacij, & non veritatis.
Completum eſt in eis, quia de malo ad malum egreſsi ſunt, & me non cognouerunt
dicit Dominus. Veritatem enim non loquentur: docuerunt enim linguam ſuam
perſecutores Eccleſiarum, eorumq; ſacerdotum loqui mendaciũ, vt impiè agerent
laborauerunt, & renuerunt ſcire me: dicit Dominus. State ergo vos dilectiſsimi ſu-
per vias, & videte, interrogate de ſemitis Domini antiquis, & videte, quæ eſt via bo-
na ſanctorum patrum & ambulate in ea & inuenietis requiem animabus veſtris. Sed
& ſi patimini propter Chriſtum, beati eritis metum autem eorum ne timueritis, ne-
que conturbemini: Dominum autem Deum ſanctificate in cordibus veſtris, ipſo di-
cente. Nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem non poſſunt occidere
D ſed potius eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Non-
ne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terrã ſine patre veſtro?
Veſtri aũt & capelli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeri-
bus meliores vos eſtis. Rememoramini ergo fratres eum, qui talem ſuſtinuit à pecca-
toribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris de-
ficientes. nondum enim vſque ad ſanguinem certauimus aduerſus peccatum repug-
nantes. Confidimus autem de vobis fratres chariſsimi, meliora & viciniora ſalutis
quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates
neque inſtantia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq;
creatura alia, magiſtro gentium docente, poterit nos ſeparare à charitate Domini no
ſtri Ieſu Chriſti, & quæ in ipſo eſt recta fide. Nolite itaq; amittere confidentiam ve-
ſtram, quæ magnã habet remuneratione. Patientia enim nobis neceſſaria eſt ad col-
luctationes aduerſariorum, quatenus fidem intemeratam vſque in finem conſeruã

tes,repromiſsionem percipiamus,quam repromiſit his,qui legitime certare depro-
perant. Adhuc omnino modicũ aliquantulũ, qui venturus eſt veniet, & non tar- E
dabit.Ecce enim iudex ante ianuã aſsiſtit,hilariter coronas promittens his qui pro eo
paſsionibus ſubmittuntur. Quod ſi ſubtraxerit ſe quis,non placebit animæ ſuæ, ſed
cadet de promiſsione propter negationem. Nos aũt non ſumus ſubtractionis filij in
perditionem,ſed fidei in acquiſitionem animæ.Propter quod aſſumite arma Dei, vt
poſsitis reſiſtere in die malo aduerſus omnes inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ & veſtros,
& induite vos lorica iuſtitiæ, calceati pedes in præparatione Euãgelij pacis in omni-
bus aſſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia iacula nequiſsimi ignita extin-
guere:& galeã ſalutis accipite,& gladiũ ſpiritus quod eſt verbũ Dei,per omnem ora-
tionem & obſecrationẽ radicati & fundati in ſolatio fratrum pro Chriſto Ieſu Do-
mino noſtro.Sed & nunc fratres commendamus vos omnes Domino & verbo gra-
tiæ eius,qui poteſt perficere & dare hæreditatem vobis cum omnibus ſanctis.Ipſe au- F
tem Deus pacis & dilectionis det vobis idipſum ſapere in alterutrũ,vt vobis inuicem
ſuccurratis, & non ſitis diuiſi, vt vnanimes vno ore, & vno corde honorifice-
mus eum in concordia & conſolatione fratrum, qui poteſt confirmare nos ſe-
cundum Euangelium eius, iuxta reuelationem miniſterij æterni, temporibus
ſcilicet perpetuis,quibus vobis futurorum gaudiorum largienda ſunt munera.Sum-
mopere etiam conſiderare debetis, quòd hi qui fratribus inuident eoſque damnare
aut perdere cupiunt,per ſe ſua dogmata deſtruunt: dicit enim Dominus,Omne re-
gnum in ſe diuiſum non ſtabit,& omnis ſcientia & lex aduerſum ſe diuiſa non ſtabit.
Ideoq; neceſſe eſt,vt concorditer ſalubres ſuſcipiatis hortatus,& nihil per contẽtio-
nem agentes,ſed ad omne ſtudium deuotionis vnanimes diuinis & apoſtolicis con-
ſtitutionibus pareatis,& in nullo patiamini prouidentiſsima canonum decreta vio-
lari,quatenus & Nicenorum canonũ conſtituta,& quæ à nobis vel à prædeceſſori-
bus noſtris ſunt prouide & ſalubriter decreta,intemerata permaneant in futuro. G

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD PAVLINVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM, QVOD CHRISTVS INTEGRVM HOMINEM SVSCEPERIT SIne peccato, & quod vnus ſit Chriſtus ante ſecula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

Dilectiſsimo fratri Paulino Damaſus.

PER filium meum Vitalem ad te ſcripta direxeram, tuæ vo- H
luntati & tuo iudicio omnia derelinquens: & per Petrum
presbiterum indicaueram me in articulo iam perfectionis
eius aliqua ex parte commotum. Vnde vt nullus tibi ſcrupu
lus reſideret,ne volentes forſitan Eccleſiæ copulari tua cau-
tio perblanda differret fidem, miſimus noſtrã tam tibi, qui
eius fidei communioniq; ſociaris,quam his qui in ea ſubſcri
bentes tibi & nobis per te voluerunt ſociari dilectiſsime fra-
ter. Quapropter ſi ſupradictus filius meus Vitalis,& hi qui cum eo ſunt, tibi volue-
rint aggregari,primum debent in ea expeditione fidei ſubſcribere,quæ apud Nicæ-
am pia patrum voluntate firmata eſt.

1 Deinde quoniã nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinã hæreſis era-
dicanda eſt,quæ poſtea in oriente dicitur pullulaſſe: id eſt, cõfitendus eſt ipſe ſapiẽ-
tiæ

A tiæ filius Dei ſermo, humanum ſuſcepiſſe corpus, animam, ſenſum, id eſt integrum Adam, & vt expreſsiùs dicam, totum veterem noſtrum ſine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei & humanas vitiorum adiungimus paſsiones: ita & dicentes eum ſuſcepiſſe & hominis animã & ſenſum, non ſtatim dicimus & cogitationum humanarum ſubiacuiſſe peccato.

2 Si quis autem dixerit verbum pro humano ſenſu in Domini carne verſatũ, hunc catholica Eccleſia anathematizat: nec non & eos qui duos in ſaluatore filios confitentur, id eſt, vnum ante incarnationem, & alterum poſt aſſumptionẽ carnis ex virgine, ſed eundem Dei filium & antè & poſteà confiteantur, quicunq; huic epiſtolæ ſubſcribere voluerint, ita tamen vt ſi & in eccleſiaſticis canonibus, quos optimè noſti, & in Nicenã fidem antè ſubſcripſerint, hunc debeas abſq; alia ambiguitate ſuſcipere. Nõ quod hæc ipſa quę nos ſcripſimus, nõ poterimus conuertentiũ ſuſceptioni proponere, ſed quod tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplũ.

B

SYNODVS ROMANA SVB *DAMASO PAPA.*

POST Nicenum concilium aliud in vrbe Romana poſteà congregatum eſt, quo catholici Epiſcopi addiderũt de Spiritu ſancto, quia poſtea is error inoleuit, vt quidam ore ſacrilego auderẽt dicere Spiritum ſanctum factum eſſe per filium. Vnde anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant eum cum Patre & Filio vnius poteſtatis eſſe atq; ſubſtantiæ. Anathematizamus quoq; eos, qui Sabellij ſequuntur errorem, eundem dicentes Patrem eſſe quem & filium. Anathematizamus Arrium atq; Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſsimili, filiũ & Spiritum ſanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonios, qui de Arrij ſtirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, ſed nomen. Anathematizamus C Fotinum, qui Hæbionis hæreſim inſtaurat, qui Dominum Ieſum Chriſtum tantum ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſecula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne verſatum, cum ipſe filius ſit verbum Dei, & pro anima rationali & intelligibili in ſuo corpore fuerit, ſed noſtram, id eſt, rationalem & intelligibilem ſine peccato animam ſuſceperit atq; ſaluauerit. Anathematizamus eos qui verum Dei filium extenſione aut collectione, & à patre ſeparatum in ſubſtantiuum, & in finem habiturum eſſe contendunt. Si quis non dixerit ſemper Patrem, ſemper Filium, ſemper Spiritũ ſanctum, anathema ſit. Si quis non dixerit filium natum de Patre, id eſt, de ſubſtantia diuina ipſius, anathema ſit. Si quis non dixerit verbum Domini filium Dei, Deũ, & omnia poſſe, & Patri æqualem, anathema ſit. Si quis dixerit quod in carne conſtitutus filius Dei cum eſſet in terra, in cœlis cum patre non erat, anathema ſit. Si quis D dixerit, quòd in paſsione crucis dolorem ſuſtinuit filius Dei Deus, & non caro cum anima quam induerat in forma ſerui, quã ſibi acceperat, ſicut ait ſcriptura, anathema ſit. Si quis non dixerit, quòd in carne, quam aſſumpſit Chriſtus, ſedet ad dextram Patris, in qua venturus eſt iudicare viuos & mortuos, anathema ſit. Si quis non dixerit Spiritum ſanctum de patre eſſe verè ac propriè, ſicut filium de diuina ſubſtantia & Deum verum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia poſſe Spiritum ſanctum, omnia noſſe, & vbiq; eſſe ſicut patrem & filium, anathema ſit. Si quis dixerit Spiritũ ſanctum facturam aut à filio factum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia per filium & Spiritum ſanctum Patrem feciſſe, id eſt, viſibilia & inuiſibilia, anathema ſit. Si quis non dixerit, patris, & filij, & Spiritus ſancti vnam diuinitatem, potentiam, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum atque voluntatem, ac veritatem, anathema ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quales ſemper, iubentes omnia, & continentes viſibilia & inuiſibilia, omnipoten-

tes,omnia iudicantes,omnia viuificantes,omnia facientes,omnia ſaluantes, anathe- E ma ſit.Si quis non dixerit,Spiritum ſanctum adorandum ab omni creatura, ſicut & Filium & Patrem,anathema ſit.Si quis de Patre & Filio bene ſenſerit, de Spiritu autem ſancto non rectè habuerit,hæreticus eſt.

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD HYERONIMVM PRESBYTERVM.

DAMASVS Epiſcopus fratri & compresbytero Hieronymo in Domino Salutem. F

DVM multa corpora librorum in meo arbitrio oblata fuiſſent,contigit vt & librum Pſalmorum in meo animo feſtinus cognoſcerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere cogitaui.Frater amantiſsime & in Christo ſemper ſacerdos,rogo te, vt ſecundum ſeptuaginta interpretes, & presbyteros, id eſt, Matthiam, & Ptolemæum, Muchium, Caſium,Hydronium,Ciatrem,Simoné, & cæteros, in quãtum tua poterit conſcientia,de LXX. inuenire veſtigia,nobis tranſmittas.Peto etiam tuam charitatem,vt ſicut à rectore tuo Alexandro Coëpiſcopo didiciſti Græcorum pſallentiam,ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: quia tantæ apud nos ſimplicitatis indago eſt, vt tantùm in die dominico Apoſtoli G epiſtola vna recitetur,& Euangelij capitulum vnum dicatur: nec pſallendi mos tenetur,nec hymni decus in noſtro ore cognoſcitur.Peto ergo per fratrem compresbyterum noſtrum Bonifacium,vt libeat fraternitati tuæ nobis aperire veſtigia. Miſſa V. Calend. Nouemb. per Bonifacium presbyterum Hieroſolymam.

HIERONYMI PRESBYTERI AD DAMASVM PAPAM EPISTOLA, VBI SVGGERIT DE GLORIA PATRI, ET ALLELVIA, IN FINE PSALMOrum apud Romanam Eccleſiam concinendo. H

Beatiſsimo Papæ Damaſo ſedis Apoſtolicæ vrbis Romæ, Hieronymus ſupplex.

LEGI literas apoſtolatus veſtri,poſcentes ſecundum ſimplicitatem LXX. interpretum canens,pſalmographũ interpretari feſtinem,propter faſtidiũ Romanorũ, vt vbi obſcuritas impedit,apertiùs & Grçcè & Latinè trahatur ſenſus: Cliens ergo precatur tuus,vt vox iſta pſallentiũ in ſede tua Romana die noctuq; canatur,& in fine pſalmi cuiuſlibet,ſiue matutinis vel veſpertinis horis coniungi præcipiat Apoſtolatus tui ordo, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, & reliqua. Iſtud

A Iſtud carmen laudis omni pſalmo coniungi præcipias, vt fides trecentorum decem & octo Epiſcoporum Niceni concilij in veſtro ore pari conſortio declaretur: vbi autem Deus & homo honorabili voce cantatur, Alleluia ſemper cum omnibus pſalmis affigatur vt omni loco communiter reſpondeatur nocturnis temporibus. In Eccleſia autem poſt reſurrectionem vſque ſanctam pentecoſten finiatur: inter dierũ vero ſpatia tibi ſoli quinquageſimæ propter nouitatem ſanctæ paſchæ, vt vox iſta laudis canatur in Aleph, quod prologus græcè, latine aũt præfatio dicitur.

EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISCOPI, ET TRIVM CONCILIORVM AFRICAE, AD DAMASVM

B PAPAM, DE PRIVILEGIO ROmanæ ſedis.

Beatiſsimo Domino & apoſtolico culmine ſublimato ſancto patri patrum Damaſo papæ, & ſummo omnium præſulũ Pontifici, Stephanus Archiepiſcopus cõcilij Mauritaniæ, & vniuerſi Epiſcopi de tribus concilijs Africanæ prouinciæ.

NOTVM veſtræ facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis poſiti, quoſdam fratres noſtros venerabiles videlicet Epiſcopos, vobis inconſultis, à proprio deijciunt gradu, vel deijcere moliuntur, cum veſtræ ſedi Epiſcoporum iudicia & ſummorum finem Eccleſiaſticorum negoti-
C orum, in honore beatiſsimi Petri, patrum decreta omnium cunctam reſeruare ſententiam inquirendi reuerentia de DEI rebus, quas omni cura & ſolicitudine obſeruare debemus. Maxime vero debent ab ipſo præſulum examinari vertice apoſtolico, cuius vetuſta ſolicitudo eſt, tam mala damnare, quam reuelare laudanda. Antiquis enim regulis cenſitum eſt, vt quicquid horum quamuis in remotis vel in longinquo poſitis ageretur prouincijs, non prius tractandum vel accipiendum ſit, niſi ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductũ, vt eius auctoritate, iuxta quod fuiſſet pronunciatum, firmaretur: & reliqua multotiens talia & his ſimilia, quæ ſuper his conſtituta ſunt: quibus ſi illicite factum eſt, vt ſemper veſtræ ſedi conſuetudo fuit feſtinanter occurrite & his vtiliter, vt pater pro filijs certantes, ſtate, ſicut bene à Ieſu filio Syrach dictum eſt: Vſque ad mortem certa pro veritate, & ſemper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Accipere enim perſonam impij non eſt bonum, vt declines à veritate iudi-
D cij. Sin minus illicita ſunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia beatiſsime pater: aut ſi liceat hos, vel aliquo etiam minorum graduum clericos, niſi canonice tempore legitimo vocatos, aut ſine legitimis accuſatoribus, aut abſque veris & innocentibus teſtibus, vel niſi manifeſte canonice conuictos, aut ſponte confeſſos, vel à ſuis ſedibus eiectos, aut ſuis expoliatos rebus, vocare ad ſynodum vel damnere: quia legimus eos non poſſe canonice ad ſynodũ ante ſuam diu tenendam & gubernandam viribus ſcilicet pleniter reſumptis reſtitutionem, ſuiſq; omnibus ſibi legaliter reſtitutis integerrime vocari, aut vt veniant ad ſynodũ, niſi ſponte voluerint imperari. DEus ergo creator omnium conſeruet longæuum apoſtolatũ veſtrum ad ſtabilitatem Eccleſiarum ſanctarũ & orthodoxæ fidei, voſq; paſtorem bonum, qui ſpiritualibus pro ouibus veſtram ponitis animam, atq; baculo paſtorali lupos rapaces expellitis omnibuſq; oppreſsis auxiliũ fertis, quod & iſtis atq; omnibus vos ſemper facere optamus ſanctiſsime Papa. Subſcriptio, & alia manu: Ora pro nobis chariſsime pater.

EPISTOLA DAMASI PAPAE E

AD STEPHANVM ARCHIEPISCOPVM, ET AFRICANOS EPISCOPOS, DE AVCTORITATE SEDIS APOSTOLICAE, ET Epiſcoporum accuſasoribus.

Damaſus ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius Epiſcopus ſanctę catholicę Eccleſiæ vrbis Romę, Stephano Archiepiſcopo cōcilij Mauritanię, & vniuerſis Epiſcopis Africanæ prouinciæ. F

LECTIS fraternitatis veſtræ literis, primo gratias ago quod tantorum fratrum merui benedictione frui: deinde quod circa fratres ſolicitos vos reperi, & cum eis crucem Domini deferre, qui ait: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me, & reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur quando in præſenti opportune geſtorum conſolatione, Apoſtolicis veſtra beatitudo viſceribus commota nos hortata eſt, tuitionem fratrum apoſtolica impendere auctoritate, & eorum iniurijs ſubuenire, dum conſtet eadem vos cum Apoſtolo compaſsibiliter dicere. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & non vror? ſatagentes ne aliquis de his, qui vobis crediti ſunt, à ſæuis beſtijs laceretur aut capiatur. Pro qua re oportet iuxta veſtram prudentem commonitionem, magis aūt ſecundum Domini diuinam præceptionem, nos G qui ſupra domum eius, hoc eſt, vniuerſalem Eccleſiam catholicam Epiſcopale ſuſcepimus miniſterium, ſolicite vigilare, vt ne quid de ſacris eius muneribus, id eſt, apoſtolicis viris, Apoſtolorumq; ſucceſſoribus atq; miniſtris, quiſquam nobis inconſultis damnetur. Scitis fratres chariſsimi firmamentum à Deo fixum & immobile, atq; titulum luciđiſsimum ſuorum ſacerdotum, id eſt, omnium Epiſcoporuum apoſtolicam ſedē eſſe conſtitutā, & verticem Eccleſiarum: Tu es enim (ſicut diuinum pronunciat verbum veraciter) Petrus, & ſuper firmamentum tuum Eccleſiæ columnæ, qui Epiſcopi intelliguntur, confirmatæ ſunt: & tibi claues regni cœlorum commiſsi, atq; ligare & ſoluere poteſtatem, quæ in cœlis ſunt & quæ in terris promulgaui. Tu prophanatorum hominum & membrorum meorum, maximeq; diſcipulorum meorū exiſtis, vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodiæ gratia Dei legatione pro Chriſto fungimur, & omnes huius ſanctæ ſedis præſules eius vicē geſſerunt, gerunt & gerent: ideo omnia quæ innotuiſtis non licere man- H darē, niſi vos tam pleniter inſtructos eſſe ſcirē, quod cuncta ſuper quibus conſultis, illicita eſſe non dubitetis. Diſcutere nanq; Epiſcopos & ſummorū Eccleſiaſticorū negotiorū cauſas metropolitanos vna cū omnibus ſuis cōprouincialibus, ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorū concordent negotijs licet: ſed definire eorū atq; Eccleſiaſticarū ſummas querelas cauſarū, vel dānare Epiſcopos, abſq; huius ſanctæ ſedis auctoritate minime licet, quam omnes appellare (ſi neceſſe fuerit) & eius fulciri auxilio oportet. Nā vt noſtis ſynodū ſine eius auctoritate fieri non eſt catholicū: nec Epiſcopus in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica vocatione cōgregata, definite dānari poteſt: neq; vlla vnquā concilia rata legūtur, quæ nō ſunt fulta apoſtolica auctoritate. Accuſatores aūt Epiſcoporū, & teſtes ſuper quibus rogaſtis, abſq; vlla infamia aut ſuſpitione, vel manifeſta macula, & vere fidei pleniter inſtructi eſſe debēt, & tales quales ad ſacerdotiū eligere iubet diuina authoritas: quoniā ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nō poſſunt, nec in eos teſtificari qui ad eundem

A dem non debet, nec poſſunt prouehi honorē: vocatio enim ad ſynodū iuxta decreta patrum canonica, eius qui impetitur tam ſua præſentia, quàm & ſcriptis atq; apocriſarijs, per ſpatium fieri debet congruum atq; canonicum: quia niſi canonicè vocatus fuerit, ſuo tempore & canonica ordinatione, licet venerit ad cōuentum quacunq; ordinatione, niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus, quoniam nec ſeculi leges hoc permittunt fieri, quantò magis diuinæ. Deiectis verò atq; ſuis rebus expoliatis nihil vobis verius ſignificare queo, quàm ſancti, patres definierunt, & noſtri prædeceſſores apoſtolica auctoritate roborauerunt. Ita enim hæc ſe habent, Epiſcopos eiectos atq; ſuis rebus expoliatos, Eccleſias proprias primò recipere, & ſua eis omnia legaliter reddi, ſancti canones decreuerunt: & poſtea ſi quis eos accuſare voluerit, æquo periculo facere ſanciuerūt, iudices eſſe decernētes Epiſcopos rectè ſapientes & iuſtè volentes, ad tempus diuque illis reſumptis viris, & ſuis poteſtatiuè fruentibus rebus, amicisq; & Dei ſeruis, ſapientibus conſulentibus viris B in Eccleſia conuenientes, vbi teſtes eſſent ſingulorum qui oppreſsi eſſe vidētur. Scimus enim homines inermes non poſſe cum armatis ritè pugnare: ſic nec illi qui eiecti vel ſuis bonis ſunt expoliati, cum illis qui in ſuo ſtant gradu, & ſuis fruuntur amicis atq; bonis, litigare ritè poſsint. Nec ſeculi quoq; leges hæc ſecularibus fieri permittunt, ſed priùs eiectos vel oppreſſos aut expoliatos cum ſuis omnibus reſtitui iubent, & poſtea ſuo tempore, ſicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt, nec vlla carceris cuſtodia appellantem arceri permittūt. Docent enim ex parte, ſicut noſtis, terrena quę ſunt cœleſtia. Accuſatores verò & accuſationes, quos ſeculi leges non aſciſcunt, nullatenus ſunt in horum admittendæ cauſis, quia in omne quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit Eccleſia. Decet enim Domini ſacerdotes fratrum cauſas pie tractare, & venerabiliter intendere, atq; eorum iudicia ſuper ſacrificia ordinare, nec proterua aut tyrannica dominatione (vt de quibuſdam refertur) ſed charitatiuè pro Deo & fraterno amore cuncta peragere, & quod ſibi quis fieri C ſecundum dominicam vocem non vult, alij inferre non præſumat, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Ea verò quæ Apoſtolorum prædicatione, & patrum inſtructione præcepimus, ſemper tenere debemus, ne aliqua noua cudere, aut ad noxam fratrū intendere videamur, ſed alterutrū onera portemus, vt iuxta Apoſtolum, legem Domini adimplere valeamus. Tempus enim congruū præuideri oportet, quando vniuſcuiuſq; accuſatæ perſonæ cauſa rectiſsimè in medio producatur, quatenus grauitatē eius & conſonantiā quæ cōtra patrū decreta, vel ſynodorū confeſsionē prodi minimè cognoſcatur, quàm ordinabiliter oēs intendant, vt ad eam in omnibus rationabiliter reſpondeat, & iuſtè ſe velle manifeſtè oſtendant. Nullus aūt introducatur perſonaliter, ſed accuſatores & accuſati æqua audiātur ratione, iuxta quod geſtorū ordo exigit. Accuſatores verò & iudices nō idem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſq; in ſuo ordinabiliter ordine. Nam inſcriptio primò ſemper fiat, vt talionē calumniator recipat, quia ante in- D ſcriptionem nemo debet iudicari, vel damnari, cū & ſeculi leges hæc eadē retineant: de quibus omnibus vera ſemper fiat æquitas, quatenus accuſationis & iudicij ac teſtimonij mercedē per veritatē geſtorum cōſequi valeant. Scriptū eſt enim, abominatio Domino labia mēdacia, & teſtem fallacem proferentē mendacia, & ſeminantem inter fratres ſcandala, atq; litigia, ipſo monente atq; dicente. Nō facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum: nō facies quod iniquū eſt, nec iniuſtè iudicabis: non cōſiderabis perſonam pauperis, nec honores vultū potentis: iuſtè iudica proximo tuo, & quòd tibi nō vis fieri, alteri ne facias, & reliqua, & maximè præceptū habentes Apoſtolicū attendere nos ipſos & gregi, in quo nos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Dei Eccleſiā, quàm acquiſiuit per ſanguinē ſuum propriū: conuenit & iterū attendere lupos, attēdere malos operarios, qui peruerſa faciūt, & aduerſa loquūtur, vt detrahere ſemper diſcipulis Domini, & infamare quærāt, quos corrigere vos & oēs Domini ſacerdotes ſummo ſtudio oportet, quia peius malum nō eſt, quàm

quam vt ciues ciuibus inuideant,& ſacerdotes vel clerici ſacerdotibus vel Pontificibus inſidienter,teſtante etiam veritatis voce: Qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei,& qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis,melius eſt,vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius,& demergatur in profundum maris. Et item. Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me,ille proculdubio ſcandalizatus eſt in Deum, qui eius ſcandalizat Epiſcopum vel ſacerdotem,& multa talia,quæ hic non inſeruntur, ne nimis prolixa efficiatur epiſtola.Monẽtes quoq; inſtruere debetis memoratos vicinos veſtros,vt à talibus ſe ſubtrahant,& quæ illicite contra præfixos fratres egerunt, citò corrigant,& quos nobis inconſultis læſerunt,nobis inconſultis plena ſatisfactione ſanent,& cito reconcilient,ſi noluerint apoſtolicæ ſedis ſuſcipere cenſuram. Nam ſi quid fortaſſe in eis aut contra eos emerſerat, noſtrum fuerat expectandum, examen,vt noſtra (vt ſemper huic fuit ſedi, conceſſum priuilegium) aut condemnerentur auctorirate,aut fulcirentur auxilio.Neq; enim ſuo pro libitu noſtra debuerant iura peruadere,abſq; apoſtolicæ ſedis diſpoſitione mandante. A talibus deinceps omnes ſe abſtineant ſacerdotes,qui noluerint ab apoſtolicæ petræ, ſuper quã Chriſtus (vt prædictum eſt) vniuerſalem conſtruxit Eccleſiam, cui Epiſcoporum ſumma iudicia,atq; maiorum cauſæ,ſicut paulo ſuperius memoratum eſt,reſeruatæ ſunt atque ſoli datæ,cenſura,à ſacerdotali honore ſecludi.Induciæ enim accuſatis in criminalibus,Epiſcopis,ſex menſium,vel eo amplius ſi neceſſe fuerit, concendendæ ſunt, quoniam & laicis hoc permiſſum,nullus ſecularibus imbutus diſciplinis,ignorat: quanto magis ſacerdotibus, qui ſuperiores eſſe eis non dubitantur? Habetur quoque in decretis ſanctorum patrum ſancitum,non fore canonicum,quenquã ſacerdotum iudicare vel damnare,antequam accuſatores canonice examinatos, præſentes habeat, locumq; defendẽdi accipiat,id eſt,inducias Eccleſiaſticas ad abluenda crimina,&c.Nec extra propriã fiat prouinciã primò diſcuſſionis accuſatio ſine apoſtolica præceptione,cui in omnibus cauſis debet reuerẽtia cuſtodiri, quoniã & antiqua docet hoc patrum regula,in qua & imperialia pariter ſtatuta cõcinunt. *Criminum,* inquiunt,diſcuſsio ibi agenda eſt,vbi crimen admiſſum eſt:nam alibi criminũ reus prohibetur audiri,& alibi in canonibus præcipitur, quæcunq; negotia in ſuis locis vbi orta ſunt,finiẽda ſunt,& reliqua talia & his ſimilia,ſalua in omnibus apoſtolica auctoritate,vt nihil in his definiatur, priuſquam ei placere cognoſcatur: quia omnes fultos eſſe oportet,& ſi quid eis graue intolerandumq; acciderit,eius eſt ſemper expectanda cenſura.Neq; enim proterue aut ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus (vt ſæpe actum agnouimus) detrahere aut accuſare præſumat quenquã ſacerdotum, quia iniuria eorũ ad Chriſtum pertinet,cuius vice legatione pro populo, Chriſti ſanguine redempto,funguntur: Cauſas enim eorũ quia Dei cauſę ſunt,eius eſſe iudicio reſeruandas,qui valet corpus occidere,& animam mittere in gehennam: qui dicit, mihi vindictam,& ego retribuã: apud quem conſcientia nuda eſt,cui non abſconduntur occulta.Inſtruendi etiã omnes ſuńt,quoniã per nos illis Chriſtus intonuit, non eſſe ouiũ lupi inſidias præuidere,ſed paſtoris.Monet ergo beatus Apoſtolus Paulus ne de his temere leuiterq; præſumatur iudicium,de quibus nemo poteſt verius vel melius iudicare, quam Deus.Tu inquit,autem, quare iudicas fratrem tuum,aut cur ſpernis eum? omnes enim ſtabimus ante tribunal: ſcriptum eſt einm, viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino, itaque vnuſquiſque noſtrum per ſe rationem reddet Deo. In hoc ergo non ſibi quiſpiam temerarios auſus vſurpat,vt præter quod ad concordiam pertinet aliud agat, vnde vnitas Eccleſiæ ſic diſsipetur.Non ergo leuiter quiſquam aſſentiat in detractione, vel iudicatione, vel damnatione fratrum maximeque ſacerdotum, qui proximiores ſunt Deo, & qui proprio ore corpus Chriſti conficiunt quia ob hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ, qui Chriſtum perſequuntur in ſuis membris. Nolite effici participes eorum, nec communicetis peccatis talium aut infructuoſis verbis illorum : magis autem redarguite talium cœtus, qui extendere

A dere moliuntur quaſi arcum in fratres linguas: Defendite ergo fratres, & omnes monete vt armentur contra fratrum perſecutores. Confidimus autem de vobis meliora & viciniora ſaluti, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neque creatura alia, magiſtro gentium docente, poterit nos ſeparare à charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ maximè in ſacerdotibus & reliquis perficitur membris eius. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Ecce enim iudex ante ianuam aſsiſtit, coronas hilariter promittens his qui pro co fratribus auxilium ferunt, & oppreſsis ſuccurrunt, atq; in charitate collaborant. Quòd ſi ſubtraxerit ſe quis, non placebit Deo, ſed cadit, quia non ſubleuauit cadentem, ſed emarcuit. Non autem ſimus ſubtractionis in oppreſsionem, ſed adminiculi in acquiſitionem, & ſupplementum fratrum. Propter quod aſſumite armaturam Dei, vt poſsitis reſiſtere omnibus taliter præſumentibus, & induite vos loricam iuB ſtitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, per omnem orationem & obſecrationem radicati & fundati, vt id ipſum dicatis omnes: & non ſint in vobis ſchiſmata, diuidentes corpus Eccleſiæ bonum & integrum in tortuoſas nouitates. Monet ergo Apoſtolus non ampliùs nos inuicem temerè iudicare: temerè enim iudicat, ſi quis Epiſcopum abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate condemnat, cum ei, vt paulò ſuperiùs prælibatum eſt, hoc ſpecialiter priuilegium reſeruatum ſit: ſed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcãdalum: patenter enim his & alijs innumerabilibus decretorum teſtimonijs omnibus manifeſtum eſt, non debere Epiſcopum damnari, licet eius perſcrutetur opinio, donec iudicium de ore noſtræ apoſtolicæ auctoritatis, hoc eſt principis Apoſtolorum cognoſcatur, vtpote quoniam ſolus & præ omnibus creditus eſt, atque percipere meruit à Rege Re-C gum Chriſto Deo claues regni cœlorum ad aperiendum fidelibus & beneuolis hominibus in eundem Dominum noſtrum, & claudendum infidelibus & maleuolis, atque ſuis ſacerdotibus, & ſanctæ Eccleſiæ ſuo precioſo ſanguine redemptæ impugnatoribus ſiue nocentibus. Quod vtique & nos facere poſtulauit, non quòd noui aliquid nunc imperatur, ſed illud quod per deſidiam aliquorum aut ſcienter aut negligenter tranſgreditur: deinceps obſeruetur ab omnibus, vt illa ſemper quæ apoſtolica & patrum traditione conſtituta ſunt, ſub metu irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum nanque eſt in ſecunda ad Theſſalonicenſes Epiſtola, & ad Timotheum Apoſtolo monente. State, & tenete traditiones veſtras, quas didiciſtis ſeu per verbum, ſeu per Epiſtolam. Item alibi per Prophetam: Expectaui quoque, ſicut beatus Eſaias intonuit, vt facerent, iudicium, fecerunt autem iniquitatem & non iuſtitiam, ſed clamorem, omnes pios conturbantes: & hoc ſcire debeant, quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt, licet diuitias bo-D nitatis Dei, & ſuſtentationis, & patientiæ ignorantes, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit: ſecundum duritiam autem eorum, & cor impœnitens theſaurizant ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Et alibi ſcriptum eſt: Ego ſum Dominus Deus veſter, non facietis iniquitatem, in iudicio non accipies perſonam hominis, neque mireris vultum potentis, ab omni iniquo verbo recedes, innocentem & iuſtum non oppugnabis, neque interficies: ille proculdubio facit iniquitatem in iudicio, qui ea ſibi vindicat, quæ ei vindicare non licet. Ideoq; huic ſanctæ ſedi conceſſa ſunt. Nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult, honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor iudicari. Itaque oportet negligentes propulſare, ſed ita vt nocentes non roborentur, & bonos improbis aut inſidiatoribus fratrum reſiſtere, ne torpore deſidiæ oppreſsi taciturnitatis teneantur obnoxij. Itaque qui poteſt obuiare, & perturbare peruerſos, & non facit, nihil aliud eſt quàm fauere eorum impietati: nec

nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. E
Sitis aũt perfecti & integri in eodẽ ſenſu, & in eadem ſcientia firmati, vt per eam vias veſtras dirigẽtes, in eundem inflexibiliter omnibus occurratis oppreſsis, quia vobis creditur Dominus, ad quem accedentes lapidem viuũ ab hominibus quidẽ reprobatũ, & propter talium impietatem, à Deo autem electum, & honorificatum, ſuper quẽ vos tanquam lapides viui ædificamini in domũ ſpiritualem, in ſacerdotium ſanctũ, offerentes ſpirituales hoſtias ipſi in odorem ſuauitatis. Gratũ enim admodũ eſt ſacrificium Domino, oppreſsis omnibus ſubuenire, quantò magis illis de quibus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit, &c. Libat quidem Domino proſpera, qui ab afflictis & oppreſsis pellit aduerſa. Sed & nunc fratres commendamus vos Deo & verbo gratiæ eius, qui poteſt perficere, & dare hæreditatem in omnibus ſanctificatis. Ipſe autem Deus pacis & conſolationis, det vobis idipſum ſapere in alterutrum, & in ipſo ſemper & in omnibus, vt vnanimes vno ore, & vno corde honorificetis eum in concordiam & auxilium fratrum, qui potens eſt confirmare F
omnes, & conſolari ſecundum Euangelium eius, & iuxta reuelationem myſterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per ſcripturas ſanctas, & patrum orthodoxorum doctrinas, ſecundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus cognitis nobis ſoli ſapienti Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum quo patri & Spiritui ſancto, gloria, honor, & imperium, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amẽ. Dominus vos cuſtodiat dilectiſsimi fratres incolumes ſemper. Data VIII. Nouemb. Flauiano & Stilicone IIII. Conſ.

QVOD OMNES DE FILIO DEI ET SPIRITV SANCTO, ET DE VNITATE TRINITATIS MALE SENTIENTES, SIMILES SINT IVDEIS, & de vnitate Trinitatis. G

QVOD ſi quis patiatur Deum patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum ſanctum Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam quam credimus eſſe, & ſcimus, patris & filij, & Spiritus ſancti: ſubtrahens autem filiũ, aut Spiritum ſanctum, ita ſolum æſtimet eſſe Deum patrem, dici aut credi vnum Deum, anathematizamus cum omnibus Iudæis: quod nomen Deorum in Angelis, & in ſanctis omnibus à Deo eſt poſitum & donatum: de patre autem & filio & Spiritu ſancto propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen Deorũ, ſed Dei nobis oſtenditur, atq; indicatur, vt credimus: quia in filio & Spiritu ſancto H
ſolummodo baptizamus, & non in Archangelorum nominibus aut Angelorum, quomodo hæretici, aut Iudæi, aut Gentiles dementes faciũt. Hæc ergo eſt ſalus Chriſtianorum, vt credentes Trinitati, id eſt, patri, & filio, & Spiritui ſancto, in veram, ſolamq; diuinitatem, vnã potentiã & maieſtatẽ & ſubſtantiam eiuſdẽ deitatis ſine dubio credamus. Dicit quoq; beatus Eſaias: Propter Sion nõ tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcã, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Profecto catholica Eccleſia, quæ vera conſiſtit Sion ciuitas Chriſti cœlorum Regis, per tot annorum ſpatia expugnata ab aduerſantibus verbo fidei, qui neq; Deum timent, neq; hominem reuerentur, ſed incaſſum producentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum & aduerſis tantiſq; quæ in ſcripto & ſine ſcripto conteſtationibus inuitati fuiſſent, corrigere propriam & ſepelire hæreſim, ſicuti & per anteriorem cognitionem luculentiùs demonſtratum eſt, tam per libellos,

A libellos, quàm per ſuggeſtiones reuerendiſsimorum ſacerdotum, & venerabilium Abbatum, Apoſtolo proteſtante nobis, hominem hæreticum poſt primam & ſecũdam correptionem euitare debeamus, ſcientes, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi, & delinquit proprio iudicio cõdemnatus. Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quieſcere, ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilem Deo pacem amplectentes: quoniam ſcriptum eſt. Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns: & dicatur etiam de nobis, ſacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſanctum & prophanum non habuére diſtantiam, inter pollutum & mundũ non intellexerunt, ſed conſurgere cũ Deo, & conſiſtere promptè, induẽtes arma ſpiritus aduerſus malignantes contra fidem eius, vt probemus ſpiritus ſapienter, id eſt, verba illorũ, ſi ex Deo ſunt. Scriptum eſt enim in Hieremia: Probatorem dedi te in populo meo robuſtũ, & ſcies & probabis viam eorũ: multùm nanq; nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tantum diuinũ ſapientiæ diſcretionis, quæ occulta tene-
B brarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei & ſcrutationem, quoniã latet quodammodo & abſconditur, vixq; cõpræhenditur doloſa exiſtẽs malitia, pro eo quod ſibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentem latêre. Quod vtique ſciens beatus Apoſtolus ait: Nam huiuſmodi pſeudapoſtoli operarij ſubdoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti: ſed non mirum, ipſe enim Satanas transfigurat ſe velut Angelum lucis. Et non mirum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis ſecundum opera eorũ. Sed & Dominus in hoc præmuniens nos ait: Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Ergo in idipſum ex toto corde referentes ante omnia ſuper tali quæſtione deprecationem, & dicẽtes cum Dauid: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen ſemitis meis: quoniam ſicut ait beatus Daniel Propheta, ſapientia & fortitudo eius ſunt, dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam
C intelligentibus diſciplinam, ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt, quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te. Cum ope diuina vniuſcuiuſq; perſonæ conſcripta per nouitatis commentum accuſati ſunt, de venerabili noſtro ſcrinio obſecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus ſolertiùs intendamus.

DE CHOREPISCOPIS, ET QVI IDEM SINT, AVT SI ALIQVID SINT AVT NIHIL.

D Dominis venerabilibus fratribus, Proſpero Numidiæ primæ ſedis Epiſcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Ruſo & omnibus cæteris vbiq; in recta, ſancta & apoſtolica fide conſiſtentibus orthodoxis Epiſcopis, Damaſus.

LICET Fratres chariſsimi vobis ſint nota patrũ decreta, mirari tamen nõ poſſumus veſtrã ſolertiam circa inſtituta maiorũ, vt cuncta quæ poſſunt aliquã recipere dubitationẽ, ad nos quaſi ad caput, vt ſemper fuit cõſuetudo, deferre nõ deſinatis, vt inde cupiatis reſponſa, vnde accepiſtis inſtitutionẽ & normã rectè viuẽdi. Vnde & vos nõ immemores canonũ eſſe recordamur, qui & ipſum fieri pręcipiũt, nõ vt vobis ſciẽtiæ eccleſiaſticæ regulæ aliquid deſit, ſed vt autoritate ſedis Apoſto-

Apoſtolicæ fulti,in nullo ab eius deuietis regulis. Igitur de Chorepiſcopis,de quibus nos conſulere,quale ſit eorum miniſterium,aut quid eis agere liceat aut quam auctoritatem habeant,vel ſi licet eos fieri an non,quia audiuimus eos iam eſſe prohibitos,aut quid de eis qui iam ordinati reperientur,agendum ſit, nil vobis certiùs reſpondere videtur, quàm olim à prædeceſſoribus noſtris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorſus aliud reſeruetur,quàm priuatio ſacri miniſterij,quod illicitè aſſumpſerunt,quia prohibiti tam ab hac ſacra ſede quàm à totius orbis fuerant Epiſcopis.Nimis ergo eorum inſtitutio improba,nimis eſt praua: quia vt hi de ſummo ſacerdotij miniſterio aliquid præſumant omni auctoritate caret, & ſacris canonibus inuenitur eſſe contrarium,atque ad totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba & ſuperflua tendit elatio, & vacuum eſt & inane quicquid in prædicto ſacerdotij ſummi egerunt miniſterio.Quòd ipſi idem ſint,qui & presbyteri,ſufficienter inuenitur,qui ad formam & exemplum ſeptuaginta inueniuntur priùs inſtituti:ſed quia Deo gratia modò neceſſarij ſicut in primitiua Eccleſia propter ſtudium, quod erga pauperes exigebant,non ſunt,& quia illicita præſumebant,& quod agebant, actũ non erat,& propterea multi in ſecuritatem lapſi Eccleſiaſtico fraudabantur & fruſtrabãtur miniſterio ideo tam ab hac ſancta ſede (vt ſuperiùs memorauimus) quàm ab omnibus totius orbis Epiſcopis à Pontificalibus ſunt remoti officijs.Nam vt nobis relatum eſt,quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem eis plebes ſuas committere non formidant,& vt illicita atque prohibita agant,id eſt, ea quæ ſolis Pontificibus debentur,ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent,& curam ſibi à Deo commiſſam negligunt,cùm Dominus dicat: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis,& vocat eas nominatim,& cognoſcit ſuas,& ſuæ agnoſcunt eũ.Et item: Sicut nouit me pater,& ego agnoſco patrem,& animã meam pono pro ouibus meis.De mercenario autem,quid ipſe dicat,bene noſtis,quia videt lupum venientem, & dimittit oues,& fugit,& lupus rapit & diſpergit oues,& reliqua.Pro talibus verò negligitur cura Eccleſiæ,& eius ſtatus perturbatur,& ideo ſunt prohibiti, in tantũ vt ſi aliqui ex his reperti fuerint,à proprio decidant gradu: illi nanq; Epiſcopi qui talia ſibi præſumunt,videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles,quę ſtatim vt pariunt infantes ſuos,alijs nutricibus tradunt educandos,vt ſuam citiùs libidinem explere valeant: ſic & iſti infantes ſuos,id eſt,populos ſibi commiſſos alijs educandos tradũt, vt ſuas libidines expleant,id eſt,vt ſuo pro libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuiq; viſum fuerit liberiùs agant: pro talibus enim animæ negligũtur, oues pereunt,morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur,& reliqua mala proueniunt.Non taliter Dominus docuit,nec Apoſtoli inſtituerunt,ſed ipſi curam ſuſcipiant,ipſi peragant,& ipſi proprios manipulos Domino repræſentent.Nam & ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit,ipſe proprijs humeris reportauit,noſq; idipſum facere perdocuit.Si ipſe pro omnibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit,ipſe ſanauit, ipſe proprijs humeris reportauit,atque in tantum dilexit, vt etiam animam ſuam multas ſuſtinens iniurias,multa opprobria,multaſq; paſsiones,pro nobis traderet,quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus,qui etiam pro ouibus nobis commiſsis curam impẽdere neggliglimus,& alijs eas educandas tradimus? Corrigantur hæc fratres neceſſe eſt, quia qui plus laborat,maiorem mercedem accipiet.Nam non amplius quàm duos ordines,inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus,id eſt,duodecim Apoſtolorum,& ſeptuaginta diſcipulorum, vnde iſte tertius proceſſerit,funditùs ignoramus, & quod ratione caret,extirpare neceſſe eſt: quod enim Epiſcopi non ſint qui minùs quàm à tribus ſunt ordinati Epiſcopis,omnibus patet: quoniam vt bene noſtis prohibitum à ſacris eſt patribus,vt qui ab vno vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, nec nominentur Epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quicquid enim inter Epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodò pertinentibus, egerint, neceſſe eſt,vt ſuperiùs iam prælibatum eſt,vt irritum fiat,quia quod non habent, dare nequa-

A nequaquam poſſunt, præſertim cum nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti, antequam prohiberentur, vt ſuperius memoratum eſt, in eccleſia gerebant nil de hoc quod Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur, legitur aſſumpſiſſe, nec in lege Domini quæ Moyſi ab ipſo Domino legitur dictata, de his quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt, Moyſi & Aaron, erant ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumant. Nulli enim dubium eſt, quod Moyſes & Aaron ſoli præcipiente Domino in tabernaculo Dei erigebant altare, ſoli vngebant, ſoli ſacerdotes ſacra vnctione inſtituebant: & alia quæ ad ſummum ſacerdotium pertinebant, de quibus ſufficienter vt in diuinis legitur literis, agebant, quoniam ſummi Domini ſacerdotes erant, ſicut de eis ſcriptum eſt: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Sic & modo, quia vmbra legis tranſijt, & lux Euangelij in nos Dei gratia manifeſte coruſcat, de his quæ in ſummis ſacerdotibus, id eſt Epiſcopis, quorum figuram Moyſes & Aaron tenuerunt, illi qui ſeptuaginta diſcipulorum formam geſtant, in quo-B rum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præſumere debent, ſicut nec illi quicquã de ſummi ſacerdotij miniſterio attingebant. Nam quod Coëpiſcopi antequam præfato prohiberentur tenore ad formam ſeptuaginta inſtituti erant, Canon ſufficienter manifeſtat, vbi ait: Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe, & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus expreſſum eſt: Qui in vicis & poſſeſsionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati fuerint, & cætera. Nec ab re dictum perpendo, quanquam manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, cum Epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat numerũ, & apud grammaticos pluralis ſit genetiuus: videtur enim mihi quod tunc non ab vno, ſed à pluribus ordinabantur, quia nullatenus diceret Epipcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cum Epiſcpoporum pluraliter dictum ſit. Cum autem dixit Coëpiſcopum, profecto villanum voluit intelligi Epiſcopum: & ſi villa-C nus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco vbi antea Epiſcopi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello Epiſcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis vbi antea Epiſcopi non fuerunt, ne vileſcat auctoritas, & nomen Epiſcopi fuerint conſtituti, quid rogo erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat nec ordinatio cum loco: quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati? ad villam quia chore villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam ſi nec in caſtello, aut in modica ciuitate licet fieri, rogo vt promatis: & ſi promere non poteſtis, quia ſcio, per rationem aut plenam auctoritatem minime poteſtis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant quibus eorum ceſſatur actio vel inſtitutio vnum quod ab vno Epiſcopo ordinari ſolent, in quo eorum ordinatio à canonibus diſcordat, qui per manus Epiſcoporum eos inſtitui iubent: Aliud, ſi à pluribus D Epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa, aut caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuſte Epiſcopi fieri debent, aut dudum non fuerũt, vbi non vileſcat auctoritas & nomen Epiſcopi aut ſi in ciuitate cũ altero Epiſcopo, cũ vt prædictũ eſt in vna ciuitate duo non debeant conſiſterere Epiſcopi. Tertiũ, ſi abſolute fuerint inſtituti, ſicut de quibuſdã audiuimns, quæ omnia epiſcopali omnino carent auctoritate, & illud adhuc reſtat, quod eorũ ordo non habet in diuinis literis auctoritatẽ quia vt præfixũ eſt, ordines ſunt duo tantũ primi in Eccleſia, Apoſtolorum & ſeptuaginta diſcipulorũ. Sane ſi nec Epiſcopi ſunt, quia pro præfatis cauſis Epiſcopi eſſe non poſſunt, nec presbiteros ſe nominari volunt, quia amplius eſſe ambiunt, ac ſi plus quam ſeptuaginta diſcipuli feciſſent, ad quorum formam, vt paulo ſuperius prælibauimus, hi antequam prohiberentur, à quibuſdam ſtultis, & ſua quærentibus & non quæ Chriſti Ieſu, inſtituebantur, præſumere tentant, & illicita atque prohibita agere præſumunt, nec hoc dici ſe volunt quod

ſunt rogo vt manifeſte prodatis quid ſint, quoniã aut aliquid ſunt, aut nihil. Nam E
manifeſte patet, quoniam Epiſcopi non ſunt, & ſi Epiſcopi non ſunt & presbiteri
eſſe deſpiciunt, quid erunt? aut aliquid prorſus erunt, aut nihil: quia nihil poteſt
eſſe niſi habeat vnde ſit, & ſi non habeat vnde ſit, aut vnde originem ducat, nec au-
ctoritatem habet, nec ſtare rite poterit, quia inane eſt, & vt deſtruatur & cadat ne-
ceſſe eſt, quoniã nihil eſt, & in nihilũ reputabitur. Si vero nihil ex his ſunt, quæ ſupe-
rius memorauimus, tunc neceſſe eſt, vt nihil ſint ex his quæ ſacerdotibus debentur,
& ideo nec in ſacerdotali catalogo habeantur, niſi tantum vt primo commemora-
uimus, vt pro miſericordia illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius am-
birent, & per ſcriptum propria manu ſubter corroboratum id ipſum confirmaue-
rint, hoc ſolummodo concedatur, vt inter ſacerdotes locum habeant, & miniſterio
presbyterorum contẽti ſint, atque menſæ Domini tantummodo participes exiſtant.
Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, vt ſacerdotes ſint, ſed om- F
ni eccleſiaſtico funditus priuentur honore. Quod vero eis non liceat ſacerdotes
conſecrare, nec diaconos, aut ſubdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vnge
re, aut ſacrare, nec Eccleſias dedicare, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptiza-
torum frontes ſignare, nec publice quidem in miſſa quenquam pœnitentem recon-
ciliare, nec formatas epiſtolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Epiſco-
pum in baptiſterio, aut in ſacrario introire, nec præſente Epiſcopo infantem tingere
aut ſignare, nec pœnitentem ſine præceptione Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præ-
ſente, niſi illo iubente ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo
coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari, quæ omnia ſolis
Pontificibus debere, tam ex ſuperioribus, quam ex alijs patrum conſtitutis, aut ſacris
canonibus edocti eſtis, & ſi neceſſe eſt quibuſdam munus ſcientibus doceri pleniter
& inſtrui poſſunt, vt per hoc & diſcretio graduum &, dignitatis faſtigium ſummo-
rum Pontificum demonſtretur. Similiter & de presbiteris hæc habeantur, & ſine G
iuſſu proprij Epiſcopi nil agant, quia quod rarum eſt, hoc & pulchrius eſſe videtur:
& ſi nomen vileſcit Pontificum, omnis ſtatus perturbatur Eccleſiæ. Triplex itaque
in hac parte reatus eſt, quod & prohibita aiunt, & quod ſacrum miniſterium talis
conſortij vilitate polluitur, & Epiſcoporum quantum ad illicitæ vſurpationis teme-
ritatem pertinet, iura ſoluuntur. Quod autem ſolis Apoſtolis eorumq; ſucceſſori-
bus proprij ſit officij tradere Spiritum ſanctum, liber actuum Apoſtolorum docet
præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum iſti in Eccleſia ſpeciem ge-
runt, legatur donum ſancti Spiritus, per manus impoſitionem (vt prædictum eſt) tra
didiſſe. Hæc ergo quia omni carent ratione, nullus deinceps vſurpet aut conſenti-
at ſacerdotum, qui noluerit à noſtro ſacerdotali collegio ſeparari. Nec quod à no-
bis extinguitur, & à prædeceſſoribus noſtris ac reliquis, vt dictũ eſt, totius orbis Epi-
ſcopis iam extinctum eſt, apud aliquos tenebroſis ſeminetur radicibus, ſed quæ ma-
lè pullulaſſe noſcuntur, radicitus euellantur, ne meſſem dominicã vlla corrumpant H
zizania. Ita enim fructum vberem Domini ſacerdotes præſtabunt, ſi ea quæ natam
ſegetẽ enecare conſueuerunt, radicitus amputentur. Ceſſet ergo tot iudicibus pro-
hibita & damnata præſumptio, nec imitentur ſummi ſacerdotes mulieres meretri-
ces, quæ infantes ſuos præfata voluptate alijs ad nutriendum tribuunt, ſed ipſi Do-
mino ſuo nutriant, ipſi fructum cũ vſura reddant, fructuoſoſque manipulos & cum
gloria repræſentent. Nam ſi Dominus leproſus inter cæteras ouium ſuarum curas te-
tigit & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? aut cur noſipſi, qui paſtorale
officium ſuſcepimus, alijs alendas tradimus? maxime cum Dominus Petro præcepto-
ri noſtro dixerit: Si diligis me, paſce oues meas, & multa talia & his ſimilia. Nam
benedictio quam prædicti Coëpiſcopi ante ſuam prohibitionem per manus impoſi-
tionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quam ſalutem: & illi qui ponti-
ficatus apicem non habebant, quomodo ea quæ non habebant, dare poterant?
quoniam nihil danti erat quod ipſe poſsit accipere. Aut quis hominum, licet mo-
re hu-

A re humano loquamur, dare poteſt quod non habet? præſertim cum pontifices non erant ea quæ ſolis pontificibus debentur, dare non poterant, & propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impoſitionem tangebant, cum ea quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. & ideo quicquid ex ſupradictis miniſterijs pontificalibus præſumebant irritum erat, & nihil tactis perficiebant, ſed magis iuxta Prophetam maledictionem pro benedictione, ſi ratum eſt dicere, conferebant. Quapropter per illicitam manus impoſitionem, vt paulo ſuperius prælibauimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebant. Et vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur macula: id eſt, reiterari neceſſe eſt, quod legitime actum, aut collatum minimè approbatur, ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſsit retinere qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitime non habuit, inuenire non poſſum: cum ille qui honorem Pontificalem non habuit, pontificalia non poteſt iura tribuere, nec hoc ſibi B poterant vindicare, cuius capaces per hoc, quod illis obſtiterat, non fuerunt. Huius ergo diſcuſsionis curam nobis ſpecialiter vindicantes: ita miſericordiam rogamus, vt ſi qua forſitan his commiſſa ſunt, corrigantur, ne talia liceat vltra committi, & ne qua excuſatio de ignoratione naſcatur: quia vt nobis gratulationem facit Eccleſiarum ſtatus ſalubri diſpoſitione attributus, vel adornatus, ita non leui nos mœrore contriſtat quoties aliquid contra inſtituta canonum vel Eccleſiaſticam diſciplinam præſumpta, aut commiſſa cognoſcimus: quæ ſi non qua debemus vigilantia reſecemus, illos qui nos ſpeculatores eſſe volunt, excuſare non poſſumus, ſi eius Eccleſiam quæ nobis generaliter commiſſa eſt, in quantum præualemus puram à tam illicitis ſuperſtitionibus non cuſtodiamus: quia non aliter vnus grex, & vnus paſtor ſumus niſi quemadmodum Apoſtolus docet idipſum dicamus omnes: ſimus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſapientia. Nec aliter veri diſcipuli Domini erimus, niſi radicem amaritudinis ſurſum germinantem, ſicut hæc vt aſſeritis modo facit, ne C nocere valeat, vt Epiſcopale miniſterium vileſcere faciat per eorum negligentiam id eſt, omnium ſacerdotum qui euellere mala, & meliora plantare, ſunt ab eo prępoſiti, vnuſquiſque pro viribus extirpare feſtinet, & ipſe qui pro ſuis ouibus eſt æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educare decertet. Si Domini deſideramus eſſe diſcipuli, ipſius imitetur veſtigia, vt de nobis dicatur. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoſcunt me meæ, & reliqua. Et iterum monente dominicæ vocis imperio, quo beatiſsimus Apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtum amat diligenter, & cum magna cura paſcat, quoniam ipſius ſanctæ ſedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præſumus, amore & reuerentia coartamur, vt tantæ ſuperſtitionis, quæ nulla (vt ſupra dictum eſt) fulcitur auctoritate, periculum quantum poſſumus declinemus, ne beati magiſtri noſtri, & ſummi Apoſtoli dilectio, qua ſe amatorem Dei eſſe teſtatus eſt, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter D paſcens totiens ſibi commendatum dominicum gregem conuincitur ſummum non amare paſtorem, nec eius ſe velle diſcipulum fieri, cuius exempla negligit imitari: nam gratia prorſus maior acquiretur, ſi de commiſsis ouibus lucrum offerat Domino ſolicitudo paſtoris. Nam & beatum Iacob, qui pro vxoribus diu ſeruierat, dixiſſe meminimus: Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non commedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam, & quicquid furto perierat, à me exigebas, die nocteque æſtu vrebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis. Si ergo laborat & vigilat, qui paſcit oues Laban, quanto labore quantiſque vigilijs debet intendere, qui paſcit oues Dei Sed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui pro ſuis dedit ouibus animam, & adiuuet nos vt de his qui nobis commiſsi ſunt, fructum multiplicem ac menſuram ſuperfluentem ad æterna gaudia reportare concedat, tantuſque vos beati Petri Apoſtolorum principis amor incendat, vt in ouili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ,

omnes taliter errantes,& illicita atque prohibita præſumentes,ſanctis veſtris ſtudijs E
ſummo redintegrare cum deſiderio feſtinetis,qualiter animæ precioſo Chriſti ſanguine redemptæ eorum non pereant deceptione. Reſtat enim quod per oſtium hi nequaquam ſubintrarunt,quia non habebant oſtium per quod ingrederetur:quia vt dictum eſt,ſi nec Epiſcopi ſunt, & pluſquam presbyteri eſſe ambiunt, per quod oſtium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in Eccleſia leguntur,nec amplius ad paſtorale officium aliquod patet oſtium per quod paſtor intret. Audite fratres non me,ſed ipſam dicentem veritatem. Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde,hic fur eſt & latro,& reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt. Cum prædicta duo fundamenta in Eccleſia tantum inueniantur poſita, quicquid amplius poſitum in his inuenitur,ſtare nullatenus poterit,& ideo cum omnibus ſuis fundamentis & actionibus, atq; radicibus, vt euellatur neceſſe eſt, ita vt amplius F
pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet,& non faciat vobis fratres totiens repetita locutio faſtidium,quia ſumma neceſsitas eſt, vt ſæpius prohiberi quod totiens à vobis,vt cognouimus,illicite vſurpatur,& quoniam veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit vt lumen,& quod totiens repetendo admonetur, nimis vſurpatur. Super his enim multa iam ab anteceſſoribus noſtris dicta ſunt,à quibus ipſi ſicut nunc à nobis,ita olim ab eis damnata & prohibita ſunt. Ideo ſæpius repetentes omnes monemus,vt vitetur huiuſmodi,& à talibus ſe abſtineant, qui noluerint vna cum eis à ſacerdotali miniſterio: vt rebelles fieri alieni: quod ita demum probare poterimus,ſi tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis: & ita in poſtmodum de tali re querela ceſſabit,quia contumeliæ ſtudio fit,quicquid interdictum totiens vſurpatur. Omnia hæc decretalia & cunctorum deceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita vobis & omnibus Epiſcopis ac cunctis generaliter ſacerdotibus cuſtodiri debere mandamus,vt ſi quis in illa commiſerit, veniã ſibi deinceps nouerit denegari, quoniam occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret: &merito nos qui ſumma Eccleſiæ tenere debemus gubernacula, cauſa reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Data Calen Iunij, Libio & Theodoſio IIII. CC Conſulibus. G

DE SACERDOTIBVS QVI DE ECCLEſis ſuis ad alias migrant Eccleſias.

EOS autem ſacerdotes qui de Eccleſijs ſuis ad alias migrauerunt, H
tandiu à communione noſtra habemus alienos, quandiu ad eas redierint ciuitates,in quibus primum ſunt conſtituti: quoniam ſi alius alio tranſmigrante in locum viuentis ordinatus eſt, tandiu vacet ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, quandiu ſucceſſor eius quieſcat in Domino,

EPISTO-

A

EPISTOLA DAMASI ET EPISCOPORVM, QVI AD EVM IN ROMANAM VRBEM EX ITALIA ET GALLIA CONVENERANT.

Damaſus & cæteri Epiſcopi Romæ congregati, dilectiſsimis fratribus in Illyrico conſtitutis, Epiſcopis in Domino Salutem.

B CREDIMVS ſanctitatem veſtram, fidem in Apoſtolorũ eruditione fundatam tenere, & hãc populis vniuerſis exponere, quæ videlicet à conſtitutis patrum nulla ratione diſſentit, per quos iuſtum eſt cæteros erudiri: ſed relatione Gallicanorum & venerandorum fratrum, quoſdam hæreſibus fauere cognouimus, quod malum non ſolùm cauere debẽt Epiſcopi, ſed etiam reluctari contra ea quę geſta ſunt imperitia aut ſimplicitate quorũdam prauis interpretationibus deceptorum. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari, ſed magis patrum noſtrorum laborare ſententijs Auxentiũ ergo Mediolanũ præcipuè in hac cauſa damnatum eſſe liquet: Vnde iuſtum eſt vniuerſo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis ſunt ſapere, & non fidem doctrinis varijs maculare. Itaq; dum primum hæreticorum cœpiſſet nequitia pullulare, ſicut etiam nunc blaſphemia pullulare patet Arianorum, tunc patres noſtri trecenti decem & octo electi, habito tractatu in vrbe C Nicena, hunc murum fortiſsimum contra arma diabolica ſtatuerunt, & hoc remedio venena mortifera ſunt depulſa, vt pater & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniuſq; magnitudinis debeat credi, vniuſq; eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ, ſimul & ſpiritus ſanctus. Aliter enim ſapientes alienos eſſe à noſtra communione iudicauerũt. Quem terminum ſalutarem adorabilemq; deliberationẽ corrumpere quidam alijs cogitationibus, atq; temerare voluerunt, ſed in ipſo principio ab his ipſis, qui in Arimino reuocare, aut retractare compellebantur, vſq; ad hoc cauſa correpta eſt, vt cõfiterentur alia ſibi circunuentione ſubreptum, aut certè, quia non intellexerunt patrum ſententiæ in Nicæna conſtitutæ hoc eſſe contrarium: neq; enim præiudicium aliquod fieri potuit, per numerum Arimino congregatum, quando conſtat neque Romanum Epiſcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium qui tantis annis Epiſcopatum inuiolabiliter cuſtodiuit, neq; alios talibus præbuiſſe conſenſum, maximè dum (ſicuti prædiximus) iſti ipſi, qui per conuẽtionem D declinâſſe videbantur, ipſi denuò vtentes meliori conſilio hæc ſibi diſplicere teſtati ſunt. Perſpicit itaq; veſtra ſalubritas hanc ſolam fidem, quæ Nicææ Apoſtolorum auctoritate fundata eſt, eſſe perpetua firmitate ſeruandam, & ſimul orientales hoc facere nobiſcum, qui ſe catholicos eſſe cognoſcunt, occidentales etiam gloriari. Credimus autem languentes in iſto conamine non tardè à noſtra ſeparandos eſſe communione, & ab eis Epiſcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberari errore reſpirent. Nullo enim modo à deceptione poterunt corrigere populum, qui deceptionis laqueo detinentur. Cõcordet etiam cum omnibus Dei ſacerdotibus etiam charitatis veſtræ ſententia, in qua vos fixos ac firmos exiſtere iudicauimus. Si ergo nos vobiſcum rectè credere debemus, veſtræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres chariſsimi. Data XVII. Calend. Nouembris, Siritio, & Ardabure IIII. CC. conſulibus.

EPISTOLA DAMASI AD EPISCOPOS ITALIAE. E

Vniuerſis Epiſcopis per Italiæ prouincias conſtitutis, Damaſus Epiſcopus in Domino ſalutem.

OPTAVERAM dilectiſsimi pro noſtri charitate collegij omnes Domini ſacerdotes ſicut in primitiua fuit Eccleſia, vnũ eſſe cor, & animam vnam, atque in vna deuotione perſiſtere, nec quemquam ſacerdotum gratia, aut formidine ſecularium deprauari, aut à via veritatis quoquo modo abſcedere. F
Sed quia multa quæ corrigi poſſunt, proueniunt, exuperat culpas delinquentium miſericordia Dei, atque ideo ſuſpenditur vltio, vt poſsit locum habere correctio. Relatum eſt enim ad ſedem Apoſtolicam vos accuſationes fratrum per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore: quod deinceps in omni orbe terrarum fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum eſt abſque vlla retardatione corrigere rogamus, nec vnquam prius per ſcripta eorũ, qui accuſantur cauſam diſcutere, niſi per querelarũ inſtitutiones vocati canonicè ad ſynodũ veniãt, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter, & intelligat quæ ei obijciũtur: Quod bene & per ſapiẽtiam Salomonis dicitur: Antequam ſcruteris ne reprehendas, intellige priùs & tunc increpa, antequam audieris ne reſpondeas. Et licet apertiſsima ſit contrariorum reprehenſio, veruntamen oportet his, qui elati ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari ab his qui ſecundum Deum perſcrutari deputati ſunt, quatenus ita cum G
operatione cooperante inueniamus, & confeſſorem Deum qui dicit: Vbi duo ſunt vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat, ſed quoniam non eſt præſentialiter accuſatus, ideo non eſt eiectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere: leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonica patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſsimè clamant, nec accuſationes, nec teſtimonia vlla per ſcripta poſſe proferri, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de his quæ ſub præſentia eorum eſſe noſcuntur. Similiter & qui alium accuſare elegerit, præſens per ſe & non per alium accuſet, ſcriptione videlicet præmiſſa: neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumq́ue defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum quoque eſt, ne ita quiſquam ſubrepat, faciatq; citius quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos & cuncta diuina mandata & Apoſtolica præ- H
cepta cuſtodientes, in cunctis actibus veſtris cœleſtis brachij extentione protegat, atque ad cœleſtis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat, Amen. Data III. Idus Aprilis, Siritio & Ardabure IIII. CC. conſulibus.

EPISTO-

A EPISTOLA CONCILII CARTHAGINENSIS AD INNOCENTIVM PAPAM.

Domino beatiſsimo & honoratiſsimo fratri Innocentio vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Aurelius, Numidius, Ruſticianus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincẽtius, Publianus, Theaſius, Tutus, Pãnonius. Victor, Reſtitutus, alius Reſtitutus, Ruſticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maio-
B rinus, Porturianus, Criſpolis, Victor, alius Victor, Leutius, Marinus Fructuoſus, Fauſtinianus, Quoduultdeus, Candorius, Maximus, Magarius, Ruſticus, Rufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus, Quoduultdeus, Pentadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Bazecenus, Germanianus, Germamenus, Iuuentius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Aemilianus Romanus, Aphricanus, & Marcellinus, qui in Concilio Eccleſiæ Carthaginenſis affuimus.

CVM ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolenniter venire-
C mus, atque ex diuerſis cauſis congregata ex nobis ſynodus haberetur, compresbyter noſter Oroſius nobis literas ſanctorum fratrum, & conſacerdotũ noſtrorũ dedit Auerothis & Lazari, quarum formam his conſtituimus eſſe ſubdendam. His ergo lectis Pelagium & Cœleſtium auctores nefarij prorſus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris aduertimus. Vnde factum eſt, vt recenſendum peteremus, quid ante quinquennium ſuper Cœleſtij nomine hîc apud Eccleſiam Carthaginenſem fuerit exagitatum. Quo recitato, ſicut ex ſubditis aduertere poterit ſanctitas tua, quamuis iudicatio manifeſta conſtaret: quia in illo tempore Epiſcopali iudicio exciſum hoc tantùm vulnus ab Eccleſia videretur, nihilominus tamen id communi deliberatione cenſuimus, vt huiuſmodi perſuaſionis auctores, quanuis & ad Presbyterium idem Cœleſtius poſteà perueniſſe dicatur, niſi hi apertiſsimè anathe-
D matizauerint, ipſos quoq; anathematizari oportet, vt ſi ipſorũ non potuerit, ſaltem eorum qui decepti ſunt ab eis, vel decipi poſſunt, cognita ſententia quæ in eos lata eſt, ſanitas procuretur. Hoc itaq; geſtum Domine frater ſanctæ charitati tuæ intimãdum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ ſedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam etiam peruerſitate corrigenda. Id enim agunt iſti damnabilibus diſputationibus ſuis, vt nõ defendendo, ſed potiùs in ſacrilegam ſuperbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus, qua & idipſum noſtræ voluntatis arbitrium verè ſit liberum, dum à carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: Si vos filius liberauerit tunc verè liberi eritis. Quod auxilium fides impetrat, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iſti autem aſſerunt (ſicut à fratribus qui eorum libros legerunt, cognouimus) in eo Dei gratiam putandum, quòd talem hominis inſtituit creauitq; naturam, quæ per propriam volun-

voluntatem legem Dei poſsit implere, ſiue naturaliter in corde conſcriptam, ſiue in E
literis datam: eandem quoq; legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Illam verò gratiam, qua, vt dictum eſt, Chriſtiani ſumus cuius Apoſtolus prædicator eſt, dicens: Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem, video autem, aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis, miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: nolunt omnes cognoſcere omnino, nec aperte quidem oppugnare audēt. Sed quid aliud agunt cum hominibus animalibus non percipientibus quæ ſunt ſpiritus Dei? perſuaderi non ceſſant ad operandam perficiendamque iuſtitiam & Dei mandata complenda ſolam ſibi humanam ſufficere poſſe naturam, non attēdentes quod ſcriptum eſt: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: & non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: & quod vnum corpus ſumus in Chriſto Ieſu ſinguli autem alter alterius membra, habētes dona diuerſa ſecundum gratiam, quæ F
data eſt nobis: & gratia Dei ſum id quod ſum, gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum: &, gratias ago Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quia idonei non ſumus aliquid cogitare, quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: &, habemus theſaurum iſtū in vaſis fictilibus, vt eminentia ſit: virtutis Dei & non ex nobis, & innumerabilia de ſcripturis omnibus ſi colligere volumus, tomus non ſufficit, & veremur, ne apud te tempora iſta commemorando, quæ maiore gratia de ſede apoſtolica prædicas, inconuenienter facere videamur, ſed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores ſumus, quaque verſus quiſque noſtrum verbum Dei prædicando putatur attentior, crebrius eos patimur in nos audacius inſurgentes. Si ergo Pelagius Epiſcopalibus geſtis, quæ in oriente confecta dicuntur, omnia tuæ venerationi iuſte viſus fuerit abſolutus: error tamen ipſe & impietas quæ iam multos aſſertores habet, per diuerſa diſperſos, etiā apoſtolicæ ſedis auctoritate anathematizanda eſt. Conſideret enim ſanctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus, quam peſtiferum & exitiale ouibus Chriſti, quod iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſariò ſequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationem: quod Dominus diſcipulos monuit, & poſuit in oratione quam docuit, vt non deficiat fides noſtra, quod pro Apoſtolo Petro ſe rogaſſe ipſe teſtatus eſt. Si enim poſsibilitate naturæ, arbitrio voluntatis in poteſtate ſunt conſtituta: quis non ea videat inaniter à Domino peti, & fallaciter orari, cum orando poſcuntur, quæ naturæ iam ita conditæ ſufficientibus viribus obtinenter? nec debuiſſe dicere Dominum Ieſum Chriſtum, vigilate & orate, ſed tantummodo vigilate, vt non intretis in tentationem: nec beatiſsimo Petro primo Appſtolorum, rogaui pro te, ſed moneo te, vel impero ac præcipio, ne deficiat fides tua. Contradicitur enim iſtorum contemptione benedictionibus noſtris, vt incaſſum ſupra populum dicere videamur, quicquid eis à Domino præcamur, rectè ac pie viuendo illi placent vel illa quæ pro fide- H
libus precatur Apoſtolus dicens: Flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det nobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per ſpiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere, da illi virtutem Domine corroborari per ſpiritum tuum, iſtorum nobis diſputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, ſi hoc à Deo poſcitur, quod in noſtra poteſtate eſt: virtute enim corroborari ſi volumus, inquit, poſſumus ea poſsibilitate naturæ, non miſericordia quam nunc accipimus, ſed quam cum crearemur accipimus. Paruulos etiam propter ſalutem quæ per ſaluatorem Chriſtum datur, baptizandos negant, ſic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes etiam ſi non beptizantur, habituros vitam æternam: nec pertinere ad eos de quibus Dominus ait: Venit enim filius hominis quærere & ſaluare quod perierat: quia inquiunt, iſti non perierant, nec eſt quod in eis ſaluetur vel tan-

A vel tanto precio redimantur, quia nihil eſt in eis vitiatum, vel tenetur ſub diaboli po
teſtate captiuum, nec pro eis fuſus eſſe ſanguis in remiſsionem legitur: Quamquam
per baptiſmum Chriſti etiam paruulorum dicant fieri redemptionem. Libello ve-
ro ſuo Cœleſtius in Carthaginenſi Eccleſia iam confeſſus eſt. Sed multi eorum, qui
perhibentur eſſe vel fuiſſe diſcipuli, hæc mala quibus fundamenta Chriſtianæ fidei
conantur euertere, quacunque poſſunt aſtutia affirmare non ceſſant: vnde etiam ſi
Pelagius Cæleſtiusq; correcti ſunt, vel iſta nunquam ſenſiſſe ſed dicunt, & quæcun-
que ſcripta contra eos prolata fuerint ſua eſſe negabunt: nec eſt, quemadmodum de
de mendacio conuincantur: generaliter tamen quicunque dogmatizat, & affirmat
humanam ſibi ad vincenda peccata & Dei mandata facienda, ſufficere poſſe natu-
ram, & eo modo gratiæ Dei, quæ ſanctorum euidentius orationibus declaratur, ad-
uerſarius inuenitur: & quicunque negat paruulos per baptiſmū Chriſti à perdica-
tione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit Quæcunque autem
B alia eis obijciuntur, non dubito venerationem tuam cum geſta Epiſcopalia perſpe-
xerit, quæ in oriente eadem cauſa confecta dicuntur, id iudicaturam, vnde omnes in
Dei miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis Domine beatiſsime Papa.

INNOCENTII PAPAE
EPISTOLA AD CONCILIVM CARTHAGINENSE.

Innocentius Aurelio & omnibus ſanctis Epiſcopis, & cæteris qui in concilio Carthaginenſi affuerunt Eccleſiæ dilectiſsimis fratribus in Domino Salutem,

C

INQVIRENDO de his rebus, quas omni cum ſollicitudine
decet à ſacerdotibus, maxime à vero iuſtoque & catholico
tractari Concilio, antiquæ traditionis exempla ſeruantes,
& Eccleſiaſticæ memores diſciplinæ, noſtræ religionis vigo-
rem mentis non minus nunc in conſulendo quam antea cū
pronunciaretis, vera ratione firmatis, qui ad noſtrum refe-
rendum approbatis eſſe iudicium, ſcientes quod Apoſtoli-
cæ ſedi (cum omnes hoc loco poſiti ipſum ſequi deſidere-
mus Apoſtolum) debeatur, à quo ipſe Epiſcopatus & tota auctoritas huius nomi-
nis emerſit. Quem ſequentes cum mala tam damnare cauemus, quam probare lau-
danda, vel id vero quod patrum inſtituta ſacerdotali cuſtodientes officio non cenſe
tis eſſe calcanda, quod illi non humana, ſed diuina decreuere ſententia, vt quicquid
D quanuis de diſiunctis remotiſque prouincijs cogeretur, non prius ducerent finien-
dum, niſi ad eius ſedis notitiam perueniret, vt tota huius auctoritate iuxta quæ fue-
rit pronunciatio firmaretur, indeque ſumerent cæteræ Eccleſiæ, velut de natali
ſuo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuerſas totius mundi regiones puri ca-
pitis incorrupti manerēt, quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno immū-
dabili ſordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur chariſsimi
fratres quod per fratrē & Coepiſcopum noſtrū Iulium literas ad nos deſtinaſtis, &
cū pro illis curā geritis quibus præſidetis eccleſijs, ſolicitudinē veſtrā pro omniū vti-
litate mōſtratis, & per cunctas totius orbis eccleſias omnibus vna quod proſit decer-
nēdū eſſe depoſcitis, vt ſuis cōſtabilitę regulis eccleſię, & hoc quod illis caueāt, pro-
nūtiationis iuſte firmata decretalibus petere nō poſsit qui peruerſis inſtructi verbo-
rū argutijs, ſub imagine catholicæ fidei diſputātes velut peſtiferū exhalātes virus &
vt hominū recte ſentiētiū in deteriorē partē corda corrūpant tutā veri dogmatis quę
runt

runt euertere diſciplinam. Sanandum ergo celeriùs, ne longiùs execrandus animis E
morbus inſerpat, vt ſi medicus cùm viderit huius terreni corporis aliquem eſſe lan-
guorem, magnum ſuæ artis æſtimat documentum, ſi cito quis illius interuentu de-
ſperatus euadat: vel cùm poſt ſe putre vulnus aſpexerit, adhibet fomenta vel cætera
quibus illud poſsit, quod natum fuerat vulnus obduci ac ſi id manens ſanari non
poterit, ne corpus reliquum, ſua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat,
quod reliquum, integrum & ſeruet intactum. Præcidendum ergo, id eſt, quod velut
puro ſanoque nimium corpori vulnus obrepſit, ne cum tardiùs abſtergitur, in ipſis
penè viſceribus huius mali non hauriendi pòſt ſentina conſidat. Nam quid nos de
his poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant debere quod boni ſunt,
nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur? Sed iam iſti qui tales
ſunt, nullam Dei gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum aſſequi ſe poſſe confi-
dunt, quantum vix illi qui ab illo poſtulabant, & accipiunt, promerentur. Quid
enim tam iniquum eſſe poteſt, tam barbarum, tam totius religionis ignarum tam F
Chriſtianis mentibus inimicum, quàm huic denegare debere, quicquid in quoti-
diana gratia conſequeris, cui te ipſe confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi
in prouidendo præſtantior quàm poteſt is eſſe, qui te vt eſſes effecit? Et cum te putes
ei debere quòd viuis, quomodo te non putas illi debere quòd non quotidianã eius
cõſequendo gratiam taliter viuis? Et quî nos adiutorio negas indigere diuino, quaſi
ex noſtra poſsibilitate ex toto perfectos, quomodo adiutorium in nos cum tales à
nobis etiam eſſe poſſumus, prouocamus? Qui enim adiutorium Dei negat, vellem
interrogare quid dicat, nos non te mereri, an illum hoc non poſſe præſtare, an nihil
eſſe propter quod vnuſquiſque hoc debeat poſtulare? Poſſe hoc Deum opera ipſa
teſtantur. Adiutorio quotidiano nos egere, negare non poſſumus: hoc enim ſeu
bene viuimus, prouocamus, vt meliùs ſanctiuſque viuamus, ſeu prauè ſentientes à
bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam eius auxilio plus egemus. Nunquid
tam mortiferum, tam præceps videatur ad caſum, tam expoſitum ad omnia pericu- G
la, ſi hoc ſolum nobis putantes poſſe ſufficere, quod liberum arbitrium cùm naſce-
remur, accepimus? Vltra iam à Domino nihil quæramus, id eſt, auctoris noſtri ob-
liti eius potentiam, vt nos oſtendamus liberos, abiuremus, quaſi iam ampliùs quod
dare poſsit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, neſcientes quod niſi ma-
gnis precibus gratia in nos implorata deſcendat, nequaquam terreni & mundani
corporis vincere conemur errores, cùm pares nos ad reſiſtendum non liberum ar-
bitrium, ſed Dei ſolius facere poſsit auxilium. Nam ſi ille clamat adiutorio ſibi opus
eſſe diuino, qui dignè hoc non quæreret, ſicubi liberum arbitrium plùs prodeſſet:
quippe cùm vir beatus & iam electus à Domino nihil egerit, tamen ita Dominum
deprecatur poſtulans, Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neque deſpicias me
Deus ſalutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille Dominum poſtulat adiu-
torem. Quòd nati ſumus, poſſe ſufficere nobis, dicimus: ille Deum ne derelin-
quatur, exorat. Nónne rogo manifeſtè diſcimus quod oremus, cum ille tantope- H
re beatus (ſicut ſuprà diximus) vir, ne deſpiciatur exoptat: illi enim neceſſe eſt iſta
arguant, qui illa confirmant Dauid enim orationis ignarus, & ſuæ naturæ neſci-
us accuſetur, qui cum ſciat tantum in ſua natura eſſe adiutorem ſibi Dominum, &
aſsiduum adiutorem, nec illi ſufficit aſsiduum, ſed ne aliquãdo illum deſpiciat, ora-
tionibus protinus exoptat, & per corpus omnis pſalterij hoc & prædicat, & clamat.
Si ergo hoc ille ita magnum ſcit, vt aſsiduè diceret, ita neceſſarium confeſſus eſt vt
doceret: quemadmodum Pelagius Cœleſtiuſq; ſepoſita omni reſponſione pſalmo-
rum, taliq; abdicata doctrina ſuaſuros ſe aliquibus eſſe confidunt, nos adiutorium
Dei nec debere quærere, nec egere, cũ omnes ſancti nihil ſe ſine hoc agere poſſe te-
ſtantur? Libero enim arbitrio olim ille peruerſus, dum ſuis inconſultis vtitur bo-
nis cadens in præuaricationis profunda, demerſuſque, nihil quemadmodum exin-
de ſurgere poſſet, inuenit, ſuaq; in æternum libertate deceptus, huius ruinæ iacuiſſet
oppreſſus,

A oppreſſus, niſi eum pòſt Chriſti per ſuam gratiam reuelâſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem præteritum omne vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit, & eius confirmans ſtatum, quo rectiùs conſtabiliusque procederet, tamen ſuam gratiam in poſterum nõ denegauit. Nam quanuis hominem redemiſſet à præteritis ille peccatis, tamẽ ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt illa corrigere, multa ſeruauit. Quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti confiſique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Neceſſe eſt enim vt quo auxiliante vicimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Sed poſſem plura dicere, niſi vos conſtaret cuncta dixiſſe. Quiſquis ergo huic aſſentiens videtur eſſe ſententiæ, qua dicat, adiutorio nobis non opus eſſe diuino, inimicum ſe catholicæ fidei & Dei beneficio profitetur ingratum. Nam nec noſtra communione ſunt digni, quam prædicando taliter polluerunt. Sic enim ſua ſponte dum ſequuntur illa quæ dicuntur, longiùs à vera religione fugerunt. Cùm B enim hoc totum in noſtra profeſsione conſiſtat, quotidianisq; precibus nihil agamus, niſi quemadmodum Dei miſericordiam conſequamur quemadmodum ferre poſſumus iſta iactantes? Quis rogo tantus illorum pectora error obcæcat, vt ſi ipſi nullam Dei gratiam ſentiunt, quia nec digni ſunt, nec merentur, nec de alijs conſiderant, quid quotidie ſingulis gratia diuina largiatur? Sunt quidem iſti omnes cæcitate digniſsimi, qui nec hoc ſibi reliquerunt, vt ſe auxilio credant euocari ab erroribus poſſe diuino. Negantes enim Dei adiutorium, nõ alijs, ſed ſibi hoc penitus abſtulerunt, qui euellendi ſunt longiùs & ab Eccleſiæ procul remouendi viſceribus, ne diutiùs multa occupans inſanabilis pòſt error increſcat. Si enim diu fuerint ſub hac impunitate ſeruati, neceſſe eſt multas in hac ſua prauitate mentes inducant, decipiantque innocentes vel potiùs imprudentes, qui fidem catholicam non ſequuntur: putabant enim eos rectè ſentire, quos adhuc vident in Eccleſia perdurare. Separetur ergo à ſano corpore vulnus inſanum, remotoq; morbi ſæuientis afflatu, cau- C tiùs quæ ſunt ſyncera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sic totius corporis illibata perfectio, quam vos ſequi & tenere hac in illo pronunciatione cognouimus, & vnà vobiſcum pari aſſenſione ſeruamus. Qui ſi tamen aliquando in ſe Dei adiutorium, quod hucuſque negauerunt, prouocauerint, & opus eius ſibi auxilio eſſe cognouerint, vt de hac labe in qua ſui cordis incuruatione corruerant, liberentur, & quaſi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatiſque omnibus quibus totus, ne verum aſpiceret, fœdabatur & calligabat aſpectus, damnent hæc quæ hucuſque ſenſerunt, & aliquando animum rectis diſputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris ſe ſanandos conſilijs tribuant atque ſubmittant. Quod ſi fecerint, erit in poteſtate Pontificum iſtis aliquatenùs ſubuenire, & talibus aliquam curam præſtare vulneribus, quam ſolet lapſis cum reſipuerint & Eccleſia non negare, vt à ſuis præcipitijs intra ouile Domini redigantur, ne foras præſenti & tanto præſidio à fide munitionis excluſi, periculis D omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obſiſtere hac qua illos in ſe irritauerant doctrinæ peruerſitate non poſſunt. Sed talibus veſtris monitis, & ſic ſatis abundãtibus noſtræ legis exemplis probatur eſſe reſponſum, nec quicquam ſupereſſe dicimus quòd dicamus, cùm nihil prætermiſſum à vobis, nihil conſtat eſſe ſuppreſſum, quo illi refutati & penitùs cognoſcantur eſſe conuicti. Ideo à nobis teſtimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio eſt, & ſatis conſtat vt doctiſsimos ſacerdotes cuncta dixiſſe, nec decet credere vos aliquid quod ad cauſam poſsit ſufficere prætериſſe. Bene valete fratres in Domino chariſsimi.

EPISTO-

EPISTOLA CONCILII MI- E
LEVITANI AD INNOCEN-
TIVM PAPAM.

Domino beatiſsimo meritoq; venerabili, & in Chriſto venerando Papæ Innocentio Siluanus ſenex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Reſtitutus, Lucianus, Alippius, Auguſtinus, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Poſsidius, Nouatus, Secundus, Maurentius, Leo, Fauſtinianus, Creſconius, Lucius, Honorius, Adeodatus, Proceſſus, Secũdus, Felix, Aſiaticus, Rufinus, F
Fauſtinus, Malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturnius, Creſconius, Lucius, Honorius, Seruius, Therentius, Creſconius, Sperãtius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Creſconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præſidius, Creſconius, Lampadius, Delphinus, ex concilio Mileuitano in Domino Salutem.

QVIA te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in ſede apoſtolica, talemq; noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potiùs ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam veneratione, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda tacuerimus, quàm ea tu poſsis vel faſtidioſè vel negligenter accipere, magnis pericu- G
lis infirmorum membrorũ Chriſti paſtoralem diligentiam quæſumus adhibere digneris. Noua quippe hæreſis & nimium pernicioſa tentat aſſurgere inimicorum gratiæ Chriſti, qui nobis dominicam etiam orationem impijs diſputationibus conantur auferre. Cùm enim Dominus docuerit, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: iſti dicunt poſſe hominem in hac vita præceptis Dei cognitis ad tantam perfectionem iuſtitiæ ſine adiutorio gratiæ ſaluatoris, per ſolum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiam non ſit neceſſarium dicere, dimitte nobis debita noſtra. Illud verò quod ſequitur: ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum tanquàm diuinum adiutorium poſcere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, ſed hoc in noſtra poſitum eſſe poteſtate, & ad hoc implendum ſolam ſufficere hominis voluntatem, tanquàm fruſtrà Apoſtolus dixerit. Non volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. &, Fidelis Deus qui vos non permittit H
tentari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam exitum, vt poſsitis ſuſtinere. Fruſtra enim Dominus dixerit Apoſtolo Petro, rogaui pro te, ne deficiat fides tua. & omnibus ſuis: Vigilate & orate ne intretis in tentationem: ſi hoc totum eſt poteſtatis humanæ. Pueros quoque paruulos ſi nullis imbuantur Chriſtianæ gratiæ ſacramentis, habituros vitam æternam, nequaquam Chriſtiana præſumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apoſtolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Et alio in loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur: Vt ergo alia omittamus quæ contra ſcripturas ſanctas plurima diſſerunt, hæc interim duo quibus omninò totum quòd Chriſtiani ſumus, conantur euertere, quæ fidelia corda ſuſtineant, non eſſe rogandum Deum, vt contra peccati malum atq; ad operandam iuſtitiam ſit noſter adiutor, & non opitulari paruulis ad conſequendam vitam æternam Chriſtianæ gratiæ ſacramentum?

A Hæc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo non habemus opus multa dicere, & tantã impietatem exaggerare, cùm proculdubio te iſta permoueant, vt ab eis corrigendis ne latiùs ſerpant, multosq; contaminent, vel potiùs interimant, dum ſub nomine Chriſti à gratia Chriſti penitus alienant, omninò diſsimulare non poſsis. Huius autem pernicioſiſsimi erroris auctores eſſe perhibentur Pelagius & Cœleſtius, quos quidem in Eccleſia ſanari maluimus, quàm deſperata ſalute ab Eccleſia reſecari, ſi neceſsitas vlla compellat. Quorum vnus, id eſt Cœleſtius, etiam ad presbyterium in Aſia perueniſſe dicitur, de quo ante paucos annos quid geſtum fuerit, ſanctitas tua de Carthaginenſi Eccleſia meliùs inſtruitur: Pelagius verò, ſicut à quibuſdam fratribus noſtris miſſæ loquuntur epiſtolæ, Hieroſolymis conſtitutus nonnullos fallere aſſeritur. veruntamẽ multò plures qui eius ſenſus diligentiùs indagare potuerunt, aduerſus eum pro Chriſti gratia, & catholicæ fidei veritate confligũt, ſed præcipuè ſanctus filius tuus frater & compresbyter noſter Hieronymus. Sed arbitra-
B mur adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti qui te regere, conſulentem & orantem exaudire: dignatur, auctoritati ſanctitatis tuæ de claro ſcripturarum lumine depromptæ, faciliùs eos qui tam peruerſa & tam pernicioſa ſentiunt eſſe ceſſuros, vt de correctione potiùs eorum gratulemur, quàm contriſtemur interitu, Domine beatiſsime. Quamlibet autem ipſi eligant, certè vel alios plurimos quos poſſunt, ſi ab eis diſsimuletur, ſuis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua inſtanter & celeriter prouidendum. Hæc ad ſanctitatem tuam de concilio Numidiæ ſcripta dixerimus, imitantes Carthaginenſem Eccleſiam & Carthaginenſis prouinciæ Coëpiſcopos noſtros, quos ad ſedem apoſtolicam, quam beatus illuſtras, de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus. Et alia manu: Memor noſtri in Domini gratia augearis Domine beatiſsime, meritò venerabilis, & in Chriſto honorande ſanctiſsime Papa.

C RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE AD MILEVITANVM CONCILIVM.

Innocentius Siluano Seni, Valentino, & cæteris qui in Mileuitana ſynodo interfuerunt, dilectiſsimis fratribus in Domino Salutem.

INter cæteras Eccleſię Romanæ curas & apoſtolicæ ſedis occupationes, quibus diuerſorum conſulta fideli ac modica diſceptatione tractamus, frater & Coepiſcopus noſter Iulius dilectionis veſtræ literas quas ex Mileuitano noſtra au-
D ctoritate concilio cura fidei propenſiore miſiſtis, mihi inopinanter ingeſcit, Carthaginenſis etiam ſynodi querela parili ſcripta ſubiungens. Nimirum exultat Eccleſia tãtam ſollicitudinẽ commiſsis gregibus exhibere paſtores, vt non ſolùm neminem ex his patiatur errare, ſed ſi quas magis ouium ſiue dilectationis herba ſeduxit, ac ſi in errore permanſerint, aut ſegregari penitus velint, aut illicitè petita vitantes, dudum cuſtodiæ priſtinæ circumſpectione tutari, in vtraq; parte videlicet conſulentes, ne vel ſuſcipiendo tales ſimili cæteræ ducantur exemplo, vel ſpernẽdo redeuntes luporum morſibus videantur ingeſtæ. Prudens admodum & catholicæ fidei plena conſultationis voluntas. Quis enim aut tolerare poſsit errantem, aut nõ recipere corrigentem? Nam vt durum arbitror conuenientiam præbere peccantibus, ita impium iudico manum negare cõuerſis. Diligenter ergo & congruè apoſtolicæ cõſulitis honoris arcana. Honoris, inquam, illius quem præter illa quæ ſunt extrin-

extrinſecus,ſollicitudo manet omnium Eccleſiarũ ſuper anxijs rebus quæ ſit tenen- E
da ſententia: antiquæ ſcilicet regulæ formam ſecuti, quam toto ſemper ab orbe mecum noſtis eſſe ſeruatam. Verùm hæc miſſa facio. Neq; enim hæc veſtram credo latêre prudentiam, qui id etiam actione firmâſtis, niſi ſcientes quod per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanent, præſertim quotiens fidei ratio mutilatur, arbitor omnes fratres & Coëpiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio, quod per totum mũdum poſsit Eccleſijs omnibus in commune prodeſſe. Fiant enim neceſſe eſt cautiores, cùm inuentores malorum ad duplicis relationem ſynodi ſententiæ noſtræ ſtatutis viderint ab eccleſiaſtica cõmunione ſeiunctos. Gemino igitur bono caritas veſtra fungetur: nam & canonum potiemini gratia ſeruatorum, & beneficio veſtro totus orbis tutabitur. Quis enim catholicorũ cum aduerſarijs Chriſti velit vlteriùs miſcere ſermonem? Quis ſaltem ipſam vitæ lucem communione partiri? nouæ hæreſeos nimirum fugiantur auctores. Quid enim acerbius F
in Dominum fingere potuerunt, quàm cum adiutoria diuina caſſarent, cauſamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc eſt dicere. Cur mihi opus Deo? Meritò in hos Dauid hymnum dicit: Ecce homines qui non poſuerunt Deum adiutorem ſibi. Negantes ergo auxilium Dei, inquiunt hominem ſibi poſſe ſufficere, nec gratia hũc egere diuina, qua priuatus neceſſe eſt diaboli laqueis irretitus occũbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata ſola tantummodo libertate contendat. O prauiſsimarum mentium peruerſa doctrina: aduertat id tãdem quod primum hominem ita libertas iſta decepit, vt dum indulgentiùs frenis vtitur eius, in præuaricationis præſumptione concideret: Neq; ex hac potuit erui, niſi prouidentia regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformâſſet aduentus. Audiat Dauid dicentem: Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &, Adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. Quæ incaſſum dixerit, ſi tantùm in eius erat poſitum volũtate, quod à Domino flebili ſermone poſcebat. Quæ cum ita ſint, G
cumq; in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non niſi adiutorium Dei legamus eſſe nectendum, eamq; nihil poſſe cœleſtibus præſidijs deſtitutam, quónam modo huic ſoli poſsibilitatem hanc pertinaciter (vt aſſeritis) defendentes, ſibimet, imò quod eſt dignius dolori communi, plurimis Pelagius Cœleſtiusq; perſuadent? Multi equidem ad inſtruendum tale magiſterium vti poſſemus exemplis, niſi ſciremus & ſanctitatem veſtram ad plenum ſcripturas omnes ſcire, intelligere, callere, diuinas præſertim, cùm veſtra relatio tãtis ac talibus teſtimonijs ſit referta, vt his ſolis valeat præſens dogma reſcindi, opusq; non eſſe recognitis, cum his quæ facilè vobis occurrentia poſuiſtis, nec audeant obuiare, nec poſsint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt erga inſtitutam ſtatus priſtini libertatem quæramus: quippe nec alias diaboli machinas, niſi eadem poſſumus iuuante vitare. Illud verò quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmijs abſq; baptiſmatis gratia poſſe donari, perfatuum eſt. Niſi enim manducauerint carnem filij hominis & biberint ſanguinem eius, non habebunt vitam in ſemetipſis. Qui autem hanc in eis ſine regeneratione defendũt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cum prædicant hos id gratiæ habere quod in eis credunt non niſi baptiſmate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, nõ renaſci, fateantur neceſſe eſt, nec regenerationis ſacra fluenta prodeſſe. Verùm vt ſuperfluorum hominum praua doctrina celeri veritatis poſsit ratione diſtingui, proclamat Dominus in Euangelio dicens: Sinite infantes, & nolite eos prohibere, venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum. Quare Pelagium Cœleſtiumq;, id eſt, inuentores vocum nouarum, quæ (ſicut dixit Apoſtolus) ædificationis nihilum, ſed magis vaniſsimas conſueuerunt parare quæſtiones, Eccleſiaſtica communione priuari apoſtolici vigoris auctoritate cenſemus, donec reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ſecundum ipſius voluntatẽ, eosq; interim dominico ouili nõ recipi, quoad ipſi peruerſæ viæ ſecuti tramitem deſerere H

ſerere

A ſerere voluerint. Abſcindendi ſunt enim qui vos conturbant, & volunt Euangeliũ Chriſti perdere. Simul autem pręcipimus, vt quicunq; ad id pertinentia ſimiliter defenſare nituntur, & par eos vindicta conſtringat. Non ſolùm enim faciunt, ſed etiã qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte: quia non multùm intereſſe arbitror inter committentis animum & conſentientis fauorem. Addo & amplius, plerunq; dediſcit errare, cui nemo conſentit. Hæc igitur fratres chariſsimi in ſupradicta maneat fixa ſententia, abſint atrijs Domini careant duntaxat cuſtodia paſtorali, ne duarũ ouium dira contagia ſerpant forſitan per vulgus incautum, rapaciq; lupus corde letetur intra ouile Domini, cùm per tantas ouium fuſas cateruas, dum à cuſtodibus diſsimulatur, habetur vulnus duarum. Proſpiciendum eſt ergo, ne permittendo lupum mercenarij magis quàm paſtores videamur eſſe. Iubemus ſanè, quia Chriſtus Dominus noſter propria voce ſignauit, nolle ſe mortem morientis, ſed tantùm reuertatur & viuat, vt ſi vnquam ad ſanum de propoſito praui dogmatis errore reſi-
B puerint, damnauerintq; ea quorum ſeipſos præuaricatione damnauerunt, eis medicinam ſolitam, id eſt, receptaculum ſuum ab Eccleſia non negari, ne dum eos redeuntes forſitan prohibemus, verè extra ouile remanentes & expectantes, hoſtis rapidi faucibus glutiantur, quas in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputationis armârunt. Bene Valete fratres. Data ſexto Calend. Febr. Honorio & Conſtantio Conſulibus.

COELESTINI PAPAE DECRETA.

Dilectiſsimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archadio, Sillucio, & cęteris Galliarũ Epiſcopis, Cœleſtinus.

APoſtolici verba pręcepti ſunt, apud Iudæos atq; gentiles ſine offenſione nos eſſe debere: hoc quiſquis Chriſtianus eſt, tota animi virtute cuſtodit. Quod cùm ita ſit, non parũ periculi illi manere poterit ante Dominũ, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, iſta contriſtent, quæ auctoribus Chriſtianis percellunt animos Chriſtianos, dominicus in Euangelio ſermo teſtatur: ait enim ipſe ſaluator, quòd expediat ſcandalizanti vnum de puſillis, in maris profundum demergi. Ideo, quæ ſit iam eius pœna quæramus, cui tale ſupplicium legimus expedire.

I.

Filij noſtri preſentes Proſper & Hilarius, quorum circa Dominum noſtrum ſollicitudo laudanda eſt, tantùm, neſcio, quibus presbyteris, illic licere, qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduerſantia veritati. Sed veſtræ dilectioni iuſtiùs imputamus, quando illi ſupra vos habent copiã diſputandi. Legimus ſuper magiſtrũ non eſſe diſcipulũ, hoc eſt, non ſibi debere quenquam ad iniuriam doctorũ vendicare doctrinam. Nam & hos ipſos à Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cùm ſit docente Apoſtolo eis tertius locus intra Eccleſiam deputandus. Quid illîc ſpeciei eſt, vbi magiſtris tacentibus hi loquuntur? qui, ſi ita eſt, eorum diſcipuli non fuerunt. Timeo ne conniuere ſit hoc tacere: timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Meritò nanq; cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiuſmodi, non ſit his liberum habere pro

re pro voluntate ſermonem: deſinat ſi ita res ſunt inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inqueitudo turbare. Conantur ſæpe naufragio emergere quos intra portum ſtantes ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omniũ ſtatio, quorũ perfectis greſsibus veſtigia non mouentur. Recurrerunt ad Apoſtolicã prædicti ſedem, hæc ipſa nobis quæ tentat perturbatio conquerentes. Habete fratres chariſsimi pro chatholicæ plebis pace tractatum. Sciant ſe, ſi tamen cenſeantur presbyterij dignitate, vobis eſſe ſubiectos. Sciant omnes qui male docent, quòd ſibi diſcere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in Eccleſijs vos agitis, ſi illi ſummã teneant prædicandi? Niſi forte Illud obſiſtat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur vt aliqui è fratrum numero nuper de laicorum conſortio in collegium noſtrũ fortaſsis admiſsi, neſciant quid ſibi debeãt vendicare. Super his multa iã dicta ſunt eo tempore, quo ad fratres tuendi dedimus ſcripta reſponſũ, nunc tamen repetẽtes ſæpius admonemus: vetẽtur huiuſmodi qui laborãt per terras aliud quã ille noſter iuſsit agricola ſeminere. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viuentes F hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentiũ fratrum memoriã diſcipare.

II.

Auguſtinum ſanctæ recordationis virũ, quem pro vita ſua atq; meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec vnquã hunc ſiniſtræ ſuſpitionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam antè à meis ſemper prædeceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpote qui vbique cunctis & amori fuerit & honori: vnde reſiſtatur talibus, quos male creſcere videmus: nephas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoq; conuenit macerari: quanuis maneneat hos beatitudo promiſſa, quicunq; probãtur perſecutionem iuſtitiam ſuſtinere, quibus quid promittat Dominus in futurũ, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentiũ cauſa ſolarum, vniuerſalis Eccleſia quacunque nouitate pulſatur: Intelligamus hæc ipſa vobis quæ nobis non placẽt, diſplicere. Quod ita demũ probare poterimus, G ſi impoſito improbis ſilentio de tali re impoſtorum querela ceſſabit. Dominus incolumes vos cuſtodiat fratres chariſsimi.

III.

Quia nonnulli catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorũ ſenſibus ſeu prauitate ſiue imperitia demorantes, pijſsimis diſputationibus obuiare præſumunt: Et cum Pelagium atq; Cœleſtiũ anathematizare non dubitent, magiſtris tamen veſtris tanquam neceſſarium modum exceſſerint obloquuntur, eaq; tantũmodo ſequi & probare profitenter, quæ ſacratiſsima beati Apoſtoli ſedes contra inimicos gretiæ Dei per miniſteriũ præſulũ ſuorum ſanxit & docuit. Neceſſarium igitur fuerit diligenter iniquirere, quid rectores Romanæ Eccleſiæ de hæreſi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentiſsimos liberi arbitrij defenſores, quid de gratia Dei ſentiendũ eſſe cenſuerint, ita vt etiam Aphricanorũ conciliorum quaſdam ſentẽtias iungerimus, quas vtiq; ſuas fecerunt, Apoſtolici antiſtites cõprobarunt. Vt ergo plenius qui in aliquo dubitant, inſtruantur, conſtitutiones ſanctorũ patrũ compendioſo manifeſtemus indiculo. Quod ſi quis non nimium eſt contẽſioſus, agnoſcat omniũ diſputationũ connexionẽ ex hac ſubditarũ auctoritatẽ breuitate pendere, nullamq; ſibi contradictionis ſupereſſe rationẽ, ſi cũ catholicis credat & dicat. H

IIII.

In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſsibilitatem, & innocentiã perdidiſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia Dei miſerentis erexerit pronunciante beatæ memoriæ Innocentio, atque dicente in epiſtola ad Carthaginenſe concilium. Liberum enim arbitriũ ille perpeſſus, dũ ſuis inconſultius vtitur bonis, cadens in preuaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quemadmodum exinde reſurgere poſſet, inuenit, ſuaq; in

A in æternum libertate deceptus huius ruina latuiſſet oppreſsis, niſi eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ omne præteriti peccati vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

V.

Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet qui ſolus eſt bonus. Quod in eiſdem ſcriptis eiuſdem Pontificis ſententia proteſtatur, dicens: Nunquid nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant deberi, quòd boni ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe aſſequi poſſe confidunt?

VI.

Neminẽ etiam baptiſmatis gratia renouatũ idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidiana adiutoriũ Dei perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit: quod eiuſdem antiſtitis in eiſdem pa B ginis doctrina confirmat, dicens: Nam quanuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen ſciens iterum poſſe peccare, ad reparationẽ ſibi, quemadmodũ poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit, quotidiana præſtans illi remedia, quibus niſi freti confiſiq; nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

VII.

Quod nemo niſi per gratiam libero bene vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuitanum concilium data prædicat dicens: Aduerte tandem ô prauiſsimarum mentium peruerſa doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentiùs frenis eius vtitur, in præuaricationem præſumptionis incederet, nec ex hac potuit erui, niſi ei prouidentia regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformâſſet aduentus.

VIII.

C Quod omnia ſtudia & omnia opera ac merita ſanctorum, ad Dei gratiã laudemq; referenda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zozimi regularis auctoritas, cùm ſcribens ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos aũt inſtinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem ſuũ referẽda ſunt vnde naſcuntur) ad fratrũ & Coëpiſcoporũ noſtrorum conſcientiã vniuerſa retulimus. Nunc aũt ſermonem ſynceriſsimæ veritatis luce radiantẽ tanto Aphri Epiſcopi honore venerati ſunt, ita vt ad eũdem virũ reſcriberẽt. Illud verò quod in literis quas ad vniuerſas prouincias curâſti eſſe mittendas poſuiſti dicens. Nos tamen inſtinctu Dei, &c. ſic accepimus dictum, vt illos qui cõtra Dei adiutorium extollũt humani arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens amputares. Quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quâm quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſtis? & tamen inſtinctu Dei factum eſſe fideliter ſapienterq; vidiſtis, veraciter fideliterq; vt dixiſtis, ideo vtiq; quia præpara- D tur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant paternis inſpirationibus ſuorũ ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſq; voluntatis humanæ ſingulis moribus magis illius valere non dubitemus auxilium.

IX.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſq; motus bonæ voluntatis ex Deo ſit. quia per illum aliquid boni poſſumus ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cum totius ad orbis Epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quod ergo tempus ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt: ſuperbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana naturã præſumat, clamante Apoſtolo: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed

contra principes & poteſtates aëris huius contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. E
Et ſicut ipſe iterum dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et iterum: Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

X

Illud etiam quod intra Carthaginēſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium Apoſtolicæ ſedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, vt quicunque dixerit gratiam Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum, noſtrum, ad ſolam remiſsionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium vt non committantur, anathema ſit. Et iterum quarto capitulo ait, vt ſi quis dixerit gratiam Dei per Ieſum Chriſtum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per il- F
lā nobis præſtari vt quid faciendū cognouimus, etiā facere diligamus atq; valeamus anathema ſit. Cū enim dicat Apoſtolus, ſciētia inflat, charitas vero ædificat, valde impiū eſt vt credamus ad eā quæ inflat nos habere gratiā Chriſti, & ad eā quæ ædificat nō habere cū ſit vtrunq; donū Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, ædificante cha vtritate, ſciētia nō poſsit inflare. Sicut aūt de Deo ſcriptū eſt, qui docet hominē ſcientiā: ita ſcriptū eſt etiā, charitas ex Deo eſt. Itē quinto capitulo, vt quiſquis dixerit ideo nobis gratiā iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſsimus implere per gratiam, tanquam etſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſsimus etiam ſine illa diuina implere mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, ſine me difficilius poteſtis facere, ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere.

XI

Præter eas autem beatiſsimæ & Apoſtolicæ ſedis inuiolabiles ſanctiones, quibus G
nos piiſsimi patres peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis vſque in finem perſeuerantiam, ad Chriſti gratiam referre docuerunt: obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramēta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in communi Eccleſia Catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarum plebium Præſules mandata ſibimet legatione funguntur, apud diuinam clementiam humani generis agunt cauſam, & tota ſecum congemiſcēte Eccleſia poſtulant & precātur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatrę ab impietatis ſuæ liberenter erroribus, vt Iudæis ablato velamine lux veritatis appareat, vt heretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuæ chatitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedium conferatur, vt denique cathechumenis ad regenerationis ſacramenta productis, cœleſtis aula miſericordiæ reſeretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inaniter à Domino peti, rerum ipſarum monſtrat H
effectus: quandoquidem ex omni eorum genere plurimos Deus dignatur attrahere quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ: quod adeo totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hæc efficiente Deo, gratiarum ſemper actio laudiſque confeſsio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

XII

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia vniformiter agit, non otioſo contemplamur intuitu, cum ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius ad fontem vitæ adeunt quam exorciſmis & exuflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc vere appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo priùs alligetur fortis, & deinceps vaſa eius diripiantur in poſſeſsionem tranſlata victoris, qui capti-

A captiuam ducit captiuitatem,& dat dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis ex diuina ſumptis auctoritate documẽtis, ita adiuuante Domino confortati ſumus, vt omnium bonorum affectuum, atque operum,& omnium ſtudiorum omniumq; virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem,& non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtiq; auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum, de languido ſanum, de impudente ſit prouidum. Tanta enim erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona & pro his quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus: agit quippe in nobis, vt quod vult & velim9 & agamus, nec ocioſa in nobis eſſe patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei: ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſsione langueſcere, ad illum ſollicitè recurramus, qui ſanat omnes lãguores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram,& cui quotidie dicimus, ne inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo.
B

XIIII.

Profundiores verò difficilioresq; partes occurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractârunt qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus aſtruere, quia ad confitendũ gratiam Dei, cuius operi ac dignationi penitus ſubtrahendum non eſt, ſatis ſufficere credimus quicquid ſecundum prædictas regulas Apoſtolicæ ſedis ſcripta docuerũt, vt prorſus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis ſententijs eſſe contrarium.

ERVDITARVM MVLTORVM PRAESVLVM Epiſtolarum, grauiſsimorum primorum conciliorum, & decretorum, omnium

FINIS.

COLONIAE AGRIPPINAE, APVD IOANNEM BIRCKMANNVM.



INDEX RERVM, VERBORVM, ATQVE SENTENTIARVM COPIOSVS ET

cum primis neceſſarius in homilias Patrum: in quo numerus paginam, a. primam columnam, b. verò ſecundam columnam deſignat.

A.

Aron de tribu Iuda 24.b
aron ordinem ſacerdotum deſignat 152.a
aron uirga ſicca, floret 27.b
abel quos deſignet, quidue ſignificet 82.a
abel iuſtus à Cain occiſus 80.82.a
abel gloria martyrij beatus 149.b
abel ſanguis quomodo clamet 106.b
abel cur dictus iuſtus 82.a
abel ſanguinem requiri 80.b
abel Chriſti, Cain Iudæorum typus 324.a
abel eſſe non poteſt, quem Cain malitia nõ exercet 690.b
abies quæ & quos deſignet 37.b
abia, unde Zacharias ortus, quis 818.b
abnegare nos & noſtra debemus 986.b
abominatio deſolationis, Antichriſtus 733.a
abortiuus quis 607.a
abraham uidit Deum paruo tempore, nos uerò diù 52.b
abraham cur alijs patribus præponatur 31.a
abraham à cæde filij prohibetur 195.a
abraham tres uiros ſuſcepit hoſpitio 263.a
abraham fidei exordium 194.a
abraham trinitatem cognouit 1059.b
abraham Deus cur tentauit 158.a
abraham quem ſecutus 194.b
abraham quanta ſanctimonia enituerit 619.b
abraham Iudæi filij cur dicantur 228.a
abraham fidei initium, imitandus 1059.b
abraham quando uidit diem Chriſti 328.a
abram cur dictus Abraham 125.a
abraham primus circunciſus 124.a
abraham ubi uiderit Angelos 350.a
abrahæ & diuitis collocutio qualis 256.b
abrahæ quid promiſerit Deus 618.b
abrahæ qui filij 392.a.1059.b
abrahæ ſemini manebit gloria perennis 31.b
abrahæ obedientia promptiſsima 194.b
abrahæ ſinus 543.a
abrahæ promiſsio facta, qualis 118.a
abſoluendus peccator quando 318.b
abſtinentiæ uirtus 1061.a
abſtinuiſſe à malo non ſat eſt 573.a
abſtinendum ab uxoribus quando 46.a
abſtinendum à concubinarum conſortio 46.a
abſtinendum à carnalibus deſiderijs 129.a
abundantia maxima quæ 213.a
abuſus rerum uertitur in ultionem 999.a
abyſſus abyſſum inuocat 1056.a
acceptio perſonarum apud Deum non eſt 119.a
accingere lumbos: roborare brachium 863.a
achas cur ſignum renuit 795.a
achas ſimulata religio 795.b
acies mentis obtunditur ſatietate carnis 25.b
acies hominis interioris purganda 320.b
actibus noſtris non fidendum 448.b
adam & Noë ſacrificia Deo accepta 121.b
adam ut reparetur, naſcitur Chriſtus 52.a
adam ſecundus à primo partitur 796.a
adam primus, per ſecundum erigitur 38.b
adam homo interpretatur 838.b
adam miſerabiliter ſauciatus 625.a
adam nudus incola fuit paradiſi 925.a
adam cur ſe cooperuerit 7.a.625.b
adam & Euam liberare Dominus uenit 505.b
adam primus & ſecundus, quales 137.b
adam doli ignarus 188.a
adam iuxta literas quid denotet 303.b
adam cæcos nos genuit 312.a
adam per uxorem ſeducitur 187.b
adam per mundum diſſeminatus 303.b
adam quid accepit à Deo 262.b
adam quando peccauit 113.a
adam unde tentatus 213.b
adam quando peccauit, erubuit 754.a
adhortatio ad ieiunium 26.b
admiratio ſanctorum qualis 218.a
adoleſcentes quibus impediantur 182.b
adoleſcentuli ut ſe habeant in Eccleſia 688.a
adoratores ueri qui 290.b
aduentus Chriſti duo qui 321.a
aduentus Domini cur in Eccleſia celebretur 1.a
aduentus Chriſti humilis 6.b
aduentus Chriſti eximium beneficium Dei 726.b
aduentus tempore ad pietatem Eccleſia nos incitat 2.a
aduentus ſacramenta quibus reuelauit Dominus 173.b
aduentus Chriſti fecit unum ouile 9.a
aduentus Chriſti in carnem quibus profuit. 350.b
aduentus Chriſti quibuſdã exitialis 965.a
aduentus Domini quid contulerit 114.a
aduentus Chriſti teſtimonium 415.b
aduentus quis, qualis & quadruplex 1.a
aduentus ſponſi incertus 1047.b
aduentum Chriſti omnes orabant patriarchæ 725.b
aduentum Domini qui præceſſerint, qui uerò ſecuti 7.b
aduentum impietas formidat 55.a
aduentum Chriſti quid annuntiabit 734.a
aduentum Domini patres deſideratiſsimè expetierunt 1.b
aduentum Dei qui prænuntiarunt 159.a
aduentum ſuum ſecundum ubi inſinuauerit Dominus 249.b
aduentum expectant, quales 55.a
aduentum Domini qui habere poſſunt 11.a
aduentum iudicis boni diligunt 1030.a
aduentum ſuum cur Dominus in nocte affuturum dicat 7.b
aduentum Domini immaculati ſuſcipere ſatagemus 44.b
aduentuum Domini explicatio breuis 1.a
aduenìens Chriſtus quid attulerit 6.a
aduenæ ſumus & peregrini 429.a
aduerſarius ne inueniat in te occaſionem 556.b
aduerſarius noſter, ſermo dei 602.b
aduerſitates ſeculi tolerandæ 598.b
aduerſis quis emendetur 39.a
aduerſitatibus mundi frangi, utile eſt 552.b
adulatio à charitate abſit 146.b
adulatores peccata fouent 934.a
adulatores uendunt laudes 1048.a
adulatores qui 543.a
adulatores oleum uendunt 1050.a
adulterij immanitas 240.b

* Aegri

ægri quando cucurrere ad medicum 112.b
ægrotabant qui 389.b
ægyptum qui inhabitauerint 109.a
æqualitas patris & filij 73.b
æquitatis fundamentum quale 54.b
ætas hominis myſticè diſtributa 178.a
ætas ſenilis non poteſt generare 194.a
ætatis labentis ſeculi ſex, quæ, & quid deſignent 149.b
ætates quatuor quæ 319.a
ætates mundi 177.b
ætates mundi ſex 289.b
æternum quomodo ametur 191.b
affectus induendi qui 141.a
affectus in Chriſto qualis 346.b
affectus beneuolentiæ ubi deeſt, dæmonibus nos aſsimilat 10.a
affectus quomodo dirigendi 26.a
affectus quomodo conſtringuntur 175.b
affectus & fidei pugna 107.a
affectus piorum quid efficiant 267.a
affectus coërcendi 4.a
afflictio medicina ſalutis 345.a
afflictiones huius uitæ ut ſint exiguæ 564.a
afflictiones temporariæ, præmium ſempiternum ibid.
afflictiones hominum internæ & externæ 999.a
afflictiones quæ bonæ 573.b
agar ancilla Abrahæ 295.b
agentes mala, bona quæ in ijs ſunt, non uidemus 43.b
ager euangelicus quis 189.a
ager ſanguinis 355.b
ager, mundus 731.b
ager in quo theſaurus latet 1043.b
ager mundus, operarij prædicatores 975.a
agnes qualis uirgo 761.b
agnes oppugnantem diabolum ut uicerit 762.a
agnetis precibus mortuus excitatus 762.a
agnoſce teipſum 1028.a
agnus Dei Chriſtus eſt, innocens eſt 134.b
agnus in nocte editur 412.a
agnus paſchalis quid denotarit 348.b
agnus Chriſtus, leonem diabolum proſtrauit 376.a
agnus nec aqua coctus, nec crudus comedendus 412.b
agni paſchalis myſtica interpretatio 390.b
agni paſchalis eſus 412.a
agricolæ qui dicantur 257.b
agricultura myſtica quæ 32.b
alabaſtrum myſticè 339.b
alæ orationis duæ 205.a
alexander apud Paulum, qualis 202.b
alexaneer magnus ut leo 16.a
alienigenæ Chriſto perhibent teſtimonium 792.b
alienos magis ſuſcipimus 276.b
allegoria ſcripturæ inſpicienda 82.a
allegoriâ quî, & quando uti debeat 114.a
allegorijs apud fideles Apoſtolus utitur 295.b
alleluia cur Hebraicè cantetur 468.b
alleluia cur omittatur 175.a
alleluia cur intermittatur in Quadrageſima 468.b
alleluia cur inter Paſcha & Pentecoſten frequens 468.a
alma quid ſignificet 795.b
altare quid ſignificet 257.b
altare myſticè quid 82.a
altare ſpirituale, fides uera 580.b
altare Abraham ædificat 195.a
altaria templi duo 82.a. 820.a
alter alterius eget opera 141.b
amalechitæ myſticè 551.b
amando quomodo curramus 175.b
amanti nunciandum erat 952.a
amanti nihil difficile 118.b
amare benè 343.b
ambitio pontificum quæ 341.b
ambitio damnatur 251.b
ambitio taxatur 215.b
ambitio cæca 105.b
ambitione non aſcendendum ad Eccleſiaſtica officia 77.b
ambitioſi filij 195.b
S. Ambroſius fleuit de morte pij ſacerdotis 1019.a 1019.a
ambulare ſpiritu 630.a
ambulare cautè negligimus 686.b
ambulandum in Domini uia 508.a
amen cur manſerit, & quis ſæpius uſurpet 227.b
amentia noſtra quàm ſerpina 241.a
amentia eorum, qui diabolo obſequuntur 556.a
amicæ & uicinæ uirtutes angelicæ 558.b
amicitia uera quæ 39.a
amicus mundi, inimicus Dei 15.a
amicus de uia 451.a
amicus de uia quis 447.b
amicus noſter Deus eſt 451.b
amicus per ſolam fidem reprobatur 692.a
amicus ſummus Deus 447.b
amici quos Domino obuiàm mittimus 161.b
amici & uicini, chori angelorum 558.a
amicum eſſe Dei magna eſt dignitas 967.b
amicos nobis facere debemus 598.a
amor quid faciat 485.a
amor mundi cum Dei amore non congruit 948.a
amor Chriſti exigat, quod alioquin timor 86.b
amor ſpiritus ſanctus eſt 478.b
amor omnia ſuauia facit 174.b
amor diſcipulorum Chriſti imperfectus arguitur 483.b
amor cordis & animæ 676.a
amor naturalis etiam in feris 203.b
amor & exemplum Chriſti nobis propoſita 268.a
amor carnalis qualis 205.b
amor qui ſeparat bonos à malis 164.a
amor delet culpam 110.a
amor notitia Dei eſt 968.a
amor omnia facit facilia 758.a
amoris ſpiritualis uis 703.b
amos quomodo occiſus 82.b
amphora clauſa quæ 169.a
anabaptiſtæ hæretici diuiſi 657.b
anachoretæ quales 942.a
ananias quid ſonet 763.b
ananias qualis diſcipulus 765.a
ananias, paterfamilias 1031.a
andreas quis rectè uocatur 750.b
andreas quomodo Dominum inuenit ibid.a
andreas quàm libens aſcenderit crucem 754.a
angelus Mariam conſolatur 23.b
angelus quis rectè uocetur 20.a
angelus cur in dextra in ſtola candida ſederit 380.a
angelus teſtamenti Chriſtus 769.a
angelus unicuique fideli deſignatus 929.b
angelus cur paſtoribus, & ſtella Magis apparuerit 129.b
angelus ad uirginem diuino conſecrandam partu mittitur 23.a
angelus quod, quale nomen 20.a
angelus ſtans & ſedens quid 374.b
angelus Chriſtus 231.b
angelus nomen officij 559.a
angelus bonus cui apparet 126.a
angeli non æqualiter ſancti 553.b
angeli adminiſtratorij ſpiritus 237.a

angeli

angeli procuratores Dei 182.b
angeli mediatorem Dei & hominum agnoſcunt 59.b
angeli lætantur 68.a
angeli in cælis ſemper Deum laudant 59.b
angeli duo, duo teſtamenta 406.b
angeli de Domino mirantur 220.a
angeli alij ab alijs mittuntur 561.a
angeli boni ut à malis internoſcantur 830.a
angeli nomen I E S V priùs uocant, deinde Apoſtoli, inde & cuncti credentes 52.a
angeli electi dicuntur 945.b
angeli cur cum luce apparent 61.b
angeli quomodo apparuerint ſanctis 526.b
angeli nos protegunt 50.b
angeli corpora ſumunt aërea 1060.b
angeli duo in monumento 404.a
angeli orationes noſtras Deo commendat 929.b
angeli nos non deſpiciunt 56.b
angeli olim permittebant ſe adorari, at modò non ibid.
angeli & Archangeli 559.a
angeli habent linguam 190.a
angeli quare ex nomine deſignentur 23.a
angelo apparente, charitas cur apparuit & quando 59.a
angelorum nouem ordines 554.b
angelorum gaudium quale 319.a
angelorum agmina exercitus Dei 690.a
angelorum exercitus quid operaturus 15.b
angelos charitatis lege contineri 163.a
angelos qui uidere mereantur 380.b
angelis uirtutes quæ placeant 924.a
angelica natura qualis 191.a
angelica ſalutatio omni admiratione digna 883.a
animalia plena oculis retrò & antè, qui 610.b
animalia quæ, paſcuntur quomodo 61.a
animalia unde alantur 645.a
animalia uerbo Dei facta 797.a
animus carnalis quis, qualis 19.b
animus rector corporis 266.b
animus non lætetur de bono opere 43.b
animus ut in bono perſeueret, quid requiratur 12.a

animus noſter ubi ſordeſcat 198.a
animus ut ſit ſtabilis 19.b
animus trahitur amore 495.a
anima uirtutum ſtudijs ornanda 739.a
animo non dormiendum 164.b
anima quo pane nutriatur 391.b
anima quo obſtaculo retardatur 502.a
anima quando reddit bonum D E O 862.b
anima quomodo amanda 880.a
anima uita præſens 641.a
anima cæca, leproſa, mortua 593.b
anima ſedes iuſti 262.a
anima hominem totum ſignificat 404.a
anima nauis inſtitoris 863.a
anima à ſordibus expurganda 378.b
anima Deo ſubijci debet 264.a
anima quomodo moritur 318.b
anima noſtra quomodo ſit odienda 981.b
anima peccatis referta 247.a
anima peccatrix pœnitentia curator 758.b
anima ut diuinis uacare poßit, quid ei faciendum 25.b
anima fidelis ſuſcipere debet charitatem 39.a
anima quinario numero cenſetur 1046.a
anima infelix quæ 226.b
anima quomodo ornanda 238.b
anima pro uita præſente 989.b
anima fœda quomodo mundetur 542.a
anima ut reddat fructum 239.b
anima quomodo ſaturatur 1013.b
anima Chriſti plenam ſuæ deitatis habuit notitiam 524.a
anima quomodo aggrauetur 522.a
anima quomodo ſaluetur 990.a
anima pia templum Spiritus ſancti 649.b
animæ uita quis 200.b
animæ ſanctorum quibus muniantur 226.b
animæ plena beatitudo 482.b
animæ propinquitas 657.a
animæ nutrientes 733.a
animæ reproborum ubi ſint 994.b
animæ iuſtorum ubi ſint ibid.
animæ quædam liberatæ à pœna 995.a
animæ poſſeßio cur patientiæ tribuatur 1000.a
animæ ſcortatio 1052.a

animæ prægnantes 733.a
animæ, cibus Dei 936.b
animæ beatæ quæ 318.b
animæ mors quæ 200.b
animæ uocabulo quid 87.a
animæ uir Spiritus rationalis 286.b
animam prauam ut opus uiſitet 602.b
animam Deus requirit 717.b
animam odiſſe & amare quid 343.b
anima ut ad terram proſternatur 602.a
animam qui amat perdit 878.a
animam D E V S reuertentem ſuſcipit 1043.a
animam ſe habere nemo dubitat 193.b
animarum imbecillitati conſulendum 127.b
animarum ſalus à nobis negligitur 41.b
anna typus Eccleſiæ 778.b
anna qualis mulier 116. 117.a
annæ uiduæ laus 767.b
annona rerum & caritas unde 269.a
annorum noſtrorum decimas Deo damus 214.a
annulus quid indicet 262.b
annus acceptus qualis 169.b
anthropophagi immanes 979.b
antichriſtus unde naſciturus 945.a
antichriſtus à quo Spiritu loquatur 307.b
antichriſtus qualis erit 305.a
